SCHLESWIG

REGESTEN

SCHLESWIG-HOLSTEIN-LAUENBURGISCHE

REGESTEN UND URKUNDEN.

SCHLESWIG-HOLSTEIN-LAUENBURGISCHE

REGESTEN UND URKUNDEN.

IM AUFTRAGE

DER

GESELLSCHAFT FÜR SCHLESWIG-HOLSTEIN-LAUENBURGISCHE GESCHICHTE

BEARBEITET UND HERAUSGEGEBEN

VON

DR. P. HASSE.

DRITTER BAND.

(1301—1340.)

HAMBURG UND LEIPZIG,

VERLAG VON LEOPOLD VOSS.

1896.

Druck der Verlagsanstalt und Druckerei A.-G. (vormals J. F. Richter) in Hamburg.

Vorwort.

Bevor der Text dieses Bandes unserer Regesten und Urkunden im Druck fertiggestellt war, siedelte ihr verdienter Herausgeber, Herr Professor Hasse, von Kiel nach Lübeck über, um dort die Leitung des Staatsarchivs zu übernehmen. Amtsgeschäfte erlaubten es ihm nicht, durch Anfertigung eines Registers den Band zum Abschluss zu bringen. Deshalb übertrug der Vorstand der Gesellschaft diese Arbeit dem Assistenten an der hiesigen Königlichen Universitäts-Bibliothek, Herrn Dr. Johann Sass. Das von ihm angefertigte Register ist mit Fleiss und Sorgfalt gearbeitet und wird durch Vollständigkeit und Zuverlässigkeit die Benutzer befriedigen. Eine Fortsetzung des Werkes wird vor der Hand nicht beabsichtigt, da es der Gesellschaft z. Z. an geeigneten Arbeitskräften mangelt.

Kiel, September 1896.

Der Vorstand
der Gesellschaft für Schleswig-Holstein-Lauenburgische Geschichte.

W. Ahlefeld. Dr. Wetzel. H. Eckardt.

1301. Jan. 8. **1.**

Adolf und Johann, Grafen von Holstein und Stormarn, übereignen dem Nonnenkloster zu Harvstehude einen halben Wispel Weizen aus der alten Mühle zu Hamburg.

Adolfus et Johannes dei gratia Comites holtzatie. et stormarie. vniuersis presentia visuris in Saluatore omnium gaudium cum salute. Licet in karitate dei radicati ad subueniendum omnibus et benefaciendum sint debitores. precipue tamen hiis qui omne presentis seculi tam et si altum videatur pro nichilo culmen ducunt. deoque pre ceteris per religionis introitum desiderant propinquare. Hinc est quod nos intuitu remunerationis diuine. dimidium chorum siliginis in antiquo molendino nostro in ciuitate hamborch. quem Hoge quondam dilecti patris nostri beate memorie famulus. Conuentui anciliarum cristi in valle virginum vendiderat. dictis virginibus vt deuotionis orationi earundem participes mereamur effici. liberaliter sub appensione sigillorum nostrorum in hiis scriptis dimittimus et appropriamus. perpetuis temporibus pacifice possidendum. Datum Anno domini M°. CCC°. I. dominica post epiphaniam domini.

Cop. Harvstehud. im Hamb. Archiv, fol. 5b.

1301. Febr. 10. **2.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft dem Nonnenkloster zu Harvestehude 4½ Wispel Weizen und ein Pfund Pf. aus der neuen und 4 Wispel Weizen aus der alten Mühle in Hamburg.

In cristi nomine amen. Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit. Adolphus dei gracia Comes holtsacie et de schowenborch, in saluatore omnium. gaudium cum salute. Ne ea que geruntur in tempore. processu temporis euanescant. humane memorie prouide consulitur. si que fiunt. litterarum testimonio designentur. Sciat igitur fidelis etas presencium. et discat felix successio futurorum. nos accedente maturo consilio nostrorum fidelium vendidisse racionabiliter. Preposito. abbatisse. et conuentui. sanctimonialium monasterii. vallis virginum. Quatuor choros siliginis et dimidium et vnum talentum denariorum in nouo molendino in hamborch. et quatuor choros siliginis in antiquo molendino eiusdem ciuitatis. Annis singulis percipiendos. quemlibet chorum pro Quadraginta marcis denariorum hamburgensium. cum omni iure. vtilitate. et libertate. qua nostris progenitoribus[1]) et nobis soluebantur. perpetuis temporibus iure hereditario possidendos. Nos tamen et nostri successores dictos reditus infra XX^ti. annos proximos. ad proprios vsus. pro memorata pecunie summa reemere poterimus in octaua pasche. quandocumque durantibus hiis viginti annis. nostre fuerit uoluntatis quam reemptionem si non

fecerimus isto modo. extunc dictum cenobium dictos redditus possidebit. in ecclesiastica libertate. et eos per se retinere aut vendere poterit. cuicumque sibi placuerit. et quicquid in hoc fecerit. nostro et omnium successorum nostrorum nomine semper stabile permanebit. Si uero quod absit. tempore procedente. prefate cenobii virgines. in predictis reditibus a quoquam molestari contigerit vel grauari. Nos et nostri successores. ipsas a quolibet defensabimus infestatore. easdem cristi virgines et earum prouisores in omnem libertatem anobis datam. et supradictorum reddituum possessionem pacificam reducendo. Testes sunt Johannes prepositus dicti cenobii. Bertrammus Kule Mites. aduocatus noster. Hartwicus de erteneborch et Johannes de monte Consules hamburgenses. et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri appensione. fecimus communiri. Datum hamborch. Anno domini. M⁰. CCC⁰. primo. In die Scolastice virginis.

*) *Corrigirt aus:* nostri progenitores.

Cop. Harvstehud. im Hamb. Archiv, fol. 7a. Scheidt, Vom Adel I. S. 119.

1301. Febr. 19. 3.

Hartwich, Pfarrer zu Hagen, die Ritter Hermann Hake, Conrad von Winningehusen, Robert von Cersne und der Knappe Dietrich von Broke bezeugen den Verkauf von sieben Hufen in Updorpe *seitens der Gebrüder Friedrich und Hermann von Rönnow an das Kloster zu Rinteln.*

Nos hardewicus sacerdos et plebanus indaginis, hermanus hake, conradus de Winningehusen|| rotbertus de cersne, milites, et thidericus de broke, famulus, vniuersis presentia uisuris et audituris|| recognoscimus et appensione nostrorum sigillorum publice protestamur quod fredericus et hermannus fratres dicti de ro|| nowe bona eorum in vptorpe cum omni iure et fructu adherente, campis, pratis, pascuis, siluis et ceteris|| vtilitatibus conuentui sanctimonalium in rintelen possidenda perpetuo iuste uendicionis titulo uendiderunt|| Ergo in huius rei cautelam prenominati fratres una cum Johanne famulo dicto de merbeke et thiderico dicto|| de broke fide data unanimiter promiserunt, quod quandocumque fuerint requisiti predicti fratres prefata bona|| claustro in rintelen. amoto quolibet inpedimento totaliter resignabunt. vel si placuerit conuentui|| jam dicto alicui prefata bona[1]) sepedicti fratres ad manus ecclesie porrigent titulo pheodali, Cuius|| facti testes sunt, iohannes de golterne, conradus holtgravius et thidericus stuve milites, thidericus|| de golterne. iohannes de bodeke, lentfridus de ghele, clawe, albertus de howede, reyn||hardus de Westendorpe, iohannes de monekendorpe, Johannes grifo famuli. et alii quam plures|| fide digni, Datum anno domini M⁰. CCC⁰. primo in prima dominica quadragesime inuocauit.

[1]) *Zu ergänzen:* alienare.

Original im Archiv zu Bückeburg, zwei Siegelfragmente, drei Siegelstreifen.

1301. Febr. 26. 4.

Johann, Graf von Holstein, bestätigt dem Kloster Reinfeld die neu erworbenen Einkünfte aus Neuenbrok, Süderau und Cronsmoor.

Nos dei gratia Johannes comes holtsacie presentibus recognoscimus et protestamur|| custodem uel sacristam monasterii in Reyneuelde nostra licencia et beneuolo|| consensu conparasse in districtu dominii nostri vndecim marcarum et decem solidorum|| redditus ad luminaria ipsius ecclesie conparanda. videliced in villa

nien||broke quatuor. in suderowe septem. et decem solidos in Cronesmore. Si vero quod|| absit illi homines ad quos spectat predictos redditus erogare. distulerint aut noluerint|| hoc certis et statutis temporibus adimplere. tunc nostra licencia et auxilio extorque||bitur abeisdem. et ne officium predicti custodis in hoc a quoquam hominum inposterum|| inpediatur. dedimus ei hoc scriptum sub sigillo nostro in testimonium predictorum.|| Datum Reyneuelde in quadragesima dominica qua cantatur Reminiscere. Anno domini M°. CCC°. primo.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Reitersiegel des Grafen. S. H. U. S. II. 1.

1301. März 13. **5.**

Gerhard, Erzbischof von Mainz, Erzkanzler des Reichs in Deutschland, schließt ein Bündnis mit den Herzogen Johann und Albrecht von Sachsen, Engern und Westfalen für den Fall einer Königswahl.

Datum apud Confluenciam anno domini millesimo trecentesimo primo tercio idus Marcii.

Sudendorf, Registrum II. 84 nach dem Original, jetzt im Staatsarchiv zu Schleswig.

1301. März 16. **6.**

Adolf und Gerhard, Grafen von Holstein und Stormarn, bestätigen dem Kloster Harvstehude seine Einkünfte aus den Hamburger Mühlen.

Adolfus et Gerardus dei gracia comites holtzacie. et Stormarie. vniuersis presentes litteras inspecturis salutem et omne bonum. Quoniam claustrum sanctimonialium et ancillarum cristi quod a progenitoribus nostris in herueshuden fundatum et constructum est intendimus quantum possumus promouere. volumus quod prefatis dominabus et ancillis cristi redditus quos habent in molendinis hamborch. secundum conuentionem primariam. certis quatuor anni temporibus persoluantur. Quod si factum non fuerit et redditus predicti soluti non fuerint committimus aduocato nostro in hamborch et consulibus prefate ciuitatis quod de regimine molendinorum se intromittant donec vniuersum debitum sepe dictis dominabus fuerit persolutum. Datum hamborch. Anno domini M°. CC°. I°.[1]) in uigilia beate Gertrudis virginis.

[1]) *l.:* M°. CCC°. I°.

Cop. Harvstehud. im Hamb. Archiv, fol. 4 a.

1301. März 17. **7.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, genehmigt den Verkauf von sieben Hufen in Updorpe *seitens der Ritter Hermann und Friedrich von Rönnow an das Kloster zu Rintelen.*

Adolfus dei gracia Comes holtsacie et de schowenborg Omnibus presens scriptum visuris salutem in eo qui neminem wlt perire propter labiles hominum memorias oportet vt ea que fiunt per homines perpetuo litterarum testimonio perhennentur Nouerint igitur vniuersi ad quos presens scriptum peruenerit quod prepositus, abbatissa et Conuentus monialium monasterii in Rintelen emerunt a hermanno et frederico famulis filiis domini Thiderici militis dicti de ronowe septem mansos cum agris, pratis, siluis, pascuis, aquis aquarumque decursibus ac tres areas ipsis mansis et duas curias eisdem annexas que omnia et singula in villa

vpdorpe sunt sita, et dicti famuli eadem a nobis in feodo tenuerunt. Nos igitur predictorum, videlicet prepositi, abbatisse ac conuentus in Rentelen humilibus precibus inclinati, examen eterni iudicii pre oculis habentes, proprietatem dictorum septem mansorum ac omnium ipsis adherencium prout superius est expressum eisdem pure et liberaliter contulimus propter deum. Et ut huius modi laudabile factum a nobis et nostris posteris inviolabiliter obseruetur presentem| paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec hiis presentibus Johanne preposito in valle virginum apud hamburg, Johanne preposito in Rentelen hinrico de wedele nostro capellano, clericis. Bertrammo kule milite. hartwico de Erteneborg. Johanne de monte consulibus hamburgensibus. et alii[1]) quam pluribus fide dignis. Datum hamborg In die Gertrudis virginis anno domini M⁰. CCC⁰. primo.

[1]) *l.*: aliis.

Aus dem Rinteler Copiar im Staatsarchiv zu Münster.

1301. April 4. **8.**

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, übereignet dem Knappen Rudolf Eghele Land im Hammerbrook.

Adolfus dei gracia comes holtsacie et stormarie vniuersis presentem litteram inspecturis in cristo salutem. Recognoscimus presentibus protestantes. nos contulisse dedisse. dimisisse radolpho famulo nostro dicto eghele et suis ueris heredibus. propter multa seruicia nobis sepius ab eo exhibita. vnum frustum situm in hammerbroke cum duobus aliis adiacentibus integraliter ea vtilitate et commoditate et eo iure quo ad nos iure hereditario pertinebant. Que quidem frusta predictus radolphus. vendere. obligare. dare potest iure predicto. cuicumque. quibuscumque sue placuerit voluntati. In cuius rei testimonium presentem litteram duximus roborandam. Datum segheberghe. Anno domini M⁰. CCC⁰. primo. feria tercia infra octauam pasche.

Lib. cop. cap. im Hamb. Archiv, fol. 107 a.

1301. Mai 5. **9.**

Petrus Propst, Thordo Archidiakon und das Kapitel zu Roskilde transsumieren die Urkunde Kaiser Friedrich II. 1214 Decbr. (Bd. I. Nr. 295.). — „Notum facimus."

Actum et datum Roskildis anno domini M⁰. CCC⁰. primo in profesto beati iohannis ante portam latinam.

*Originaltranssumpt im Geheimarchiv zu Kopenhagen von derselben Hand wie No. 10. Rest eines Siegelstreifens, zwei Siegeleinschnitte. R. D. *807.*

1301. Mai 5. **10.**

Petrus Propst, Thordo Archidiakon und das Kapitel zu Roskilde transsumieren die Bulle Papst Alexander IV., 1256, Juni 28. „Tenore presentium".

Datum et actum anno domini M⁰.|| CCC⁰. primo roskildis in profesto beati Johannis ante portam latinam.

Originaltranssumpt im Geheimarchiv zu Kopenhagen von derselben Hand wie Nr. 9. Reste eines Siegelstreifens, zwei Siegeleinschnitte. R. D. 1506.

1301. Juli 6. **11.**

Der Rat zu Lüneburg beurkundet, daſs der Lüneburger Bürger Johann Bertolds Sohn mit dem Kloster Reinfeld einen Tausch von Salineneinkünften vorgenommen hat.

Nos Consules Ciuitatis Luneburg, Titmarus Magister fontis, Thidericus Zabel, Andreas, Alardus de salsteen, Nicolaus de Molendino Adheloldus, Johannes Beuc, Hermannus Albus, Albertus Hollo, Junior, Heyne de Lubecke, Bertoldus Longus, Johannes Huzenklet Recognoscimus presentibus publice protestantes Quod Johannes Bertoldi Burgensis nobis dilectus parili consensu vniuersorum haeredum suorum, quadam via permutationis dedit vnum chorum salis, quem Jure hereditario, quolibet flumine in Salina Luneburg in domo Huninghe in Sartagine, quae Wechpanne dicitur ad sinistrum manum cum Domus ipsa intratur habuit Religiosis viris Dominis et Conuentui de Reynevelde ordinis Cistertiensis Lubecenis diocesis recipiens ab ipsis unum Chorum salis, quem iidem cum domus predicta intratur in Sartagine que Wechpanne vulgariter dicitur pacifice tenuerunt vt autem talis permutatio hinc inde coram Aduocato nostro et nobis facta, in sua permaneat firmitate, nec alicuius versutia in posterum valeat infirmari, presens scriptum, memoratis Dominis et Conventui de Reynevelde nostre Ciuitatis sigillo roborari fecimus in testimonium perpetuum et munimen. Datum Luneburg Anno Domini Millesimo Trecentesimo Primo. In octaua Apostolorum Petri et Pauli.

Copie aus dem 16. Jahrhundert im Geheimarchiv zu Kopenhagen, beglaubigt vom Notar Albert Berner.

1301. Juli 13. **12.**

Otto, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, überläſst dem Ritter Wibert von Stade sechs Acker Landes in Gorrieswerder.

Dei gratia nos Otto dux de Bruneswich et de Lunenborch, Omnibus quibus presens scriptum fuerit|| exhibitum volumus esse notum quod domino Wib. de Stadis. militi nostro dilecto. dedimus siue dimisimus sex iugera vel|| frusta in insula que goregeswerdere dicitur cum omni iure ac vtilitate quam habuimus in eisdem excepto Summo|| iudicio quod nobis solum modo reseruamus Ratum ac gratum habentes cuicumque idem dominus wib. frusta siue iugera|| vendiderit supradicta et hoc presentibus publice protestamur. Datum Tsellis. Anno gracie M° Trecentesimo primo, in die beate|| Margarete virginis.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Siegel am Pergamentstreifen, fragmentarisch. Sudendorf, U. B. I. 165.

1301. Aug. 15. **13.**

Johann und Gerhard, Grafen von Holstein und Stormarn, schlieſsen einen Grenzvergleich mit dem Kloster Reinfeld und tauschen einige Dörfer aus.

Universis praesentes literas inspecturis Johannes et Gerhardus Dei gratia Comites Holtzaciae et Stormariae sulutem in omnium Salvatore. Propter infirmas hominum memorias, ne ea, quae a nobis rationabiliter aguntur, oblivioni tradantur, non solum voce testium, verum etiam testimonio literarum ea duximus certa notitia perennare, quatenus a posteris nostra notitia et devotio commendetur, et ad opera Caritatis quique fideles exemplo consimili provocentur: Cum diuturna quaestio ex parte Monasterii in Cysmer nobis assidue moveretur super quibusdam

terminis suis nondum signatis, juxta indaginem positis. Nos igitur pensantes, et utile et meritorium apud Deum et homines esse, finem tantae dubietati imponere, personaliter cum Domino Johanne, ejusdem monasterii Abbate et suis fratribus ad praedictos terminos accessimus, et quod fuerat dubium, certis signis duximus distinguendum. Fecimus enim grande fossatum, et cumulos, ut evidentia signorum veritatem terminorum futuris temporibus demonstraret. Praeterea, ut nostri et haeredum nostrorum perpetua memoria in dicta Ecclesia studiosius habeatur, ex consensu Gherardi et Woldemari, filiorum Gherardi Comitis de nostro adjecimus in terminis praedicti Monasterii paludem sive pratum, quod Reedwische dicitur, jacens inter magnum stagnum et indaginem, et rivum stronum cum omni judicio et libertate perpetuo possidendum. In cujus rei recompensam praedicti Abbas et Conventus nobis et nostris veris haeredibus villam Cereze cum molendino et omnibus attinentiis suis, sicut hactenus habuerunt, resignaverunt perpetuo possidendam, et ne alicui in posterum de terminis praedicti Monasterii ambiguitas oriatur, decrevimus, singula loca ex praemissis nominibus declarare, incipientes a superiori parte piscinae, quae Crumedyk dicitur, magno acervo signata, inde ad paludem cruce signatam, inde directe cum acervis et fossatis et lapidibus signatis usque ad rivulum acervo signatum: inde per descensum rivuli cum acervis usque ad paludem acervo signatum, inde directe cum acervis usque in rivum, qui dicitur Clodevice, acervo signatum, quem rivum totaliter, quousque influat rivum, qui dicitur Galtnice, inde in terminis Smucekendorp acervis et fossatis ad locum, qui Donekenbrügghe dicitur, inde cum acervis et per ascensum rivi ad parvam paludem, inde cum acervis ad lapidem cruce signatum, inde cum acervis ad parvam paludem, et per decensum rivi in terminis Ratmersdorp, per Moresse usque ad grande fossatum. Inde in eodem fossato procedendo per paludem inter Biscoppelbergk et Gutowe, et inter Stritrod et Gutowe, et ultra sive extra novale, quod Maselowe dicitur, plurimis acervis signatis usque ad rivum Stronum, et per descensum rivi usque ad mare salsum. Damus etiam praedictis Abbati et Conventui liberam facultatem praedicta signa renovare, meliorare, et reformare, cum spiritualibus sive secularibus personis, quandocunque ipsis videtur expedire, sine quacunque contradictione. Hanc autem emptionem et predictorum terminorum distinctionem volentes habere de cetero inconcussam, praesentes literas super hoc editas, sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Hujus rei testes sunt Henricus, noster Capellanus, Henricus Plebanus in Oldenborgh, Henricus Plebanus in Hilgenhaven, Ludolfus, dictus Durenbergh, Emeke Hacke, Marquardus Zantbergh, Marquardus et Johannes Zolder, milites, Henricus de Quale, Marquardus Ratlowe, Lambertus de Dame, Marquardus Spore, ac alii quam plures. Datum in Oldenborgh anno Domini millesimo tricentesimo primo in die Assumptionis Mariae Virginis.

Neuere Copie im Geheimarchiv zu Kopenhagen. S. H. U. S. II. S. 1.

1301. August 25. **14.**

Adolf und Johann, Grafen von Holstein, stiften ein Jahresgedächtnis in der Hamburger Kirche für ihren verstorbenen Bruder, den Dompropsten Albrecht.

Adolfus et Johannes dei gracia Comites holtssatie, Omnibus presens scriptum visuris notum facimus protestando in hiis scriptis,|| quod nos obdilectionem debitam et carnalem qua dominum Albertum pie memorie nostrum fratrem quondam prepositum hamborgensem amplecta||bamur prerogatiua speciali, in ecclesia hambor-

gensi iam dicta ordinauimus eidem memoriam in anniuersario ipsius quinque marcarum annuatim || pro quibus videlicet quinque marcis assignauimus eidem ecclesie hamborgensi duos choros siliginis in nouo molendino ciuitatis hamborgensis, tali condicione || interclusa, cum nos sepedicte ecclesie quinque marcarum redditus presentauerimus in bonis certis et expeditis, et locis ipsi ecclesie competentibus ||, quod dicti duo chori extunc ad nos libere pertinebunt, de quibus quinque marcis prefati nostri fratris dilecti memoria peragetur, sicut inter cano||nicos et vicarios est hactenus obseruatum, De duobus etiam choris siliginis prelibatis idem fiet in anniuersario eiusdem, quam diu inpossessione || dicte ecclesie sub condicione fuerint memorata, Huius rei testes sunt, Honorabilis dominus, Florentius de brunchorst scholasticus bremensis, Hinri||cus comes holsatie noster patruelis, Marquardus solter, Svin, Timmo bloc, Johannes de rennov, Hermannus de hamme, Ber||toldus de horst, Eckehardus de dorne, Milites, et alii quam plures fide digni, In quorum omnium perpetui roboris firmamentum || duximus sigilla nostra presentibus appendenda, Datum et actum in hamborg. VIII. kalendas septembris Anno domini, M°, CCC° primo.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel der beiden Grafen fragmentarisch.

1301. Aug. 31. 15.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, überträgt dem Hamburger Bürger Hartwig Leo aus Artlenburg zwei Niederungen an der Elbe zwischen dem Harvstehuder Mühlenbruch und dem Flottbek.

Adolphus dei gracia Comes Holtsacie et de scowenborg, vniuersis presencia visuris et audituris salutem || et omne bonum. Ad firmam memoriam vniuersorum tenore presencium cupimus peruenire, quod nos Hartwico leoni || dicto de Erteneborg, speciali nostro Ciui Hamborgensi et suis heredibus legitimis, natis et nascituris donamus || et conferimus Duas valles vt site sunt in montibus iuxta albiam, inter fluuium Herwerdeshude pellens molendinum || et fluuium vlotbeke, quarum vallium vna Duuels-Bomgardhe dicitur, et altera non longe sita est a loco || eodem, cum omni iure et libertate, quibus nobis pertinere noscuntur, hereditarie ac proprietarie perpetuo possidendas, || addentes nichilominus, vt predicti videlicet Hartwicus et heredes cum predictis vallibus faciendi et dimittendi || et pro omni eorum vtilitate et voluntate disponendi, absque vlla contrarietate, plenam et liberam habeant || potestatem. Vt igitur premissa omnia robur habeant perpetue firmitatis, presentia sunt sigilli nostri || robore communita. Huius namque nostre donacionis testes sunt, Bertrammus dictus kule noster aduo||catus Luderus de Tunderen Milites, dominus Hinricus de wedele noster capellanus, et alii fide digni. || Datum anno domini M° CCC°, primo in vigilia Sixti, Sinnicii et sociorum eius.

Original sehr beschädigt im Hamb. Archiv, aus moderner Copie ergänzt. Reiter-Siegel an gelbroter Schnur.

1301. Octbr. 9. 16.

Gotfried, Abt zu Stolp, und das Kloster daselbst schliefsen mit dem Kloster Cismar einen Brüderschaftsvertrag.

De fraternitate in Stolp.

Gotfridus diuina miseracione abbas monasterii sancti Johannis Baptiste in Stolp Jacobus prior totusque eiusdem ecclesie conuentus ordinis sancti Benedicti

Camynensis diocesis Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in domino Jesu Christo. Cum sine sincera dilectione et ordinata caritate nichil Christo perfecte adhereat necessarium est vinculum vere caritatis quo diuine legis amatores in domino firmiter vniantur, Nouerint igitur vniuersi tenorem presencium inspecturi quod cooperante gracia spiritus septiformis a qua cuncta bona influunt affluenter maturo tocius conuentus nostro rehabito consilio ordinem nostrum in Stolp secundum regulam beati Benedicti decreuimus in melius ordinandum vt si quid in preterito esset deperditum illud futurum in laudem diuini nominis restauraretur in hunc modum Ita videlicet quod nos et conuentus noster in Stolp ac reuerendus dominus abbas et conuentus in Cismaria in omnibus faciendo et dimittendo simus irrefragabiliter vnum corpus primitus in obseruancia regule vt sicut ordo secundum regulam beati Benedicti in Cismaria lubicensis diocesis die noctuque intus et extra in spiritualium ac temporalium disposicione ab abbate ac fratribus ibidem existentibus obseruatur ita a nobis in Stolp iugiter obseruetur. Item quod nos et conuentus noster nullam potestatem habeamus sine consensu abbatis et conuentus in Cismaria possessiones ac ornatum monasterii nostri vendendi alienandi seu obligandi Item quod possessiones nostre ecclesie cum possessionibus sancte Marie sanctique Johannis euangeliste in Cismaria quantum ad vsum ac vtilitatem vtriusque monasterii absque disgregacione qualibet in perpetuum sint vnita Item quod persone Cismariensis ecclesie cum nostris personis coniunctim et diuisim eedem reputentur ita videlicet vt cum fratres de Cismaria Stolp ad commanendam venerint sub obedientia abbatis Stolpensis vocem habebunt in capitulo et potestatem omnia alia faciendi que fratres nostri intra capitulum et extra facere consueuerunt Item si contigerit viduate ecclesie nostre de abbate prouideri abbas Cismariensis cum duabus personis sue ecclesie in litera a nobis transmissa nominatis abbatem nostre ecclesie cum capitulo nostro secundum formam eleccionis vocem habeant plenariam eligendi ita quod abbas primo eligat et post priorem nostrum fratres cum abbate venientes Item persone ydonee pro officiis regendis de Cismaria nobis quando necesse fuerit transmittantur Item abbas de Cismaria alternis annis in die beati Dyonisii cum duabus personis sue ecclesie sibi a suo conuentu deputatis et tribus seruis ad nos Stolp transire debet ut cuncta que ordinis sunt de communi consilio salubrius conseruentur numerum vero personarum quotiescumque transiuerit non excedet. Item penitentes transmissi secundum discrecionem sui abbatis prout in litera eius exprimitur corrigantur Item omnes possessiones et condiciones nostre ecclesie in ecclesia Cismariensi debent diligentius a magno ad minimum registrari vt dum neccesse fuerit de eis defensionis ac conseruacionis copia habeatur Officiales vero nostre ecclesie in capitolio distinctis redditibus eligantur uel statuantur qui in eodem capitolio coram conuentu racionabiliter resignent uel destituantur Dantes in scriptis statum officiorum suorum cum rebus annexis bursariis ecclesie videlicet priori custodi cantori qui successoribus eorum integraliter exibebunt dicti eciam bursarii priuilegia depositum ac sigillum capituli sub tribus clauibus fideliter conseruabunt Officialium vero computaciones ab abbate et conuentu debitis temporibus ne mora periculum inferat audiantur Item si abbas nostre ecclesie adeo fieret quod absit circa nos et res monasterii nostri negligens ac remissus quod ad hoc a nobis nulla possent remedia repperiri tunc ad nostram peticionem abbas Cismariensis cum duabus personis in nostra litera nominatis quantocius se transferet et quicquid aput nos correctioni dignum inuenerit salutifera correctione corrigat et emendet abbas vero

noster si incorrigibilis invenitur ad denunctiacionem abbatis Cismariensis ac vtriusque conuentus ne ecclesia periclitetur per dyocezanum episcopum deponatur iure dyocesanorum in omnibus obseruato Super quibus ne alicui dubium oriatur presentes dedimus litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum in Cismaria anno domini M°CCC° primo in die Dyonisii episcopi et martiris. Deo gratias.

Kopie in einem aus Cismar stammenden Papierkodex aus der Zeit um 1490, die Bursfeldische Kongregation betreffend, im Geheimarchiv zu Kopenhagen.

1301. Decbr. 12. 17.

G[iselbert], Erzbischof von Bremen, überträgt die streitige Pfarre zu Rendsburg dem Caplan des Grafen Heinrich, Conrad, und behält sich eine endgültige Schlichtung vor.

G. dei gracia sancte bremensis ecclesie archiepiscopus, ad euidenciam rei geste vniuersis presencia visuris cupimus esse notum,|| quod vacante ecclesia parrochiali in reynoldesborg nostre diocesis, per mortem bone memorie thiderici plebani ibidem, nobilis vir|| hinricus comes holsacie discretum virum conradum presbiterum capellanum suum, in eadem ecclesia instituendum, et curam animarum|| petendum et recipiendum, honorabili viro domino lodewico hamborgensis ecclesie preposito presentauit, qui scilicet prepositus|| ius patronatus predicte ecclesie ad se asserens pertinere, prefatum conradum ad presentacionem comitis instituere recusauit, ipsis || igitur super iure patronatus dissidentibus, causa ad nostram audienciam est dilata, volentes igitur huius dissensionis|| materiam amputare, ac inter prefatos comitem et prepositum pacis et amoris vinculum forcius colligere, libera resig||nacione a dicto conrado, iuris siquid sibi expresentacione comitis competere videbatur recepta ipsum conradum inprefata|| ecclesia de vtriusque scilicet comitis et prepositi consensu instituimus per annulum nostrum inuestientes eundem, ac||curam populi eiusdem ecclesie sibi canonice conferentes, nolentes autem dictis comiti et preposito aut alteri eorum|| per consensum dicte institucioni adhibitum aliquid noui iuris acquiri vel preiudicium generari, oportunitate quandoque|| accepta ipsos ad nostram presenciam euocabimus, et questionem iuris patronatus ad quem pertinere debeat causa cog||nita fine canonico defidemus[1]), Huic nostre ordinacioni interfuerunt gherardus nobilis comes de hoya. flo||rencius bremensis ecclesie scolasticus. manegoldus noster capellanus. hinricus miles dictus aluerstorpe, Datum|| anno domini M°. CCCI°. in vigilia lucie virginis in ciuitate bremensi.

[1]) *l.:* definiemus.

Original im Hamb. Archiv. Ein Siegelstreifen, ein Siegeleinschnitt.

1301. 18.

Adolf, Graf von Schauenburg, überträgt den ihm von Conrad von Estorf und Frau abgetretenen Zehnten zu Weynedhe *an den Bischof Friedrich von Verden mit der Bedingung, denselben an das Kloster Ebstorf zu überweisen.*

Adolfus dei gracia. Comes in Schowenborch omnibus hoc scriptum visuris siue audituris salutem in domino sempiternam. et gestorum negociorum noticiam

in mortalem, ambiguitatis scrupulum et calumpniarum versucias a nostris sequestrari actibus desiderantes tam presencium quam futurorum cupimus noticie propalari. Quod cum ius pheodale decime weynedhe nostris olim pertinens progenitoribus ad nos duntaxat solos de ordinacione et beneplacito dilectorum fratrum nostrorum Gerhardi et Hinrici Comitum Holtzacie Illustrium et non ad ipsos spectare noscatur. Idem ius pheodale nobis a Conrado milite de Estorpe qui a fratribus nostris et nobis. quondam ius quod anwardinghe et Gyseldrude vxor Bertrammi militis dicti de Harboldessen que Jus quod lifghedinghe nuncupatur tenuerat pheodaliter. secundum morem decimarum resignandarum libere resignatum Reuerendo patri et domino nostro karissimo Frederico verdensi Episcopo et Ecclesie sue quod Idem pheodum ab ipsis et ipsorum predecessoribus tenuimus et tenere debuimus resignamus per presentes et resignabimus ore et manu quando fuerimus requisiti. Hanc tamen condicionem adicientes, quod prefate Decime proprietas et vniuersum ius decimale ad prepositum et conuentum monasterii Ebbestorpe pro sustentacione ancillarum cristi ipsi cristo iugiter ibidem famulancium, eo quod ipsam decimam Empcionis tytulo comparauerint seu de manu layca redemerint. a prefatis Episcopo et Capitulo Ecclesie sue perpetuo transferatur Preterea ad amputandum omnes impeticiones seu questiones a prefatis fratribus nostris super jure pheodali. preposito et Conuentui memoratis mouendas et plenam warandie prestacionem nos litteris presentibus obligamus. Ad istius igitur resignationis et omnium premissarum perhennem memoriam nostro sigillo fecimus hanc paginam communiri. Datum schowenborch Anno domini M°. CCC°I°.

Aus dem Ebstorfer Copiar im Staatsarchiv zu Hannover.

1301. **19.**

Adolf, Graf von Schauenburg, überträgt den ihm von Conrad von Estorf und Frau abgetretenen Zehnten in Weynedhe *an das Kloster Ebstorf.*

Reuerendo in cristo patri ac domino suo karissimo friderico verdensis Ecclesie Episcopo necnon venerabilibus viris. preposito decano et Capitulo eiusdem Ecclesie Adolfus dei gracia Comes in Schowenborch cum dilectionis constancia debitam sue possibilitatis promptitudinem seruiendi. Cum Conradus miles dictus de Estorpe et Gyzeldrudis vxor Bertrammi militis dicti de Harboldessen. Decimam in weynedhe quam a nostris progenitoribus et nobis in pheodo [1]). Ita quod dictus Conradus ius quod anwardinghe et prefata Gyzeldrudis ius quod lifghedinghe nuncupatur tenuerunt, nobis prout decimarum resignatio fieri consueuit resignauerint libere et perfecte. Nos recepta huiusmodi resignatione predictorum prescriptam decimam quam nostri progenitores et nos a uobis et predecessoribus vestris iure pheodali tenuimus vobis et Ecclesie vestre in hiis scriptis resignamus et nichilominus ore et manu resignare parati erimus quandocumque fuerimus requisiti. obseruata forma subscripta videlicet quod prefate decime proprietas et omne ius decimale a nobis preposito et Conuentui monasterii Ebbekestorpe qui memoratam decimam. a prefato Conrado et Gyzeldrude empcionis tytulo comparauerunt de manu redimentes layca. iure hereditario perpetualiter assignemus. In huius nostre resignationis euidenciam presentem litteram nostro sigillo fecimus consignari. Datum schowenborch. Anno domini. M°. CCC°I°.

[1]) *fehlt:* tenuerunt.

Aus dem Ebstorfer Copiar im Staatsarchiv zu Hannover.

1301. **20.**

Johann und Albrecht, Herzöge von Sachsen, Engern und Westfalen, bestätigen den Verkauf von sieben Hufen in Uptorpe *seitens der Ritter Hermann und Friedrich von Rönnow an das Kloster zu Rinteln.*

Jo. et al. dei gratia Duces Saxonie Angarie et westfalie Omnibus presens scriptum visuris salutem. in eo qui neminem vult perire|| Nouerint igitur vniuersi ad quos presens scriptum peruenerit quod prepositus abbatissa et conuentus monialium monasterii in|| rintelen emerunt a hermanno et frederico famulis filiis domini thi militis dicti de ronowe septem mansos cum agris|| pratis siluis pascuis aquis aquarumque decursibus ac tres areas ipsis mansis et duas curias eisdem annexas|| que omnia et singula in villa vptorpe sunt sita. nos igitur predictorum videlicet prepositi Abbatisse ac conuentus in|| rintelen humilibus precibus inclinati examen eterni iudicii pre oculis habentes proprietatem dictorum septem mansorum ac|| omnium ipsis adherencium prout superius expressum est pure et liberaliter contulimus propter deum et ut huius modi || laudabile factum a nobis et a nostris posteris inviolabiliter obseruetur presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari Acta sunt hec Anno domini M° CCC° primo hiis testibus presentibus videlicet henrico de crummesse et fratre suo Johanne Lupo de suartenbeke Detlewo lupo Ludolfo scacke. Detlewo de parkentin || militibus et quam pluribus aliis.

Original im Archiv zu Bückeburg. Ein Siegel am Pergamentstreifen.

1301. **21.**

Regel des h. Geist-Hauses zu Kiel. Gleichlautend der des Lübecker vom Jahre 1263. L. U. B. I. S. 255—59[1]*), Zeile 5 von oben:* sine consilio predictorum. *Dann folgt:* Gyselbertus dei gracia sancte bremensis ecclesie archiepiscopus vniuersis presentem paginam inspecturis Salutem in domino sempiternam. Cum plurime traditiones plurimas *u. s. w. gleichlautend wiederum der Urkunde des Bischofs Johann von Lübeck ebendort S. 259—60 bis* fecimus communiri.... „In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.“

Actum et confirmatum. Anno dominice incarnationis M°. CCC°. I°.

[1]) s. U. B. d. St. L. B. II. S. 1081.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegelstreifen. Westfalen, Monum. ined. IV. S. 3277—81.

1301. **22.**

Ludolphus von Negendanck verkauft sein Gut Wendisch-Ternewitz im Stifte Ratzeburg an das Kloster Reinfeld für 600 wendische Mark.

Angeführt: Hansen, Nachrichten von den Holstein-Plönschen Landen S. 124.

1302. Jan. 6. **23.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft dem Hamburger Bürger Hartwich von Artlenburg 22 Mark Einkünfte aus Zoll und Accise zu Hamburg für 222 Mark Kapital.

Adolphus dei gracia Comes Holtsacie et de scowenborg, vniuersis presencia visuris volumus esse notum|| quod Nos Hartwyco de Erteneborg dilecto nostro Ciui in hamborgh et suis heredibus viginti duarum|| marcarum redditus hambor-

gensium denariorum annuatim percipiendos de nostro Theloneo et vngeldo in hamborg|| vendidimus pro Ducentis et XXII. Marcis eiusdem monete, in quibus predictis soluere tenebamur, salvis|| tamen et integris vendicionibus que sequuntur, videlicet quod in apertione ciste, in qua dictum Theloneum reconditur|| siue recolligitur, interceptione dictorum prouentuum, omnes alios antecedant, quibus de dicto Theloneo competit|| participacio qualiscumque, illis tamen exceptis, quibus competit antiquum feodum in eodem, preterea si qualiscumque|| casualis euentus, predictos impedierit, a pacifica perceptione reddituum siue prouentuum predictorum Nos in persona|| propria cum aduocato nostro Bertrammo dicto kulen et Ber dicto Motemeduuele Militibus Ciuitatem|| Hamborgensem sub permissione fidei intrabimus, nullatenus exituri, donec prenominatis, dictos prouentus ple||narie procuremus, Preterea eodem iure quo dictos redditus vt predicitur possident, cuicumque homini volunt|| possunt vendere, et nos ipsos ab eis, uel ab aliis, quibus ipsi eos vendiderunt reemere possumus|| quando nobis videbitur expedire, infra quadraginta annos tantum ex nunc proxime subsequentes|| quod si non faciemus, extunc dicti, Hartwicus et heredes dictos redditus iure perpetuo et|| hereditario absque contradictione omnium possidebunt, non tamen licet nobis, dictos reemere redditus|| omni tempore anni, scilicet in festis, beati Martini episcopi, aut in penthecostes tantum, Propter huiusmodi autem|| contractum uel condicionum appositarum roboris firmitatem Nos dictus Comes et dicti Milites|| omnia predicta, data fide promittimus obseruare, et nostri sigilli munimine roboramus. Testes huius|| rei sunt, hartwicus de hummesbutle et hermannus de raboysen et hellericus de raboysen|| Milites et cetera Datum anno domini Millesimo, Tricentesimo, II°, In Epiphania domini.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen, vom Streifen getrennt.

1302. Jan. 16. 24.

Johann und Albrecht, Herzöge von Sachsen, Engern und Westfalen, bestätigen der Stadt Mölln ihre Privilegien und das Lübsche Recht.

Nos Johannes et Albertus dei gracia Duces Saxonie Angrarie et westfalie, Notum esse cupimus vniuersis audientibus|| presens scriptum, quod nos dimittimus burgensibus in Molne Libertatem in agris in Lignis in paschuis|| in aquis in pratis quam antiquo, a parte nostro bone memorie habuerunt, et Iura etiam Ciuitatis Lubycensis in|| causis suis terminandis et in sentenciis si necesse fuerit afferendis volentes etiam quod quicumque eos in Libertate et Iure|| eis a nobis dato offendere presumpserit, emendet in gracia aut in Iure Adicientes etiam quod hii qui ad huc Molne venturi sunt ad faciendam mansionem ibidem Libertate et Iure gaudeant supradicto Protestamur etiam quod Iura et|| Libertatem eorum nolumus diminuere, set eam vbi et quando possumus potius ampliare Ut autem|| hec dimissio rata maneat et stabilis perseueret Presentem literam scribi fecimus et Sigilli matris nostre et nostri|| muninime iussimus roborari, Presentibus militibus nostris Dethleuo de parkentyn Ludeken Scacken hinrico et Johanne|| de Crummesse Ottone wakerbart hardwico de Ritzerowe Alberto wlf de swartenbeke volrado de zule. hermanno|| de Tralowe Reynfrido Scorlemorle Dethleuo Lupo, et aliis quam pluribus fide dignis Actum et datum|| in castro Louenborg In die Marcelli martiris et confessoris Anno gratie Millesimo Trescentesimo Secundo.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel an seidener Schnur. · v. Meyern, Gründliche Nachricht von Stadt und Vogtey Mölln, Beil. S. 10 Nr. 8.

1302. Jan. 16. **25.**

Johann und Albrecht, Herzöge von Sachsen, Engern und Westphalen, schenken der Stadt Mölln das Dorf Pinnau.

Johannes et Albertus Dei gratia Duces Saxonie Angarie et westfalie Vniuersis quibus hoc scriptum exhibitum|| fuerit, in perpetuum Ne facta potentum que memoria digna fuerint simul cum lapsu temporis euanescant|| dignum est vt apicibus literarum et proborum virorum testimonio commendentur Nouerint itaque presentes quod posteri|| non ignorent Quod nos de maturo consilio et voluntate hominum nostrorum, ad emendacionem Ciuitatis Molne villam Pinnowe cum omnibus terminis suis prout disterminati sunt et distincti et certis limitibus|| circumscripti cum omni Iure quod in ea habere videbamur tam in proprietate quam in aliis pensionibus quibus||cumque dicte ciuitati donamus liberaliter perpetuo possidendam, eo Iure quod wicbeldesrecht wlgariter nuncu||patur Ut autem hec donatio stabilis et inconwlsa perpetuo perseueret presentem cedulam testimonialem|| exinde conscriptam cum appensione sigilli matris nostre et nostri, sepedicte Ciuitati cum inscriptione testium|| iussimus presentari Hii sunt testes et nobiscum intererant Dethleuus de parkentyn Ludeko Scacko|| Hinricus et Johannes de Crummesse. Otto wackerbart. hardwicus de Ritzerowe wlf de Swartenbeke|| volradus de Tzule. hermannus de Tralowe Reynfridus Scorlemorle. Dethleuus Lupus milites et alii quam plures fide digni, Actum et Datum in Castro nostro Louenborg Anno domini CCC° secundo|| In die Marcelli martiris et confessoris per manum vlrici notarii Curie nostre.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegelschnüre. v. Meyern, Gründliche Nachricht von Stadt und Vogtey Mölln, Beil. S. 8, Nr. 6.

1302. Mai 1. **26.**

Bundo Suyr überträgt dem Kloster Loco Dei *einen Acker bei der Mühle zu* Arndrup, *zwei Nyding grofs.* — Datum anno domini MCCCII. in die beatorum Apostolorum Philippi et Jacobi.

Langebeck, Scr. rer. Dan. VIII. 148. R. D. 1578.

1302. Mai 19. **27.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, einigt sich mit dem Bischof Ludolf von Minden, die Burg Arnem *zu schleifen und nicht wieder aufzubauen, auch, falls sie den Grund und Boden gemeinsam veräufsern können, den Kaufpreis zu theilen.* — „Noverint universi."

Datum et actum in campo apud Velden Anno domini Millesimo trecentesimo secundo sabbato ante Dominicam Cantate.

Würdtwein, Nova subsidia IX., S. 107. Wippermann, Regesta Schauenburgensia, Nr. 275.

1302. Sept. 26. **28.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft dem h. Geisthause zu Hamburg zwei Wispel Weizen aus der alten städtischen Mühle für 80 Mark üblichen Geldes.

Adolphus dei gracia Comes Holtsacie et de scowenborg, vniuersis presentia visuris|| et audituris, tenore presentium volumus esse notum quod Nos liberaliter,

vendidimus,|| et dimisimus, Domui sancti spiritus Ciuitatis Hamborgensis, Duo choros|| Siliginis, in antiquo Molendino nostro, dicte Ciuitatis, pro octoginta Marcis|| denariorum monete vsualis, singulis annis percipiendos, in qua quidem venditione|| nobis hanc legem et graciam reseruamus, vt, dictos Duos choros siliginis, a festo sancti|| Mychaelis proximo, hinc inde, infra quadraginta annos, pro pretacta pecunia reemere|| valeamus, quod si minime fecerimus, post predictos quadraginta annos immediate|| computandos, Hii Duo chori, ad prefatam domum, sine omni contradictione, hereditario|| Jure, et vigore proprietatis, perpetuo permanebunt In cuius testimonium, presens scriptum|| cum appensione sigilli mei facio communiri, Testes, Ber, dictus kule, miles|| Hart, de Erteneborg, Johannes Miles, et Johannes de bergen, et plures alii fide digni|| Datum Anno domini M⁰, CCC⁰, II⁰. feria tercia ante festum sancti Mychahelis archangeli.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen.

1302. Sept. 29. 29.

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, schenkt Hartwig Leo aus Artlenburg und seinen Erben Einkünfte aus den Mühlen, dem Zoll und der Accise zu Hamburg.

Adolphus dei gracia. Comes Holtsacie et Stormarie. omnibus presentia uisuris seu audituris salutem in domino. Cum gesta temporalia ab humana memoria|| faciliter elabantur. que nec litteris nec testibus eternantur. nostris actibus sic precauere uolumus. ut robur debite ualitudinis non amittant. Noscat igitur|| in perpetuum etas presentium et futura, quod de matura nostra prouidencia. et heredum nostrorum consensu. ac fidelium nostrorum consilio. dilectis nostris. Hartwico|| uidelicet Leoni. dicto de Erteneborch. vxori eius legitime. domine yden. ac pueris eorum filiabus et filiis. necnon filiorum filiarumque heredibus omnibus. nunc|| natis. et perpetuo nascituris, bona omnia inferius nominanda. donauimus et contulimus liberaliter. et sine cuiuslibet contradictione et impedimento. feodali|| iure perpetuo possidenda. Primo uidelicet singulis annis triginta choros. wiscepel wlgariter dictos. in nouo molendino nostro hammenborch. quorum|| octo sunt triticum. seu triticeum brazium. et uiginti duo sunt siligo. et duos porcos siue duas marcas denariorum. in eodem molendino. Item|| in antiquo molendino unum chorum triticei brazii. quem idem Hartwicus emit a domo leprosorum foris ciuitatem eandem. Item censum decem marcarum|| de area annuatim in ipsa ciuitate nostra hammenborch in nostro theloneo et vngeldo, verum cum bene racioni congruat. ut digni dignis respiciantur|| premiis. propter multa grata obsequia aretroactis temporibus impensa nostris progenitoribus a parentibus eiusdem Hartwici. et postea nobis ab eodem|| cum fidelitate exhibita. et amplius exhibenda. supradictis hartwico. uxori eius. pueris eorum filiabus et filiis. necnon filiorum filiarumque|| heredibus omnibus perpetuam facere uolumus libertatem. ipsos ab armorum seruiciis. que heruart dicuntur et ab omni expedicione et simpliciter|| ut nichil excludatur. a cunctis seruiciis que de bonis feodalibus nunc et in posterum fieri solent [li]beros esse uolumus a nobis et a nostris successoribus et solutos. Damus insuper et concedimus sepedictis. Hartwico. uxori eius. pueris eorum filiabus et filiis. necnon filiorum et filiarum heredibus omnibus|| plenam et liberam potestatem uendendi prenominata bona. cuicumque seu quibuscumque uoluerint in parte seu in toto. et nos eidem seu eisdem cui uel|| quibus sic uendita fuerint. eadem bona feodaliter conferre tenebimur. omni occasione negandi exclusa. qui extunc ipsis bonis libere

perfruentur || prout prefatus Hartwicus aut eius heredes ipsa possederunt iure nichilominus feodali. Et hec omnia que superius dicta sunt inuiolabiliter in || perpetuum conseruentur. presentem litteram cum posicione testium. scilicet Johanne de Slamerstorpe. Johanne de Rennowe. Hermanno de Wigersrode. et || Hermanno pe hamme. nostris militibus. necnon aduocato nostro. Johanne de Rennowe famulo. sigilli nostri robore confirmamus. Datum Seghber||ghe. Anno domini. M⁰. CCC⁰. secundo. in festo sancti Mychahelis Archangeli.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen an roth-grüner Schnur.

Bestätigt von Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, 1303, Jan. 21. — „Precogitantes."

Zeugen: hartwico de hummersbutle, Bertrammo kulen et aliis plurimis laude dignis . . . . . Datum hamborg anno domini M⁰. CCC⁰. Tercio, agathe virginis ac martiris.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen an roth-grüner Schnur.

Bestätigt von Gerhard, Graf von Holstein (Holtzatie), *1303, Jan. 22.* — „Precogitantes."

Zeugen: domino Hinrico de Aluerstorpe. Jo de stade. Ludero de Tunderen || Bertrammo kulen. militibus. Jo. de Luttekenborch nostro notario. domino Hin-[rico] capellano nostro. Dracone aduocato nostro. ac aliis quam plurimis fidedignis . . . . . Datum et actum plone. anno domini M⁰. CCC⁰. || tercio. sequenti die sancte agate uirginis et martiris.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel an roth-grüner Schnur.

Bestätigt von Johannes, Comes Holtsacie, *1303, Jan. 24.* — „Precogitantes."

Zeugen: Bertrammo dicte kulen. hartwico de hummersbotle. militibus. Hellinghbo. Jo. Datum et actum kil. Anno domini M⁰. CCC⁰. tercio. in uigilia conuersionis beati pauli apostoli.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel an roth-grüner Schnur.

1302. Sept. 30 (?). **30.**

Die Brüder zu Halle von der Observanz der Minoriten nehmen das Kloster zu Bordesholm in ihre Brüderschaft auf.

In Christo Jhesu sibi dilectis, religiosisque viris, domino priori ceterisque patribus et fratribus ordinis sancti Augustini, Monasterii, sanctissimaeque genitricis Dei, Mariae in Borsholm Frater, Ludovicus Anhalt ordinis fratrum minorum de observantia, Conventus Hallensis, Provinciae Saxoniae, guardianus. Nec non reverendi patris, fratris Martialis Boulier vicarii generalis Cismontani super omnes. eiusdem ordinis fratres et observantiae in provincia Daciae cum plenaria potestate visitator ac commissarius, salutem in domino ac bonis perfrui sempiternis. Licet omnium salvandorum optando salutem precibus mutuis, operibus et exemplis uni-

versos ad deum diligendum provocare debeamus, illis tamen longe amplius obligamur, qui dilectione praecipua statui nostro afficiuntur et eleemosynarum largitione aut benivolentia singulari eundem statum nostrum prosequuntur. Quia vero sic singulariter, ut fertur, dictae familiae nostrae afficimini, auctoritate praefati reverendi patris et vice generalis michi in parte specialiter commissa vos ad confraternitatem recipio in vita pariter et in morte specialem et singularem participationem omnium bonorum spiritualium, videlicet missarum, divinorum officiorum, orationum, ieiuniorum, abstinentiarum, poenitentiarum, praedicationum caeterorumque bonorum ac operum virtuosorum, nec non deo acceptorum, quae per fratres dictae familiae, sorores sanctae Clare fratresque et sorores de poenitentia sub obedientia saefacti[1]) reverendi Patris vicegeneralis Cismontani degentes operari dignabitur bonitas salvatoris, quantum mihi conceditur et quantum divina clementia acceptare dignabitur, prout quoque vestra desideria sive opera promerentur, vobis gratiose conferendo et peculiater tenore praesentium elargiendo, ut multiplici suffragiorum adiuti praesidio et hic augmentum gratiae et in futuro beatitudinem gloriae valeatis adipisci, vicemque charitati vestrae et si non temporaliter saltem spiritualiter dicta familia observantiua possit recompensare laetarique in aeternum possitis, super charitate impensa propter Deum fratribus et sororibus praedictae familiae. In huius autem concessionis fraternalis participationis testimonium, sigillum guardinatus mei officii evidenter duxi praesentibus appendendum, signumque manuale subscribendum. Datum in conventu nostro Hallensi, Anno domini 1302. prid. Kal. Octobris. Fr. Ludwicus Anhalt, Commissarius indignus, manu propria.

[1]) *l.:* saepefati.

Westfalen II. 69. Muhlius, Histor. cen. Bordesholm, S. 595.
Die Datierung wird nicht allein wegen der Benennung: „Bordesholm" zu beanstanden sein.

1302. Novbr. 11. **31.**

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs Hartwig von Hummersbüttel zur Dotierung eines Altars in der St. Jacobikirche zu Hamburg 8 Mark Pf. jährlicher Einkünfte aus dem Dorfe Farmsen an Hartwig Leo, Johann von Berge und Johann von Harburg verkauft hat.

In dei nomine amen. Nos dei gracia Adolphus comes holtzacie et stormarie vniuersis presentes litteras visuris et audituris cupimus esse notum. quod fidelis noster hartwicus de hummersbutle miles et ipsius legitimi heredes. hartwico leonis. Johanni de monte et Johanni de horborghe ad dotem altaris a nicolao nannonis fundati in ecclesia sancti Jacobi in hamborg. censum octo marcarum denariorum hamburgensium percipiendum annis singulis in mansis ville vermersim vt sitis in agris cultis et incultis. siluis. lignis. pratis. pascuis. aquis. aquarumque decursibus. iudiciis maiori et minori libere vendiderunt. quibus tamen ex gracia conceditur speciali vt hinc inde infra quatuor annos ex nunc proximos quando decreuerint censu soluto prius. eundem censum pro centum marcis denariorum dicte monete reemere valeant expedite. Quam si infra dictum tempus reempcionem facere neglexerint, dictus census cum omni iure et proprietate ut predicitur ad prefati altaris dotem hereditarie et proprietarie perpetuo permanebit. Nos vero dictam vendicionem de nostro consensu factam gratam et ratam habentes presen-

tibus stabilimus et sigilli nostri robore confirmamus. Testes hermannus de hamme. Jo de slamerstorpe. Jo de rennowe et hinricus de wedele milites et plures alii fidedigni. Actum anno domini M⁰. CCC⁰. II. in vigilia sancti martini episcopi et confesoris.

Lib. Cop. Cap. fol. 124 a im Hamb. Archiv.

1302. Novbr. 23. **32.**

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, überträgt auf Ansuchen des Ritters Heinrich von Wedel dem Domkapitel zu Hamburg die Vogtei des Dorfes Spitzerdorf.

Uniuersis cristi fidelibus presentem paginam inspecturis, Nos Adolfus, dei gratia Comes holtzacie, et Stormarie, in vero salutari || salutem, Recognoscimus, et ad plurimorum noticiam cupimus peruenire, quod Nos ob reuerenciam karitatiue dilectionis quam ad Ecclesiam || beate virginis in hammenborg gerimus, et ad peticionem Hinrici militis de Wedele, Reymberni filii Militis, dicte Ecclesie confe||rimus, damus, dimittimus omnem Jurisdictionem Aduocacie super villam Spetserdorp, cum omni iudicio maiore pariter et minore, cum|| omni vtilitate ac commoditate, in albea extra albeam, acquis, pratis paschuis lignis tam in arido quam palude quam possi||debit, Jure heriditario, et libertate perpetuo sine contractu aliquo uicioso, Item dicta Ecclesia quodam Juris arbitrio perfruatur, quod patrueles de wedele a nobis tenuerunt, et actenus inter se concorditer seruauerunt, videlicet, si coloni de Spet||serdorp excessum in villis wedele et Lyt faciunt uel committunt, sepe dicta Ecclesia talem excessum iudicabit in villa|| Spetserdorp antiqua consuetudine perdurante, Ne autem hoc factum racionabile a nobis uel a nostris successoribus uideatur|| nimium uel infringi hanc paginam nostri sigilli munimine fecimus roborari. Testes huius sunt nostri fideles, Johannes, de Slamerstorp|| Johannes de Rennowe|| hinricus de wiersrode hinricus de hamme, Otto, de Golenbeke, et quam plures alli fide digni. Datum et actum Stegen|| Anno domini M⁰., CCC⁰II⁰ In die Clementis martiris.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegelstreifen. Lib. cop. capituli im Hamb. Archiv. fol. 104 a.

1302. Novbr. 29. **33.**

Adolf, Graf von Schauenburg, verkauft für zwölf Mark Bremischer Münze dem St. Moritzkloster in Minden die Vogtei über den Domhof in Webeke.

Nos Adolphns dei gracia nobilis vir Comes in Schowenburgh, vniuersis presentia visuris et au||dituris cupimus es[se n]otum, et publice protestamur, quod de consensu omnium heredum nostrorum, uendidimus pro duodecim marcis Bremensis argenti, et libere resignauimus aduocaciam. Curie dicte|| Domhof in webeke religiosis viris Gerlaco Abbati et toti Conuentui Monasterii in Insula|| extra muros Mindensis Ciuitatis, Tali condicione quod nos, aut heredes nostri legitimi, eandem Aduoca||ciam quandocumque voluerimus, pro duodecim marcis Bremensis argenti ab Abbate et Conuentu pre||notatis reemere ualeamus, presentes autem huius facti fuerunt Adolphus de holthe Johannes et Rutgherus de Bardelefe. Justacius de Slon. Ludolfus de Eckersten. Henricus de Rolthorpe|| Thide-

ricus de B . . . ke. milites, Johannes de Eckersten. Arnoldus de Bardelefe famuli et alii quam || plures fide digni. In cuius rei testimonium, fidem et memoriam presentes litteras fieri fecimus, et nostro sigillo communiri Datum Rentellen Anno domini M⁰ CCC⁰ || Secundo In vigilia beati Andree Apostoli ||.

Original im Staatsarchiv zu Münster. Ein Siegelstreifen.

1302. Decbr. 21. 34.

Heinrich von Wedel, der jüngere, Johann von Tremsbüttel und Reinbern von Wedel, Söhne des Ritters Nicolaus Wedel, sowie Heinrich, Reinbern und Hasso von Wedel, Söhne des jüngern Reinbern, bezeugen den Verkauf der Vogtei in Spitzerdorf seitens des ältern Heinrich von Wedel an das Hamburger Domkapitel.

Uniuersis cristi fidelibus presentem paginam inspecturis, Nos hinricus de Wedele miles, junior, Johannes de tremetesbotle, et Reybernus || fratres filii domini Nicolai Militis de Wedele, hinricus Reybernus et hasso. fratres de Wedele, domini Reynberni iunioris filii militis, recognos||cimus et ad plurimorum noticiam cupimus peruenire, quod dilectus patruelis noster. dominus hinricus miles de wedele senior, domini Reyberni senioris fi||lius, nobis presentibus et plenum atque firmum assensum prebentibus, vendidit hereditario et proprietario iure, ecclesie hamburgensi et canonicis ibidem || villam spetzerdorpe. et iuridictionem aduocacie super eandem uillam totam, cum omni iudicio. maiore pariter et minore,' cum omni vtilitate et com||moditate, ac quodam iuris arbitrio, quod nos cum dicto domino, hinrico, nostro patrueli pepigimus, et hactenus possedimus. et inuicem concorditer, || seruauimus videlicet, si coloni in spetserdorpe excessum aliquem in villis wedele vel lyt. vel aliqua predictarum facerent vel committerent, || sepedictus noster patruelis huius modi excessum iudicabat, in eisdem villis, et dicti canonici, vel quos ad hoc deputauerint iudicabunt dubio quolibet || pretermoto, Et econuerso, scilicet si coloni de wedele vel lyt in villa spetserdorpe excesserint huiusmodi excessum iudicabimus, sicut de ca||nonicis superius est expressum, Si uero extranea persona in dictis villis wedele, spetserdorpe vel lyt excessum committeret || tercia pars huiusmodi excessus cedet canonicis memoratis, nobis autem relique due partes, huiusmodi excessum tamen iudicabunt in quorum || iuridictione fuerit perpetratus, Cuius conditionis arbitrium dicti canonici nobiscum mutuo libere possidebunt, et sine quolibet impedimento || in albea et extra albeam. in aquis. pratis. pascuis. lignis. et ceteris. terminis tam in arido quam in palude, sicut in priuilegio domini, A||dolfi comitis continetur, Preterea protestamur in hiis scriptis, quod ciues de spetserdorpe cum dictis canonicis concorditer et vnanimi || consensu, pro se et suis heredibus in odinge perpetuo conuenerunt, quod eisdem dabunt pro excessibus qui wlgariter nuncupantur || vare wedde octo marcas denariorum hamburgensium annuatim, quos tempore solucionis hure eorum soluere tenebuntur, Si uero aliquis ex||cessus notorius et manifestus fuerit perpetratus, eum dicti canonici iudicabunt secundum consuetudinem ibidem hactenus obseruatam, Super||premissis omnibus inuiolabiliter obseruandis fidem manualem dedimus ad warandum per annum et diem, et inperpetuum pro nobis || et pro nostris iustis heredibus, sicut fieri solet et hactenus est consuetum, Ne autem hec rationabilis uenditio, et noster favorabilis assen||sus a nobis vel a nostris iustis heredibus videatur subtrahi vel infringi, vel modo quolibet immutari presentem paginam, ego hinricus || miles de wedele junior pro me, pro Johanne et Reyberno

meis fratribus et iustis heredibus, meo sigillo, Ego autem hinricus|| Reybernus et hasso famuli. filii domini Reyberni junioris, domini hartwici de hummersbotle militis sigillo, quia per nos|| caruimus fecimus communiri, Ego uero hinricus miles de wedele senior, domini Reyberni senioris filius, in recogni||tionem uendicionis premisse. et tamquam uenditor principalis, pro me et meis iustis heredibus meum sigillum duxi etiam presentibus ap||ponendum, Datum In die thome apostoli, Anno domini M°.CCC° secundo . . .

Original in zwei Ausfertigungen im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei Siegel, ein Siegelstreifen, drei Siegel. Lib. cop. capituli im Hamb. Archiv, fol. 129 a. Hamb. Unparth. Nachrichten und Urtheile 1780 Nr. 20.

1302. Decbr. 31. 35.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft dem Ritter Hermann von Raboysen und Genossen die Fähre zu Blankenese für 170 Mark Pf.

Nos adolphus dei gratia Comes holtsacie. et de Scowenborch. tenore presentium protestamur ac vniuersis hanc litteram inspecturis. cupimus esse notum. quod cum hermanno militi de raboyse. et hermanno filio patrui sui. et eorum sociis in centum et septaginta Marcis denariorum. pro stipendii obsequio nobis prestiti teneremur vecturam in Blankinese seu prouentus vecture. videlicet X. et octo Marcas annuorum reddituum. cum omnibus iuribus et attinenciis suis eisdem vendidimus. ac contulimus. ac etiam dedimus pro prefatis centum et septuaginta marcis. in quibus eis fuimus obligati. talem condicionem ac legem. seu pactum iam dicte venditioni de nostro et ipsorum consensu libero apponentes. ut prefatam vecturam seu prouentus vecture. nobis reuendant. in die Sancti Martini confessoris tantum. ita ut quotquot annis predictos prouentus habuerint. nullo alio tempore anni. quam in die Sancti Martini. nobis reemere valeamus. In cuius rei inviolabilem firmitatem, presentem litteram dedimus. sigillo nostro fideliter communitam. Acta sunt hec hamborgh. Anno domini. M°. CCC°. II. in vigilia Circumcisionis domini. presentibus testibus infra scriptis. Huius rei testes sunt. Bertrammus aduocatus noster. Hartwicus de humerbutle. Bertrammus de koldinhove. Milites et quam plures alii fide digni.

Copiar. Harvsted. im Hamb. Archiv, fol. 9 b.

1302. 36.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, bestätigt den Verkauf von drei Hufen in Bennessen *seitens der Gebrüder Helmold und Johann Holtgreve an das Nonnenkloster zu Rinteln.*

Adolfus dei gracia Comes holtsacie et in Schowenborg Omnibus presencia visuris salutem in domino Ne ea que fiunt in tempore simul labantur cum tempore expedit, vt perpetuo litterarum testimonio perhennentur Nouerint igitur vniuersi ad quos presens scriptum peruenerit quod prepositus abbatissa et conuentus sanctimonialium in Rintelen emerunt a helmoldo et Johanne fratribus dictis holtgrauiis tres mansos cum agris pratis siluis pascuis et vnam aream ipsis mansis et vnam curiam eisdem annexam que omnia in villa Bennessen sunt sita et eadem a nobis in feodo tenuerunt Nos igitur predictorum videlicet prepositi abbatisse et conuentus in Rintelen humilibus precibus inclinati examen eternum iudicis preoculis habentes proprietatem predictorum trium mansorum ac omnium

ipsis adherencium pro ut superius est expressum pure et liberaliter contulimus propter deum Et vt huiusmodi laudabile factum a nobis et a nostris posteris inviolabiliter obseruetur presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari Acta sunt hec hiis presentibus Adolfo de holte Johanne dicto de bardeleue Ludinchero de bardeleve Henrico de rottorpe Ludolfo de eckersten militibus Conrado de eckersten Johanne de dhecbere. borchardo de helleke famulis et aliis quam pluribus fide dignis Datum in Scowenborg anno incarnacionis domini M° CCC° secundo.

Aus dem Rinteler Copiar im Staatsarchiv zu Münster.

1302. 37.

Adolf und Johann, Grafen von Holstein, verkaufen dem Kloster Reinfeld das Dorf Badendorf für 600 Mark.

Angeführt: Hansen, Nachricht von den Holstein-Plönschen Landen, S. 125.

1303. Febr. 10. 38.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, beurkundet, dafs Hartwig von Artlenburg dem h. Geisthause zu Hamburg von den ihm überlassenen 22 Mark Rente aus dem Hamburger Zoll und Ungeld 7 Mark jährlicher Einkünfte für 70 Mark Kapital übertragen hat.

Coram omnibus presentia visuris et audituris, Nos adolphus dei gracia Comes Holtsacie et scowenborg|| rocognoscimus publice protestantes, quod Hartwicus de Erteneborg, dimisit et resignauit, domui sancti|| spiritus nostre Ciuitatis Hammenborgensis, Septem marcas denariorum annuatim, pro septuaginta marcis|| denariorum redimendis, de viginti duabus Marcis, denariorum, quas habet pro ducentis et viginti Marcis denariorum, ex parte|| nostri, in Ciuitate hammenborg, in theloneo et vngeldo, quam quidem resignationem ratam habentes|| eandem, nostri sigilli munimine confirmamus, ob maiorem euidentiam et cautelam, Datum et actum anno|| domini M°, CCC°, III°. Scolastice virginis.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen.

1303. Febr. 11. 39.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem Hamburger Bürger Johann Ridder Einkünfte aus den städtischen Mühlen, Zoll und Accise.

In nomine domini amen. Adolphus dei gracia Comes Holtsacie et de Scowenborg, Omnibus presencia visuris et audituris|| salutnm in domino Jesu cristo, Noscant vniuersi tam presentes quam futuri temporis successores, quod nos dilecto|| nostro Ciui Hammenborgensi, Johanni dicto Militi et eius veris heredibus, natis et nascituris, subscripta|| bona concedimus et donamus iure feodali perpetuo possidenda, primo videlicet in Nouo Molendino nostro|| Hammenborgensi, vnum Chorum Siliginis annuatim, et in antiquo Molendino dimidium Chorum tritici seu triticei|| Brasii, et dimidium Chorum Siliginis, quos Choros quondam Fredebernus et wedekinus dicti de erteneborg|| predicto iure a nobis tenuerant, Item quatuor Marcas denariorum annuatim, in Theloneo nostro et vngeldo, quas|| aliquando Hasso Miles dictus de Herslo tenuit et possedit, in Ciuitate nostra superius nominata, De prefatis|| quidem bonis, dictus Johannes et heredes, nobis et nostris

successoribus nullam expedicionem, aut armorum|| seruicia exhibebunt, quod autem huiusmodi contractus, perpetuis temporibus inuiolabiter obseruetur, hanc|| cartulam nostri sigilli munimine in sufficiens testimonium roboramus. Actum et Datum Anno domini|| M⁰. CCC⁰ III, In Crastino Scolastice virginis.

Orignal im Hamb. Archiv. Siegel ausgerissen.

1303. Febr. 25. 40.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem Lüneburger Bürger Johann Bischoping den Hof Middelhove.

Adolfus Dei gratia domicellus Holtzacie et Scowenborgh Comes uniuersis presencia visuris vel audituris sinceram in domino caritatem. recognoscimus tenore presencium firmiter protestantes, quod de pleno consensu et uoluntate dilecte matris nostre domine Helene comitisse Holtzacie et Scowenborgh ac fratrum nostrorum fideliumque vasallorum diligenti prehabito consilio ad Johannem Bischoping ciuem in Luneborgh et suos veros heredes natos et nascituros Jus proprietatis, quod nos hucusque possedimus et habuimus et nostri progenitores bone memorie multis annis possederunt in Curia Middelhove dicta, sita in villa Oden, propter instancias petitiones et amicitias Hildemari de Oden famuli nobis factas, presentibus transferimus et donamus, Ita ut prefati Johannes Bischoping et sui heredes dictam curiam in Oden cum omni iure libertatis possunt et debent libere pacifice absque nostra et nostrorum Heredum succedentium impeticione perpetue possidere. Insuper si dictum Johannem vel suos heredes dictam curiam vendere contingeret, extunc ille vel illi frui et uti debet et debent dictis libertatibus per nos concessis in eadem. Ut autem haec translatio et donatio a nobis nec a nostris heredibus nec per quemcunque nomine nostro reuocari infringi seu mutari queat. presens scriptum inde confectum et nostro Sigillo munitum eidem et suis heredibus in euidens testimonium duximus conferendum. Datum et actum Hamborch anno domini millesimo trecentesimo tercio feria secunda proxima post dominicam Invocauit.

(Sigillum equestre originali appendet.)

Schl.-Holst. U. S. II., S. 3 nach Gebhardi's Kopie auf der königl. Bibliothek zu Hannover.

1303. April 11. 41.

C[hristian], Bischof von Ripen, schenkt eine von den Minoriten in Lütjentondern gekaufte Wiese zu Föhr mit dreifsig Schilling Sterling Einkünften zur Haltung seines Jahresgedächtnisses.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. C. dei gracia Ripensis episcopus salutem in vero salutari Notum|| facimus vniuersis. quod Nos de consensu et deliberacione, Capituli nostri donauimus, deputauimus|| ac iusto titulo scolacionis assignauimus, pratum quod dicitur kornhemæ in før Sleswicensis|| dyocesis quod pratum emimus, a fratribus minoribus in lytlætunder. pro Nongentis marchis denariorum, ad tenen||dum et faciendum. anniuersarium nostrum. in ecclesia nostra Ripensi, Ita quod in die anniuersarii|| nostri canonici Ripenses, qui vigiliis et missis interfuerunt. de pensione dicti prati. trigenta solidos|| sterlingorum habere debeant, fratres minores Ripenses. tres solidos sterlingorum. et sanctimoniales Ripenses tres solidos sterlingorum. et|| residuum dicte pensionis, inter pauperes ipso die diuidatur. In cuius euidenciam sigillum nostrum et sigillum capituli

nostri presentibus sunt appensa. Datum Ripis Anno domini. M⁰. CCC⁰. tercio || tercio ydus aprilis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel verloren.

1303. April 24. **42.**

Isarnus, Erzbischof von Lund, und Christian, Bischof von Ripen, vidimiren König Erichs von Dänemark Urkunde (R. D. 1594) über die Immunität der dänischen Geistlichkeit.

Isarnus permissione diuina lundensis archiepiscopus swecie primas electus Cristiarnus eadem permissione Ripensis episcopus, Omnibus presens || scriptum cernentibus, salutem in domino sempiternam, Notum facimus vniuersis, Nos litteras infrascriptas non rasas, non suspectas, nec in aliqua || parte sui visiatas, vidisse in hec verba. E. dei gracia danorum sclauorum que Rex. vniuersis principibus, baronibus, fidelibus, et aduocatis suis in || regno dacie constitutis, salutem et graciam, Cordi nobis esse noueritis, quod reverendi patres episcopi, prelati, ecclesie et alia pia loca diuino cultui et || et necessitatibus pauperum deputata[1]), ab indebitis exactionibus oppressionibus et quibuslibet grauaminibus sint immunes, et antiquis consuetudinibus, ac iusta || gaudeant libertate Ideoque predicta[2]) que nos ob Reuerenciam dei et anime nostre remedium seruare velimus, et tueri volentes similiter || ab aliis obseruari, vobis vniuersis et singulis districte precipiendo mandamus quatinus ab omni inquietacione, et molestia personarum et locorum predictorum pe||nitus abstinentes, ipsas et loca predicta et libertates eorum nichilominus defendatis, ab iniuriis et violenciis manifestis et incursibus malignorum || prout nostram euitare volueritis vltionem, In cuius Rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum ottonie || anno domini M. CCC⁰. tercio in profesto beati Marcii ewangeliste.

[1]) *Auf Rasur.* [2]) *Auf Rasur.*

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen Zwei Siegeleinschnitte. Regg. Dan. 1598.

1303. April 25. **43.**

Junker Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft der Stadt Hagen mehrere Äcker zwischen der Stadt und Propsteihagen.

Dei gracia Nos domicellus Adolfus Holtsacie et Schowenborg Comes vniuersis ad quos peruenerit presens scriptum cupimus esse notum et tenore presencium recognoscimus publice protestando quod nos nuper ex omnium heredum nostrorum beneplacito et consensu quosdam agros dictos vppe deme ryssghe sitos inter oppidum nostrum Greuenalueshagen et Indaginem Prouesteshaghen et patibulum dilectis nostris consulibus et ciuibus opidi supradicti vendidimus cum omni iure et pertinentiis singulis agrorum eorundem tytulo perpetue proprietatis pro quadam summa pecunie nobis integre persoluta. Nunc vero prefati consules et ciues nostri sepedictos agros cum omnibus et singulis iuribus ac pertinenciis eorundem ex nostro beneplacito et assensu fideli nostro Johanni Gryph seniori Alheydi uxori sue et veris heredibus eorundem pro quadam summa pecunie uendiderunt nos igitur dictam vendicionem ratificamus approbamus et in his litteris confirmamus pro nobis et nostris heredibus perpetuę post futuris In huius testimonium sigillum nostrum

presentibus est appensum. Datum et actum Greuenalueshaghen in nostra presencia Anno domini millesimo tricesimo tercio ipsa die beati Marci evangeliste.

Aus Capauns Kopien im Archiv zu Bückeburg.

1303. Mai 23. **44.**

Ritter Heinrich Motemeduvele, Elberg, seine Gattin, und Bertram, sein älterer Sohn, verkaufen dem Beguinenpropste Heinrich zu Hamburg ihre Fischereigerechtigkeit am Gorrieswerder für 50 Mark Hbgr. Pfg.

Omnibus has litteras inspecturis. Hinricus Motemeduuele miles, domina Elberch vxor ipsius, Bertrammus senior|| filius eorundem in perpetuum. Quia ea que fiunt inter presentes a memoriis hominum persepius elabuntur nisi scripturarum testi||monio perhennentur, Huius rei gracia tenore presencium recognoscimus. publice protestantes quod nos vnanimi consensu et accedente|| uoluntate omnium heredum nostrorum unam noctem nostram, singulis septimanis et in perpetuum in magno were apud Hamborch uersus || billam et dimidietatem brachii, cum buno uersus aggerem insule que dicitur Gorieswerder situati, cum lingnis, et retibus, fundo et|| aquis et cum omnibus attinenciis et fructibus, que ad nos et heredes nostros usque in hunc diem dinoscuntur pertinere domino. Hinrico|| sacerdoti qui dicitur prepositus baghinarum racionabiliter uendidimus pro quinquaginta marcis denariorum Hamburgensium et manua||liter resignauimus libere perpetualiter et iure hereditario possidendam nobis, heredibus nostris et successoribus nostris in dictis bonis|| nichil iuris reservantes, vt hec singula placita, ante dicto domino Hinrico cuicumque quibuscumque personis. ecclesie uel ecclesi||is pio loco siue locis, donauerit vel uendiderit, et quod a nobilibus Comitibus Holtsacie dominis nostris, a nobis, heredibus nostris|| et successoribus nostris, perpetualiter irreuocabiliter, et inuiolabiliter observentur et a nullo omnino hominum infringantur|| et quod predicta|| bona sint libera et hereditaria sepedicto domino Hinrico et omnibus ad quos eadem bona fuerint deuoluta, emptionis|| vel uendicionis siue donacionis titulo, nos Hinricus Motemeduuele miles et Bertrammus filius noster, famulus, Hinri||cus de wedele senior, Hartwicus de Hummersbotele H[inricus] de wedele iunior milites, Reymbertus de w[ede]||le, Hinricus Couot, Thidericus Couot, Johannes de Col[denhou]e filius Bertrammi militis fa[muli] in perpetuum obli|| gauimus fide manuali et pro warandia dictorum bonorum [stabimus inper]petuum, ita ut si aliquod dampnum siue impedi||mentum vel obstaculum sepedicto Hinrico sacerdoti et [suis successoribus] a nobilibus comitibus Holtsacie a nobis here||dibus nostris et successoribus nostris vel ab aliquo hominum [illatum fuerit] ciuitatem Hamburgensem intrabimus, a tempore|| noticie infra quindenam, inde non exituri, nisi damp[no rest]aurato, inpedimentis obstaculisque s[emotis] Preterea|| recognoscimus nos supradictam pecuniam [a domino] Hinrico [rec]episse et in emptionem meliorum bonorum, scilicet wolt||dorpe et aliis uillis et agris [utiliter] expendisse. Item fidem nostram manualem dedimus super eo quod si aliquis ex no||bis mortuus fuerit alium in locum mortui ponemus cum condicionibus supradictis eque dignis, Item fide data pro||misimus super litteris optinendis a nobile Comite Holtsacie domino nostro Adolpho de Segeberge, si antedictus Hinricus|| desiderauerit, in quibus recognoscat quod ipse et sui progenitores nichil iuris in sepedictis bonis habuerint ab antiquo [1])|| Insuper ad manus supradicti domini Hinrici et suorum successorum Helligberno, Johanni Horeborch, Johanni fransoyser consulibus|| Ber-

trammo filio Helligberni fidem dedimus manualem ad obseruanciam singulorum premissorum, presentibus Conrado de|| Boyceneborch, Gotscalco de Billa consulibus, Lamberto de Gronighe, Johanne de Dannenberg, Thiderico laswalc, Thi||derico in equo, Johanne buc, Godekino de Rhode, Thiderico de vitzikendorpe Bernardo aduocato Johanne filio|| fransoyser, Johanne de Lubeke, Johanne bardun sacerdotibus et aliis astantibus pluribus fide dignis, et quia|| singuli ex nobis propria sigilla non habent, pariter usi sumus sigillis Hinrici de wedele senioris et Harwici de Hummers||botele militum Acta sunt hec Hamborch tercia feria ante festum pentecostes in ecclesia sancte Katerine virginis circa|| nonam, anno domini M°, CCC° tertio.

[1]) *B setzt hinzu:* Et quia supradictam pecuniam recepimus pro bonis nostris, igitur dominum Hinricum deobligamus et protestamur esse quitum a promisso.

Original im Hamb. Archiv in zwei Ausfertigungen mit geringen Abweichungen. Die Siegel gut erhalten an rot-gelber Schnur.

1303. Mai 25. 45.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, und seine Gemahlin Helene verpfänden dem Kloster zu Rinteln den Zehnten zu Widen für 60 Mark Bremer Silbers.

Adolfus dei gracia Comes holtsacie et in Schowenborg vna cum domina seu vxore nostra Elena vniuersis presencia visuris uel audituris salutem in domino Recognoscimus publice protestantes quod decimam nostram in widen cum omni fructu ei adherente de maturo consilio et consensu voluntario heredum nostrorum ecclesie siue conuentui in Rintelen obligauimus pro sexaginta marcis bremensis argenti iuste obligacionis titulo pacifice possidenda eamque in ipsius conuentus possessionem potestatem presentibus dimittentes sub hac forma quod omnem annonam quam idem conuentus singulis annis perceperit quolibet festo sancti michaelis conputabunt et quantum tempore iam dicto annona soluerit tantum relaxabitur de pecunia memorata Ceteri vero fructus qui wlgariter ochtmunt dicuntur huic decime adherentes quos idem conuentus tollet non debet in dictam summam pecunie conputari. In cuius rei testimonium presens scriptum ecclesie iam dicte siue conuentui contulimus sigilli nostri munimine roboratum Testes huius facti sunt Conradus de winingehuse. adolfus de holte. Johannes de bardelage Borgardus de helbeke Justacius de sclon Henricus de rottorpe. Ludolfus de eckersten milites. et alii quam plures fide digni. Datum in Schouwenborg anno domini M°.CCC°. tercio in vigilia pentecostes.

Aus dem Rintelner Copiar im Staatsarchiv zu Münster.

1303. Nach Juni 2. 46.

Ritter Heinrich von Borg verkauft seine Güter in Hafsflet an das Kloster Harvstehude.

Nos hinricus Miles dictus de Borch vniuersis presencia visuris Recognoscimus quod consensu et voluntate nostrorum heredum. Conuentui Sanctimonialium in valle virginum. bona in halstenvlete. que nobis et nostris heredibus per obitum nostri Domini Danielis Militis de Bliderstorpe felicis memorie iure hereditario cesserunt cum omni libertate. quemadmodum nos et nostri progenitores possedimus. perpetue possidenda vendidimus. et de dictis bonis plenam warandiam pre-

stabimus veluti ius requirit. Sed si medio tempore dictus Conuentus prefata bona cuperet alicubi vendere. nobis et nostris heredibus. vt condictum est. primitus emenda exibere debet. que si tunc emere nolumus vendat libere cui cupit. Super dictorum autem bonorum warandia. si quem defectum infra annum et diem fieri contingeret. hic sub notati vna nobiscum fide data. in solidum promiserunt. videlicet nostri duo filii hinricus et daniel. Atque hii Milites Johannes et Gotfridus aduocati stadenses. Heydenricus vicemarschalcus. Bertoldus et fredericus sculteti. Ericus marscalcus. Hinricus de ochtenhusen. et hii famuli. Johannes et Hinricus de osta. quod quandocumque prefatus Conuentus in dictis bonis. pro aliquo defectu legitime nos incausauerit. Stadensem ciuitatem intrabimus inde non exituri. nisi sepedicto conuentui plenius de singulis fuerit satisfactum. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum stadis. Anno domini M⁰. CCC⁰. III⁰. post festum sancte trinitatis.

Cop. Harvsteh. fol. 16a im Hamb. Archiv.

1303. Juni 3. **47.**

Giselbert, Erzbischof von Bremen, beurkundet, dafs Ritter Heinrich von Borg dem Kloster Harvstehude 24 Acker zu Hafsfleth für je 16 Mark Hamb. Pf. verkauft hat.

Ghiselbertus dei gratia Sancte bremensis ecclesie Archiepiscopus . . Vniuersis presentia visuris. salutem in filio virginis gloriose. Ad tocius ambiguitatis et questionis materiam eliminandam et ueritatem rei geste futurorum memorie fideliter inserendam. tenore presentium facimus manifestum. quod fidelis noster hinricus de borch Miles. pro se et suis heredibus vendidit tradidit et cessit iure proprio et in perpetuum. honorabili viro Johanni preposito sanctimonalium vallis virginum prope ciuitatem hammenborch ementi et recipienti. vice et nomine abbatisse et conuentus eiusdem. XXIIII^or iugera terre aratorie in villa halstenvlete seu eius terminis situata cum agris. pratis. pascuis et arenis. viis et inuiis. exitibus et regressibus. cum omni censu. vtilitate. et commodo. et libertate. quemadmodum dicta bona a felicis memorie Daniele de blidersdorpe. milite ac fideli quondam nostro ad eius filiam vxorem videlicet prefati hinrici de borch ac eorum liberos iuro hereditario deuenerunt. quodlibet iugerum predictorum emit idem prepositus pro XVI. marcis denariorum hamburgensium pecunie numerate. ad habendum. tenendum. possidendum. et quidquid sibi dictisque abbatisse et Conuentui placuerit perpetuo faciendum. Promisit quoque dictus hinricus pro se et suis heredibus. pretactis abbatisse et conuentui in dictis bonis. litem uel controuersiam ullo tempore non inferre aut inferenti consentire. verum ab omni homine et vniuersitate legitime defendere. et disbrigare seu warandiam prestare. Vt autem hec venditio rite facta inviolabilis perseueret. in signum ratihabitionis. et confirmationis nostre huic contractui apposite. Hanc litteram sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Stadis tercio nonas Junii. anno domini M⁰. CCC⁰. III⁰.

Cop. Harvsteh. Fol. 16 b im Hamb. Archiv.

1303. Juni 24. **48.**

Heinrich, Herr von Mecklenburg, verkauft mit Zustimmung seiner Mutter Anastasia dem Kloster Cismar das Dorf Warkstorf für 816 Mark Lübsch.

In nomine domini Amen. Vniuersis cristi fidelibus, presencia visuris, Hinricus dei gracia dominus Magnopo[lensis] salutem in domino sempiternam, Ne ea que geruntur in tempore simul cum lapsu temporis euanescant et pereant|| poni solent in ligua testium, uel scripture memoria perhennari, Ea propter notum esse cupimus omnibus et constare|| quod nos de consensu et beneplacit[o] dilecte matris nostre domine anastasie vendidimus Domino Johanni abbati, totique|| conuentui ecclesie sancte marie [sanctique] Johannis ewangeliste, in scismaria, ordinis beati benedicti, lubicensis dyo||cesis, villam nostram warickesdorpe, pro octingentis et sedecim marcis denariorum lubicensium, cum|| terminis suis hactenus habitis et optentis, cum omnibus suis prouentibus, pratis, paschuis, aquis aquarumque|| decursibus, lignis, agris, cultis et incultis, et minora iudicia, usque ad solidos sexaginta, de maioribus uero|| iudiciis, videlicet, manus et colli, terciam partem predictis vendidimus duas [uero] partes, nostris vsibus reservantes,|| libertamus eciam colonos predicte ville ab omni onere exactionis, et seruiciis qu[e dicuntur] brugwerch, borgwerch,|| ceterisque seruiciis [quibus] populus [terre nostre nobis] obligatur que quidem bona [ea libertate] vendidimus, qua priora bona sua, in nostro dominio dinoscuntur hactenus habuisse Si eciam peticionem in terra nostra recipere|| decreuerimus generalem coloni memorati nullam precariam nobis dabunt, Huius rei testes sunt, Johannes de|| cernin, Marquardus de lo heyno de stralendorpe, Echardus de quiczowe Nicolaus de chutowe, Conradus de cremun hermannus de modentin, Rauen de wozsten, Hinricus stenhus, Rosendal de plesse, Milites, Gherardus de terpe [1]) Jordanus de platea piscium, ciues lubicenses, et alii quam plures fide|| digni In [cuius rei testimonium sigilla] nostra presentibus sunt app[ensa D]atum Wismarie An||no domini. M⁰. CCC. III⁰ In [die n]atiuitatis beati Johannis baptiste . .

[1]) *l.*: tripczez.

Original im Nordischen Museum zu Kopenhagen, ergänzt aus einer modernen Kopie im dortigen Geheimarchiv. Rest eines Siegelstreifens, ein Siegeleinschnitt.

In dorso von einer Hand des 14. Jahrhunderts: Ista duo non ostendantur sed aliud require secundum tenorem in registro. *Schl.-Holst. U. S. II., S. 4. M. U. B. V. 2873.*

1303. Juli 1. **49.**

Heinrich, Herr von Mecklenburg, verpfändet unter Zustimmung seines Oheims Nikolaus von Werle seinem Oheim Graf Gerhard von Holstein zwölf Hufen in Rolffshagen, siebenzehneinhalb in Stellhagen, achtzehn in Schmachthagen, drei in Dunkerstorpe *für 200 Mark Stendaler Münze.*

Nos dei gracia Dominus Hinricus Mangnopolensis recognoscimus tenore presencium et protestamur quod sano ducti|| consilio cum consensu patrui nostri karissimi Nicolai domini de Wenden vendidimus awnculo nostro karissimo Illustri|| Domino Gherardo Comiti holtsacie et de schowenburgh et suis heredibus pro Ducentis marcis stendaliensis|| argenti nobis integraliter persolutis. In villa Roleueshaghen duodecim mansos. in villa stellereshaghen|| Decem et septem mansos cum dimidio In smaghthaghen decem et octo mansos et in Dunkerstorpe|| Tres mansos, quando vacuerint primo a nostris vasallis quibus obligati sunt, cum omni proprietate|| Iure et homagio sicut nos habuimus tam diu pacifice possidendos qu[o]usque nos uel nostri heredes seu|| successores eosdem mansos reemere poterimus pro ducentis marcis argenti stendaliensis superius iam predictis et in||terea quod awnculo nostro predicto uel suis heredibus hos mansos in dictis villis non assignauerimus,

sibi aut|| suis pro quibuslibet Centum marcis argenti. duodecim marcas argenti supradicti dabimus annuatim, quod si non|| fecerimus Nos vna cum nostris militibus fidelibus. videlicet. Johanne de Cernin Marquardo de lo heynone de|| stralendorp. hermanno de modentin hinrico pren dicto stenhus Nicolao de Thuchow. Ottone et heyden||rico de Lů. Wismariam Ciuitatem in Crastino martini intrabimus adiacendum non exituri nisi fuerit sibi|| aut suis anno quolibet de redditibus summe principalis satisfactum Capitali pecunia non soluta Quod|| autem Nos uel aliqui ex parte nostri dictum awnculum nostrum et suos heredes ante reemptionem in prenominatis|| mansis impedire non debeamus pro eo Nos et nostri milites iam dicti stare volumus awnculo nostro fidetenus|| memorato In Cuius testimonium sigillum nostrum et patrui nostri Domini Nicolai de werle presentibus sunt|| appensa. Datum anno domini. M. C°C°C°. Tercio. in octaua sancti Johannis baptiste.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei Siegelstreifen. Schl.-Holst. U. S. II. S. 5. Meckl. U. B. V. 2876.

1303. Juli 8. **50.**

Peter, Abt von Herevad, und Gunner, Abt loci dei, *beurkunden, daſs Herr Jon Bali, Mönch zu Lygumkloster, demselben etliche Ländereien in* Löttwedt Marck videlicet IIII gamle Marck a Nicolao Hæregstedt *gekauft, geschenkt habe:* ad torticia singulis altaribus apponenda. — „Cum dominus."

Actum anno domini M CCC III in crastino beatorum martirum Processi et Martiniai.

R. D. 1599.

1303. Septbr. 8. **51.**

Das Kloster zu Himmelsthür beurkundet, daſs Mangold Knop und sein Bruder Bertold dem Kloster Harvstehude den Zehnten in Haſsflet für 200 Mark Stadischer Pf. verkauft haben.

Bertoldus prepositus. Elizabeth abbatissa. Totusque conuentus sanctimonialium Monasterii porte celi. Omnibus presens scriptum cernentibus salutem in eo qui miraculose condidit vniuersa. Ad omnimodam dissensionis materiam. ne in posteros seu presentes contingi uideatur cautius deponendam. Noscant vniuersi presentes litteras inspecturi. quod Manegoldus dictus cnop et frater suus Bertoldus. honorabili viro Domino preposito et suo conuentui in valle virginum uel dominarum decimam in halstenvlete. quam a nobis habent in pheodo pro ducentis Marcis denariorum stadensium cum nostro consensu et consilio obligarunt tali conditione interposita quod suprascripti fratres decimam supradictam redimere possunt in natiuitate domine nostre vltra duos annos pro pecunia supradicta. Dummodo dicto preposito et suo conuentui notum prius faciant tribus mensibus. quod si ipsos decimam supradictam in natiuitate domine nostre supradicte redimere tunc non contingerit. ex tunc vltra duos ad annos in die supradicto redimere possunt pro pecunia prenotata. cum conditione supradicta. quod si tunc non redimerent. extunc redimere possunt quandocumque eis placet. reuoluto nichilominus tamen anni circulo et die prefixo semper cum conditione iam sepius recitata. In cuius euidens testimonium nostri conuentus sigillum. vna cum nostri reuerendi patris prepositi sigillo presentibus firmiter est appensum. Testes huius rei sunt. Dominus Jo. Dominus Godefridus aduocati stadenses. Dominus Hinricus de borch. Dominus Jo.

de blomendale. Milites et alii quam plures fide digni. Datum anno domini. M°. CCC°. tercio. In natiuitate beate virginis marie.

Cop. Harvstehud. Fol. 14 b im Hamb. Archiv. Fol. 15 a folgt ein Vidimus *des Hamburger Rats v. J. 1312.* In crastino Diuisionis apostolorum, *welches diese Urkunde und die des Erzbischofs Giselbert von demselben Datum transsumiert. Hübbe, Das Hammerbroker Recht, S. 171.*

1303. Septbr. 8. 52.

G[iselbert], Erzbischof von Bremen, beurkundet den Verkauf der Zehnten in Hafsflet seitens der Gebrüder Knop an das Kloster Harvstehude.

In nomino sancte et indiuidue trinitatis. G. dei gratia sancte bremensis ecclesie Archiepiscopus. ad perpetuam memoriam rei geste. ad rei geste declarationem et totius ambiguitatis exterminationem. Omnibus cristi fidelibus presentibus et futuris tenore presentium facimus manifestum. quod fideles nostri Manegoldus et bertoldus fratres dicti knope pro se ac suis heredibus vendiderunt. tradiderunt. et cesserunt iure proprio. honorabili uiro Johanni preposito sanctimonialium monasterii vallis virginum. prope ciuitatem hamborch. nostre Dyocesis. vice et nomine eiusdem monasterii ementi et recipienti decimam ville in halstenvlete de consensu et uoluntate prepositi. abbatisse. et conuentus monasterii porte celi. nostre dyocesis. a quibus pretacti fratres eandem decimam in feudum obtinebant. pro ducentis Marcis denariorum hamburgensis monete. pecunie numerate. Fuit autem tempore contractus initi apposita talis condicio. siue pactum. quod dicti venditores prefatam decimam. lapso biennio reemere valeant. dummodo id prenominato emptori. ante lapsum biennii denunciet et summam pecunie. restituat supradictam. Hec autem denuntiatio fieri debet. ad tres menses vltimos. ante biennium circumductum. Quod si dicti fratres eandem decimam infra iam dictum biennium. non reemerint. ad huc in fine sequentis biennii restituto precio pretaxato. reemere et recuperare valebunt eandem saluis denunciatione et conditionibus de primo biennio. superius iam expressis. Porro quadriennio reuoluto. si dicta decima reempta non fuerit. extunc prenominati venditores. ipsam decimam singulis annis. restitutis ducentis Marcis triumque mensium denuntiatione premissa. reemere et recuperare valeant quandocumque. Si vero dicti fratres. ipsam decimam omnino vendere seu alienare aliquando decreuerint. firmiter promiserunt eum in nullum collegium aut quamuis aliam transferre. aut alienare personam. sed pro iusto precio Johanni preposito. et abbatisse et conuentui monasterii vallis virginum vendere et relinquere memoratis. Testes huius rei sunt. Arnoldus de Stade. Hinricus de Rutowe milites. Johannes vicecomes in haseldorpe. Manegoldus et hinricus de hardhorpe. capellani nostri. et alii quam plures clerici et layci fide digni. Datum anno domini M.° CCC°. III°. in natiuitate gloriose virginis Marie. a qua die tempus reemptionis erit continuo numerandum.

Cop. Harvstehud. fol. 13 b. im Hamb. Archiv.

1303. Septbr. 8. 53.

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt der Familie von Bergen die Gerichtsbarkeit zu Ohlsdorf und zwei Hufen zu Hamm.

In nomine domini amen. Adolphus dei gracia Comes Holtsacie et stormarie, omnibus presentia visuris et audituris in domino salutem|| Necesse est actus, qui fiunt a mortalibus. taliter fulciri. vt ad noticiam perueniant futurorum, propter

quod scire volumus || vniuersos, quod mediante, vasallorum nostrorum consilio, donamus et confirmamus, dilectis nobis, videlicet Johanni filio Johannis de Berghen || necnon Johanni et Hinrico filiis Hinrici de Berghe, eorumque legitimis heredibus, tam filiis quam filiabus, natis et nascituris || iure feodali, maius et minus iudicium, ville Odeluestorpe empte a Militibus de Herslo, quibus proprietas pertinuit dicte || ville, Duos eciam Mansos in villa nostra Hamme, quas Brant ipsis vendidit, cui eosdem pro quadam pecunia pignori || obligauimus, eisdem libere donamus et conferimus feodaliter, cum iudicio maiore et minore, necnon cum agris cultis et incultis || lignis pratis pascuis aquis, aquarumque decursibus et prorsus cum omni vtilitate et fructu, prout supradicti mansi fuerint situati || Quia vero prefati, et eorum progenitores, nobis et nostris ab antiquo semper fauorabiles extiterunt, ipsis, vt dignum estimamus || libertatem et graciam, damus et concedimus, pro meritis subsequentem, videlicet vt ipsi et heredes filiorum et filiarum, ab omni seruicio armorum || sint exclusi, necnon liberi penitus et soluti, que omnia, vt premissum est, in euidens testimonium, sigilli nostri || munimine roboramus, Sunt autem testes huius facti, Johannes de slamerstorpe Hermannus de hamme, Hermannus wyersrodhe et || Johannes de Rennowe Milites, et plures alii fide digni, Datum Anno domini, M, CCC°, III°. In Natiuitate beate Marie virginis.

Original im Hamb. Archiv. Vom Reitersiegel des Grafen an grüner Schnur der Vorderteller losgelöst.

1303. Septbr. 29. 54.

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, überträgt eine Hufe zu Hamm an Hartwig von Artlenburg.

Adolphus dei gracia Comes Holtsacie et Stormarie, Omnibus hanc litteram inspecturis in domino salutem || Ex diuersis seruiciis, que nobis Hartwicus de ertene·borg fidelis noster Ciuis Hamborgensis sepius || fecit et amplius faciet domino concedente, dignum censemus et congrvum racioni, vt pro suis seruiciis debitam || excipiat recompensam, obhoc igitur omnibus presentibus et futuris presenti scripto innotescimus || quod nos eidem, et suis legitimis heredibus filiis et filiabus, natis et nascituris imperpetuum || libere donamus et conferimus, vnum Mansum in villa nostra Hamme, prout situs est, cum agris cultis || et incultis, lignis, aquis, aquarumque decursibus, et prorsus cum omni iure, iudicio, vtilitate || ac proprietate, quibus ad nos pertinuit dictus mansus, hereditarie possidendum, addentes, vt cum || ipso faciant sine contradictione, quod eorum placuerit voluntati, verumtamen nominatim exprimimus || vt iidem videlicet Hartwicus et heredes, occasione huius mansi, sint ab armorum seruiciis liberi || penitus et soluti, Hec etenim omnia, vt perpetue robur obtineant, sigilli nostri munimine confirmamus || Datum anno domini, M°, CCC°, III°, Michahelis archangeli.

Original im Hamb. Archiv. Grüne Siegelschnur. Hübbe: Das Hammerbroker Recht, S. 172.

1303. Octbr. 5. 55.

Heinrich, Graf von Holstein und Schauenburg, bestätigt die Privilegien der Stadt Itzehoe.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Hinricus dei gracia comes Holsacie et de Schowenborch Omnibus hoc scriptum visuris salutem in omnium || sal-

uatore. Notum esse uolumus tam presentibus quam futuris quod nos ad emendacionem oppidi nostri Ethzeho. ciuibus eiusdem|| ciuitatis litteras nostras patentes contulimus. continentes loca et terminos in quibus pastum et paschua habere debent suorum pecorum ac iu||mentorum. nec non et terminos per circuitum ciuitatis in quibus ius habent ciuitatense ac Lubicense. Sunt autem hec loca dictis ciuibus ad pascua assignata. A via concaua que Holewech dicitur. et Grotenwoldemersholt. Honerbeke. cum Lancghenacker et quicquid ibidem fuerit solitudinis. et que per locum dictum Scholtbrok continentur. Ceterum a ciuitate Ethzeho. per montes dictos Bolchen. viam latam habere debent que Vetrade dicitur vsque ad pontem Oysebrukke. Et solitudines a dicto ponte ad uillam paruam Slotvelt. A iam nominata villa solitudines ad locum dictum Gnooth. inferius montibus Bolchen et ad montes Twiberche. Et solitudines iacentes infra dictos montes Twiberche et viam scleswicensem eis sunt ad pascua eorum assignata. In terminis autem subsequentibus per circuitum supradicte ciuitatis. habebunt ius ciuitatense ac Lubicense. Aput pontem Delue. quicquid fuerit inter duos aqueductus qui sylen nuncupantur. viam videlicet habent. et septem morghen agrorum ad montes dictos wellen se extendentes. et Rotenbrok usque ad locum dictum Wustemers. dictorum ciuium propria et vera est hereditas. et ius habent Lubicense et ciuile. A loco dicto Wustemerz per antiquum fossatum ascendendo. penes locum Legencampe vsque ad aggerem dictum Dicstal. et a tali loco linialiter ascendendo ad extremitatem vie concaue. Inde vsque antiquum fossatum iuxta hospitale. A tali fossato et ab ista parte hospitalis per fossatum veterem. descendendo infra hereditatem nobilis viri domini Hinrici comitis supradicti. et Bertrammi. Et Rivulum descendendo infra alodium Burchardi militis. et montes Rischeberch vsque ad flumen dictum store. In iam dictis autem terminis foris ciuitatem ius sepedictorum ciuium fore recognoscimus lubicense et ciuile. extremitates autem terminorum dictorum in signum per cruces signari volumus successorum. Ceterum in antiqua ciuitate foris oppidum. non habebunt mansionem aliqui mercatores ulla mercimonia venalia habentes. sed tantum Hortulani et Dolifici. nisi de dictorum consulum ac ciuium exstiterit uoluntate. Preterea dictorum ciuium libertates et priuilegia ipsis a nostris progenitoribus collata. Ratificamus per sigilli nostri appensionem. Huiusmodi autem libertates pretaxatas. sepe dictis ciuibus erogauimus propterea. vt ciuitatem nostram Etzeho. Postibus et Plancis videlicet firmare studeant annuatim pro nostra vtilitate et ipsorum. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum est appensum. Testes sunt. Thidericus dictus Hokin. Hasso dictus de Otteshude milites. Guzstrow tunc aduocatus et consules eiusdem ciuitatis. Acta sunt hec anno Domini M°. C°C°C°. Tertio. Tertio Nonas Octobris.

Original im Stadtarchiv zu Itzehoe. Ein Siegel an seidener Schnur. Corpus Constit. Regio Holsat. III. S. 513. Noodt: Beiträge II. S. 406. Westfalen IV. 3211. Zeitschrift Bd. VII. Repertorium S. 17 Nr. 4.

1303. Octbr. 7. 56.

Ludolf, Bischof von Minden, die Ministerialen des Bistums und der Rat der Stadt Minden teilen den Herzögen Johann und Albrecht von Sachsen mit, daſs das Gaugrafschaftsgericht zu Bogenstelle *nicht, wie der Graf von Hoya behauptet, ein diesem von den Herzögen zu mutendes Lehen sei, sondern in demselben freies von den Herzögen zu bestätigendes Wahlrecht der Gaugenossen bestehe.*

Illustribus principibus Jo. et Al. Ducibus Saxonie. Ludolfus dei gratia episcopus, . . Capitulum, . . Ministeriales et . . consules|| ecclesie et ciuitatis Myndensis, cum omni qua possunt sinceritate paratam et beniuolam ad queuis beneplacita voluntatem. Peruenit|| ad nos, quod Comes hoyensis, Nobilitati vestre insinuauerit, quod iudicium Gograuie in bogenstelle, ad ipsum iure heredita||rio pertineat, et debeat de illo infeodari a vobis, Super quo Nobilitati vestre. per nostras patentes litteras significare|| et declarare duximus veritatem quod in tali iudicio, populares et prouinciales. qui wlgariter dicuntur Erfexen, judicem siue Gograuium eligunt, a vobis confirmandum. hoc usque nunc, a vestris progenitoribus est seruatum. Huius rei testes sumus et|| testificamur testimonio presentium litterarum. Nos quoque . . Ministeriales. . milites et armigeri sigillis dominorum. . . Episcopi, || . . capituli, et . . Consulum contenti sumus. Datum Mynde Nonis Octobris. Anno Domini M°CCC° tercio.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Drei Siegelstreifen.

1303. Octbr. 9. **57.**

Giselbert, Erzbischof von Bremen, verwandelt die einst von Nikolaus Fredewards Sohn gestiftete Vikarie im Hamburger Dom in eine Präbende und genehmigt die Verleihung derselben an den Sohn Johanns von Bergen.

In nomine domini amen Gyselbertus dei gracia sancte bremensis ecclesie archiepiscopus. honorabilibus viris Decano et capitulo ecclesie hamburgensis salutem in domino. Cupientes vota petencium laudabilia affectu prosequi gracioso, vicariam quam olim Nicolaus filius vordewardi in ecclesia vestra pro sua suorumque salute instituit, et competentibus redditibus. scilicet XIII. marcis in theloneo hamburgensi. tribus marcis in Gorieswerdere. dimidio choro siliginis. et vno porco. VIII. solidos valente in uilla Sasle dotauit. nunc per mortem bone memorie Willekini presbiteri. ad eam quondam instituti et aliquamdiu in ea laudabiliter conuersati vacantem. amicorum Nicolai fundatoris predicti instancia et precibus excitati. patronorum eciam consensu et beneplacito accedente. in prebendale beneficium commutamus et conuertimus. in numero et iure prebendarum ecclesie vestre perpetuis temporibus computandum. Dantes et concedentes vobis auctoritatem et liberam potestatem. filium Johannis de monte ciuis hamburgensis in canonicum et fratrem recipiendi. eique nomine prebende. dictum beneficium cum suis fructibus et plenitudine iuris canonici assignandi. Saluo tamen in omnibus iure eorum. qui ante ipsum in vestra ecclesia in canonicos sunt recepti. quos eidem in assecucione maioris prebende volumus anteferri. nec eis ex concessione huiusmodi aliquod preiudicium generari. In quorum omnium testimonium. hoc scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum stadis. Anno domini M°. CCC°. tercio in die beati dyonisii martiris et sociorum eius.

Lib. cop. cap. fol. 32 a. im Hamb. Archiv. Staphorst: Hamb. Kirchengeschichte Bd. II. S. 226.

1303. (Juli 3.) Octbr. 28. **58.**

Gottschalk, Dekan, und das Kapitel zu Hamburg einigen sich mit dem Grafen Adolf von Holstein über die Besetzung einer Präbende.

In nomine domini. Amen. Anno eiusdem. M°. CCC°. tercio. Quarta feria post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum. Cvm nos Godescalcus dei gracia

Decanus et Capitulum ecclesie hammenburgensis, congregati essemus in loco ad hoc consueto, de diuersis|| Ecclesie nostre negotiis tractaturi, et precipue de hoc quod Nobilis vir dominus Adolfus Comes de scowenborch asserebat prebendam per mortem domini Johannis Calui quondam nostri Concanonici bone memorie|| vacantem, auctoritate quarundam litterarum quas exhibuit et etiam consuetudinis secundum ipsas litteras optente vt dicebat, deberi de iure Domino hermanno de hylleghenstede similiter nostro Concanonico, in minori|| prebenda constituto. quam Idem Comes et sui antecessores conferre consueuerant, cum illa prerogatiua vt asseruit, quod quicumque eandem minorem prebendam ab eis presentatus haberet, ad maiorem prebendam|| ascenderet, secundum ordinem sue receptionis sicut alius de nostris concanonicis in minori stipendio constitutus. Et quia olim etiam ecclesia nostra per Comitem supradictum, propter collacionem predicte|| minoris prebende, et ascensionem de ipsa ad maiorem, multas Aduersitates, turbationes et damna passa exstitit, et passuram in futurum verisimiliter timebamur, placuit omnibus nobis|| de tali collatione nostram ecclesiam disbrigare, vnde tandem in hoc omnes conuenimus et consensimus, quod potestas conferendi dictam prebendam maiorem per mortem dicti|| Johannis vacantem, incorporatam sub numero duodecim prebendarum daretur ipsi Comiti ita quod ipse et sui legitimi successores eam perpetuis temporibus conferant, quandocumque vacauerit|| cui velit dum tamen persona sit ydonea et intra primum annum collacionis sibi facte in presbyterum ordinetur, et statim cum in perceptione fuerit residentiam nobiscum faciet personalem|| et collacione huius prebende tantum Idem Comes et sui successores de cetero sint contenti, Preterea consensimus quod ista vnica vice tantum sepedictus Comes conferat eandem prebendam|| minorem quam dictus dominus hermannus habet et Nos eum cui collata fuerit recipiemus in Concanonicum et in fratrem sine preiudicio prius electorum, taliter scilicet quod non ascendat ad maiorem prebendam, nisi iidem|| preelecti prius ascenderint ante ipsum, Cvm vero sepedictam minorem prebendam per ascensionem vt premittitur, vel per mortem vacare contigerit, ex tunc prouentus illius, Decem scilicet libre, dena||riorum annuatim cedent duodecim minoribus prebendis in subleuamen predicte prebende vt supra dicitur incorporate, Ceterum ad hoc omnium accessit assensus vt nullus nostrum contra vnionem|| et restrictionem prebendarum quam in ecclesia nostra facere concepimus, et venerabilis pater et Dominus noster Dominus Gyselbertus sancte Bremensis ecclesie Archiepiscopus, confirmauit suis litteris, aliquo tempore veniat, sed omnes|| et singuli, ipsas per fidem nostram totis viribus defendere debebimus et seruare, Sed ne per hoc aliquis dicere possit sibi preiudicium generari taliter inter nos extitit ordinatum, vt quilibet Concanonicorum|| nostrorum in minoribus prebendis existentium in presenti qui nobiscum personaliter residere voluerit de restrictis prebendis diuidendis tantum percipiat, quantum vnus nostrum perceperit in maiori stipendio constitutus,|| Hiis quoque factis restrinximus et pro restricta habere decreuimus, prebendam per mortem domini Eckehardi scacken quondam nostri Concanonici, pie recordacionis, vacantem, similiter prebendam domini Syfridi|| de herslo, pie memorie vacantem modo restrinximus supradicto, Et Nos Gyselbertus dei gracia sancte bremensis ecclesie archiepiscopus, suprascripta omnia et singula, quia racionabiliter ordinata, pro|| vtilitate nostre ecclesie hammenburgensis predicte, quam paterno prosequimur affectu, inuenimus, rata et grata habentes in hiis scriptis in nomine domini confirmamus, prohiben||tes sub interminacione anathematis nequis ausu temerario contra predicta vel aliquid predictorum venire

audeat infuturum, Ad cuius euidenciam sigillum nostrum apponi|| fecimus huic scripto. Datum Anno domini predicto in vorda in die beatorum apostolorum Symonis et Jude.

Original im Hamb. Archiv. Siegel des Erzbischofs an rot-gelber Schnur. Ebendort eine zweite gleichlautende Ausfertigung. Von dem Siegel des Erzbischofs an rotgelber Schnur nur der Unterteller vorhanden. Staphorst I. 2 S. 224, S. 228; I. 3 S. 836.

1303. Novbr. 1. **59.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, beurkundet seinerseits die mit dem Hamburger Kapitel geschlossene Einigung über die Besetzung einer Präbende.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Adolphus dei gracia comes holtsacie et de scowenborgh. Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in omnium saluatore. Ad noticiam omnium ac singulorum cupimus deuenire quod nos de bona uoluntate ratihabicione et consensu fratrum nostrorum vnanimi ac heredum omnium cum uiris honorabilibus dominis Godscalco decano et capitulo ecclesie hamburgensis. super assignacione maioris prebende per mortem domini Johannis calui bone memorie vacantis. domino hermanno de hilghenstede nostro cappellano, nostri iuris necnon sui intuitu secundum ordinem perceptionis de iure debitum concordauimus in hunc modum. quod nos ac veri heredes nostri et successores dictam prebendam maiorem quam domino hermanno iam dicto fecimus concorditer et canonice assignari aliis prebendis maioribus. in omni iure vtilitate. distribucione et incorporacione equalem persone ydonee in sacris ordinibus constitute quociens cumque vacauerit perpetuo conferimus. Que persona in primo anno. ordinem recipiet sacerdotalem et residenciam faciet personalem. cum aliis suis concanonicis in maiori stipendio constitutis. Preterea prebendam minorem pro qua dictus dominus hermannus canonice intrauit. ista uice tantum leoni hartwici de erteneborch filio contulimus propter deum. et ipse leo erit equalis in capitulo. choro et omni iure aliis in minoribus prebendis constitutis et ascendet secundum ordinem sue recepcionis ad maiorem. Post cuius leonis mortem vel ascensum percepcionis melioris prebende. eadem prebenda minor cassabitur et desinet esse prebenda, et ipsius prouentus videlicet decem talenta denariorum in nostro theloneo situatos reemere possumus pro centum et viginti quinque marcis nummorum hamburgensium. quando nostre placitum fuerit voluntati. Qui prouentus seu pecunia cedent in usus communes canonicis in prebendis maioribus constitutis. in restaurum et fulcimentum prebendarum maiorum si ecclesiam hamburgensem hactenus in aliquo dinoscimur offendisse. Nos vero et nostri heredes in collacione ipsius prebende minoris nichil iuris nobis de cetero poterimus vendicare. Ut autem hec ordinacio rite et racionabiliter facta a nobis et nostris fratribus et heredibus perpetuo maneat stabilis et inconuulsa. presentem litteram sigilli nostri munimine fecimus roborari. et nos gherardus et hinricus comites holtzacie in signum ratihabicionis et plenitudinis nostre voluntatis omnium premissorum que per dilectum fratrem nostrum Adolphum comitem antedictum facta sunt. sigilla nostra huic scripto duximus apponenda. Acta sunt hec. anno domini M°. CCC°. III°. in hamborch in die omnium sanctorum.

Lib. cop. cap. fol. 117 a im Hamb. Archiv.

1303. Novbr. 1. **60.**

Otto, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, schliefst mit seinen Oheimen, den Herzögen Albrecht und Erich von Sachsen, einen Waffenstillstand auf drei Jahre.

Dei gracia nos Ottho dux de Brunswik et de Lunenborch Recognoscimus in hiis scriptis Quod cum karissi||mis awnculis nostris Alberto et Erico ducibus Saxonie vnionem concordie munimus sub hac forma Quod a festo sancti|| Michahelis proxime nunc venturo ad triennium propter nullam causam nec propter aliquem erimus inimici nec aliquid dampnum vel periculum eisdem de|| terra seu munitionibus nostris in quantum precauere poterimus ab aliquo fieri permittemus vt autem hec premissa firmiter obseruentur nos vna|| cum militibus nostris infra scriptis dictis awnculis nostris promisimus fide data videlicet Geuehardo et hinrico de monte. wasmodo de|| knesbeke. item Johanne et Wer. de Bodendike militibus et domino henrico de wendhen, Item Ottone Barvot. Henrico Ryben wernhero|| de Medinghe, Gerhardo de oden et Conrado de Estorp militibus promisimus eciam premissa fide quatuor militibus supradictis. Geuehardo scilicet|| de Monte. hinrico Scacken, Heinrico de parketin et wasmodo de knesbeke firmiter obseruare quicquid super omnibus causis inter nos ventila||tis siue ventilandis ordinauerint faciendum In Cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum Eyslinghe|| Anno gracie Millesimo CCC° tercio in die omnium sanctorum.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Ein Siegel fragmentarisch. Sudendorf, U. B. I. 103.

1303. Novbr. 11. **61.**

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, verkauft dem Hamburger Bürger Heinrich Blomenberg einen Wispel Weizenmalz und anderthalb Wispel Weizen aus der neuen Mühle zu Hamburg für 400 Mark.

In nomine domini amen Adolphus dei gracia Comes Holzacie et Stormarie, Omnibus presencia visuris et audituris|| salutem in domino sempiternam, Noscant vniuersi, tam presentes quam posteri, quod nos Hinrico Blomenberch|| Ciui Hamburgensi et suis iustis heredibus, liberaliter uendidimus, quatuor choros Triticei brazii, et vnum|| chorum cum dimidio siliginis, percipiendos singulis annis, in nouo Molendino nostro Hammenburgensi pacifice et quiete|| Nos uero dictos redditus infra duos Annos, ex nunc sequentes immediate, pro Quadringentis Marcis|| reemere possumus, prius solitis redditibus, vt in tempore competit, quod ex fauore et amicicia, nobis conceditur|| speciali, perpetuis redditibus tamen in principalem sortem minime computandis, Si autem in distinctis duobus|| annis, reemptionem horum reddituum minime faceremus, prefati, Hinricus et heredes nati et nascituri|| extunc ipsos in dicto Molendino hereditarie et proprietarie perpetualiter sine vlla contradictione libere|| possidebunt, Hec autem omnia, vt a nobis, et successoribus nostris firmiter et inuiolabiliter obseruentur,|| hanc paginam Sigillo nostro duximus in testimonium roborandam, Testes sunt huius rei, Johannes|| de Slamerstorpe, Hermannus de Hamme, Johannes de Rennowe, Hermannus de wiersrode,|| Otto de Golenbeke, Hermannus de Lasbeke, Milites, et Marquardus aduocatus, Actum et Da||tum, Anno Incarnacionis domini, Millesimo, Triscentesimo tercio, Martini episcopi et confessoris.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen an grüner Schnur.

1303. Novbr. 22. **62.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, überläſst dem Kloster Fischbek die Vogtei über vierzig Joch Landes in Benessen *und bestätigt die Schenkung seines verstorbenen Vaters, die Vogtei über drei Hufen in* Helpenhusen.

Adholphus dei gracia comes holtzacie et de Scowenborgh omnibus presens scriptum visuris salutem in domino|| sempiternam Nouerint vniuersi presentis temporis et futuri, quod nos misericordia diuina inducti et ob nostre nostro||rumque progenitorum remedium animarum, dimittimus et donamus conuentui et sacerdotibus in visbeke ad||uocaciam super quadraginta iugera in villa benessen sita, quam quidem aduocatiam dominus engelhardus eius||dem conuentus canonicus a patre nostro dilecto domino Gerhardo comite ad tempora vite sue tenuit perpetuis temporibus possidendam, Insuper, donationem aduocatie super tres mansos sitos in villa helpenhusen quam|| pater noster predictus bone memorie supra dicto conuentui et sacerdotibus libere contulit, nos nostrique here||des gratam habebimus et ratificamus scriptis presentibus sigilli nostri munimine roboratis. Datum in die cecilie virginis et martiris anno domini M⁰. CCC⁰. tercio.

Original im Archiv des Klosters Fischbek.

1303. Decbr. 21. **63.**

Otto, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, nimmt das Kloster Reinfeld und insbesondere dessen Salzgüter zu Lüneburg in seinen Schutz.

Vniuersis presencia uisuris otto dei gracia dux in luneborch et de brunesuich in domino salutem|| Nouerit Vniuersitas vestra quod diuine remuneracionis intuitu specialisque fauoris respectu|| quem ad ecclesiam Reyneueldensem semper habuimus bona ad eam spectancia siue in dominio|| nostro siue extra fuerint sub protectione nostra et tuicione suscepimus, et consilio et auxilio|| adherebimus ne violenciam et iniuriam aliquam paciantur precipue et maxime hoc no||tantes et omnino sic habere uolentes, quod nemo cuiuscumque dignitatis status et|| condicionis fuerit audeat et presumat bona que prefata ecclesia in salina nostra luneborch possi||det inpetere et occupare. eo quod nec nos uelimus nec posteri nostri amore nostri et iusticie|| debeant ipsos quocumque modo indebite grauare nisi prius omnis iusticia et omnis iu||ris ordo quo salina de iure debet uti teneatur et seruetur. vt autem hec rata et inconuulsa permaneant presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes huius rei sunt dominus lefardus abbas in lucka. dominus hinricus prepositus sancti cyriaci in monte in brunesuich. ekkehardus et ludemannus tunc tempore notarii nostri et Rutche||rus miles dictus de gustede. Datum luneborch anno domini M⁰. CCC⁰. III in die|| beati thome apostoli.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen.

1303. **64.**

Graf Johann vergleicht das Kloster Reinfeld mit den Einwohnern von Zarpen dahin, daſs letztere den frei betriebenen Holzhieb und die Veräusserung des Holzes auf die Klage der Mönche einschränken auf ihren eigenen Bedarf und für Holz zum Hausbau die Einwilligung des Abtes einholen werden.

Angeführt: Hansen, Nachricht von den Holstein-Plönschen Landen S. 125.

1304. Jan. 13. **65.**

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt den Verkauf etlicher Ländereien in Billwärder seitens des Vesceo und seiner Erben an Thider Junge und seinen Schwiegersohn Johann Bomholt.

Nos Adolfus dei gracia Comes holtsacie et stormarie omnibus presencia visuris et audituris in perpetuum cupimus esse notum. quod quia veseco et heredes eius thidero iuueni et genero eius Johanni dicto bomholt ciuibus nostris in hamborch. bona sua ut sita sunt in billenwerdere circa aquas vrenflet. videlicet dimidium mansum agrorum hereditariorum et decimas maiores et minores septem mansorum vendidissent et coram nobis eisdem legaliter resignassent Nos predictis thi. et Johanni necnon eorundem veris heredibus. tam filiis quam filiabus natis et nascituris. necnon filiorum filiarumque heredibus in perpetuum. prefata bona conferimus et contradimus cum iudicio maiori et minori. piscatura aquis et pascuis. prorsus cum omni vtilitate et iure quibus ad predictos veseconem et heredes suos pertinere dinoscebantur iure pheodali. sine omni impedimento perpetuo possidenda. Nichilominus ipsis de consilio nostrorum vasallorum propter specialem amiciciam hanc conferimus libertatem ut ab armorum et omnibus aliis seruiciis. que nunc et in processu temporis de bonis feodalibus fieri solent et poterunt. perpetuo sint exempti. Potestatem eciam habeant. hec bona vendendi cui uel quibus placet. et hii quibus vendiderint. libertate premissa in omnibus prescriptis articulis. sine contradictione et obstaculo perfruantur. Vt igitur hoc factum. a nullo hominum infringatur. presentem litteram conscribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari. presentibus nostris militibus et aliis fide dignis. Actum et Datum. Anno domini M⁰. CCC⁰. IIII⁰. in octaua epyphanie.

Lib. cop. cap. fol. 122 b im Hamb. Archiv.

1304. Jan. 18. **66.**

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, überträgt einen Hof zu Hamm an Hartwig von Artlenburg.

Nos adolphus dei gracia Comes holtsacie et stormarie, Coram omnibus presencia visuris et|| audituris recognoscimus protestantes, quod dilecto Ciui nostro hamborgensi hartwico de|| Erteneborg et veris suis heredibus, tam filiabus quam filiis, donamus et conferimus cum Judicio|| maiori et minori vnam curiam siue ortum in villa hamme situm in quo quidam nomine|| Bertoldus, quondam morabatur, feodali iure perpetuo possidendum, addentes, vt ipsi ab|| armorum seruiciis, racione huius curie siue orti, sint liberi et soluti, In predictorum autem|| testimonium, hoc scriptum sigillo nostro dedimus roborandum, Testes Johannes de Slamerstorpe et|| hermannus de hamme, Milites nostri, cum plurimis fide dignis, Datum anno domini M⁰CCC⁰IIII⁰,|| prisce virginis.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen an grüner Schnur. Hübbe, Das Hammerbroker Recht S. 173.

1304. Jan. 26. **67.**

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, befreit das Kirchspiel Rellingen und die Bewohner des Moors vom Kuhschatz.

Nos Adolfus dei gracia Comes holtsacie et stormarie vniuersis presencia uisuris in domino salutem. Recognoscimus publice protestantes. quod nos deo auctore necnon ob salutem anime nostre. pauperum onera alleuiare volentes.

iniusticie pro nostro modulo obuiare vniuersos colonos nostros. et eorum heredes legitimos natos et nascituros in parrochia nostra rellinghe. et eciam vniuersos in iudicio nostro in terra que more dicitur natos et nascendos et omnes eorum successores constitutos. a quadam violenta exactione que coschat dicitur constituimus et dimittimus liberos et excemptos. Mandantes aduocatis nostris ne huiusmodi exactionem scilicet coschat aliquatenus erigant uel requirant sed ipsi nostri coloni predicti a prenominato grauamine permanebunt a nobis et nostris successoribus liberi et exempti. Huius donacionis testes sunt nostri consiliarii. Johannes de slamerstorpe Johannes de rennowe hermanus de wiersrode hermannus de lasbeke milites. Marquardus de horst tunc noster aduocatus. Johannes de rennowe et alii quam plures fide digni. Datum Segeberghe anno domini. M⁰. CCC⁰. quarto in crastino conuersionis Pauli apostoli.

Lib. cop. cap. fol. 105a im Hamb. Archiv.

1304. Febr. 13. **68.**

Die Erben des Ritters Heinrich Motemeduvele beurkunden den Verkauf einer Fischereigerechtigkeit an der Bille und im Gorrieswerder an Heinrich, den Propst der Beguinen zu Hamburg.

Omnibus has litteras inspecturis, Johannes de Coldenhoue famulus Gesa mater eius et relicta. Bertrammi Motemeduuele militis, Hinricus Motemeduue||le miles tutor eorundem in perpetuum. Quia ea que fiunt inter presentes a memoriis hominum persepius elabuntur, nisi scripturarum testimonio perhennentur. Huius|| rei gracia tenore presencium recognoscimus publice protestantes quod nos vnanimi consensu et accedente voluntate omnium heredum nostrorum. vnam noctem singulis sep||timanis et inperpetuum in magno were apud hamborch versus Billam. et dimidietatem brachii cum buno versus aggerem insule que dicitur Gories||werdher. situati cum lignis et retibus, fundo et aquis et cum omnibus attinenciis et fructibus que ad nos et heredes nostros, vsque in hunc diem dinoscuntur pertinere|| domino Hinrico sacerdoti, qui dicitur prepositus baghinarum racionabiliter vendidimus, pro quinquaginta marcis denariorum hamburgensium ad aliam noctem in eodem brachio|| situatam sibi prius uenditam et manualiter resignauimus. libere perpetualiter et iure hereditario possidendum, nobis heredibus nostris et successoribus nostris in dictis|| bonis nichil iuris reservantes. vt hec singula placita ante dicto domino Hinrico, cuicumque, quibuscumque personis ecclesie vel ecclesiis, pio loco, siue locis, quibus|| donauerit vel uendiderit et quod a nobilibus Comitibus Holtsacie dominis nostris a nobis, heredibus nostris et successoribus nostris perpetualiter irreuocabiliter et inuiola||biliter obseruentur et a nullo omnino hominum infringantur, et quod predicta bona sint libera et hereditaria, sepedicto domino Hinrico et omnibus ad quos eadem bona|| fuerint deuoluta emptionis, uel uenditionis siue donationis titulo Nos Johannes de Coldenhoue famulus, Hinricus Motemeduuele miles, tutor|| eiusdem et Bertammus filius noster famulus Hinricus de wedele senior Hartwicus de Hommersbotele, Hinricus de wedele iunior vette, Thy||dericus de indagine siue Stegis Thydericus de Campe milites, Johannes de Rennow famulus, Hinricus, Nycolaus de Campe fratres famuli|| in perpetuum obligauimus fide manuali et pro warandia dictorum bonorum stabimus in perpetuum, ita ut si aliquod dampnum siue impedimentum vel obstaculum|| sepe dicto Henrico sacerdoti et suis successoribus a nobilibus com[itibus Holtsacie a] nobis here-

dibus nostris et successoribus nostris uel ab aliquo hominum illatum|| fuerit ciuitatem Hamburgensem intrabimus a tempore noticie infra quin[denam] inde nunquam exituri, nisi dampno restaurato impedimentis obstaculisque semo||tis. Preterea recognoscimus nos supra dictam pecuniam a domino Hin[rico] recepisse. Item fidem nostram manualem dedimus super eo, quod si aliquis ex no||bis mortuus fuerit, alium in locum mortui ponemus cum condicionibus supra [dic]tis eque dignum. Item fide data promisimus super litteris optinendis a nobili Comite|| Holtsacie domino nostro Adolpho de Segeberge si ante dictus Hinricus de[sideraver]it in quibus recognoscat quod ipse et sui progenitores nichil iuris in sepe dictis|| bonis habuerint ab antiquo. Insuper ad manus supradicti domini Hinrici [et suorum] successorum, Helligberno. Johanni Hosere consulibus. Johanni sacerdoti de Lubeke|| fidem dedimus manualem, ad obseruanciam singulorum premissorum Nos Hinricus Motemeduuele prima uice, resignauimus domino Hinrico supra dicta bona in|| capella leonis presentibus militibus et consulibus supradictis, altera uice ego Johannes de Coldenhoue et mater mea Gesa eidem Hinrico sacerdoti in con[sisto]rio con||sulum in Hamborch manualiter resignauimus bona superius memorata et ego Johannes de Coldenhoue fidem dedi manualiter eadem uice domino Hinrico|| Helligberno, Johanni militi, Hinrico longo consulibus de obseruancia premissorum. Presentibus Hartwico de wildestorpe Ludolpho Grimmeke, [Rauene]|| Thiderico in equo ciuibus in Hamborch et aliis quam pluribus fide d[ignis] et quia nos singula sigilla non habemus. usi sumus sigillis Hinrici de|| wedele senioris et Hinrici de wedele vette iunioris. Hartwici de Hommersbotele, Thiderici de Campe militum, Acta sunt hec Homborch, Anno domini|| M°. CCC°. quarto, feria sexta ante dominicam, qua cantatur. Inuocauit.

Original im Hamb. Archiv. Beschädigt, ergänzt aus der Archivkopie. Die vier Siegel an rot-gelben Schnüren wohlerhalten.

1304. März 15. **69.**

Otto und Hermann, Markgrafen von Brandenburg, versprechen den Herzögen Albrecht und Erich von Sachsen, zu kommenden Pfingsten eine Zahlung von 500 Mark zu Salzwedel zu leisten.

Nos. Otto. et Hermannus dei gratia Brandenburgenses Marchiones Tenore presentium publice protestamur. quod Illustribus principibus|| dominis al. et Er. ducibus saxonie . . awnculis nostris karissimis ob specialem dilectionem et fauorem quo eos prosequimur. in proximo|| festo pentecostes eius quatuor diebus, dabimus finaliter in Ciuitate Soltwedele Quingentas marcas argenti|| puri vtique et soluemus. In cuius rei. Euidenciam presens damus scriptum nostris sigillis communitum. Datum in placitis snakenburch. Anno domini. M°. C°C°C° IIII° in dominica qua Cantatur Jvdica.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Zwei Siegel an Pergamentstreifen. Sudendorf, U. B. I. 104, 1. s. VII. 11.

1304. März 21. **70.**

Heinrich, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft dem Kloster Cismar das Dorf Malutekendorf *für 300 Mark Lübscher Pf.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Vniuersis presencia visuris Henricus dei gracia Comes Holtsacie et Scowenborgh salutem in domino sempi-

ternam. Propter infirmas hominum memorias, ne ea que a nobis racionabiliter|| aguntur obliuioni tradantur, sed contra uarios futurorum euentus robur obtineant perpetue firmitatis, non solum uoce testium, verum eciam testimonio litterarum ea duximus certa noticia perhennare, Huius rei gracia, notum|| esse volumus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos de consensu Inclite vxoris nostre Helwigis, et fratris nostri dilecti Nobilis Domini Gerhardi comitis Holtsacie, ac heredum nostrorum, villam nostram Malutekendorp,|| cum molendino, et restagnacione piscine adiacente, cum omni iure, et vtilitate, qua nos possedimus, videlicet agris cultis et incultis, lignis, pratis, paschuis, aquis, aquarumque decursibus, paludibus, et cum terminis suis hactenus habitis|| et obtentis, Hec omnia cum vniuersis eorum vsibus vendidimus Ecclesie sancte marie sanctique iohannis ewangeliste in Cyscemer ordinis sancti benedicti, Lubicensis dyocesis, pro trecentis marcis denariorum Lubicensium pecunie numerate, nostro|| iuri in dicta villa per omnia renunciantes . . . . . eciam vt predicte ville coloni, liberi sint ab omni . . . . .ditione et seruiciis, brugwerch, borgwerch, greuenschath . . . seruiciis, quibus . . .te ville colon . . .||ri possent, absque defensione terre tempore . . . . . lanthwer, communiter appellatur, Preterea ut nostra et vxoris nostre predicte, ac heredum nostrorum memoria, in prefata ecclesia perpetuis temporibus maneat stabilita, de iam|| dicta pecunia scilicet de trecentis marcis denariorum predictorum, quinquaginta marcas Dominis fratribus prelibatis duximus relaxandum, Vt autem hoc a nobis et cunctis nostris heredibus rata permaneant et inconuulsa,|| Sigillorum nostrorum ac fratris nostri Domini. Gerhardi supradicti appensione, presencia decreuimus roborare, Testes huius sunt, Domini Conradus de Reygnoldesborch, Elerus de Haddebothe, Johannes de beveringhusen Capellani nostri, ar||noldus de visbeke, Henricus de alverstorph, Godschalcus de porsvelde, Tedleuus de slescen milites, Arnoldus de visbeke aduocatus noster, Leo et otto de dosenrode, Bertrammus de daame castellani nostri, et alii quam plures|| fide digni, Datum et actum Reygnoldesborch, anno domini Millesimo, trecentesimo quarto, In die sancti benedicti abbatis feliciter amen.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Reitersiegel des Grafen fragmentarisch an roter Schnur. Eine grün-rote Siegelschnur. S. H. U. S. II. S. 10.

1304. März 22. 71.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, entscheidet den Streit über die Einkünfte des Gnadenjahres zwischen Hermann von Heiligenstedten und Leo von Artlenburg zu Gunsten des Letzteren.

Nos Adolphus dei gracia Comes Holtsacie et de scowenborg, Omnibus presentia visuris et audituris cupimus|| esse notum, quod postquam ab honorabilibus viris dominis . . Decano et Capitulo Hammenburgensi, domino Hermanno pleba||no de Hilgenstede, prebenda Maior in ipsa Ecclesia fuerit assignata, et Minorem prebendam in eadem Ecclesia|| cuius collacio siue presentacio de iure et antiqua consuetudine ad nos spectabat, leoni filio Hartwici de|| Erteneborg nobis dilecti, contulimus racionabiliter atque rite, inter dictos, videlicet Hermannum ex vna parte et|| Hartwicum, nomine filii sui predicti, ex alia, fuit de redditibus anni gracie scilicet Decem talentis denariorum|| sitis in Theloneo hamburgensi, ad ipsam prebendam minorem spectantibus, aliqualis discordia ventilata,|| Tandem ipsi, nobis Capitulo predicto et plurimis aliis honestis et discretis viris, presentibus, super

dicta|| discordia, in nos, tamquam in arbitrum, voluntarie consenserunt, vtrobique gratum et ratum habituri, quicquid super|| hoc ordinaremus, seu eciam diceremus Nos itaque super predictis, dictum et ordinacionem nostram, proferimus in hunc modum,|| quod dictus Hermannus nichil penitus percipere debet, de fructibus anni gracie, supradictis sed quicquid de eis prouenerit|| sine diminucione cedet, in vsum leonis superius nominati. In cuius noticiam, hanc litteram, nostri sigilli|| munimine roboramus, Datum Scowenborg anno domini M°, CCC°, IIII°, In vigilia pasche.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen am Pergamentstreifen, fragmentarisch.

1304. April 4. **72.**

Johann, Graf von Holstein, teilt mit seinen Neffen Gerhard und Heinrich den Landesanteil seines Bruders Adolf für den Fall von dessen unbeerbtem Ableben.

In nomine patris et spiritus sancti amen vniuersis presencia visuris. Johannes. dei gracia Comes holtsacie et stormarie salutem in domino|| sempiternam, Cum temporum mutabilitas omnia immutat et ea que fiunt sub tempore simul euanescant cum tempore nisi scripto firmentur firmissimo, huius rei gracia tam presentibus quam futuris volumus esse notum, quod nos cum bona voluntate et mero|| consensu nostro, ac heredum nostrorum, dilectis patruelibus nostris Dominis Gerhardo et henrico Nobilibus Comitibus holtsacie et in sco||wenborch eorum ueris heredibus de bonis fratris nostri dilecti adolfi Nobilis comitis holsatie et stormarie post mor||tem suam si ipsum comitem adolfum iam dictum sine prole legitima descedere contigerit. dimittimus et contulimus|| terras infrascriptas videlicet parrochiam trutowe. parochiam ẘlensich, parrochiam steenbeke, parochiam radolfstede,|| Insulam dictam bullenwerder et insulam dictam ossenwerder, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis in terminis hactenus|| habitis et obtentis sicut dilectus noster Comes adolfus et nos habuimus et possedimus libere et pacifice iure here||ditario perpetualiter possidendas, tali apposita condicione, quod patrueles nostri presertim scilicet Comites Gerhardus et hen||ricus ac heredes eorum a nobis et a nostris heredibus sint perpetuo separati, non valentes de cetero Ciuitatem hamborgh.|| aut reliqua bona fratris nostri sepedicti ratione impeticionis vel diuisionis attemptare, Ceterum pro dimissione et colla||tione terre prescripte, ad auxiliandum nobis contra quoslibet, qui nobis aut heredibus nostris preiudicium aut grauamen|| aliquod in bonis prefati fratris nostri inferre presumpserint, patrueles sepedicti erunt et manebunt|| iugiter obligati, ad cuius rei euidenciam presencia fecimus sigilli nostri munimine roborari, presentibus dominis et sacerdo||tibus henrico preposito in porez thiderico et stephano capellanis nostris, Elero sacerdote de hadebodhe, Item militibus Dominis|| Marquardo dicto soldeer, Johanne dicto swin, Timmone dicto blook, et henrico dicto de daam, Item Marquardo dicto catthes||croghe, et aliis quam pluribus fidedignis Datum et actum anno domini. M°. CCC°. quarto In die ambrosii episcopi.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel verloren. S. H. U. S. II. S. 9.

1304. April 17. **73.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem Kloster zu Rinteln zehn Joch Landes in Alt-Rinteln.

Adolfus dei gracia Comes Holtsacie et in Schowenborgh vniuersis ad quos presens scriptum peruenerit tam presentibus quam futuris salutem in domino sempiternam Ne ea que geruntur in tempore simul cum lapsu temporis euanescant oportet ea testibus uel scripturarum testimonio perhennari Ea propter ad vniuersorum, ad singulorum noticiam cupimus presentibus peruenire quod ad peticiones osterlindis monialis monasterii Rintelen et pro remedio animarum nostrarum proprietatem decem iugerum in alden rintelen que inquam jugera Zeburgis soror Johannis sacerdotis et plebani in afforde de manu nostra in pheodo tenuit hanc itaque proprietatem eidem ecclesie et monasterio in rintelen contulimus propter deum ut autem istud firmum et inuiolabile a nobis et a nostris successoribus permaneat, presentem paginam nostro sigillo memorato claustro dedimus roboratam, Datum anno domini. M^{0}. CCC^{0}. IIII^{0}. feria sexta post Misericordiam domini.

Aus dem Rintelner Cop. im Staatsarchiv zu Münster.

1304. Mai 1. **74.**

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, überträgt dem Hamburger Bürger Johann vom Berge die Vogtei über das Dorf Borstel.

Adolphus dei gracia Comes holtsacie et Stormarie Omnibus presencia visuris et audituris salu||tem et constantiam omnis boni, Ad noticiam vniuersorum tam presentium quam futurorum, volumus presentibus|| deuenire, quod dilecto nostro Ciui hammenburgensi Johanni de Berghe, et veris suis heredibus, natis|| et nascituris, liberaliter damus et conferimus, Maius et Minus Iudicium, ville Borstelde dicte|| cum tali proprietate et iure, quibus ad nos pertinere dinoscitur, perpetuo possidendum Verumtamen|| propter eorum grata obsequia, nobis persepe facta et inposterum, concedente domino facienda, ipsis hanc gratiam donamus et libertatem, vt dictum Iudicium siue bona possunt alienare donare vendere|| et transferre in quascumque personas si eis placet, In premissorum igitur testimonium, sigillum nostrum|| presenti pagine est appensum, et sunt testes huius rei, Johannes de Slamerstorpe, her de wyersrode|| Johannes de Rennowe et Hermannus de lasbeke Milites nostri, necnon Marquardus de horst, aduocatus|| noster cum plurimis fide dignis Datum Segheberghe, Anno domini M^{0}, CCC^{0}, IIII^{0}, In|| festo beatorum apostolorum philippi et iacobi.

Original im Hamb. Archiv. Grüne Siegelschnur. Klefeker X. 132.

1304. Mai 19. **75.**

Giselbert, Erzbischof von Bremen, verpfändet dem Grafen Heinrich von Holstein das Kirchspiel Langenbrook.

In nomine domini Amen, Nos Gyselbertus dei gracia Archiepiscopus vniuersis presencia visuris cupimus esse notum,|| quod nos obligauimus et assignauimus Nobili viro Domino Hinrico Comiti Holtsatie pro se et suis heredibus recipienti|| Parrochiam langenbroke, cum decima dikschowing, excessibus de iudicio quod, hochdingh wlgariter dicitur proueni||entibus, cumque omni vtilitate et commodo iuribus et pertinenciis provt ad nos et nostram ecclesiam pertinebat, pro quingentis|| marcis denariorum hamburgensium quas sibi soluere tenebamur, ea condicione et pactis adiectis, quod si ante festum|| beati martini proxime venturum eidem Comiti vel suis heredibus dictas quingentas persoluerimus marcas prefata|| parrochia cum

prescriptis attinenciis et fructibus ad nos et nostram ecclesiam libere reuertetur et nos dampnum quod|| idem comes ob predictam pecuniam non solutam sustinuerit debebimus resarcire, verum post festum beati mar||tini predictum, eandem parrochiam. pro eadem pecunie quantitate, redimere poterimus quandocumque nobis aut nostris successoribus videbitur expedire. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine sibi tradidimus|| roboratam, Datum haseldorph, Anno domini. M⁰. CCC⁰. quarto feria tercia infra octauas penthecostes, presentibus|| Illustri Duce. Johanne de Saxonia, honorabili viro Domino lodowico preposito hamburgensi, Conrado milite de beterkesaa|| et aliis quam pluribus fidedignis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegelstreifen. S· H. U. S. II. S. 6.

1304. Mai 23. **76.**

Albrecht, König der Römer, bestätigt das Privileg Friedrich II. Bd. I. Nr. 295. — „Ex parte magnifici et potentis principis." —

In Constantia Anno Dominice Incarnacionis Millesimo trecentesimo quarto X. Kalendas Junii, Indictione secunda, Regni vero nostri anno sexto. —

Regg. Dan. 1612.

1304. Juni 18. **77.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem Kloster Loccum vier Hufen in Horsten, *welche Ritter Johann von Bardeleben, und drei Hufen in* Wertbeke, *die der Knappe Ludolf von Döhren* (dornethe) *zu Lehen trug.* — „Nouerit vniuersitas."

Actum et datum in Scowenborg, presentibus adolfo de holte, Johanne de bardeleue militibus Rotchero sacerdote in Scowenborch Alberto et Jordano Monachis luccensibus. Anno domini M⁰. CCC⁰. quarto XIIII. kalendas iulii.

v. Hodenberg, Calenb. U. B. III. (Kloster Loccum) Nr. 568, nach dem Original.

1304. Juli 6. **78.**

Vögte, Rathgeber und Gemeinde des Landes Dithmarschen verpflichten sich auf die Klage Hamburgs keinen Kaufmann zu überfallen und zu berauben bei Strafe der Verfestung.

Uniuersis presentes litteras inspecturis, Aduocati consules ac vniuersitas tocius terre Thitmarcie|| salutem et quicquid potuerint promocionis seruicii et honoris. Recepimus litteras Honorabilium|| virorum dominorum consulum Hamburgensium querulancium de quibusdam viris spoliatoribus|| albie nobiscum in terra nostra manencium, supplicantes per quendam suum Conconsulem|| dominum Gotscalcum dictum de Bilna, ut tales viros spoliatores vt a dictis spoliis|| omnino cessarent compesceremus. Nos vero annuentes peticioni dictorum proborum virorum|| tales de quibus aliqua potuerit haberi suspicio vocauimus ad presenciam terre nostre qui|| omnes vnanimiter extensis et sursum manibus erectis se firmiter constrinxerunt iuramen||tis quod nunquam aliquem mercatorem cuiuscumque terre violenter inuaderent aut suis rebus|| de cetero spoliarent, obligantes se ut si qui ipsorum quod absit spolium uel excessum|| in aliquem mercatorem facerent bona et hereditates ipsorum ad manus aduocatorum|| et consulum debeant deuolui et in omnibus

terris ac ciuitatibus ut proscripti et|| malefici reputari. et per dominum archiepiscopum et dictos aduocatos et consules dicte|| terre de suis excessibus finaliter iudicari. vt autem hec omnia supradicta inuiolabiliter|| et firmiter valeant obseruari presentes litteras fecimus sigilli nostri munimine|| roborari. Acta sunt hec in Meldorp Anno domini M⁰. CCC⁰. IIII. In octaua|| apostolorum Petri et Pauli.

Original im Hamb. Archiv. Siegel verloren. Schubak, De iure littoris S. 279. Hans. U. B. II 52.

1304. Juli 25. **79.**

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, verleiht dem Hartwig von Artlenburg das Dorf Barmbeck.

Adolphus dei gracia, Comes Holtsacie et Stormarie. Omnibus hanc paginam visuris. salutem in eo qui est|| omnium vera salus, Estimamus dignum et racioni congruum, vt fideles seruitores, pro suis seruiciis, aliqualem interdiu|| excipiant recompensam, volentes autem intueri, multigena fidelitatis obsequia, quibus circa nos|| et nostros, fidelis noster Hartwicus de Erteneborg, hactenus se fideliter exhibere studuit, et cotidie non|| desistit, ipsi et veris suis heredibus, natis et nascituris, legitime damus et conferimus, villam|| que Bernebeke dicitur, vt sita est, cum agris cultis et incultis, siluis, lignis, pratis, pascuis, aquis|| et decursibus aquarum, iudiciis, Maiore videlicet et minore, necnon cum omni fructu nobis pertinente, feodali|| iure perpetuo possidendam, In cuius donacionis euidens testimonium hanc litteram, nostro sigillo iussimus|| roborare, De quo sunt eciam testes. Johannes de Rennowe. et Hen[ricus] de Hamme Milites nostri, Marquardus|| katteskrûch. et Marquardus de Horst, noster aduocatus, Datum anno domini M⁰, CCC⁰. IIII⁰. Jacobi maioris.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen an roter Schnur. Hübbe, Das Hammerbroker Recht S. 173.

1304. Aug. 3. **80.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, teilt mit seinen Brüdern, den Grafen Gerhard und Heinrich, die väterliche Erbschaft.

Adolphus dei gratia Comes holtsacie et in scowenborgh, Omnibus presencia visuris salutem in omnium saluatore, Ad noticiam singulorum tam presencium quam futu||rorum cupimus peruenire, Nos cum fratribus nostris dilectis Gerhardo et hinrico Comitibus holtsacie, super diuisione hereditatis paterne in hunc modum amicabiliter|| ac fauorabiliter concordasse, videlicet quod nobis de mera et libera voluntate nostra in partem nostram assignauerunt terciam partem ciuitatis hamburgensis|| cum omni iure, vsu, fructu, et vtilitate, que exinde poterint nunc siue temporibus postfuturis aliquatenus prouenire, Item insulam que gorgiswerder|| dicitur, ac parrochias eppendorph. et nygenstede cum omnibus attinenciis earundem et iure omnium vt superius est expressum, Preterea in hereditariam|| partem nobis addiderunt villas infra scriptas, scilicet bobyce cum molendino, nouum swchele, berchowe, Sarowe cum molendino, glasowe, Swin||cule, Nuchele, gyslenrodhe, Citline cum omnibus terminis earum infra et supra prout in latum et longum se extendunt, hactenus habitis et obtentis|| preter stagnum et piscariam berchowe adiacencia, que ad vsus suos proprios sibi retinebunt, habemus eciam optionem quod possimus habere anti||quum swchele dum vacauerit, si voluerimus, pro bonis

similibus vel equiualentibus de bonis nobis nunc dimissis, Nichilominus in molendino|| plone habemus quadraginta mesas siliginis mesam per duodecim modios computatam, Item in molendino Reygnoldesborgh decem mesas siligi||nis mensura simili nobis annis singulis persoluendas, Consenserunt etiam nobis vt prebendam in hamburch et vicariam ibidem instau||randum. liberaliter et perpetuo conferamus, dum ad id obtulerit se facultas, Statuimus etenim inter nos et ordinamus voluntate vnanimi et consensu, si aliquis nostrum absque liberis et heredibus decesserit, aut mortuus fuerit, superuiuentes succedent eidem in vasallis munitionibus et bonis om||nibus, que per mortuum postposita fuerint et relicta, adiecimus insuper quod nullus nostrum bona sua ad terram holtsacie pertinencia vendat|| alicui persone alienigene, nisi nobis et nostris heredibus similiter et nos ipsis ac eorum heredibus vendemus pro tanta summa pecunie, quantam ali||quis pro eisdem bonis dare uel exponere vellet, vt eadem bona in feodum reciperet ab aliquo et teneret, quod si emere nollent vt dictum est|| vendat cuicumque velit licite et expedite, Obligauerunt eciam se, nobis fratres nostri per presentes nos adiuuare, munitionem vna construere et fir||mare versus albyam dum nobis uidebitur expedire, annuimus eciam ipsis fratribus nostris, quod si bona aliqua ad ciuitatem hamburgh pertinen||tia distraximus per venditionem vel infeodationem vel inpignerationem illa redimemus et eisdem restituemus libera et soluta, Ne autem|| dubium aliquod de predictis futuris temporibus oriatur, sigilla fratris nostri Comitis Gerhardi et heredum Comitis hinrici fratris nostri cum sigil||lo nostro presentibus sunt appensa, Datum et actum plone, presentibus hartwico lupo. hinrico de kurne et Elero, Echardo de dorne. militibus et|| domino bertrammo kvle. et aliis quam pluribus fidedignis, In inuentione stephani prothomartiris anno domini M⁰. CCC. quarto.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Rest eines Siegelstreifens, ein Siegeleinschnitt. S. H. U. S. II. S. 8.

1304. Septbr. 1. **81.**

Otto, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, beurkundet, dafs sein Vater, Herzog Albrecht, dem Kloster Harvstehude zehn Acker Landes in Nest geschenkt hat und bestätigt seinerseits diese Schenkung.

Dei gratia Nos Ottho dux de brunswich et de Luneborch. Omnibus presentia visuris seu audituris volumus esse notum. Quod illustris princeps. dominus dux Albertus de brunswich patruus noster dilectus. pie recordationis Contulit ecclesie heruerdeshude proprietatem decem iugerum. cum iudicio maiori et minori in loco qui Nesse dicitur. Renuncians plane omni iuri amore dei. quod habuit in eisdem. Nos vero visis litteris dicte ecclesie. nostro aprefato patruo datis. suam donationem pro remedio anime nostre. approbamus et ratificamus. dantes sepedicte ecclesie herwerdeshudhe. que nunc dicitur vallis virginum. presentes litteras nostri Sigilli robore communitas. Datum winssen Anno domini Millesimo CCC⁰. IIII.⁰ In die Sancti Egidii confessoris.

Cop. Harvstehud. fol. 11b im Hamb. Archiv.

Daselbst fol. 12 a folgt ein Vidimus:

Illustri principi. awnculo karissimo Ottoni. duci de brunswich. et Luneborch. Gerhardus dei gracia comes holtzacie et Scowenborgh. obsequii sui promittitudinem cum dilectione debita et sincera. Venit ad nos dominus Johannes prepositus

sanctimonalium in herwerdeshudhe capellanus noster ostendendo nobis patentes litteras vestri sigilli appensione communitas et in hunc modum conscriptas:

(Folgt die obige Urkunde.)

Cum ergo sepedicta ecclesia per vestros et nostros progenitores sit fundata et super dictis bonis vestris gaudeat priuilegiis. vestram intime rogamus dilectionem quatenus propter deum. et nostre peticionis interuentum. dicto preposito et ecclesie ab impetitoribus dictorum bonorum in nesse iniuriam seu violentiam aliquam irrogari nullatenus permittatis. quia litteras uestras patentes in modum qui premissus est scriptas. saluas et integras vidimus. quod sigilli nostri appensione duximus protestandum.

1304. Septbr. 8. **82.**

Johann, Graf von Holstein und Schauenburg, bestätigt, dafs Johann von Wulversdorpe den Zehnten und die Grundheuer von zehn Viertel Landes im Kirchspiel Süderau dem St. Johannisaltar in der Domkirche zu Hamburg verkauft hat.

Johannes dei gracia. Comes Holtsacie et de schowenborg omnibus presens scriptum visuris notum facimus quod Johannes noster vasallus dilectus dictus de wluerdestorpe de consilio patris et assensu omnium heredum suorum legitimorum vendidit ecclesie hamburgensi decimam et grunthuram[1]) decem quadrantium terre qui dicuntur vertel et iarlant specialiter nominantur et siti sunt in parrochia sutherowe partim ad vicariam altaris sancti Johannis ewangeliste, quam dominus Johannes de luneborgh ipsius ecclesie hamburgensis quondam canonicus ordinauit, et partim ad memorias et ad alios ecclesiasticos pios vsus, et recognoscimus in hiis scriptis quod in eadem decima et grunthura nos et nostri veri et legitimi heredes nichil iuris habemus, nec in posterum nobis in eisdem aliquid iuris, nec feodo. aut in reempcione uel redempcione aut in aliqua proprietate possimus vendicare. Huius recognicionis et vendicionis testes sunt, Marquardus solder, Johannes swin de thethahelsdorpe Marquardus de westense et Timmo bloc milites. alii quam plures fidedigni. In quorum omnium euidens testimonium sigillum nostrum huic scripto duximus apponendum. et ego Johannes de wluerdestorpe memoratus pro me et meis veris et legitimis heredibus sigillum meum et aliorum meorum consanguineorum videlicet domini hartwici wlf militis. Nothelmi et alberni fratrum de wisch. Hilleleui, Nicolai, Hinrici, Marquardi et Hartwici fratrum de brocdorpe sigilla. ad firmitatem perpetuam et irreuocabilem presentibus sunt appensa. Datum Bulleke in Natiuitate beate virginis. anno domini Millesimo CCC°. quarto.

[1]) *fehlt in Lib. cop. cap.*

Aus der Bestätigung des Grafen Johann v. J. 1337, beati Georgii (23.—24. April) im Hamb. Archiv.

1304. Septbr. 11. **83.**

Gerhard, Graf von Holstein und Schauenburg, Heinrich von Reval und Olav, Bischof von Roskilde, transsumiren König Albrechts Urkunde. 1304, Mai 23. — „Notum facimus."

Datum Nestwedis Anno Domini M. CCC. quarto. feria sexta infra octauam Natiuitatis Marie gloriose virginis.

Regg. Dan. 1614.

1304. Octbr. 16. **84.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verpfändet 50 Mark Einkünfte aus dem Zoll und der Accise zu Hamburg für 500 Mark an Herzog Johann von Sachsen.

Nos dei gracia Adolfus Comes Holtsacie et in Scowenborch, tenore presencium|| recognoscimus publice protestantes, quod cum consensu dilecti fratris nostri Gerhardi. Comitis|| ac fratruelium nostrorum, domino nostro Johanni. Duci Saxonie. obligauimus quinquaginta marcarum redditus|| Hamburgensium denariorum in dimidietate theolonii nostri et vngeldo in Hamborch, pro quingentis marcis|| denariorum. eorundem. talibus condicionibus interiectis, quod nos uel heredes nostri dictos quinquaginta marcarum|| redditus possumus sine sui uel heredum suorum contradictione redimere pro pecunia memorata. Quod si dictus|| dominus noster redditus prehabitos alias obligauerit eodem modo quo sibi sunt obligati adhibebimus beneplacitum|| et consensum. Insuper sepedictus dominus noster dux, antedictos redditus, certis anni temporibus percipiet|| uidelicet medietatem in festo beati Martini, et aliam in festo Walburgis uirginis. Ceterum si aliquo|| annorum, quocumque casu contingente in predictis redditibus defectus fuerit, annus subsequens defectum|| huiusmodi adimplebit. In cuius rei testimonium, presens scriptum nostro sigillo duximus roborandum.|| Testes sunt Rotcherus sacerdos capellanus noster. Bertrammus kule. Gerhardus Hoken. Hartwicus|| de Hummersbutle milites. Hartwicus de Erteneborch. Johannes de Berge, et alii quam plures|| fide digni. Datum anno domini M⁰ CCC⁰ IIII⁰ in die beatorum Galli et Lulli confessorum.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen am Pergamentstreifen.

1304. Octbr. 28. **85.**

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, verkauft drei Hufen zu Hamm für 100 Mark Pf. an Johann von Buxtehude.

Nos Adolfus dei gracia Comes Holtsacie et stormarie. coram omnibus presencia uisuris et audituris recognoscimus et publice protestamur. quod de consilio fidelium nostrorum vendidimus et dimisimus pro centum marcis denariorum. dilecto hospiti nostro Johanni de buxtehude et ueris suis heredibus natis et nascituris tres mansos in hamme prout siti sunt in agris cultis et incultis, pratis. pascuis. lignis. aquis. aquarumque decursibus. necnon cum maiore et minore iudicio hereditario ac proprietario iure in perpetuum possidendos Addentes ut cuicumque siue quibuscumque hos mansos vendere uel dimittere decreuerint. iidem iure et libertate prehabita perfruantur. Quod autem premissa perpetuam firmitatem habeant et obtineant presentem litteram sigillo nostro duximus roborandam. Sunt eciam huius rei testes. Johannes de rennowe. Her. de lasbeke. Marquardus de slamerstorpe, Otto de golenbeke milites et Marquardus de horst aduocatus noster. et quam plures alii fidedigni. Datum anno domini. M⁰. CCC⁰. IIII⁰. Simonis et Jude.

Lib. cop. cap. fol. 106 b. im Hamb. Archiv.

1304. Novbr. 10. **86.**

Gerhard und Adolf, Grafen von Holstein und Schauenburg, stiften einen Altar und eine Vikarie im Hamburger Marienkloster zu Ehren ihres dort begrabenen Vaters Gerhard und ihrer übrigen Anverwandten.

Nos gerhardus. et Adolphus dei gracia Comites Holtzacie et de scowenborg. Omnibus presentes litteras inspecturis in vero|| salutari salutem. Ad noticiam omnium et singulorum cupimus deuenire quod de consilio. auxilio et assensu dilectorum fratruelium|| nostrorum filiorum karissimi fratris nostri domini Henrici Comitis felicis recordacionis Altare et vicariam in medio monasterii beate|| virginis Ciuitatis Hamburgensis fecimus ordinauimus, et dotauimus ad honorem dei beatissime matris eius et memoriam|| dilectissimi patris nostri gerhardi Comitis ibidem sepulti, et Omnium nostrorum antecessorum et successorum suorum perpetuo duraturam.|| Seruitori huius vicarie Nos omnes prefati assignamus in thelonio nostro Hamburgensi in solidum decem et octo marcarum redditus|| Hamburgensium denariorum et quatuor marcarum redditus in villis Odinghedorpe et geleuelde eo iure quo Johannes de Odinghedorpe te||nuit singulis annis et more solito quiete et expedite percipiendos. Si vero dicto Seruitori aliquibus annis in perceptione suorum|| reddituum thelonii in aliquo deperiret sequentibus annis sibi volumus plenarie restaurari. Vicarius vero huius vicarie equalis|| erit aliis vicariis in stallo. choro refectorio memoriis Sacrificio et missam ad altare suum de consensu capituli offertorio|| in cripta dicto immediate inchoabit Dictus autem vicarius de duabus marcis racione vicarie ad anniuersarium patris nostri|| deputatis in quolibet suo anniuersario Canonicis solidum vicariis sex denarios in vigiliis et missa presentibus et residuum chora||libus et pauperibus erogabit et memoriam faciet omnium nostrorum antecessorum et successorum. Volumus insuper vt vicarie huius vicarii sint|| sacerdotes et residenciam faciant personalem. Nos vero Comes adolphus Omnia Altaris et vicarie necessaria racione col||lacionis nobis et nostris legitimis heredibus a nostris dilectis fratribus assignate tenebimur procurare et redditus dicte vicarie expedite|| promouere. In cuius rei testimonium presens scriptum Sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Hamburg|| Anno Domini. M⁰. CCC⁰. quarto In vigilia beati Martini confessoris.

Original im Hamb. Archiv. Siegel verloren.

1304. Novbr. 10. **87.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, setzt Nikolaus von Arnesfelde für zwei Jahre als Vogt in Hamburg ein.

Adolfus dei gracia comes holtzacie et de Scowenborgh omnibus presencia visuris in domino salutem. Nouerint vniuersi|| quod nos de consensu et ratihabicione dilecti fratris nostri Gerhardi comitis ac heredum fratris nostri comitis henrici bone|| memorie. Nycolaum de arnesuelde aduocatum inciuitate nostra hamburgensi constituimus ad duos annos proxime|| nunc sequentes, qui faciendi et dimittendi habebit nostro nomine plenum posse, Ipse eciam nobis quadraginta|| marcas denariorum hammenburgensium nobis mutuo erogabit, et singulis annis quinquaginta marcas denariorum eorundem|| hominibus inpheodatis in eadem aduocatia de ipsa ministrabit, et sibi ipsi ex parte nostra pro suis anno quolibet expen||sis retinebit, preterea idem nycolaus de iam dicta aduocacia semel computabit in anno et siquid lucratus super quin||quaginta marcas inpheodatis dandas. et decem marcas expensarum suarum, id inquadraginta marcis nobis|| mutuo datis defalcabit, Si vero medio tempore duorum annorum predictas quadraginta marcas non receperit|| ipsum destituere non debemus, quin eidem Nycolao suas quadraginta marcas integre persoluamus. et si predictis|| duobus annis reuolutis, sepedictus nycolaus rehabere

voluerit suos denarios antedictos. nobis infesto pasche inti||mabit. et infesto beati martini ipsi suam pecuniam dabimus expedite, Concedimus nichilominus eidem|| nicolao quod dictam aduocatiam eo iure quo sibi commisimus potest dimittere cui placet. Incuius testimonium presen||tem litteram nostro sigillo duximus communiri Datum anno domini M°. CCC°. quarto in die sancti marti||ni episcopi.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen am Pergamentstreifen.

1304. Novbr. 24. **88.**

Heilwig, Gräfin von Holstein, Witwe des Grafen Heinrich, überweist zwei Hufen bei Münsterdorf zum Bau der Kalandskapelle bei Wella.

Heylwigis dei gracia. Comitissa holtsacie Relicta Nobilis viri. hinrici quondam Comitis bone memorie. Omnibus presens scriptum cernentibus. salutem in omnium|| saluatore. Cum quidam sacerdotes et Laici viri discreti et honesti, existentes in quadam confraternitate. que proprie kalant dicitur ad laudem dei omnipotentis|| supra Wellam, penes Ciuitatem Etzeho. capellam edificare desiderant de ipsorum et aliorum bonorum elemosinis. nostroque consilio et auxilio mediante|| Nouerint igitur vniuersi, tam presentes quam futuri. quod nos vna cum consensu filiorum nostrorum Gherardi videlicet et Ghyselberti ad ipsius capelle constructionem|| locum ibidem et mansum vnum penes villam Munsterdorp pro salute anime precordialis domini. ac quondam mariti nostri predicti recognoscimus con||tulisse, Ceterum mansum alium ibidem fideli nostro militi Thiderico dicto hoken vendidimus capellam ad eandem. dictos autem duos mansos ipsi capelle|| assignauimus cum omnibus eorum tam in pallude quam et alibi attinenciis et prouentu. Recognoscimus etiam per presentes quod dicti viri videlicet sacerdotes et|| Layci sepedictam capellam libere conferre poterint pro ipsorum beneplaciti voluntate. In Cuius Rei testimonium sigillum nostrum cum sigillis filiorum nostrorum predictorum|| est appensum. Datum Etzeho Anno domini M°. CCC°. quarto, In vigilia sancte Katherine virginis et Marthiris.

Transsumpt von 1322, Juli 25 im Archiv des Klosters Itzehoe. Westfalen III. 549 (zu 1305). Zeitschrift Bd. VIII, Repertorium S. 2, Nr. 9.

1304. Novbr. 24. **89.**

Johann, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, überträgt 50 Mark aus Zoll und Accise zu Hamburg, die ihm Graf Adolf abgetreten hat, an die Hamburger Bürger Hartwig von Artlenburg und Johann vom Berge.

Jo. dei gracia Dux Saxonie Angarie et Westfalie Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in domino|| Ne presentis temporis negocia consumat obliuio, solent autentico scripti stabiliter roborari. ut|| ad posterorum noticiam transmittantur, Hinc est quod nos dilectis nostris, Har de Erteneborg, et Johanni|| de Berghe, ciuibus in Hamborg assignauimus et dimisimus quinquaginta Marcas reddituum in The||loneo et vngeldo in Hamborg, singulis annis percipiendas, quemadmodum dilectus gener noster, No||bilis vir, Ad[olfus], Comes Holzacie et de Schowenborg, cum consensu, et uoluntate Nobilis fratris sui, G, Comi||tis eiusdem terre, necnon fratruelium suorum, scilicet, filiorum Comitis, H, bone memorie, nobis assignauit et dimisit, Concedentes eisdem, Har et Jo, vt sicut predictas quinquaginta Marcas a nobis|| tenent annuatim, ita liberaliter assignare et dimittere

possunt, cuicumque vel quibuscumque ipsas‖ duxerint dimittendas, Dimidietatem istarum quinquaginta Marcarum in die beate walburgis tollent‖ reliquam uero medietatem in festo beati Martini confessoris, quousque Quingentas Marcas dehariorum‖ ipsis expedite persoluemus, persolutis vero quingentis Marcis, antedicte quinquaginta Marce reddi‖tuum ad vsus nostros libere reuertentur, Ne igitur oriatur dubitatio in posterum de hoc facto,‖ ipsum conscribi fecimus et Sigilli nostri appensione iussimus roborari, Testes huius facti sunt, Albertus‖ lupus et Hartwicus de Hummersbudle Milites, Datum et Actum in Hamborg, Anno domini‖ M°, CCC°, quarto, in vigilia beate katerine virginis.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Herzogs am Pergamentstreifen.

1304. Novbr. 29. 90.

Vogt, Rat und Gemeinde zu Lübeck beurkunden das mit der Stadt Hamburg geschlossene Münz- und Geleitsbündnis.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit Aduocatus. consules et commune ciuitatis Lubicensis salutem in omnium salua‖tore. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus peruenire quod cum dilectis amicis‖ nostris. consulibus et vniuersitate ciuitatis Hamburgensis, conuenimus in hunc modum Nos enim et ipsi vnum‖ habebimus monetarium, qui vtrobique denarios sic seruabit, quadraginta solidi et decem et octo de‖narii vnam marcam ponderabunt, que marca per dimidium fertonem pura erit, quicquid eciam‖ lucri seu perdicionis inde prouenerit ipsi et nos equaliter sustinebimus, hinc et inde, Argentum quoque ad mone‖tam presentendum vno signo signabitur et erit eque bonum, Preterea nos sub expensis nostris triginta‖ duos tenebimus viros cum equis totidem et dicti consules Hamburgenses sub eorum expensis octo tenebunt‖ cum octo equis, ad pacificandam viam inter nostram et eorum ciuitates et defensionem cuiuslibet mercato‖ris, propter quod quilibet currus de bonis in ipso locatis et sub defensione tali traductus vnam marcam‖ denariorum dabit qualibet sub reysa nec minus quam decem currus taliter deducantur, nisi forte minor eorum‖ fuerit numerus qui decem marcas denariorum stipendariis velit dare, quod autem de curribus sic re‖cipitur, ex eo nobis quatuor cedent denarii, et eis denariis cedet quintus, Si vero nos aut ipsi in sti‖pendiariis. hominibus, equis, seu rebus aliis dampnum aliquod sumpserimus, is qui tale dampnum passus fuerit‖ tollerabit, sed si lucrum, hoc diuidetur, ita quod nos quatuor partes et ipsi quintam percipiant partem‖ Insuper si nobis aut ipsis ex hiis que ad pacificandam viam spectant, aliqua causa propter quam sump‖tus vel expense fieri debeant, orta fuerit, Ad hoc nos quatuor denarios dabimus et ipsi ciuitatis‖ sue nomine dabunt quintum, quicquid autem ipsi sine nostro et nos sine eorum consensu facturi sumus de eo qui‖uis per se faciat suos sumptus, et dampnum seu lucrum solummodo sustinebit, quelibet eciam‖ ciuitatum nostrarum in expensis suis nunciis prouidebit. Hec autem exnunc vsque in festum pasche proxi‖mum et ab illo festo ad duos annos immediate sequentes plenius perdurabunt. sed si durante isto‖ termino aliquid questionis siue grauaminis, occasione pacificacionis vie predicte [nobis] et ipsis, consur‖geret quod reuoluto termino eodem minime sopiretur, ad id remouendum seu [compouen]dum, nos qua‖tuor denarios dabimus et ipsi dabunt quintum vt superius est expressum, prouiso tamen, ne nos in‖ predictis sine eorum consensu vel ipsi sine nostro debeamus aliquid attemptare, In quorum omnium testimonium‖ sigillum ciuitatis

nostre appendi fecimus huic scripto, Datum et actum anno domini M°. CCC° quarto, In vigilia sancti Andree apostoli.

Original im Hamb. Archiv. (Schiffs-)Siegel der Stadt Lübeck fragmentarisch am Pergamentstreifen. Urkundl. Geschichte d. Hansa II. 232. Hans. U. B. II. 62.

1304. Decbr. 10. 91.

Burchard, Bischof von Lübeck, bezeugt, dafs dem Grafen G(erhard) von Holstein nach der Aussage des Pfarrers Johann von Lütjenburg der Rückkauf von 20 Mark Einkünfte im Dorfe Klingstein freistehe.

Borgardus dei gracia lubicensis ecclesie episcopus. Omnibus presencia visuris. constare volumus et notum|| esse. Dominum Johannem rectorem ecclesie in Lutkenburgh in nostra constitutum presencia recog||nouisse. publice protestando. quod dominus Gh. comes Holtsacie suique veri heredes. viginti marcarum|| redditus in villa klinkensten. reemere possint pro ducentis marcis denariorum lubicensium|| cum placuerit. et eis visum fuerit expedire. Que pecunia per plebanum ecclesie predicte. secundum|| consilium lubicensis episcopi tunc temporis. totaliter expendetur. vt uicaria per eandem pecuniam|| ecclesie lutkenburgh instaurata et memoria illius cuius interest plenius obseruetur. prout in|| priuilegio nostro super premissis edito perfectius continetur. Datum et actum. In Cismaria. quinta feria|| post nicholaum. anno domini. M°. CCC°. quarto.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegelstreifen.

1304. Decbr. 30. 92.

Das Kloster Neumünster beurkundet, dafs die Kirche zu Brügge für vier Hufen in Blumenthal das halbe Dorf Schönhorst eingetauscht hat.

Omnibus presencia visuris seu audituris Hinricus dei gracia prepositus egghardus prior totusque conuentus nouimonasterii ordinis sancti augustini bremensis diocesis Salutem in domino sempiternam Recognoscimus tenore presencium et publice protestamur quod de consensu nostro commutacio facta est bonorum quatuor videlicet mansorum in villa que dicitur blomendal quos dominus Thymmo miles dictus de bisticzee bone memorie ad vicariam uel ad altare perpetue officiandum in ecclesia parrochiali brugge nostre diocesis donauit cum bonis dimidia scilicet villa que dicitur schonehorst cum mansis siluis pratis pascuis iudicio maiori et minori et prescise cum omni vtilitate et fructu sicut in terminis suis sita est videlicet quod plebanus in predicta ecclesia brugge quicumque pro tempore fuerit predictam dimidiam villam cum omni proprietate vtilitate seu fructu in perpetuum possideat et vicariam predictam seu altare per sacerdotem sibi conuenientem officiari faciat et procuret Quod si non fecerit eundem condicta seruare requisiti per censuram ecclesiasticam monebimus et cogemus In euidenciam igitur et testimonium premissorum sigilla nostra presentibus sunt appensa Datum et actum Anno domini M°. CCC°. IIII°. tercio kalendas nouembris.

Cop. Bordesh. fol. 22 b. Westfalen II. 116.

1304. 93.

Sophie, Wittwe des Ritters Konrad von Oste, schenkt der Kirche zu Wilstorf (bei Harburg) eine dort erworbene Wurth.

Nouerint vniuersi presentia visuri. quod nos sophia relicta quondam pie memorie conradi dicti de oste‖ militis. aream sitam apud cimiterium sancti Nicolai in willesdorpe quam libere emimus nostris‖ denariis donauimus ob remedium anime mariti nostri, et nostre, dicte ecclesie in willesdorpe et‖ plebano ibidem perpetuis temporibus possidenda[1]). Ita videlicet quod iurati pefati ecclesie de medietate‖ prouentuum que ad ipsam ecclesiam spectat procurent oblatas et vinum ad diuinum officium celebrandum. Adiecit eciam predicta domina Sophia quod temporibus vite eius homines tam vir quam mulier in ipsa area‖ modo residentes, pro pensione quam dant memoratam aream possidebunt.. Post mortem aleheydis et suorum‖ heredum[2]) plebanus de willesdorpe sepedictus. cum iuratis eiusdem ecclesie aream supradictam locabunt‖ secundum quod eis tunc videbitur expedire, Datum bucstehude. Anno Domini. M°. CCC°. Quarto.

[1]) *l.:* possidendam. [2]) *die Worte:* aleheydis — heredum *auf Rasur mit hellerer Tinte nachgetragen.*

Original im Hamb. Archiv. Ein Pergamentstreifen.

1305. Febr. 22. 94.

Ludwig, Propst der Hamburger Kirche, genehmigt die Errichtung einer Kalandskapelle bei Münsterdorf.

Lodwicus dei gracia Hamburgensis Ecclesie prepositus. Omnibus presens scriptum visuris salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi quod nos ad instanciam dilecte sororis‖ nostre domine Heylwigis comitisse Holtsacie et filiorum eius. decani. ac fratrum kalendarum in pallude et arido iuxta Etzeho et hilgensteden conmorancium de consensu‖ capituli nostri. et monialium in Etzeho. quibus nullum fiet in hoc casu preiudicium. dei intuitu. et ob reuerenciam beatissime matris eius propter aucmentacionem‖ diuini cultus. erectionem altaris et capelle. in parochia Etzeho. iuxta villam Munsterdorp. in antiquo cimiterio ibidem habito. annuimus. fauemus et licen‖ciamus. quiete et pacifice perpetuo permansuras. Quam capellam dicta nostra soror cum filiis. vna cum predictis fratribus kalendarum. cum duobus mansis dicte‖ capelle adiacentibus plenius dotauerunt. Et decani dictarum kalendarum qui pro tempore fuerint sine omni contradictione kalendis durantibus capellam huiusmodi‖ conferent sacerdoti quotienscunque vacauerit de fratrum consilio et assensu. Si vero kalende predicte quod tamen absit aliquo tempore deperirent. collacio eiusdem‖ capelle ad prepositum Hamburgensem deuoluetur. In Cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro et sigillo nostri capituli duximus roborandum. Datum‖ Hamburg anno domini M°. CCC°. V°. in die sancti Petri ad Cathedram.

Transsumpt vom 25. Juli 1322 im Archiv des Klosters Itzehoe. Staphorst: Hamb. Kirchengeschichte I. 2. S. 560 mit der Jahreszahl 1301, ebenso Westfalen III. 550. Zeitschrift Bd. VIII. Repertorium S. 2 Nr. 10.

1305. März 6. (1301. Aug. 31.) 95.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem Hamburger Bürger Hartwig Leo von Artlenburg zwei Niederungen an der Elbe zwischen dem Harvstehuder Mühlenbach und dem Flottbeck.

Adolphus dei gracia comes holtsacie et de scowenborg vniuersis presencia visuris et audituris salutem et omne bonum‖ Ad firmam memoriam vniuersorum

tenore presencium cupimus peruenire, quod nos hartwico leoni dicto de erteneborg‖ speciali nostro ciui hamborgensi et suis heredibus legitimis natis et nascituris, donamus et conferimus duas valles‖ vt site sunt in montibus iuxta albiam inter fluuium heruerdeshude pellens molandinum, et fluuium vlotbeke, quarum‖ vallium vna duuelsbomgarde dicitur et altera non longa sita est a loco eodem, cum omni iure et libertate‖ quibus nobis pertinere noscuntur hereditarie ac proprietarie perpetuo possidendas, addentes nichilominus, vt predicti‖ videlicet Hartwicus, et heredes cum predictis vallibus faciendi, et dimittendi et pro omni eorum vtilitate et voluntate disponendi, abque‖ ulla contrarietate plenam et liberam habeant potestatem. Vt igitur premissa omnia robur habeant perpetue firmi‖tatis presentia sunt sigilli nostri robore communita, Huius namque donacionis nostre testes sunt. Ber[trammus] dictus‖ kule noster aduocatus lu[derus] de tunderen milites. dominus H. de wedele noster capellanus et alii fide digni.‖ Datum anno domini M⁰. CCC⁰. primo In vigilia sixti sinnicii et sociorum eius. Nos vero prior et‖ conuentus fratrum predicatorum et nos. Gardianus, et conuentus fratrum minorum in Hamborg, presencia‖ sana et immaculata recognoscimus nos vidisse, quod appensione nostrorum sigillorum duximus protestandum‖ Datum anno domini M⁰ CCC⁰ quinto feria III post reminiscere.

Transsumpt im Hamb. Archiv. Ein Siegelfragment, ein Siegelstreifen.

1305. März 7. 96.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, belehnt den Amalung Hoc und seine Ehefrau Walburg mit einem Hof von drei Hufen zu Cersnen, *die bisher Hartmann von Bennessen zu Lehen getragen hat.*

Datum Hameln In crastino perpetue et felicitatis. anno domini M CCC V.

v. Hodenberg: Calenb. U. B. III. (Kloster Loccum) Nr. 573 nach dem Copiar.

1305. April 22. (1368. Novbr. 10. 1372. Aug. 18.) 97.

Adolf, Graf von Holstein, überträgt um seines, seiner Eltern und seiner Gattin Eufemia Seelenheil willen dem Kloster Segeberg die Gerichtsbarkeit in den Dörfern Schwissel, Högersdorf, Mözen, Kükels, Rifferdinghen, Wittenborn, Fahrenkrug, Schackendorf, Wahlstedt, Osterbötel, Niendorf und Travenort.

Nos Harwicus dei gracia, Abbas in Reyneuelde vniuersis ad quos presentes littere peruenerint salutem in cristo perhennem. vniuersis notum fore cupimus nos vidisse et audiuisse litteras Incliti ac Nobilis‖ Comitis domini Adolphi, holtsacie ac Stormarie suo ac fratri sui Comitis Johannis sigillo perfecte sigillatas, omni suspicione carentes. Ac religiosorum virorum dominorum Abbatum quatuor monasteriorum Cister‖ciensis, ordinis in hec verba: In dei nomine Amen. Adolphus dei gracia, Comes holtsacie et Stormarie, vniuersis presencia visuris. Salutem in domino. Ne ea que fuerint in tempore, labantur cum tempore, expedit‖ vt que aguntur, scripti testimonio roborentur. hinc est quod ad noticiam vniuersorum tam presencium quam futurorum volumus peruenire, quod nos saluti anime nostre et dilecte coniugis nostre Eufemie necnon animarum parentum‖ nostrorum salubriter consulere cupientes, iudicium maius et minus Ecclesie Zeghebergensis super bonis suis et villis videlicet zwitzel. hoyerstorp. motzing. kẙkelze. Rifferdinghe. witten‖borne. varencroghe. Schakkendorpe. Duobus Walizstede. Osterbo̊tele Niendorpe et

Orde. cum molendinis et omnibus possessionibus suis. necnon super molendino sito in Tra‖uena, quod monekemole dicitur et libertate, tam opidanorum quam villanorum et omnium ibidem molere volencium, ac super omnibus bonis suis tam intra dictam Trauenam, quam vltra sitis‖ sicut in suis terminis continentur. quod quidem iudicium contra salutem anime nostre et dictorum parentum nostrorum occupantes aliquanto tempore detinuimus, de scitu consilio et pleno consensu‖ dilecti fratris nostri Comitis Johannis, ob honorem gloriose virginis Marie et beati bartholomei apostoli eidem Ecclesie gratanter dimisimus, et si quid iuris in eodem iudicio, necnon in omnibus‖ premissis et quolibet premissorum habuimus et habere potuimus liberaliter et integraliter eidem donauimus pacifice et quiete perpetuis temporibus possidendum. adicientes nichilominus‖ et volentes vt Coloni dicte Ecclesie, nulli omnino persone preter quam dicte Ecclesie vlla prorsus ministeria cogantur impendere. et vt ab omni eciam exactione vel peticione quocumque nomine‖ conseatur violenta vel precaria de cetero penitus excludantur. In Cuius facti euidentiam sigilla, nostrum videlicet et predicti dilecti fratris nostri presentibus sunt appensa. Testes sunt hii. Venera‖bilis pater et dominus Borchardus Episcopus. Johannes Decanus. Hellembertus scolasticus Ecclesie lubicensis. Hinricus prepositus sanctimonalium in Porethze. Johannes de Rennowe. hermannus de Tralowe‖ hermannus de hammo Otto de gelenbeke. hartwicus de hummersbotle. hermannus de lasbeke. Bertholdus de wensine. Marquardus de slamerstorpe milites et Consiliarii nostri. et alii‖ quam plures, Clerici milites et armigeri fidedigni. Actum et datum Zegheberge. Anno ab incarnacione domini Millesimo Trecentesimo quinto In die beati Martini Pontificis gloriosi.

(Zwischenraum von einer Zeile, das Folgende mit hellerer Tinte.)

Frater Thidericus abbas in lucka. frater Richardus abbas in Reyneuelde. frater helmwicus abbas Riuuli sancte marie vniuersis hoc scriptum visuris deuotas orationes in domino‖ Tenore presencium protestamur, nos audiuisse et interfuisse, vbi Comes Gherhardus, in sepultura fratris sui, pro remedio anime sue vberiori publice coram omnibus tam Episcopis‖ quam Religiosis et secularibus. Canonicis Regularibus in Zegheberge, donauit vt quicumque ad Molendinum ipsorum molere voluerit tam de oppido Zegheberge quam de aliis adiacentibus‖ villulis liberam habeant secundum velle [1]) proprium licenciam et facultatem. Et nos quia testimonium veritati [2]) perhibere conuenit, appensione sigillorum nostrorum necnon et Domini frederici‖ de haselthorp factum taliter se habere protestamur, Actum Anno domini M⁰. CCC⁰. LXIII.⁰ In Ecclesia Reyneuelde X⁰. kalendas maii. Nos igitur harum litterarum tenore de verbo ad verbum‖ diligenter cognouimus et sigilli nostri appensione duximus roborandum. Datum Reyneuelde Anno domini M⁰.CCC⁰. LXXII⁰ feria sexta infra Octauas Assumpcionis beate‖ marie virginis gloriose.

[1]) *folgt* suum *unterpunktirt.* [2]) *übergeschrieben.*

Transsumpt im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegel am Pergamentstreifen.

1305. April 25. 98.

Albrecht und Erich, Herzöge von Sachsen, Engern und Westfalen, schliefsen Frieden mit Herzog Johann von Sachsen.

Nos Albertus et Ericus dei gracia Duces Saxonie Angarie et westfalie. Recognoscimus et tenore presencium pupblice, quod sona et‖ amicicia firma inter nos ex vna parte et predilectum fratrem nostrum Dominum Johannem Ducem

Saxonie ordinata parte ex altera Dethleuus|| de parkentyn Johannes de Crummesse Conradus wackerbart milites. et consules in Molne videlizet Nanno Danneman Dusekop|| Johannes wllenpunt. köep. walterus smylowe ex parte fratris nostri Ducis Johannis ad hoc statuti, ab eodem fratre nostro Duce Johanne receperunt|| in mandatis et a nobis in commissis et super. hoc fide data prestito iuramento deposuerunt quod si denuo quod absit cum fratre nostro predicto Johanne.|| Duce Saxonie inceperimus discordare hii omnes cum militibus nostris et Consulibus in Raceborgh ex parte nostra ad hoc statutis secundum|| Juris viam in vnum conuenient et nos reconponent in amicicia aut in iure et quod ipsis iustum visum fuerit Juramento prestito, ordinabunt|| Quicunque vero nostrum ipsorum ordinacioni contentus stare noluerit in causa sua decidet et succumbet et tam milites predicti quam vniuersitas|| Ciuitatis predicte alteri cuius causa iusta et approbata fuerit totis viribus communiter adherebunt, alteri cuius tam iniusta fuerit contrarii ex||istentes preterea cum opus fuerit et cum nobis placuerit Ciuitatem Molne nobis intrare licebit cum armigeris quotquot placet|| ad nostram iusticiam exsequendam et in ipsa cibaria nobis necessaria comparando preterea si militum aut Ciuium predictorum aliquid decidere|| contigerit, infra mensem loco eius equiualens statuetur Ceterum si Ciues dicte Ciuitatis Molne pro huiusmodi negotio aliquod|| dampnum aut indignationem vel suspecionem alicuius incurrerint super hoc astabimus consilio et auxilio defendentes quantum|| possumus ne ipsis pro hoc aliquod incommodum irrogetur Insuper predictos Ciues in omnibus iustis causis suis proplacitare debe||bimus et fouere Ad obseruantiam premissorum presens scriptum nostrorum Sigillorum robore consignamus Datum M° CCC° quinto In dominica Quasimodo geniti per manum vlrici. .

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegel am Pergamentstreifen.

1305. April 30. 99.

Gerhard, Graf von Holstein und Schauenburg, bestätigt die Freiheiten der Stadt Heiligenhafen.

Gherardus dei gracia Comes holtzacie et in scowenborch. omnibus presencia visuris salutem in domino sempiternam. Cum consue||tudinis vsusque legum non vilis auctoritas hoc exposcat. vt que racionabiliter acta sint. scripturarum testimonio roborentur. ne propter fragilem hominum memoriam siue per calumpniancium machinaciones maliciosas in dubium reuocata de via rectitudinis auertatur. Hinc est quod notum esse cupimus tam presentibus quam futuris. quod de consensu libero nostrorum heredum et consilio maturo fidelium nostrorum annuimus et consensimus volentes modis omnibus inperpetuum obseruari, vt opidani siue conciues nostri in hilghenhauene ea vtantur libertate et donacione in Iure ipsorum prout a nostris progenitoribus habent et hactenus habuerunt. contacuimus eciam eosdem conciues per presentes litteras habere Ius lubecense in suis sentenciis et querimoniis incusando et de quolibet defendendo prout dictum Ius lubicense liberalius se extendit. Adicimus eciam quod ipsos volumus in singulis instanciis promouere ac defendere quantum in nobis est et specialiter obseruare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Anno domini M°. CCC°. quinto sexta feria post Dominicam Quasi modo geniti. Castro Gröbe.

Transsumpt v. J. 1360, Mai 13 im Staatsarchiv zu Schleswig. Westfalen IV. 3213. Hans. U. B. II. 65. s. III. S. 422.

1305. Mai 25. **100.**

Giselbert, Erzbischof von Bremen, genehmigt den Bau einer Kapelle beim Dorfe Münsterdorf.

Ghyselbertus dei gracia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus. Omnibus presens scriptum visuris in domino salutem. Edificationem capellule et altaris in parochia Etzeho‖ iuxta villam Munsterdorp. de nostra certa sciencia. domini Lodwici prepositi. Capituli Hamburgensis. et sanctimonialium in Etzeho consensu et beneplacito. a fundatoribus‖ videlicet kalendarum fratribus erectum. intuitu dei dotatum. auctoritate nostra duximus confirmandum. In cuius Rei testimonium presens scriptum nostri sigilli munimine duximus‖ roborandum. Datum Hamborgh. Anno domini M⁰. CCC⁰. V⁰. In die vrbani marthiris.

Aus dem Transsumpt v. J. 1322, Juli 25 im Archiv des Klosters Itzehoe. Staphorst: Hamb. Kirchengeschichte I. 2. S. 561 mit der Jahreszahl 1307, ebenso Westfalen III. 551. Zeitschrift Bd. VIII. Repertorium S. 3 Nr. 11.

1305. Juni 21. **101.**

Giselbert, Erzbischof von Bremen, bestätigt die Schenkung des Zehnten aus Ober- und Nieder-Flottbek seitens Hermanns von Hamme an das Kloster Uetersen.

Giselbertus, Dei gracia, Bremensis Ecclesiae Archiepiscopus, omnibus hoc scriptum visuris, Salutem in Domino sempiternam. Constitutus coram Nobis, Dominus Hermannus, dictus de Hamme, Henrico et Hermanno suis Filiis consentientibus vendidit Praeposito et Conventui Monialium in Utersen, Decimam villarum superioris et inferioris Flottbeck, pro Centum et triginta Marcis Denariorum, resignans omne ius in manus nostras ad utilitatem dicti Claustri, quod habuit in eisdem. Et nos praedictam emptionem gratam habentes, confirmamus, proprietatem earundem saepedicto Claustro iure perpetuo possidendam, concedimus, quae Decimae solverit, in Oedingo duos choros Siliginis et octoginta Himbten avenae, et unam Marcam Denariorum et viginti duos Lini, quam summam in festo Michaelis annis singulis erogabunt. Ut autem haec emtio in perpetuum perseveret, praesentem paginam sigillo nostro duximus muniendam. Huius rei Testes sunt Dominus Florentinus, Scholasticus Bremensis, Mangoldus, noster Capellanus, Clerici, Conradus Monachus, Heydenricus, Marschallus noster, Bertholdus Schultetus, Arnoldus de Stadis, Milites et alii quam plures, Datum Hamburgi Anno Domini 1305. Feria secunda ante Festum S. Johannis Baptistae.

Westfalen: Mon. ined. IV. 3490.

1305. Juli 17. **102.**

Das Kloster Itzehoe gestattet den Bau einer Kapelle auf dem alten Kirchhof bei Münsterdorf.

Omnibus cristi fidelibus presencia visuris ac audituris O[tto] dei gracia prepositus. Heylradis priorissa. Totumque Collegium sanctimonialium in Etzeho oraciones deuotas in‖ omnium saluatore Ad noticiam omnium vestrum presencium tenore cupimus peruenire. quod Nos de conmuni consensu. ex speciali deuocione. et proborum hominum maturo consilio‖ cappellam construi infra terminos nostre parochie permisimus videlicet in antiquo cimiterio apud villam Munsterdorp. Et eandem Cappellam conmisimus kalendarum fratribus per‖petuo conferendam, hac

condicione addita. vt quidquid ad altare oblatum fuerit nostro preposito seu prouisori. quolibet mense fideliter presentetur. vt autem hec ordinacio|| siue permissio vtrobique a nostris successoribus firmiter obseruetur presentem paginam eisdem kalendarum fratribus contulimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes|| huius rei sunt Otto prepositus nouimonasterii. Thydericus dictus hoken. Hasso Nicolaus. et Borchardus de Otteshude milites. Elerus et Hinricus de Crum||mendik. et alii quam plures fidedigni. Datum Etzeho. Anno domini M°. CCC° Quinto XVI°. kalendas Augusti.

Aus dem Transsumpt vom 25. Juli 1322 im Archiv des Klosters Itzehoe. Westfalen III. 550, zum Jahr 1306. Zeitschrift Bd. VIII. Repertorium S. 3 Nr. 12.

1305. Juli 21. **103.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, bestätigt den Verkauf eines Hofes in Segelhorst *seitens der Familie Redern an das Kloster Loccum.*

Nos adolfus dei gratia Comes Holtzatie et Scowenburc vniuersis cristi fidelibus presentes|| litteras visuris vel audituris notum esse volumus Quod constituti coram nobis Godefridus Statius|| fratres de rederen, et domina Lutgardis relicta quondam werneri de rederen cum conrado|| et wernero filiis suis vendiderunt et in possessionem tradiderunt religiosis viris domino Lefhardo|| abbati et fratribus monasterii in Lucka Cysterciensis Ordinis. et mindensis dyocesis Curiam in Segelhorst prope|| ecclesiam cum omnibus mansis suis et agris cultis et incultis Casis piscinis riuis pratis pascuis|| Siluis et specialiter cum silua que sundere dicitur, ac cum omni alia iuris integritate liberam, ab omni onere seruicii vel aduocacie perpetuo possidendam, Recipientes iidem God., Stacius|| domina Lutgardis et ipsius filii ab eisdem abbate et fratribus nomine precii Sexaginta et vnam marcam|| bremensis argenti in pecunia numerata In horum omnium testimonium presentes litteras ad preces predictorum conscribi|| fecimus et nostri sigilli munimine roborari. Actum et Datum in Scowenburg anno domini M°. CCC°.|| V°. In vigilia marie magdalene, presentibus nobiscum testibus infrascriptis ad hec rogatis. Adolfo de|| holte et ludincgero de bardeleue henrico disch militibus Rothero capellano nostro Wilkino|| de holte Richardo post. Jo. de bardeleue famulis et aliis quam pluribus viris le||galibus et fide dignis.

Original im Archiv des Klosters Loccum. v. Hodenberg: Calenb. U. B. III. (Kloster Loccum) 579.

1305. Juli 23. **104.**

C(hristian), Bischof von Ripen, zeigt den Bewohnern der Tonderharde an, daſs er dem Johannes Tosti sen. Vollmacht gegeben habe, seinen Hof in Gjerup an das Ripener Domkapitel zu verschöten.

C. dei gracia Ripensis episcopus. Tundærheret inhabitantibus in domino salutem. Noueritis quod nos Johanni Tosti sen. ex parte|| nostra auctoritatem plenam comittimus scotandi canonicis nostris Ripensibus curiam vnam in gerthorp|| cum suis attinenciis omnibus quam de biorn kalli sen. habuimus. iure perpetuo possidendam Ratum|| et gratum habentes quicquid super hoc duxerit ordinandum Datum Ripis anno domini M°. CCC° quinto In crastino beate marie magdalene.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegel fragmentarisch.

1305. August 1. 105.

Propst und Konvent zu Itzehoe bewilligen den Bau einer Kapelle auf dem Kirchhofe zu Münsterdorf, den Kalandsherren das Besetzungsrecht der Vikarie und dem Propste allmonatlich die Einkünfte. A°. 1305. *am 1. Tage* Augusti.

Regest im Archiv für Staats- und Kirchengeschichte II. S. 93.

1305. Aug. 15—22. 106.

Gerhard, Graf von Holstein und Schauenburg, bestätigt die Verschreibung seines Bruders Graf Adolf an Herzog Johann von Sachsen über 50 Mark Pf. aus dem Hamburger Zoll.

Gherardus dei gracia Comes Holtsacie et de Scowenborg, Omnibus presencia visuris et audituris salutem‖ et plenitudinem omnis boni, Quia dilectus frater noster, Adolphus Comes, Illustri principi domino Johanni,‖ Saxonie duci, dimisit et resignauit, in dimidietate Thelonei et vngeldi Ciuitatis nostre Hammenburgensis‖ quinquaginta marcas denariorum singulis annis percipiendas et pro quingentis marcis denariorum, redimendas, nos id quod‖ dictus frater noster, in eo fecit pro nobis et heredibus karissimi fratris nostri Comitis Hinrici clare memorie‖ ipsi domino Duci, et cuicumque siue quibuscumque, ipse dimiserit, seu obligauerit, ratum seruabimus, et appenso sigillo nostro presentibus, stabilimus Datum Hammenburg Anno domini, M°, CCC° quinto Infra octauam‖ assumpcionis virginis Gloriose.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel fragmentarisch am Pergamentstreifen.

1305. Septbr. 27. 107.

Isarnus, Erzbischof von Lund, bestätigt dem Bischof Christian von Ripen und dem dortigen Kapitel die Zuwendungen des Johannes Walter.

Isarnus miseracione diuina Lundensis archiepiscopus Swethie primas, venerabili in cristo fratri, Domino Cristiarno eadem promissione episcopo Ripensi ac honorabili capitulo eiusdem ecclesie‖ salutem in domino sempiternam. Cum. discretus vir Iohannes filius walteri ciuis Ripensis, circa diuini cultum ministerii pio motus affectu Terras quasdam in gesing mark‖ decem marcas auri valentes, quas de kanuto preposito arusiensi emit, que Reddunt annuatim centum viginti Marchas denariorum monete vsualis Item terras in eodem campo‖ valentes quatuor marcas auri, quas de domino petro sleet, fratre eiusdem prepositi kanuti, emerat, que Reddunt annuatim octo marcas denariorum monete antedicte, necnon et prata quedam‖ quadraginta sex plaustratorum in wisbymark et hwitinghmark que Reddunt ad censum annuum viginti plaustrata feni, ad capellam quam ipse construxit In ecclesia Ripensi‖ ad Reuerenciam iesu cristi et beatissime matris eius necnon et beati Iohannis apostoli, pro sustentacione capellani, qui ibidem singulis diebus, missam celebrare debebit, ad Remedium anime‖ Ipsius et vxoris sue helene donauerit et scotauerit iure perpetuo possidenda, volens et disponens, vobis, sibi, consentientibus quod ordinacio dictarum terrarum ad ipsum pro tempore vite sue‖ pertineat, post dies vero suos presbiter siue capellanus qui predictam missam cotidianam celebrabit secundum consuetudinem dicte ecclesie easdem terras ad vsum suum disponendi, ac‖ gubernandi, Liberam habeat facultatem, Ita quod illas non commutet nec aliquatenus alienet, quodque presentacio seu electio capellani eiusdem capelle ad Ipsum Iohannem pro‖ tempore vite sue, et ad successores suos post eum, collacio vero ad episcopum Ripensem, debeat pertinere, vosque adstrinxeritis

vos ac successores vestros ad ordinacionem huiusmodi‖ perpetuo et inuiolabiliter conseruandam prout In litteris vestris, sigillis vestris consignatis, expressius continetur. Nos hec omnia prout Rite ac laudabiliter facta sunt auctoritate metro‖politica, quantum de iure possumus, perpetuo confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, In cuius Rei testimonium et facti euidenciam sigillum nostrum‖ presentibus duximus apponendum. Datum Aos anno domini. M°. CCC°. quinto, kalendas octobres XVI°.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegelstreifenfragment.

1305. Octbr. 26. **108.**

Ludwig, Propst, Gottschalk, Dekan, und das Kapitel zu Hamburg ernennen zur Entscheidung über die streitige Gerichtsbarkeit des Propsten drei Schiedsrichter.

Vniuersis presencia visuris Lodewicus dei gracia prepositus Gotscalcus decanus Totumque Capitulum ecclesie ham‖burgensis rei geste cognoscere veritatem. Orta nuper inter nos Lodewicum prepositum predictum ex vna, et decanum et‖ Capitulum parte ex altera materia questionis super iuredictione prepositure competenti in ecclesiis parroghialibus earumque rec‖toribus ciuitatis hamburgensis talis inter nos amicabilis ordinacio intercessit, quod nos prepositus sepedictus‖ tres personas de eodem Capitulo nominare et eligere deberemus qui sub debito iuramenti requisiti a nobis responderent‖ qua iuredictione hactenus vsi sint predecessores nostri de gracia, conswetudine, vel de iure in ciuitate predicta. Elegimus‖ igitur viros discretos et dominos concanonicos nostros, hartwicum de herslo, henricum Cantorem, et hermannum de hili‖ghenstede quorum dictis et assercione, nos prepositus, Decanus et Capitulum antedicti volumus manere contenti, nec per hoc‖ futuris prepositis nec capitulo post tempora nostra nec priuilegiis tam nostris quam capituli aliquod preiudicium generari In cuius rei‖ testimonium nos prepositus antedictus sigillum nostrum vna cum sigillo Capituli predicti duximus apponendum. Datum anno domini‖ M°. CCC°. quinto feria tercia ante diem apostolorum Symonis et Jude.

Original im Hamb. Archiv. Siegel des Propsten und des Kapitels fragmentarisch.

1305. Novbr. 22. **109.**

Das Kloster Sonnenkamp nimmt den Grafen Johann von Holstein in seine Brüderschaft auf.

Nobili viro. domino Johanni. comiti Holtsatie. Al. prepositus. priorissa totusque conuentus ancillarum Cristi in Campo‖ solis cum obsequii promptitudine orationes in domino salutares, Ex quo vestra, sicut intelleximus nobilitas‖ pi[a] deuotione a nobis fraternitatem in domino affectauit, vestro pio et deuoto desiderio annuimus‖ in hac parte, concedentes vobis plenam participationem orationum, missarum. vigiliarum. castigationum.‖ ie[iu]niorum ceterorumque bonorum operum, que per nos in ecclesia nostra omnipotens dominus perpetuo‖ dignabitur misericorditer operari, Et hoc sub sigillorum nostrorum munimine presentibus protestamur, Datum‖ anno domini. M°. C°C°C° quinto In die beate Cecilie virginis.

Original im Archiv des Klosters Preetz. Zwei Siegelstreifenfragmente. S. H. U. S. I. S. 224.

1305. Decbr. 6. **110.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, genehmigt, dafs die Bauern zu Elskop ihre Naturalabgabe an das h. Geisthaus zu Hamburg in eine Geldleistung umwandeln.

Iohannes dei gracia Comes Holtsacie et stormarie, Omnibus presencia visuris et audituris salutem in perpetuum, Nouerint ‖ vniuersi, tam presentes quam posteri, quod ob reuerenciam sancti spiritus, et anime nostre salutare remedium, ad hoc‖ consensum plenum, adhibuimus, et fauorem, quod Coloni Colentes agros in Elsekop, de hura fundi, pro qua‖ dare sueuerunt, annuatim quadraginta duas mesas auene, dominis sancti spiritus in Hamborg, cum Consulibus ibidem,‖ prouisoribus domus predicte, quoddam fecerunt deputatum, quod Odyng potest wlgariter nominari, videlicet quod singulis annis‖ pro ipsa hura fundi, in deputatum, duodecim marcas denariorum monete Hamburgensis dare debeant, perpetuis temporibus‖ semper in festo beati Martini episcopi, omni contradictione et obstaculo procul motis, quas si ipso die non dederint, ar‖bitrati, sunt, sequenti die, duplum voluntarie se daturos, In quorum testimonium et cautelam, presens scriptum‖ nostri sigilli munimine confirmamus, Datum et actum anno domini M^{0}, CCC^{0}, quinto, In die beati Nycolai episcopi.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen an roter Schnur.

1305. **111.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt der Kirche in Rinteln fünf Hufen in Lachem.

Adolfus dei gratia comes holsacie et in scomburch omnibus presens scriptum visuris seu audituris salutem indomino Ne ea que geruntur in tempore simul‖ cum lapsu temporis euanescant dictis solent testium uel litterarum testimonio perhennari. Hinc est quod ad noticiam omnium uolumus peruenire‖ quod ad laudem et honorem nominis iesu cristi ac beate uirginis et remissionem peccaminum nostrorum et eterne retributionis intuitu proprieta‖tem cum omni iure quod ad nos dinoscitur pertinere super quinque mansos inuilla lachem sitos qui fuerant conradi dicti dewelsede et filiorum suorum videlicet‖ rotcheri et henrici et conradi cum omnibus suis attinenciis scilicet in campis maioris et in pascuis cum consensu omnium heredum nostrorum et illorum‖ quorum consensus deiure fuerat requirendus sanctimonialibus ecclesie in rintelen contulimus perpetuo possidendos Ne autem hoc factum in posterum aquo‖quam ualeat attemptari presentem paginam conscribi et sigilli nostri munimine fecimus roborari Testes autem huius actionis sunt. Adolfus dehol‖te ludingherus de bardeleue. io. debardeleue. rotcherus de bardeleue heynricus de rottorpe. ludolfus de eckersten. io debroke. milites. Io de eckersten. io.‖ deobere. io. reymer. iordanus debroke. heynricus de rottorpe famuli et quam plures alii fide digni Datum in scomburg. Anno domini. M^{0}. CCC^{0} V^{0}.‖

Original im Archiv zu Bückeburg. Rest einer Seidenschnur.

1306. Jan. 1. **112.**

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, verkauft der Stadt Hamburg den vierten Teil der Alster für 250 Mark Hamb. Pf.

Adolphus dei gracia Comes holtsacie et Stormarie Omnibus presencia visuris in domino salutem et noscere veritatem, Attendentes, quam miser‖ et instabilis,

sit heu humani generis condicio, hoc scriptum confici iussimus, per quod presentes scire volumus et ad posterorum certam noticiam peruenire, quod‖ fidelibus nostris Consulibus et vniuersitati Ciuitatis Hamburgensis, vendidimus dimisimus et resignauimus, quartam partem alstrie, vt site, pro Ducentis‖ quinquaginta marcis nummorum hamburgensium, cum omni iure, libertate, vtilitate ac proprietate, quibus nobis pertinet et sicut, ad nos deuenit, a nostris preces‖soribus, libere ac pacifice possidendam in qua nobis et nostris heredibus, non debetur reempcio, quibuscumque etiam casibus mediantibus, donec sex anni ex nunc‖ integre reuoluantur, quibus reuolutis, in reempcione nobis hec lex et gracia reseruatur, vt si ex tunc infra quinquaginta annos immediate sequentes, ipsam partem‖ pro Ducentis quinquaginta marcis denariorum predictis, reemere possimus, admittamur, plenario super illo, talis autem reempcio, semper debet fieri, in predictis quinquaginta annis‖ infra festa circumcisionis domini et diem sanctum purificationis intemerate virginis Marie, prorsus omni alio reempcionis termino pretermisso, quodsi forte in‖ distincto termino reempcionem debitam minime faceremus, post reuolucionem annorum quinquaginta predictorum, ad reempcionem, nec nos nec nostri successores‖ perpetuis temporibus admittamur, sed dicti, Consules, et vniuersitas, predictam partem alstrie, hereditario iure, ac proprietario vigore, liberaliter et absque omni‖ impedimento et obstaculo perpetualiter possidebunt Ceterum condicionaliter insertum est, quod cuncta impedimenta et obstacula quibus ipsa in hac vendicione‖ nostra disturbari possunt seu eciam disturbantur, talia nos et nostri successores reuocare teneamur, a qualibet impeticione, partem eandem liberam faciendo,‖ Dicimus eciam quod eam partem licite vendere et obligare poterunt pro sua pecunia, quibus volunt et hii quibus vendiderint, obligauerint, dederint aut‖ dimiserint, singulis hiis inscriptis libertatibus gaudeant et fruantur, adiectum est preterea, quod de Riuulis et fluuiis Eylembeke et Bernebeke dictis‖ inter nos, et dictos consules et vniuersitatem, amodo stare debeat sicut hacten usquibus interim, quod tenent alstriam, vti debent, sic tamen, quod dum eam ‖ reemerimus, vt nec nobis nec ipsis, ex hoc grauamen aut preiudicium generetur, sed saluo iure partium vtrarumque, vt igitur omnia que premisimus, robur debite‖ firmitatis habeant et obtineant presentem cartulam, sigilli nostri munimine roboramus, Testes Io. de rennowe, hermannus de lasbeke, Her.‖ de wyersrodhe, et hartwicus de hummersbutle Milites, cum plurimis fide dignis actum et datum anno domini M° CCC° sexto in Circumci‖sione domini nostri iesu cristi.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen an grüner Schnur. Klefeker X. 58. Lappenberg: Alsterbericht 1859 S. 35.

1306. Jan. 7. 113.

Giselbert, Erzbischof von Bremen, befiehlt dem Vogte, den Ratgebern (consules), *Geschworenen und dem gesammten Volke des Landes Dithmarschen* (terre Thitmarcie) *auf die Klage Hamburgs und der Städte zwischen Weser und Polenland an der Ostsee, über fortgesetzte Raub- und Mordanfälle auf Elbe und Eider, die mit Hamburg und allen Kaufleuten errichtete Willkür zu beobachten, bedroht das einzelne Kirchspiel mit dem Kirchenbann, beziehungsweise mit dem Einschreiten des Papstes und kündigt ein Handelsverbot der Städte an.* — „Gravem querimoniam."

Datum Stadis anno Domini 1306, in crastino epyphanie.

*Original im Hamb. Archiv, 1842 verbrannt. Urkundenbuch zur Geschichte Dithmarschens 13. Hans. U. B. II. 82. Regg. Dan. *874.*

1306. Jan. 14. **114.**

Lutbert, Vikar des St. Andreasaltars in der Nikolaikirche zu Hamburg, schenkt eben jenem Altare Einkünfte in Kurslack und Achterschlag.

Omnibus presens scriptum visuris, Ego Lutbertus vicarius altaris Sancti Andree apostoli in ecclesia beati Nicolai in hamborg recognosco publice in hiis scriptis, quod ego ad honorem dei omnipoten‖tis et beatissime matris eius Marie, et omnium sanctorum, ac beati Bartolomei apostoli, Assigno prefato meo altari, pro mea meorumque predecessorum salute animarum octo marcarum redditus, quos emi‖ in libero dimidio manso Hermanni kurslake iunioris, et Iohannis sui fratris, sito in achterslaghe apud hermannum kornere contigue ad austrum iure hereditario possidendas, et recipiendas‖ duobus terminis annuatim, videlicet, in festo Martini dimidietatem, et reliquam in cathedra petri subsequente, qui etiam redditus coram aduocato, schulteto, schepene, et parrochianis ecclesie kurslake‖ sunt publice resignati, ad dictum altare meum perpetuo permansuri, vt sacerdotum huic altari deseruientium ego et mei progenitores commendemur oracionibus publicis et priuatis, Et ipsi sacerdotes‖ habebunt facultatem dictam huram pandandi si necesse fuerit sine quolibet impedimento morantium in eodem manso, et sine contradictione destituendi eos et instituendi alios, qui eis videbuntur expedire, Pro‖testor etiam, quod dicti redditus sunt per me conquisiti, sicut et omnia que possideo, quod nullus amicorum meorum in eisdem et in omnibus meis mobilibus et immobilibus sibi potest nunc et deinceps aliquid‖ vendicare, vt autem hec pia donatio per me et quemlibet alium irreuocabilis perseueret, sigillum ciuitatis hamburgensis humiliter petiui, et meum duxi presentibus apponendum, Datum Anno domini, M°, CCC°, sexto, XIX. kalendas februarii.

Original im Hamb. Archiv. Ein Siegel ausgerissen, eins fragmentarisch.

1306. Febr. 2. **115.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, stiftet eine Vikarie im Kloster Preetz und stattet sie aus.

Uniuersis presentia visuris Iohannes dei gratia. Comes holtzatie et stormarie in vero salutari salutem. Quoniam varias temporum mutationes varii rerum comitantur euentus expedit‖ vt ea que sortiri debent inuiolabilem firmitatem scriptis et testibus perhennentur. Scire cupimus tam posteros quam presentes. quod nos ad honorem domini nostri Iesu cristi et gloriose‖ matris sue virginis Marie. sanctorumque apostolorum Petri et Pauli. atque ob remedium et salutem animarum dilecti patris nostri comitis Johannis ac dilecte matris nostre. Elysabeth in Porez‖ sepulte, ac animarum progenitorum nostrorum, atque nostre dilecte coniugis nostre Margarete, et heredum nostrorum, accedente ad hoc consilio et consensu, auctoritate venerabilis patris domini nostri‖ Lubicensis Episcopi, instaurauimus in Porez apud Sanctimoniales vnam vicariam, ad quam de bona voluntate et pleno consensu dilecti fratris nostri, comitis Adolfi, et filiorum nostrorum Cristophori et‖ Adolfi. dimidietatem ville porsvelde et dimidietatem ville ylsol, cum omni iure et iudicio maiori et minori, cum omni libertate et proprietate, cum piscationibus, pascuis, pratis, agris‖ cultis et incultis, lignis, silvis, nemoribus, paludibus, cum omnibus suis attinenciis, sicut eas possedimus, liberaliter assignamus. Ad illam autem vicariam dilectum nobis dominum Henricum‖ nunc prepositum Porezensem presentauimus, quem de illa dominus noster Lubicensis

Episcopus investiuit. Volumus itaque ut iam dictus dominus henricus prepositus redditus dimidietatum dictarum villarum cum suis attinentiis|| omnibus tollat et percipiat, et per se vel per alium sacerdotem. omni die missam celebret ad altare dicte vicarie deputatum. Ceterum volumus, ut post dicti domini henrici obitum de redditibus|| dimidietatum dictarum villarum. Sex marcarum redditus ad officium custodie, Sanctimonialium Porezensium perpetuo cedant, ita ut quecunque dominarum custos pro tempore fuerit, illa de || iam dictarum sex marcarum redditibus ad omnia altaria in Porez et ad omnes ecclesias prepositure Porezensis oblatas et vinum ad missas perpetuis temporibus exhibeat et ministret.|| Residuos autem redditus de dimidietatibus predictarum villarum proue[nientes prepositus Porezensis, quicumque] pro tempore fuerit tollere et percipere debet ad vsus monasterii et dominarum sed vno capel||lano plus quam modo prepositus habere et tenere sueuit, ad altare dicte vicarie officiandum tenebit, qui quidem capellanus, ad altare vicarie assumptus si in moribus et vita preposito qui pro|| tempore fuerit displicuerit, prepositus illum dimittet pro suo placito, et alium assumet magis ydoneum loco sui. Adicientes preterea terminos dimidietatum prefatarum villarum cum suis|| colonis terminis prepositure, et sub eodem iure et iudicio collocantes, ut quemadmodum alia bona per preposituram constituta, a nobis et nostris progenitoribus detinent, et detinuerunt, ita hec|| eadem pacifice perpetuo possideant et quiete. Ut autem omnia et singula premissa robur perpetue firmitatis optineant. presentem paginam inde confectam, Sigillis, videlicet antedicti|| venerabilis domini nostri. Lubicensis Episcopi. nostro, dilecti fratris nostri, Comitis Adolfi, dilectorum filiorum nostrorum, Cristophori et Adolfi, fecimus communiri. Testes huius rei sunt. Iohannes decanus.|| Magister Seghebandus Thesaurarius. Helembertus. Scolasticus. Ecclesie Lubicensis. Iohannes porcus. Marquardus Westense. Hartwicus wlf. Elerus de Torente. Tymmo Blok. Henricus|| de dame. Iohannes de Rennowe. Otto de golenbeke. hermannus de lakke. Bertoldus de Wensine. Milites. Tymmo de Godendorpe. Otto splyt tunc temporis aduocatus. Elerus de Werleberghe. Thetlevus de Ruce, Marquardus de horst. Lambertus de Crempize et alii plurimi fide digni. Datum et actum Poretze. anno domini Millesimo|| Trecentesimo. Sexto, In die purificationis beate Marie virginis.

Original im Archiv des Klosters Preetz. Fünf Seidenschnüre mit drei Sigelfragmenten. S. H. U. S. I. S. 224.

1306. Febr. 19. 116.

Albrecht und Erich, Herzöge zu Sachsen, Engern und Westfalen, verkaufen dem Kloster Reinfeld den Zehnten von vier Hufen in Neuen-Gamme.

Uniuersis cristi fidelibus presentes litteras in specturis. Albertus et Ericus dei gracia duces saxonie angarie. et westphalie. salutem in uero|| salutari, Ne fluxu temporis a memoria hominum defluant. que geruntur in tempore. statuit antiquitas gesta principum litteris perhennari|| Qua propter nouerint tam presentes quam futuri successores. nos de maturo consilio et deliberato. ac consensu vnanimi. necnon et omnium|| aliorum quorum consensus necessario fuerat requirendus. decimam nostram siue usumfructum decime cum sua minuta decima quam in noua gamma|| habuimus super quatuor mansos et agros adiacentes qui communiter ouerlant nuncupantur. secundum quod nunc iacent eisdem mansis adiuncti, quam in manus|| nostras Godescalcus miles dictus Ribo qui eam a nobis tenuit

uoluntarie resignauit, domino abbati et Conuentui monasterii Reyneueldensis cum omni‖ iure quo nos possedimus uendidisse libere et absolute perpetuo possidendam pro trecentis marcis lubicensium denariorum numerata nobis hac pecunie‖ summa integraliter et soluta pro qua decima nos et succedentes nobis in ducatu iam dictis abbati et conuentui monasterii reyneueldensis‖ obligauimus in hiis scriptis ad perpetuam warandiam prestandam contra omnem hominem inpetentem eas de eadem decima tam in spirituali iudicio‖ quam seculari, vt autem hec rata permaneant et inconuulsa presentem litteram predictis fratribus de Reyneuelde dedimus sigillorum nostrorum muni‖mine roboratam. Testes huius rei sunt. Magister volradus canonicus lubicensis. vlricus notarius noster et plebanus in louenborch. Manegoldus‖ niger. Reynfridus scorleke. Godeschalcus Ribo milites nostri. zabel aduocatus. hinricus blomenberch ciuis hamburgensis pluresque alii‖ fide digni. Datum et actum Louenborch. Anno domini M°. CCC°. VI°. XI kalendas marcii.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Reitersiegelfragment an grün-rot-weifser Schnur. Zwei andere gleiche Schnüre.

1306. Febr. 22. **117.**

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt dem Kloster Reinbek die von ihm gekauften Besitzungen.

Adolphus Dei Gratia Comes holtsatie et Stormarie: Reuerende Domine. Io. abbatisse, totique conuentui Sancti‖monialium in Reynenbeke, regem virginum, virginis filium, totis uiribus. venerari Religiositatem‖ vestram cupimus non latere, Quod omnia bona vestre Ecclesie que iuste emptionis tytulo a Nobis comparastis‖ pro pia et salutari nostre anime recordatione, nostrorumque dilectorum defunctorum quorum memoria apud‖ deum sit in benedictione, confirmamus beniuole ac donamus, vt ex hoc tanto benigniore ac deuo‖tiore karitatis officio memoriam Nostri Nostrorumque affinium in vestris habentes orationibus pium nobis‖ compassionis debitum, et necessarium humanitatis officium persoluatis, pro quo Nos Centum marcas et‖ quinquaginta denariorum hamburgensium recepimus, In cuius rei euidentiam Nostrum sigillum pre‖sentibus est appensum, Datum, ac Actum anno Domini Millesimo Tricentesimo Sexto In die Catrede beati petri apostoli.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel am Pergamentstreifen.

1306. März 26. **118.**

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt den Verkauf der Dörfer Steinrade und Eckhorst seitens Marquards von Sandberghe an den Lübecker Bürger Dietrich von Alen und verkauft dem letzteren zugleich die Gerichtsbarkeit in den beiden Dörfern für 200 Mark Lüb. Pf.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Vniuersis Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit. Adolfus dei gracia comes holtsacie et stormarie salutem in domino. Vt ea, que fiunt in tempore non euanescant nec pereant tempore defluente, solent scripturarum et testium memorie commendari. Quare recognoscimus et presencium testimonio constare uolumus vniuersis presentibus et futuris de nostro fidelium nostrorum beneplacito et consensu Thidericum de Alen burgensem Lubicensem a Marquardo de Sandberghe et omnibus suis fratribus pro octingentis marcis denariorum lubicensium duas villas silicet Stenrode et Echorst

in omni Iure sicut dictis vasallis nostris hactenus pertinebant iuste rite ac racionabiliter comparasse. Que bona dicti fratres, silicet hii ad quos de iure pertinebant resignauerunt prefato Thiderico iuste et legitime coram nobis et nos ea eidem Thiderico et Rikeren eius uxori et eorum liberis ac eorum veris heredibus iuste et modis debitis iure contulimus pheodali, et quia dicti fratres nostri vasalli in ipsis bonis Iudicium non habebant, idcirco nos, intuentes grata seruicia ipsius Thiderici nobis exhibita eidem et suis successoribus vniuersis iudicium maius et minus, summum et infimum et omnia iudicia intermedia pro ducentis marcis denariorum lubicensium dimisimus et resignauimus in hiis bonis, ut bonis eisdem in omni iure quod nos habuimus in ipsis pacifice perfruantur in eisdem terminis vt nunc iacent cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, viis et inviis, paludibus, aquis aquarumque decursibus, nemoribus rubetis et cuiuslibet generis lignis, exitibus et regressibus, ita quod de eis nichil dare nobis aut nostris posteris teneantur, iure tamen nobis collacionis ipsorum bonorum libero reseruato, nam si ea in parte vel in toto dederint aliquibus nostrorum vasallorum consortibus ibi nos ea conferimus vt suas vtilitates et commoda sua disponant in ipsis prout sibi nouerint expediri, volentes insuper ipsum Thidericum amplioris gracie beneficio preueniri sibi concedimus, quod ipsa bona sine quolibet seruicio nobis aut nostris exhibendo possidere debeat temporibus vite sue. Testes huius sunt dilecti fideles nostri Iohannes de rennowe, Hermannus de Lasbek, Hartwicus de hummersbutle, Hermannus de Weresrodhe, Hinricus de ricwardesdorpe et Marquardus de Sandberghe milites, Item famuli Hinricus de tralowe, Iohannes de Sandberghe, Emeke Sandberch, Iohannes de Lasbeke, Consulesque Hamburgenses Iohannes dictus miles, Iohannes de monte, Hartwicus de crenebergh. Item Alcuinus grope consul Lubicensis. Item Nicolaus balleder, Malketobes et Ludeke sartor ciues seghebergenses et plures alii fide digni. In testimonium igitur omnium premissorum presens scriptum sigillo nostro duximus muniendum. Datum anno domini MCCC. sexto Sabato ante festum palmarum.

S. H. U. S. II. S. 12 nach dem Original im Gutsarchiv zu Steinrade.

1306. April 3. 119.

Ludolf Grimmeke verpfändet den Zehnten einer halben Hufe zu Elversflet auf dem Gorrieswerder an Bertram, Sohn des Hel.

Ludolfus grimmeke obligauit Bertrammo filio domini hel. decimas dimidii mansi, siti in grogeswerder, in loco eluersflete dicto, pro XVI. marcis denariorum redimendis infra VIII annos semper ante festum sancti petri, sed dictis octo annis reuolutis si dicte decime reempte non fuerint, quatuor eorum amici quos ad hoc elegerint, estimabunt decimas easdem, et si plus valuerint, illud addendum eidem ludolpho erit, vt ipsius ber. hereditas postea maneat in perpetuum. per hos eciam VIII annos, seruabit dictus Lu. lenwere bertrammo nominato, actum in pascha anno domini M^{0}. CCC. sexto.

Lib. contractuum fol. 4b im Hamb. Archiv.

1306. April 18. 120.

Heinrich, Herr von Mecklenburg und Stargard, verkauft dem Kloster Cismar das Dorf Warksdorf.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen, Hinricus Dei gracia Dominus Magnopolensis ac stargardensis vniuersis cristi fidelibus presencia|| visuris vel audituris salutem in omnium salutari, Ne ea que geruntur intempore simul cum lapsu temporis euanescant, et pereant, poni solent in|| lingva testium vel scripture memoria perhennari, Eapropter notum esse cupimus omnibus et constare, quod nos de beneplacito et consensu vxoris nostre|| Dilecte, Domine Beatricis et consiliariorum nostrorum vendidimus, Domino Johanni abbati Totique Conuentui Ecclesie sancte, marie, sanctique Johannis Ewangeliste in|| Cismaria, ordinis sancti Benedicti Dyocesis lubicensis villam nostram warkesdorpe pro mille marcis et sedecim marcis lubicensium denariorum nobis integraliter|| persolutis, cum iure vasallorum nostrorum et iudicio sexaginta solidorum et infra et tercia parte maioris iudicii videlicet manus et Colli cum omnibus fru||ctibus prouentibus et valitatibus agris cultis et incultis, piscaturis, aquis aquarumque decursibus, et singulis, prout in limitibus situatur, volumus eciam|| homines dicte ville exemptos esse ab omni onere seruiciorum vecturarum Borchwerk et Brugghewerk sed tantum tempore necessitatis ad communem|| Terre defensionem sint astricti, Nullum nobis eciam precariam reseruamus in ipsa. hac de causa, quia census in ipsa vltra debitum noscitur|| augmentatus. Ne autem hec nostra vendicio per aliquem successorum nostrorum mutari poterit aut cassari presens scriptum inde confectum sigilli|| nostri munimine duximus roborandum. Testes sunt Reymarus de barnekowe, heyno de stralendorpe, Bernardus de plesse, Johannes|| Storm milites, Nicolaus preno, hinricus de rodenbeke, plebani wismarienses, hildebrandus et Johannes nostri capellani Johannes sapiens|| Johannes de Cluce, Johannes muderice wolterus de Cluce Consules wismarienses et alii quam plures fidedigni, Datum wismarie anno domini M⁰|| CCC⁰ VI⁰, XIIII kalendas Maii.

Original im Archiv des Altnordischen Museums in Kopenhagen stark beschädigt, früher in Privatbesitz Rötjer Colsmanns. In dorso *von einer Hand des 14. Jahrhunderts:* ista duo non ostendantur, sed aliud require. *Siegel und Siegelband verloren. Meckl. U. B. V. 3083.*

1306. April 19. 121.

Das Kloster Segeberg tauscht vom Kloster Neumünster gegen Besitzungen im Dorfe Westerbüttel solche in Rohlstorf und Willingrade ein.

Uniuersis presencia visuris, Johannes dei gracia prepositus, Johannes prior Totusque Conuentus Ecclesie Segebergensis in vero salutari Salutem, Rationis [1]) interesse di||noscitur. ut ea que robur inpermutabile sortiri debent scriptis et testibus perhennentur. Hinc est quod tam posteris quam presentibus cupimus esse|| notum quod cum honorabiles domini prepositus et Conuentus in Nouomonasterio, quedam bona et possessiones habent in villa westerbotele nobis vicina|| de quibus annuatim modicum fructum propter loci disconuenientiam perceperunt, Nos quoque habemus quedam bona et possessiones in villis Roleuesdorpe|| et willenrodhe dictis dominis confines de quibus propter locorum distantiam nobis prouenit fructus modicus annuatim, talem, inter dictos dominos et nos|| habito super hoc maturo consilio in huiusmodi bonis fecimus permutationem videlicet, quod predicti domini, dimidietatem ville westerbotele cum agris suis cultis|| et incultis, pascuis, pratis, paludibus, siluis, nemoribus, deserto, aquis et aquarum decursibus, cum omni vtilitate, sicut in suis terminis continetur,|| cum omni iure et proprietate, sicut ipsi illam quiete hactenus possederant, nobis et Ecclesie nostre quiete possi-

dendam perpetuis temporibus fauorabiliter|| dimiserunt, Nos autem viceuersa dimidietatem ville Roleuesdorp cum agris suis cultis, et incultis, pascuis, pratis, paludibus, siluis, nemoribus|| aquis et aquarum decursibus, cum molendino et areis, cum omni vtilitate, sicut in suis terminis continetur. et cum omni iure et proprietate, prout illam|| hactenus quiete possedimus, necnon et quatuor mansos in villa willenrodhe cum omni iure et proprietate et cum iudicio maiore et minore, prout illos|| hucusque quiete possedimus, sepedictis dominis, et eorum Ecclesie liberaliter dimisimus quiete et pacifice perpetue possidendos, In cuius rei euidentiam Sigilla|| nostra presentibus sunt appensa. Testes sunt venerabilis dominus borchardus, Episcopus lubicensis, Nobiles domini Adolphus et Johannes Comites holtsatie et Stormarie, domini hinricus prepositus Pore||zensis, Magister Hellenbertus scholasticus, Seghebandus Thesaurarius, Aluinus de domo, Johannes creck, Canonici ecclesie Lubicensis, Milites Hermannus de Hamme, Johannes de Rennowe|| Hermannus de lasbeke, Otto de Golenbeke, Bertoldus longus, Famuli, Hartwicus antiqus advocatus, Nicolaus de Smalenstede, et alii quam plures clerici et la||ici fide digni, Actum et datum Anno domini Millesimo, Trecentesimo Sexto XIII°. Kalendas Maii.

[1]) *Cop. Bord.:* Racione.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel an roter Schnur, eine gelbe Schnur. Cop. Bordesh. fol. 8 b. Westfalen II. S. 68. S. H U. S. II. S. 15.

1306. Mai 14. 122.

Heinrich, Herr von Mecklenburg und Stargard, schliefst Sühne und Bündnis mit den Herzögen Albrecht und Erich von Sachsen.

We hinrik van Godes gnade, herre to Myclenborch, vnde to Stargarde. Bekennen|| vnde be Tuighen in dessen breuen, dat wy vs er ened hebben, Mid vnsen heren,|| hertoghen albert, vnde hertoghen Erike, to sassen, Engheren, vnde to̊ westfalen, al|| dus: Dat wy en helpen scolen vppe alles wene. Mo̊ghe wy och vser vrend ieneghen|| Dar to̊ ten. Dat sco̊le wy don, Bouen alle Dink, hebbe wy vs also ghe sonet,|| Dat wy vnde se, sco̊len en Bliuen: vnde vser en schal deme anderen helpen vppe|| alle zake, vnde vp allts wene, vnde vnser nen, vn schal sik ver Binden,|| Mid anderen heren De Andere vns si Dar mede, vppe Dat alle Desse Dink, vast|| vnde stede Bliuen: zo hebbe wy dar vppe, vn truwen ghelo̊uet, vnde vnse|| Bref Dar vp ghe gheuen, vnde mid vnsema inghezegele Bezeghelet|| laten. Desse Bref is ghe gheuen vnde screuen to̊ louenborch. Na Der|| bort ghodes, Dusent Iar Dre Hundert iar, in deme sesten iare. Des. sunauendes na ghodes hemmeluard.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel des Ausstellers. Sudendorf U. B. VII. 47.

1306. Mai 25. 123.

Die Ritter Wulf bezeugen, dafs ihnen am Dorfe Kl. Bramfeld keine Rechte zustehen.

Omnibus presens scriptum uisuris Nos hartwicus miles dictus wlf et wlueshagene fratres. ad. wlf filius domini marquardi militis pie memorie dicti wlf. recognoscimus et protestamur in hiis scriptis. quod nos singuli et vniuersi in uilla fratris nostri domini Lupi canonici hamburgensis que uocatur paruum bramuelde,

nichil iuris habemus. nec possumus nobis in ea uiuente domino lupo predicto uel eo mortuo aliquid uendicare. sed ratum et gratum habemus quicquid idem dominus lupus nunc et in futuro duxerit ordinandum. quod nos wlueshaghene et wlf prescripti quia sigillis caremus. cum domino Hartwico. cuius sigillo duximus protestando et recognoscimus. quod eandem uillam de suis contractis rebus ecclesiasticis comparauit. Datum anno domini M°. CCC°. sexto. feria quarta penthecostes.

Lib. cop. cap. fol. 135 a. im Hamb. Archiv.

1306. Juni 15. **124.**

Der Rat der Stadt Krempe bezeugt, daſs die Bauern zu Elskop ihre Naturalleistung an das h. Geisthaus in Hamburg in eine Geldabgabe verwandelt haben.

Coram vniuersis presentia uisuris et audituris, Nos Consules Ciuitatis Crimpe, recognoscimus‖ protestantes, quod Coloni inhabitantes villam Elsekop, pro se et suis heredibus, cum Consulibus‖ prouisoribus domus sancti spiritus Ciuitatis Hamburgensis, super censu fundi, ad eandem domum perti‖nente, taliter concordarunt, Dicti Coloni, dabunt perpetuo, pro censu eodem, annuatim semper in‖ festo sancti Martini, domui predicte, Duodecim, marcas denariorum Hamburgensium, tali modo, quod si ipso‖ die beati Martini non dederint, die crastino dabunt duplum, quod de bonis eorum per pan‖dationem extorquetur sicut sunt, per modum predictum uoluntarie arbitranti, In horum vero testi‖monium, sigillum nostrum, et parrochie nostre, presentibus appensum est, et cautelam, Datum anno‖ domini, M°, CCC°, sexto Viti, Modesti martirum.

Original im Hamb. Archiv. Siegel der Stadt und des Kirchspiels Krempe, beide an grüner Schnur.

1306. Juni 24. **125.**

Die Städte Lübeck und Hamburg schlieſsen ein Bündnis zur Zerstörung der Schlösser Arnesfelde und Wohlstorf, sowie des Turmes zu Travemünde.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit. Consules et commune Ciuitatis lubicensis,‖ salutem et noscere veritatem. presencium testimonio, recognoscimus et constare vo‖lumus vniuersis, nos et amicos nostros dominos consules et vniuersitatem Ciuitatis ham‖burgensis, sic coniunctim et in solidum confederatos esse, quod toto sensu ad hoc intendere de‖beamus quod castella arnesfelde et woltorpe et turris in trauenemunde, penitus‖ remoueantur, et funditus destruantur, pro quo consequendo, quicquid potuerimus faciemus, vt‖ id optineamus in amicicia et amore. quod si fieri non poterit tali modo tunc licet‖ inuiti, pro hiis optinendis. gwerras aggredi nos opportet, quicquid vero sumptuum‖ ad hec omnia exigitur, de eo nos duos denarios et dicti consules Hamburgenses, vnum‖ denarium exponere tenebuntur. Denuo sit sciendum, quod nos in omnibus predictis, sine‖ consilio et consensu, consulum Hamburgensium predictorum nichil penitus faciemus. sed si motu‖ proprio, eorum non communicato consensu et consilio quicquam fecerimus. hoc omnino sub‖ expensis propriis faciemus. Item quelibet ciuitatum nostrarum, suis prouidebit nunciis in ex‖pensis. hec eciam confederacio, ex nunc ad decem annos immediate sequentes, inter nos ple‖nius perdurabit, nisi interim aliter mutuo consensu, decreuerimus ordinandum, per hanc‖ eciam confederacionem alia, in quibus prius confederati sumus, minime rescindentur. sed suo tempore‖ prout scriptum, super hoc confectum continet, firmiter seruabuntur, vt autem omnia, que

premissa‖ sunt inuiolabiliter obseruentur, presentem litteram, in testimonium, sigillo nostro, duximus‖ muniendum. Datum lubeke. anno domini M⁰. CCC⁰. sexto, In natiuitate beati Johannis babtiste.

Original im Hamb. Archiv. Siegel der Stadt Lübeck am Pergamentstreifen. Hans. U. B. II. 89.

1306. Juli 2. 126.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft dem Kloster Harvstehude einen Scheffel Weizen aus der neuen Mühle und 2 Mark Pf. aus dem Zoll und Ungeld zu Hamburg für 60 Mark laufender Münze.

Coram vniuersis presentia visuris. Nos dei gratia. Adolfus Comes holtsacie et scowenborch recognoscimus et testamur. quod Conuentui vallis virginum liberaliter vendidimus et resignauimus. vnum chorum siliginis in nouo molendino nostro hamborch. et duas marcas denariorum. ibidem in nostro theloneo et vngeldo. singulis annis percipiendos. pro sexaginta Marcis denariorum. monete vsualis. et in hac venditione talem nobis graciam reseruamus. vt hinc inde infra sex annos immediate sequentes ipsa bona pro eadem pecunia reemere valeamus. quod si non fecerimus. ad predictum claustrum nominata bona sine cuiuslibet contradictione et obstaculo. proprietarie et hereditarie perpetuo pertinebunt. In cuius rei testimonium et cautelam sigillo nostro presentem litteram confirmamus. Testes sunt Bertrammus kule. Ludolfus de tunderen. Milites. Johannes Ryke. et albertus de ebingehusen. nostri famuli et alii fide digni. Datum hamborch. Anno domini. M⁰. CCC⁰. VI⁰. In die martirum processi et martiniani.

Cop. Harvsteh. fol. 6b im Hamb. Archiv.

(1306.) Juli 13. 127.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, tritt dem Bischof Gottfried von Minden den bisher von ihm zu Lehen getragenen Zehnten von zwei Hufen in Jeinsen (genhusen), *die dem Kloster Marienrode* (becingerode) *gehören, ab.*

Datum Schowenborgh in die margarete virginis.

Marienroder Urkundenbuch (Calenb. U. B. IV.) Nr. 147, s. 146.

1306. Juli 13. 128.

Ritter Hermann Ribe verkauft den Herzögen Albrecht und Erich von Sachsen das Land Dertzing.

Ego Hermannus Rybo miles presentibus recognosco puplice protestando, quot omnia bona que in Terra Dert‖zinghe habui tytulo emptionis vel feodi quecumque nomina sortiantur et vbilibet sita, Dominis meis Ducibus Saxonie Alberto‖ et Erico et Domine Margarete Ducisse ibidem vendidi, et cum omnibus Juribus vtilitatibus seu prouentibus, quemadmodum‖ predictam terram a domino meo Duce Alberto Saxonie felicis recordationis, habui predictis principibus resignaui pro Mille et‖ quadringentis Marcis denariorum hammenburgensium. quas predicti principes michi honorifice persoluerunt, Specialiter autem et no‖minatim cum totali terra Derzinghe vendidi et resignaui ipsis Ducibus et ducisse omnia bona sita in Ripa albee cum‖ decima ibidem Item vnam villam que dicitur mansus monachorum in wlgari vero Monekehûve, Item villam willekensdorp Item‖ villam Rouatze,

Item superiorem insulam que dicitur Ouerstewerder et Inferiorem insulam que dicitur Nederste werder Item‖ duo allodia ex opposito albee circa hidzakere sita pro quibus prenominati principes, reditus quinque marcarum, ecclesie sancti Johannis in‖ Monte hidzakere annis singulis persoluent, Si autem dominus Gans plebanus in hidzakere reditus predictos acceptare renuerit, extunc‖ prefati Duces Dabunt ipsos vbicumque iussero ipsos dari Item omnia bona que habui in villa Banke dictis dominis resig‖naui De predicta autem terra et bonis omnibus supradictis per diem et annum predictis principibus warandiam prestabo siue certitudinem que‖ wlgo dicitur ware pre omnibus coram Judicio comparere volentibus et impeticionem habere volentibus in eisdem, Pro hac waran‖dia vna mecum Dethleuus wlf et volradus de tzule milites fidem prestiterunt manualem‖ quorum Sigilla cum meo‖ Sigillo presentibus sunt appensa Ceterum cum Duces Saxonie predicti me pro disbrigatione bonorum prefatorum ad se vo‖care decreuerint, me per aliquem ydoneum militum suorum a Godebuz secure conduci facient et reduci Datum‖ Sadewolz Anno domini Millesimo Trescentesimo Sexto In die Margarete virginis per manum vlrici.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Zwei Siegel, zwei Siegelstreifen. Sudendorf U. B. II. 283.

1306. Aug. 25. 129.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, überträgt sieben Hufen in Seggelhorst, *welche bisher die Gebrüder von Wetberge von ihm zu Lehen trugen, an das Kloster Loccum.*

Dei gracia adolfus Comes holtzacie et in Scowenborc Omnibus presentia visuris. Salutem,‖ in domino, ad honorem dei et gloriose virginis marie dedimus et in hiis scriptis‖ damus monasterio de lucka Cysterciensis ordinis et mindensis dyocesis proprietatem Septem mansorum in Seggelhorst quos wulfhardus miles et Euerhardus‖ famulus. fratres dicti de wetbergge a nobis in pheudo tenuerant et litteris quibus pro voce et manu vsi fuerunt‖ nobis apertissime resignarunt. volentes vt predictum monasterium, prefatos septem mansos cum omni iuris integritate perpetua possessione possideat et quieta In cuius donationis testimonium sigillum nostrum presentibus est‖ appensum Datum. in Greuenalueshaggen anno domini M° CCC sexto in die Genesii martiris presentibus Cônrado‖ nobili de arnem Johanne de bardeleue hermanno harken Thiderico Stuwen ludolfo de Tunderen militibus et aliis‖ quam pluribus fidedignis.

Original im Archiv des Klosters Loccum. Ein Siegel an roter Seidenschnur.

1306. August 25. 130.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, beurkundet, daſs der Knappe Johann von Rodhen die vier Hufen in Segelhorst, *welche er von den Rittern Wulfhard und Eberhard von Wetberge zu Lehen trug und an das Kloster Loccum verkauft hat, da er zu jenen sich zu begeben verhindert ist, vor ihm aufgelassen hat.*

Nos dei gracia Adolfus Comes holtsacie et in Scowenburc Recognoscimus per presentes litteras‖ Quod accedens ad nos Johannes famulus dictus de Rodhen significauit nobis quod Quatuor mansos in segelhorst‖ quos monasterio luccensi Cysterciensis ordinis et mindensis dyocesis vendiderat Wulfhardo militi ac Euer-

bardo famulo fratribus‖ dictis de Wetbercge a quibus in pheudo tenuerat. deberet ad requisitionem fratrum predicti monasterii resignare vnde cum propter periculum vie et vite quod ei imminebat ad eosdem fratres de wetbercge personaliter accedere non potuisset pro huius modi resignatione facienda requisitus supplicauit nobis quatenus eandem resignationem quam in litteris patentibus facere vellet. cum ipsis pro voce et manu vti intenderet nostro sigillo dignaremur sigillare Nos‖ itaque predictos mansos ab eodem Johanne de rodhen prius receptos sub contestatione nostri sigilli presentibus appensi ad‖ petitionem sepedicti Johannis. memoratis fratribus de wetbercge solutos duximus transmittendos. Acta sunt hec presentibus‖ Conrado nobili de arnem Johanne de bardeleue hermanno hacken ludolfo de Tunderen Thiderico stuwen militibus‖ et aliis quam pluribus fidedignis Datum in Greuenalueshaggen anno domini M° CCC° sexto in die Genesii martiris.

Original im Archiv des Klosters Loccum. Ein Siegel an roter Seidenschnur. v. Hodenberg: Calenb. U. B. III. (Kloster Loccum) Nr. 596.

1306. Septbr. 4. **131.**

Otto, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, weist den Rittern Rotger von Gustede, Heinrich von Walmoden (walmedhe) *und Gerhard von Bortfelde für ihre Auslagen in seiner Fehde gegen Burg Oberg 150 Mark Silbers auf den kommenden 11. November* (in festo Sancti Martini proximo) *an aus seiner Forderung an die Grafen von Holstein und verpfändet dafür das Schloſs Lichtenberg.*

Datum in Castris prope Oberghe, anno domini M°. CCC°. VI. dominico die post festum Sancti Egidii confessoris.

Sudendorf. U. B. I. 121 nach dem Original im Staatsarchiv zu Hannover.

1306. Septbr. 29—Octbr. 5. **132.**

Die Familie von Wedel verkauft der Hamburger Kirche Einkünfte aus dem Dorfe Barsbüttel.

Omnibus hoc scriptum in perpetuum visuris, Nos hinricus senior et hasso fratres de wedele, Milites, hinricus et Nicolaus dicti‖ hinrici filii, famuli, Notum facimus, quod nos de communi consilio et consensu vendidimus ecclesie hamburgensi tres choros siliginis annua‖tim in villa nostra Barrckesbotle perpetuo exsoluendos de quatuor mansis et dimidio, ac de aliis quatuor spaciis agrorum que dicuntur‖ wlgariter roth, quorum mansorum et aliorum dictorum agrorum cultores, et redditus siliginis eorundem in prima vendicione hii fuerunt, Mardoch pro‖ vno manso et vno roth sex modios siliginis, Item Johannes Nyebur quinque modios pro vno manso, Item longus make tres modios‖ pro dimidio manso, et tres hemptones pro vno roth, Item Johannes filius kolemanni et Marquardus bredehot tres modios pro dimidio manso‖ et iam dicti tres longus make et Johannes filius kolemanni et Marquardus bredehot duos hempt pro vno roth eorum mansi terminis contiguo, Item willerus‖ quinque modios et dimidium pro dimidio manso in quartali, Item hinricus wisch sex hempt pro quartali, Item Nenneke vidua tres modios pro di‖midio manso, Item Johannes de wluersdorpe tres hempt pro uno roth, Item nanno tunc magister ciuium vnum modium pro vno roth, Quos‖ mansos et agros cum eorum hura vendidimus dicte ecclesie hamburgensi cum lignis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, paludibus, terminis et‖ anschot

eorundem, et nec ipsi nec eorum redditus debent aliquo casu contingente a nobis et nostris successoribus peiorari et si meliorari poterunt|| per quemcumque modum, illa melioracio apud altare quod dominus Johannes brasghe canonicus hamburgensis in ecclesia sancti spiritus ibidem cum bonis prescriptis dotauit|| sine quolibet nostro et nostrorum successorum impedimento, libera permanebit, vt autem hec vendicio a nobis et nostris successoribus inuiolabiter obseruetur|| Nos quatuor suprascripti vnum nostrum sigillum apposuimus, et pro sufficienti testimonio domini hartwici de hummersbotle ac hinrici de wedele|| iunioris militis sigilla, huic scripto rogauimus appendenda, Testes sunt her[mannus] de roboysen senior, thidericus de haghen, Hin[ricus] motemedu|uele, Johannes et reybernus de wedele, Rauen de huntsinguelde, reybernus de wedele, Milites, et alii quam plures fide digni, Datum Anno domini, M°,|| CCC sexto in octaua Michahelis.

Original im Hamb. Archiv. Drei Siegelstreifen. Hamb. Unparth. Nachrichten und Urtheile 1780 S. 21.

1306. Octbr. 6. 133.

Nikolaus Rufus verkauft ein Viertel Landes zu Ripen (Grevenkoper Riep) bei Krempe an Nikolaus Decani für 30 Mark Pf.

Nouerint vniuersi presentes futuri, quod in presentia nostra Consulum scilicet de Crimpa ac in presentia|| parrochie in sutherowe Nicolaus ruffus et sui legitimi heredes vendiderunt domino Nicolao|| decani, perpetuo vicario in hamborg quadrantem sex iugera continentem situm in loco qui dicitur Ripen|| pertinentem ad agros seu quadrantes dictos Jarlant, pro triginta marcis denariorum, iure heredi||tario perpetuo possidendum, Quam venditionem nobilis vir dominus Johannes comes holtsatie noster dominus,|| et elerus de ho ipsius aduocatus nomine suo approbauit nobis presentibus et aliis pluribus fide dignis quos|| etiam agros seu sex iugera Nicolaus rufus antedictus et sui veri heredes receperunt pro annuo|| censu pro quolibet iugere daturi octo solidos denariorum, ac censum vel huram eandem domino Nicolao|| vel cuicumque legauerit, vendiderit, vel tollenda commiserit, in octaua pasche sine omni impedimento in|| ciuitate hamburg sub optentu suorum bonorum soluere tenebuntur, quod si non fecerint, extunc dominus Nico-||laus vel quibus bona predicta donata, vendita, vel commissa fuerint, cum eisdem iugeribus et edificiis ac|| bonis eorundem facere poterint, quicquid ipsis visum fuerit expedire. In cuius venditionis perpetuum testi||monium ut omnia inuiolabiliter obseruentur vtrobique, sigilla nostra presentibus sunt appensa, Quos etiam agros|| seu iugera, predicti acceptauerunt ab omni exactione, petitione et aggrauatione sub eorum bonis ut premittitur liberos|| conseruare, Datum et actum Anno domini M°, CCC°, VI°. In octaua Michahelis.

Original im Hamb. Archiv. Zwei Pergamentsiegelstreifen.

1306. Novbr. 11. 134.

Eler von Ho, Vogt in Krempe, beurkundet, dafs Simon, Sohn der Ida, an den Hamburger Domherrn Hermann von Heiligenstedten ein Viertel Land zu Krempdorf für 30 Mark Pf. verkauft hat.

Ego Elerus dictus de ho aduocatus in crempa. omnibus presens scriptum uisuris recognoscimus tenore presencium publice protestantes. symonem filium domine yde de consensu et consilio omnium heredum suorum. domino hermanno

canonico hamburgensi dicto de hilghenstede et domino thethardo fratri suo vicario ecclesie hamburgensis. vnum quartale terre quod vertel dicitur habens octauum dimidium iuger in uilla kremptorp situatum cum omnibus suis attinenciis prout in longum et latum se extendit. pro triginta sex marcis denariorum hamburgensium integraliter et perpetuo uendidisse. ita videlicet quod dictus symon et sui ueri successores. quolibet die martini. vicarie sancti iohannis in hamborch et eius cappellano. quatuor marcarum redditus nummorum hamburgensium de dicto vertel. mediante hura heridataria indubitanter hamborch amministrent. Quod si hoc facere neglexerint. vno tempore predicti domini her. et thet. vel eorum successores dictum vertel locabunt. sine alicuius contradictione cuicumque eis uidebitur expedire. Si uero tempore procedente aliqua edificia super dictum vertel edificarent et huram prescripto termino non dederint. pensioni predicte sint annexa. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem. presens scriptum de consensu domini nostri Johannis comitis sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum hamborch. Anno domini. M°. CCC°. sexto in die sancti martini.

Lib. cop. cap. im Hamb. Archiv, fol. 135 b.

1306. Novbr. 29. **135.**

Johann und Gerhard, Grafen von Holstein, Stormarn und Schauenburg, bestätigen der Stadt Krempe das Lübsche Recht.

Nos Johannes et Gherardus dei gracia Comites Holtzacie et Stormarie et in Schowenborgh publice recognoscimus per presentes quod nos Dilectis Ciuibus nostris in Crempa Ius Lubicense dedimus quo libere frui debent perpetuo sicut ipsis a nostris progenitoribus liberaliter est concessum Inhibentes districte ne quis ipsos contra ordinem et modum dicti Iuris audeat impetere et grauare quoquo modo In. cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Anno domini M°. CCC° VI. Plone in vigilia beati Andree apostoli.

Kopie des Transsumpts vom Jahre 1363, Novbr. 7 auf Papier im Archiv der Stadt Wilster. Corpus constitut. Holsatie III. S. 277. Westfalen IV. S. 3215. Zeitschrift der Gesellschaft Bd. VIII. Repertorien S. 54.

1306. Decbr. 1. **136.**

Das Kloster Neumünster beurkundet, daſs die Gebrüder von Bissee der Kirche zu Brügge eine erneute Schenkung mit Ländereien im gleichnamigen Dorfe gemacht haben.

Uniuersis cristi fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit et ostensum, Otto dei gracia prepositus, Totumque capitulum Ecclesie sancte‖ Marie in Nouomonasterio. Salutem et sinceram in domino karitatem. Ab humana facilius labuntur memoria que nec voce testium nec scripture‖ memoria roborantur, Qua de causa, ea que nostris geruntur temporibus ita firmare decreuimus, ut post tempora nostra successorum nostrorum‖ memorie arcius inprimantur. Nouerint igitur vniuersi tam presentes quam futuri quod Sifridus et Tymmo dicti de bisticse fratres, non solum‖ ipsorum verumeciam omnium carorum suorum tam viuorum quam defunctorum saluti vtiliter prouidere volentes, elemosinam ab eorum patre seu patribus,‖ ecclesie Brugge nostre prepositure, ob graciam eisdem et suis amicis in dicta ecclesia iam dudum factam, et in perpetuum ut conscriptum est faci‖endam, collatam, de suis in quantumcumque possunt aucmentare cupientes, de nouo dimi-

dium mansum in dicta villa brugge situm,‖ vnam porcionem que dicitur acker. duas areas, insuper quidquid eos in quadam porciuncula que vulgariter dicitur wischcampe [1])‖ de iure contingere poterit, doti ad vsus plebani quicumque pro tempore fuerit cum omni iure et vtilitate sicut in terminis posita‖ sunt, contulerunt libere sub hac forma. primum est vt ad altare in iam dicta ecclesia ab antecessoribus eorum edificata addatur vna missa,‖ et sic deinceps in perpetuum in qualibet septimana dicentur quinque misse ad altare superius memoratum. Secundum est ut omnium‖ carorum suorum defunctorum memoria singulis annis, sub vno semel in anno videlicet proxima feria secunda post Letare‖ in tribus missis, due erunt pro defunctis, et tercia de domina nostra peragatur. Si uero festum domine nostre, uel Gregorii in dictam‖ feriam venerit, dicta memoria in proximam feriam sequentem transponetur. Hanc vero ordinationem tam pie et salubriter factam‖ de tocius nostri capituli consensu ratificamus, et ut a quolibet sacerdote quicumque sepedicte ecclesie prefuerit obseruetur, Auctoritate‖ nobis commissa, sub virtute sancte obediencie districte precipientes, nostris litteris confirmamus. In cuius rei testimonium, si‖gilla nostra vna cum sigillis dictorum fratrum presenti pagine sunt appensa. Datum in Nouomonasterio, Anno‖ domini M°. CCC°. VI°. In crastino beati Andree Apostoli.

[1]) *Cop. Bordesh.:* wilschkampt.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Vier Siegel am Pergamentstreifen, beschädigt Cop. Bordesh. fol. 21b.

1306. **137.**

Gerhard, Graf von Holstein und Schauenburg, schliefst mit dem Herzog Albrecht von Sachsen einen Soldvertrag.

Omnibus presentia visuris Gher[ardus] dei gratia Comes holtsacie et in scowenburgh salutem in domino‖ Nouerint vniuersi quod nos vna cum filio nostro woldemaro data fide promisimus. pro octingentis‖ marcis lubycensium denariorum domino duci saxonie alberto nunc in festo nicholai proximo persoluendis. et pro quingentis marcis‖ eiusdem monete super quibus ipsum apud nicholaum Catteskroch. et moniales de Reynebeke. solutum fa‖ciemus. verum tamen vtrum pro principali pecunia aliquam caucionem debeamus intrare. et ibidem iacere domini hinrici‖ domini magnopolensis ordinacioni est commissum In huius vero summe recompensam dominus dux albertus nos iuua‖bit cum triginta armatis et dextrariis contra rustic . . . . et quemlibet qui ipsos defensare voluerit et iuuare‖ et si quid dicti domini ducis hominibus in expedicione nostra uenientibus deperierit. ipsos. facta nobiscum conputacione‖ de singulis faciemus indempnes. dummodo ad octo septimanas presciamus — illis vero finitis aut pecuniam‖ pro tali dampno dabimus aut ciuitatem intraturi ibi manebimus. donec tale dampnum fuerit expeditum‖ Insuper si quid dubii supplicacionibus inter dominos duces et nos factis. euenerit. domino hinrico‖ domino magnopolensi discuciendum committimus quicquid ipse de hiis iudicauerit ratum et gratum ha‖bituri. Datum anno domini. M°. CCC°. sexto apud Vtersten.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegelstreifen. Sudendorf U. B. VII. 217.

1307. Jan. 6—13. **138.**

Das Kloster Reinfeld verkauft seinen Besitz auf dem Gorrieswerder dem Vogt zu Hamburg, Bernhard, und seiner Frau auf Lebenszeit.

Nos abbas et conuentus fratrum ordinis . cisterciensis in Reyneuelde, cum Bernardo quondam aduocato Ciuitatis hamburgensis et vxori sue Cristine concordauimus in hunc modum, Nos ipsis vendidimus et dimisimus bona et agros curie nostre site ad hollandos in insula grogeswerder, cum omni substancia mobili et immobili in ipsa curia existenti, quibus vite sue temporibus fieri debent postquam ambo carnis debitum moriendo compleuerint, dicta bona et agri ipsius curie, cum omnibus substanciis, siue in seminibus, fructibus, pecoribus, pecudibus, siue quibuscumque aliis, sine contradictione et obstaculo ad nos libere reuertantur, nullus eciam heredum aut amicorum eorundem, sibi in hiis bonis, quicquid iuris aut proprietatis, debent uel poterunt vendicare preterea dictus bernardus, et cristina se ad hoc obligauerunt, quod minus iudicium, quod nunc dominus wil. de stadis miles, tenet, in hiis bonis, nostro Conuentui liberaliter procuret, eo tamen Iudicio ipsis vite sue temporibus reseruato. si vero id ante eorum mortem efficere nequirent, nobis de hereditatibus suis et omnibus bonis, vbicumque sitis, bonis predicte curie exceptis, XXX marce denariorum sine contradictione qualibet erogentur, datum infra octauas epyphanie.

Lib. contractuum fol. 5b im Hamb. Archiv.

1307. Jan. 8. 139.

Vögte, Ratgeber (consules) *und die Gesamtheit des Landes Ditmarschen* (Thit marcie) *erneuern den Vertrag mit der Stadt Hamburg und den fremden Kaufleuten etlicher Überfälle ihrer Landsleute auf der Elbe wegen dahin, daſs sie denselben von neuem bestätigen, den Frieden, den der verstorbene Erzbischof Giselbert von Bremen vermittelt hatte, anerkennen, bis zur Einsetzung eines* iudex generalis, *und verpflichten ihre ganze Landgemeinde zur Haftung und Schadenersatz wie zur Verfolgung derer, die Seeraub ausgeübt haben.* — „Nos aduocati.“

Datum in Meldorp, anno Domini MCCCVII in dominica infra octauam epiphanie.

Original im Hamb. Archiv, 1842 verbrannt. Urk. B. z. Geschichte Ditmarschens No. 14. Hans. U. B. II. 101.

1307. Jan. 11. 140.

[Adolf, Graf von] Holstein und Schauenburg, überträgt dem Kloster Loccum die Vogtei über vier Hufen in Hamelspringe, welche dieses vom Kloster Fischbeck eingetauscht hat.

[Dei gracia Adolfus comes holt]sacie et in Scowenburg Omnibus presencia visuris‖ seu audituris Notum esse volumus quod accedente consensu et voluntate nostrorum quorum interest‖ heredum dedimus et in hiis scriptis damus Religiosis viris abbati et fratribus mona‖sterii inlucka Cysterciensis ordinis et Mindensis dyocesis aduocaciam et ius advocacie quod actenus‖ habuimus et possedimus in bonis abbatisse et conuentus monasterii in visbeke quatuor videlicet‖ mansis sitis in hamelspringe quos Eadem abbatissa et conuentus inpredictos abbatem et fratres‖ [titu]lo permutationis transtulerunt Reliquimus etiam et in hiis scriptis relinquimus ipsis‖ fratribus pro cultu diuino ibidem amplicando prephati iuris seu aduocatie possessionem‖ vacuam et liberam in perpetuum possidendam Incuius rei sigillum nostrum pre‖sentibus est appensum Actum et Datum in Scowenburg per manum

rotcheri Cappellani|| nostri Anno domini Millesimo Trecentesimo Septimo Tertio Idus Januarii Presentibus|| adolfo de holte, Ludinegero et Johanne de bardeleve Thiderico Stuven Militibus|| et aliis nostris castellanis viris legalibus et per omnia fide dignis.

Original im Archiv des Klosters Loccum. Siegel des Grafen am Pergamentstreifen. v. Hodenberg, Calenb. U. B. III. (Kloster Loccum) Nr. 599.

1307. Febr. 26. 141.

Johann, Graf von Holstein, verkauft dem Hamburger Kapitel den Zehnten zu Neuenbrook für 1650 Mark Hamb. Pf.

Johannes dei gracia Comes Holsacie. Omnibus presens scriptum visuris salutem in domino sempiternam. Ad noti||ciam omnium et singulorum cupimus peruenire, quod Nos de consilio et consensu dilecti fratris nostri, Comitis. Adolfi. de Segeberghe|| .. dilectorum fratuelium nostrorum. Gerardi. et. Adolfi. Comitum Holtsacie. ac omnium nostrorum legitimorum heredum|| vendidimus ecclesie et Capitulo Hamburgensi Decimam nostram totam in Nyenbruke. cum odingo, et omni iure quo eam tenuimus|| pro. Mille. sexcentis. et. Quinquaginta marcis denariorum hamburgensium, quiete ac iure hereditario perpetuo possidendam|| Quod odingum singulis annis soluit. Centum et Decem et octo marcas denariorum Hamburgensium expedite, quorum|| medietas quolibet die pentecosten, residuum in purificatione beate virginis, in integrum persoluetur. In cuius rei euiden||ciam et euidens testimonium presens scriptum nostro sigillo ac predictorum .. Dilecti fratris nostri et .. fratruelium nostrorum sigillis|| duximus roborandum, Testes sunt. Dominus Hinricus prepositus de Poretz. Marquardus Catteskruch. Johannes|| Miles. Helligbernus. Hartwicus. Johannes de monte. Bruno de glouetsin. Consules Hamburgenses,|| Datum et actum Hamborch. Anno domini M⁰. CCC⁰. septimo. Dominica qua cantatur Oculi mei.

Original im Hamb. Archiv. Drei gelb-rote Siegelschnüre. Ein Reitersiegel fragmentarisch. Archiv für Staats- und Kirchengeschichte V. S. 131.

1307. Febr. 28. 142.

Christof, Herzog zu Halland und Samsö, bestellt seinen Truchseſs Andreas Andersen und seinen Kaplan Johannes Tosti zu Unterhändlern in seinem Streit mit Jacob, Grafen von Halland und Genossen und bevollmächtigt sie zum Abschluſs eines Friedens mit denselben unter der Bedingung, daſs sie ihm zur Krone Dänemarks gegen seinen Bruder Erich verhelfen und ihm König Hakon von Norwegen bis dahin eines der Norwegischen Schlösser mit 2000 Mark Einkünften einräume.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Olauus misericordia diuina Roskildensis et nicholaus eadem permissione burglanensis episcopi, salutem in domino|| sempiternam, Noueritis litteras, Nobilis viri domini cristophori dei gracia ducis hallandie et samsøø non rasas. non abolitas nec|| in aliqua sui parte cancellatas vidisse et diligenter examinasse de verbo ad verbum Tenore qui sequitur continentes. Omnibus|| presens scriptum cernentibus, Cristophorus dei gracia dux hallandie et samsøø, salutem in domino sempiternam. Noueritis nos exhibitoribus presentium|| dilectis nobis dominis andres sun dapifero nostro et Johanni tostonis nostro capellano sub nostra [1]) et fauore firmiter presepisse presentibus,|| vt ad dominum Jacobum

comitem hallandie, filium suum domicellum nicholaum, dominum petrum Jacob sun, andream stigs sun, fratrem suum‖ nicholauum, eorumque sequaces omnes et singulos pro nostris negociis nostris irent placitando cum ex parte nostra cum eisdem omnibus et singulis‖ prout in nostris litteris super hoc confectis plenius continetur de omnibus et singulis discordiis seu controuersiis inter ipsos ex parte vna, et nos ex‖ altera qualicunque suscitatis semotis, dantes eisdem dominis andree nostro dapifero et Johanni capellano plenam potestatem et liberam facultatem‖ donandi dictis omnibus amiciciam nostram et fauorem specialem sub hac condicione quod axilio et consilio domini haquini dei gracia Regis norwegie et aliorum‖ amicorum mediantibus bellum grande siue prelium cum fratre nostro domino erico rege dacie acceptarent et inirent, et nuncquam deberent prius quam‖ . . . superarent et nos potens rex in dacia loco sui collocaremur, quod si facerent, ipsos omnes et singulos diebus suis et nostris apud nos‖ . . . orifice habere deberemus. ipsos pro omnibus dominis terrenis securos tenendo, nobis etiam seruire deberent pro omnibus aliis dominis. Insuper dominus rex‖ norwegie nobis quam diu necesse haberemus, castrum wortbiærghæ vel konunkgeldæ, seu aliud de forcioribus in norwegia cum redditibus duorum‖ millium marcharum in moneta sua concedere deberent tali condicione prehabita quod cum regnum dacie optineremus ipsum dominum h. regem norwegie de‖ omnibus et singulis pro nobis erogatis pro posse et uiribus in dempnem conseruaremus, promittimus etiam per presentes fide media dictos dominos an‖dream et iohannem ab omni dampno laboribus et expensis in premissis negociis et aliis pro nobis habitis et habendis in dempnes penitus conseruaturos. et‖ ipsos a nostro seruicio fauore amicicia et promocione speciali nuncquam durantibus nobis vita et rebus relinquamus, In cuius rei testimonium secretum‖ nostrum presentibus duximus apponendum. Datum falkenbiærghæ anno domini. M°. C°C°C°. VII pridie kalendas marcii. In cuius rei euidenciam‖ sigilla nostra presentibus sunt appensa, Datum Roskildis Anno domini. Millesimo C°C°C°. quinto decimo feria sexta proxima ante diem beatorum apostolo‖rum petri et pauli.

[1]) *fehlt:* protestione *oder* gratia.

Transsumpt der Bischöfe von Roskilde und Börglum vom Jahre 1315, Juni 27 im Archiv zu Schwerin. Zwei Siegel am Siegelstreifen.

1307. 143.

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt den Verkauf einiger Grundstücke in Bramfeld seitens der Gebrüder Wedel an das Kloster Harvstehude.

Adolphus dei gracia Comes holtsacie et Stormarie. Omnibus presens scriptum visuris siue intuentibus. cupimus esse notum. quod Reymbernus et hasso nostri fideles. filii domini Reymberni. quondam militis dicti de wedele. ex consensu et ratihabitione matris eorum. vendiderunt ecclesie et conuentui in valle virginum. tres mansos. duas areas et vnam tabernam in villa Bramvelde. que a nobis in pheodo tenuerunt. Quam venditionem gratam et ratam habentes. ad instanciam ipsorum. ius pheodi et proprietatem eorundem bonorum. iam dicte ecclesie et conuentui. concedimus et donamus in perpetuum quiete et pacifice possidendum. In cuius rei euidenciam. sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Segheberghe. Anno domini M°. CCC°. VII. In die beatorum Martirum Tyburtii et valeriani.

Cop. Harvsteh. fol. 10a im Hamb. Archiv.

1307. [Vor April 21.] **144.**

Johann, Graf von Holstein, verkauft dem Kapitel zu Hamburg den Zehnten in Neuenbrook.

Nos Johannes dei gratia comes Holsatie recognoscimus et protestamur in his scriptis, quod nos de unanimi consilio et consensu omnium heredum nostrorum vendidimus capitulo et ecclesie Hamburgensi totam decimam in Nienbroke, solventem in odingo annuatim centum cum decem et octo marcis denariorum Hamburgensium, cuius decime quartam partem dominus Bruno cantor dicte ecclesie cum sua matre Aleheydi et vicarius altaris Calendarum Sancti Nicolai ibidem emerunt et nobis integraliter persolverunt. Tamen inter ipsum dominum Brunonem et eundem vicarium in eadem decima taliter est distinctum, quod idem Bruno et sua mater viginti duas marcas et vicarius altaris prescripti perpetuo sex marcas optinebit annuatim in decima memorata, et XXIIII solidi residui in anniversario domini Johannis de Osterwic quondam eorum vicarii dividentur prout hoc et singula premissa capituli Hamburgensis publicis distincta vidimus instrumentis. In quorum omnium perpetuum testimonium, et eciam ne in premissis singulis et omnibus a nobis et nostris posteris impedimentum oriatur in futuro, sigillum nostrum huic scripto duximus apponendum. Datum Hamborgh anno domini M CCC septimo.

Archiv für Staats- und Kirchengeschichte Bd. V. S. 133 nach einem Vidimus der Hamburger Minoriten im Archiv zu Breitenburg.

1307. April 21. **145.**

Das Kapitel zu Hamburg vergleicht sich mit Bruno, dem Kantor daselbst, und seiner Mutter Adelheid über den Zehnten zu Neuenbrook.

Gotscalcus dei gratia decanus et totum capitulum ecclesie Hamburgensis omnibus hoc scriptum visuris notum facimus et presentibus protestamur, quod honorabilis vir dominus Bruno cantor ecclesie nostre cum sua matre, domina Aleheydi, et vicarius altaris Calendarum parochialis ecclesie nostre Sancti Nicolai, qui pro tempore fuerit, in decima in Nyenbroke, quam una nobiscum emerunt a nobili viro domino Johanne comite Holtsatie et suis veris heredibus, quartam partem habent in eadem cum omni conditione et omni iure, quo ipsam emimus ab eisdem. Que quidem decima solvit in universo centum et XVIII marcas denariorum Hamburgensium annuatim. Dominus Bruno et mater sua viginti duarum marcarum redditus, qui ipsos contingunt de quarta parte decime iam dicte, poterunt legare, disponere, vendere et ordinare ad quoslibet usus sibi competentes pro eorum libito voluntatis. Sex autem marce reddituum ipsius decime ad vicariam altaris calendarum suprascripti perpetuo permanebunt et XXIIII solidi residui in anniversario domini Johannis de Osterwic quondam nostri vicarii solito more memorie presentibus dividentur. Ne autem prescriptis impedimentum a nobis fiat in premissis aut quolibet premissorum, sigillum nostrum huic scripto duximus apponendum. Datum anno domini M CCC septimo. feria sexta post dominicam Iubilate, quod cum appensione sigillorum nostrorum duximus protestandum.

Archiv für Staats- und Kirchengeschichte Bd. V. S. 134 nach dem Vidimus der Hamburger Minoriten im Archiv zu Breitenburg.

1307. Mai 7. **146.**

Die Gebrüder Gottfried und Otto von Thune schenken dem Kloster Scharembeck eine halbe Hufe zu Borstel in Kirchwerder.

Uniuersis cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit. Godefridus et Otto fratres‖ dicti de Tvnis, in omnium saluatore salutem. Notum sit presentibus et futuris, quod nos pro spe‖ salutis eterne, et pro remedio animarum nostrarum, ac omnium parentum nostrorum, dedimus monasterio‖ in Riuo sancte marie quod uulgo dicitur Scerembeke dimidium mansum in kercwercthere,‖ situm in loco qui dicitur borstolt, liberum ab omni aduocatia et seruicio et nostris denariis conpara‖tum, In quo dotauimus altare sancte crucis ecclesie memorate, ante quod, cum vxoribus‖ nostris ac liberis locum elegimus sepulture. nichil iuris aut potestatis in dicto dimidio manso‖ nobis, uel nostris heredibus reseruantes, In cuius donationis perpetuam firmitatem, presens scrip‖tum sigillorum nostrorum munimine roboramus. Datum in Rivo sancte marie, Anno domini, M⁰, CCC⁰,‖ VII⁰, Dominica post ascensionem domini.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Zwei Siegel am Pergamentstreifen.

1307. Mai 12. **147.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, beurkundet, dafs die Gebrüder Marquard und Conrad von Holte und ihr Neffe Hildemar das Dorf Reynestorpe *dem Kloster zu Rinteln verkauft und überlassen haben.*

Adholfus dei gracia Comes Holtsacie et de schowenborgh vniuersis presencia visuris et audituris volumus esse notum Quod marquardus et conradus fratres dicti de broke et hildemarus fratruelis eorum. ville in reynestorpe cum omni vtilitate sicut ab antiquo tenuerunt simul et pheodo quod in eadem habuerunt renunciauerunt in manus nostras libere resignantes eandem honorabili viro iohanni preposito in rintelen et claustro ibidem pro pecunia qua eam comparauerunt dimittentes perpetuis temporibus possidendam. promittentes nichilominus iam dicto domino preposito et conuersis dicti claustri pro fratruelibus suis qui ad huc sunt infantes et nos cum duobus nostris militibus adolfo de holte et iohanne de bardeleue propter dictos fratres promisimus prefatis domino preposito et conuersis, vt predicti duorum fratrum fratrueles cum ad annos peruenerint discrecionis bonis ante dictis similiter renuncient sicut eorum frater et patrui fecisse protestantur. Nos vero pro maiori certitudine predictorum nomine sepius dicti prepositi et sui claustri. duorum fratrum et fratruelis eorum sepius predictorum promisimus recepimus et singula conscribi fecimus sub sigilli nostri secreti protestacione manifesta Acta sunt hec in castro Scowenborgh coram nobis et nostris castellanis ibidem anno domini M⁰. CCC⁰. Septimo. priori die vigilie pentecostes.

Aus dem Rintelner Kopiar im Staatsarchiv zu Münster.

1307. Mai 21. **148.**

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, verkauft dem Nikolaus, Pfarrer zu Lezen, zwei Hufen für 30 Mark Pf.

Adolphus dei gratia Comes holtsacie et Stormarie vniuersis presencia uisuris salutem in domino. Ne ea que fiunt in tempore defluant cum‖ tempore, expedit ut ea que aguntur scripturarum testimonio perhennentur. Nouerint igitur vniuersi, tam posteri quam presentes, quod preter mansum,‖ quo ecclesia beati Johannis ewangeliste in Letzinge dotata est, nos duos mansos in eadem villa Letzinge sitos, cum omnibus suis attinenciis,‖ dimidia decima, areis, appenditiis, accrescentiis,

pascuis, pratris, paludibus, virgultis, cum omni iure, vtilitate, et proprietate, iudicio‖ maiore et minore, sicut eos usque in presens possedimus, discreto viro domino Nicolao rectori dicte ecclesie in Letzinge. pro triginta mar‖cis denariorum vendidimus, et liberaliter dimisimus, sibi et suis successoribus ac eidem ecclesie, perpetuis temporibus quiete et pacifice possiden‖dos. Prouiso et hoc de consensu domini prepositi Seghebergensis, quod Rector dicte ecclesie, quicunque fuerit pro tempore, qualibet ebdomada temporibus‖ vite nostre, celebret ibidem vel celebrari faciat vnam missam de beata Maria virgine gloriosa. Post obitum vero nostrum, loco huius misse‖ dicet qualibet ebdomada vnam missam pro defunctis, nostri, et parentum nostrorum memoriam, per hunc modum perpetuo fideliter peragendo.‖ Testes, huius rei sunt, Johannes de Rennowe, Otto de golenbeke. Hermannus de lasbeke, Bertoldus de Rennowe, Bertoldus de Wen‖sine, et Marquardus de wesenberge, consiliarii nostri et milites, necnon Johannes de pronestorpe, Nicolaus de smalenstede, Hinricus antiquus‖ aduocatus. et plures alii fide digni. In omnium premissorum euidentiam presens scriptum fecimus sigilli nostri munimine roborari.‖ Actum et datum, in castro nostro Segheberge. Anno domini. Millesimo. Trecentesimo. septimo. In die beati Benedicti‖ abbatis.

Original im Archiv des Klosters Preetz. Eine seidene Siegelschnur. S. H. U. S. I. S. 226.

1307. Mai 29. 149.

Das Kloster Harvstehude verfügt über die Verwendung der Gelder des Krankenhauses.

Omnibus in perpetuum. Nos Johannes prepositus. Mechtildis Abbatissa. ac Totus Conuentus sanctimonialium claustri vallis uirginum. Presentibus recognoscimus. et ad noticiam tam presencium quam futurorum uolumus peruenire. Vt cum in Conuentu nostro moniales existant. siue tempore successiuo esse contingat. que de redditibus sibi ad usus uictualium deputatis sustentari non possunt. nec eisdem de parentum gracia aliquid vel modicum impendatur. et ideo oportet. vt ipsarum penuria uictualium in aliquo subleuetur. Quidam honesti pie moti. ad infirmariam nostri claustri. Quadraginta marcas denariorum nomine elemosine erogarunt. De quibus domina Ermegardis de monte. XI. marcas denariorum Pro anima filii sui Domini willekini sacerdotis contulit et donauit. Cum hac vero pecunia sunt redditus in villa Halstenulete comparata. Nos autem inrecompensam horum reddituum constituimus de omnium nostrum beneplacito. Vt ad solacium infirmarum monialium singulis annis. presentetur vnus chorus[1]) siliginis Infirmarie nostre sine omni obstaculo de bonis nostris quos habemus in veteri molendino. quem percipient domine que preficiuntur Dispensacione infirmarie predicte. et que ad hoc pro tempore fuerint constitute. nec tamen infirmis supradictis et monialibus ceteris in solaciis hactenus habitis et vlterius habendis. aliquid depereat vel decrescat. executores autem Infirmarie nostre sunt. Dominus Johannes miles. et Dominus Johannes de monte. et post obitum eorum. quos Consules hamburgenses de maturo consilio ad hoc duxerint statuendos. Hiis autem qui nobis tale beneficium contulerunt. Ad animarum eorum solacium. officium defunctorum et vigilias. exceptis aliis in dei seruicio peragendis. ter in anno largiente domino disposuimus sollempniter celebrari. Datum anno domini M° CCC° VII. feria secunda post octauam Trini-

tatis. Item ad nostras preces Consules hamburgenses. sigillum Ciuitatis sue. presentibus cum sigillis nostris apposuerunt in testimonium perpetuum et in signum.

[1]) *am Rande nachgetragen.*

Cop. Harvstehud. fol. 33a im Hamb. Archiv. Zeitschrift IV. S. 530.

1307. Juni 21. **150.**

Gottschalk, Dekan, und das Kapitel zu Hamburg bestätigen die Vikarienstiftung der Brüder Otto und Heinrich Stüven.

Gotschalcus dei gracia Decanus et totum Capitulum ecclesie hamburgensis, omnibus hoc scriptum visuris et audituris, salutem in domino iesu cristo, Cum‖ diuinus cultus precipue in missarum sollempniis magis sit augendus quam minuendus in factis et personis, Proinde omnipo‖tentis dei, et gloriose matris eius Marie meritum intuentes, annuimus ottoni et hinrico fratribus dictis stuuen ciuibus nostris in‖ hamborg in ecclesia nostra maiori scilicet beate virginis fundare et dotare vicariam, que in cunctis redditibus decem et octo marcas optineat‖ annuatim, de quibus sacerdos qui huic prefuerit vicarie quolibet anno dabit more solito duas marcas ad duas memorias, vnam‖ in anniuersario Nicolai rindesknoke in vigilia Marie magdalene, aliam in vigilia beati Nicolai pro eylmaro stuuen et Johanne‖ stormere, presentibus tantum in uigiliis et inmissa, Ad quam vicariam de nostro beneplacito Nicolaus iam dicti ottonis filius nobis‖ est presentatus, eo uero mortuo, sepedicti duo fratres si uixerint, vel qui de parentela eorum fuerint proximi peticionem habebunt vna vice tantum[1]) quam‖ eis non debebimus denegare, ad conferenda[2]) suprascriptam vicariam persone ydonee, quam nobis duxerint presentendam, Qua mor‖tua, collacio ipsius vicarie iure perpetuo ad decanum et Capitulum nostrum libere diuoluetur, Sacerdos autem eidem uicarie deser‖uiens, ad altare quod dominus hinricus pie memorie de barmestede instituit, in missis dicendis alternatim secundam septi‖manam obseruabit, Preterea recognoscimus, quod decem et novem iugera sunt empta in gorieswerdere in loco dicto sandov sol‖uentia septem choros auene annuatim, que acceptauimus pro duodecim marcis reddituum ad uicariam memoratam, et‖ dicti duo fratres obligauerunt se in presenti anno reliquas sex marcas redditus sine diminucione qualibet comparare, Huius facti‖ testes sunt, Gotschalcus decanus, Johannes scholasticus, Bruno cantor, hinricus thesaurarius, hartwicus de herslo, Lupus,‖ Nicolaus thideri, Magister rodolfus, hermannus de hileghenstede, wnnerus, leo, Canonici hamburgenses, et alii quam plures laici‖ fidedigni, vt autem omnia premissa utrobique inuiolabiliter obseruentur sigillum nostrum huic pagine duximus apponendum, Datum‖ XI° kalendas iulii, Anno domini, M°, CCC°, septimo . . . Suprascriptionem approbamus . . .

[1]) *v. v. t. übergeschrieben.* [2]) *l.:* conferendam.

Original im Hamb. Archiv. Rest des Siegelstreifens.

1307. Juni 30. **151.**

Johann, Graf von Holstein, verkauft den Zehnten in Neuenbrook an das Hamburger Kapitel für 1650 Mark Hamb. Pf.

Nos Johannes dei gracia Comes holtsacie. omnibus presens scriptum intuentibus. salutem in domino. Ad noticiam omnium cupimus peruenire. quod nos

decimam nostram totam in Nienbroke sitam. canonicis et capitulo ecclesie hamburgensis vendidimus pro Mille. sexcentis et quinquaginta marcis denariorum hamburgensium. quam pecuniam nobis integraliter numerauerunt et expedite persoluerunt. vnde ipsos quitamus omnino et absoluimus. recognoscentes in hiis scriptis nobis satisfactum esse de pecunia memorata. Datum hamborch feria secunda post diem apostolorum petri et pauli Anno domini M°. CCC°. septimo.

Lib. cop. cap. fol. 105a im Hamb. Archiv. Archiv für Staats- und Kirchengeschichte Bd. V S. 132.

1307. Juli 13. 1308. Novbr. 30. 152.

Gerhard, Graf von Holstein und Schauenburg, bestätigt einen Gütertausch zwischen den Grafen Adolf und Johann einerseits nnd dem Kloster Reinbek andererseits.

Nos Gherardus dei gracia comes holtzacie et in scowenborg. Recognoscimus et publice protestamur quod proprietatem. libertatem et omnem donationem quas dilecti patrui nostri‖ Adolphus et Johannes Comites holtzacie ac stormarie fecerant ecclesie in Reynebeke super bonis, et villis eidem venditis prout in priuilegiis ipsorum infra scriptis continetur plenius‖ gratas et ratas habemus nichilominus ipsas per presentes litteras confirmando. In nomine domini Amen. Adolphus et Johannes dei gracia comites holtzacie et Stormarie. vniuersis presencia visuris in domino‖ salutem. Exemplis veterum edocemur. vt ea que geruntur scripturarum testimonio perhennemur. Hinc est quod ad noticiam vniuersorum cupimus peruenire, quod nos vnanimi consensu. et libero arbitrio ven‖didimus religiosis dominabus Sanctimonialibus in Reynebeke deo famulantibus. Iudicium trium villarum scilicet, Hop. Huncinghethorp et Bunenbotle cum inhiis nil aliud habuerimus. Insuper villas‖ Lobrůgghe, Langhenloghe, et Stenloghe, pro quibus nos accepimus villam. Gronewolt quam cristi famuli antea possederant. Preterea villas Grande et Witeshof, quas a nostris progenitoribus‖ tenuerant cum omni Iure et vtilitate, in lignis, pratis, paschuis, aquis, aquarumque decursibus, viis et inviis, cultis et incultis, sicut nos habuimus perpetuo possidendas. Proprietatem‖ eciam istarum villarum ipsis ob salutem anime nostre conferimus et donamus. prohibentes ne ab aduocatis nostris, aut eorum famulis, ipsis grauamina aliqualia inferantur. Termini prefate ville Lobrugghe exten‖duntur in agros ville huncinghenthorp ex hinc in locum qui dicitur legherstede, Dehinc usque in locum qui dicitur depenrighen, ab hoc loco integraliter usque in Northrothe, Inter Northrodhe et asbrok termini‖ directe extenduntur usque in valdistorp. De valdistorpe in Sůwelisrothe de hinc usque in kercenbeke. De kercenbeke in bilnam, a bilna usque ad distinctionem agrorum ville Hop. loco incluso‖ qui dicitur yvenboge. Termini villarum. Grande et witeshof erunt de herghesberghe in locum qui dicitur Loghe. De hoc loco usque in locum qui dicitur voshole de hinc usque in hermisse. de Hermisse usque‖ in Cotbeke per amnem illum in locum qui dicitur wedherbergh. De wedherbergh in agrum qui dicitur voghedstucke. Inter locum istum et heydeberch, distinctio illa pertinget usque ad locum antiqui molendini exinde‖ per descensum uulenrigen ad terminos Trŏtowe. Terminos istos destinxit taliter Gherbertus quondam aduocatus. Item termini Stenloghe et Langhenloghe. Honrodhe et yteslo, erunt de loco knelle‖ in riuum O exhinc in scarpeshorn, deinde in fontem yteslo. De hoc fonte usque ad pratum. de prato usque Gebengoue de Gebengůe per ascensum fluxus ad

glinde, per descensum dicti fluxus usque in agros‖ Brake, inter agros Brake et agros Holenhorst erit distinctio in agros papenthorp, De papenthorpe usque reghelboken, ab inde in locum qui dicitur Bōre per totam illam planiciem usque in locum‖ qui dicitur Graft et vltra in dammersbeke. Insuper pateat omnibus quod frater noster prepositus felicis memorie, iam dicte ecclesie reynebeke dimisit villam Lobrugghe de nostro beneplacito et consensu et villas‖ Grande et witeshof a nostris progenitoribus antea possederant perfruendas. Volumus nichilominus et mandamus vt nostri aduocati et eorum famuli in predictis bonis ecclesie Reynebeke libere et proprie‖tarie dimissis violenciam non exerceant nec infortunitates aliquas inferant seu grauamina. Has terminorum distinctiones predicta ecclesia optinebit sicut Gherbertus miles ante et frater noster posse‖derant in perplexas. Nos vero dictorum terminorum defensores erimus, si quisquam impetere ipsos presumet successiue. Huius sunt testes Adolphus comes holtzacie ac in scowenborg. Hinricus prepositus‖ in poretz. Senior volradus luscus. Johannes porcus milites et Marquardus dictus kattescrogh. Ne autem hanc proprietationis donationem quisquam audeat violare, ad cautelam et vtilitatem predicte ecclesie‖ presentem paginam sigillorum nostrorum munimine roboramus. Datum Segheberge Anno domini. M°. CCC°. III°. in die andree apostoli. Nos autem Gherardus comes holtzacie et in scowenborg ad eui‖denciam omnium premissorum nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Datum. kil. Anno domini M°. CCC°. VII°. in die Margarete virginis.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegelstreifen. Siegel beiliegend. S. H. U. S. II. S. 22.

1307. Juli 14. 153.

Arnold Holländer, Vogt zu Crempe, der Rat daselbst und das Kirchspiel zu Süderau beurkunden, dafs die Eigentümer von zehn Viertel Landes in letzterem Kirchspiel ihren Acker- und Kleinzehnten, den sie der Vikarie St. Johannis in Hamburg zu zahlen haben, in eine Geldleistung verwandelt haben.

Omnibus presens scriptum uisuris. Nos Arnoldus dictus hollendere aduocatus et Consules ciuitatis in crimpa. ac tota parrochia sutherowe recognoscimus et protestamur in hiis scriptis. quod coloni morantes in decem quadrantibus in sutherowe. qui wlgariter iarlant nuncupantur. decimam agrestem et minutam eorundem agrorum sub perpetuo odinggo receperunt hoc modo. quod dicti coloni et eorum heredes seu successores inperpetuum quolibet anno. ipso die philippi et Jacobi sacerdoti vicarie altaris sancti Johannis ewangeliste quam dominus Johannes de luneborch canonicus hamburgensis instituit, et domino Nicolao decano uel cui ipse legauerit aut uendiderit. septem marcas denariorum hamburgensium et dimidiam in ciuitate crempa integraliter persoluent. Quod si non fecerint sequenti die duplum sine quolibet impedimento arbitrati sunt soluere. uel de optimis eorum bonis sacerdotibus premissis. vel cui commiserint. sine contradictione et querimonia iudicii secularis pignora in eadem ciuitate presentabunt libere deducenda. et tunc in opcione dictorum sacerdotum stabit. si odingum suprascriptum voluerint reuocare. Prefati eciam coloni grunthuram eorundem decem quadrantum videlicet septem marcas cum tribus solidis ipso die martini eisdem sacerdotibus persoluent sub pena dupli sicut de decima superius est expressum. Que decima et grunthura inter ipsos sacerdotes taliter est distincta. quod due partes ad uicariam suprascriptam. et tercia

pars domino Nicolao ad quoscumque vsus decreuerit deputare pertinebit. Huius rei testes sunt, dominus bruno cantor. lupus wnnerus canonici hamburgenses. Nicolaus plebanus in sutherowe. Nicolaus vicarius in hamborch et Johannes de sasle clerici. Johannes longus sist. Johannes slef. willekinus scultetus. gherardus de murenulete. schultetus et scabini de sutherow et alii quam plures fide digni. In quorum omnium perpetuum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum in crempa. XIX°. kalendas augusti. anno domini M°. CCC°. VII.

Lib. cop. cap. fol. 151a im Hamb. Archiv.

1307. Juli 25. 1315. März 22. 154.

Nikolaus Rany schliefst Brüderschaft mit Tuvo Wyyn.

Omnibus presens scriptum cernentibus, frater Ølricus dictus swawe commendator hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani de nemerow, henricus‖ de aluersthorp, Nicholaus oløf sun illustris domini Regis danorum dapifer, pętrus muly de bœg, Johannes kanne In‖guarius hiort, Johannes gunny sun, holmgerus nicles sun, Johannes de godenthorp, folradus skiele, Johannes aky sun, Jo‖hannes terente, Thorkillus ebby sun, sywardus de oræby Johannes pæter sun de wglethorp, esrardus mølteke, kanutus nicles sun et Johannes falkenhaghen milites in domino sempiternam, Notum per presentes facimus vniuersis Nos‖ litteras domini nicholai rany sub ipsius vero et integro sigillo diligenter vidisse, et in latino coram nobis et aliis pluribus fide‖dignis lectas, et postmodum wlgariter expositas audiuisse, tenorem de verbo ad verbum, qui sequitur, continentes, Vniuersis presentes litteras, Nicholauus rany, salutem in domino sempiternam, Noueritis vniuersi, me latori presencium domino tuuoni‖ wyyn sun meam dedisse plenaliter fidem, quoniam si contra Regem Ericum in consilio vel facto periculum mortis occurrerit cognosco per‖ presentes me plenaliter secum perfecisse, ammodo coniuro me illi in fraternitatem cum omnibus amicis, quibus mecum consequi cupiunt‖ tali prehabita condicione, vt predictum. th. non pro bonis nec pro periculo mortis nunquam debeo resignare, In cuius rei testimonium‖ sigillum meum presenti est appensum Datum anno domini M°. C°C°C°. septimo in die sancti Jacobi apostoli, In huius autem visionis‖ nostre et auditionis testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum wortbingburgh, anno domini. M°. C°C°C°. quinto decimo in vigilia pasche.

Transsumpt im Archiv zu Schwerin. Von 17 Siegeln 12 erhalten.

1307. Aug. 9. 155.

Gerhard, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft dem Kloster Cismar das Dorf Dalungenrodhe *für 500 Mark Hamb. Pf.*

Omnibus et singulis presens scriptum cernentibus. Gherardus dei gracia Comes Holsacie et schowenborch. Salutem in domino sempiternam.‖ Tenore presencium recognoscimus notum facientes tam presentibus quam futuris. Quod nos de consensu heredum nostrorum, Domino abbati. totique con‖uentui in Cysmer ordinis sancti Benedicti lubicensis dyocesis. qui nobis tempore necessitatis. constitutis in maximis debitis iuuamen fecerunt‖ obligantes propria bona. vendidimus. pro quingentis marcis denariorum hamburgensium. nobis persolutis integraliter quandam villam dictam‖ Dalunghenrode cum suis redditibus et hura. triginta sex marcarum hamburgensium. quos in crastino beati Martini expedite percipient‖ et

quiete. Aut plenam auctoritatem [et] posse habentes ipsos impignorando nichilominus et extorquendo. et si ipsi minus sufficient‖ ad extorquendum tales redditus et huram. ipsos nomine abbatis et conuentus predictorum impignorando extorquebimus in nostris expensis et laboribus eisdem‖ liberaliter assignando. Predicti eciam abbas et conuentus nobis adiecerunt hanc condicionem. quod nos aut nostri heredes dictam villam reemere possumus quando‖ nobis competere uidebitur pro pecunia prius dicta. et in assumpcione beate marie virginis exsoluenda. quam si non solueremus eo tempore. extunc tales redditus‖ nullatenus reemerimus In cuius rei testimonio. Sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt domini Comes adolfus frater noster. Johannes‖ prepositus in segheberghe. Wolradus schele senior. Bertrammus kule. Hermannus roboyse milites. Johannes notarius et draco aduocatus. Datum‖ zegeberghe Anno domini M⁰. CCC⁰ VII⁰ in vigilia beati Laurencii martiris.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Reitersiegel des Grafen an grüner Schnur. S. H. U. S. II. S. 24.

1307. Aug. 10. 156.

Gerhard, Graf von Holstein und Schauenburg, gestattet dem Grafen Johann die Einlösung von acht verpfändeten Kirchspielen in der Marsch.

Nos Gherhardus dei gratia comes holtsatie et scowenborgh. vna cum heredibus nostris. Recognoscimus publice per presentes.‖ quod nos omnem paludem. et parrochias ibidem. dilecto patruo nostro domino comiti Johanni. et suis heredibus‖ restituere tenemur. quando nobis ac nostris heredibus. duodecim millia marcarum. et sexcente marce denariorum hamburgensium fuerint persolute. videlicet parrochias. hale. horst. nygenbroke. Crempe. nygenkerken.‖ borsflete. suderwe. hilgenstede. quidquid ipsis ibidem pertinet. et bole. eo modo. quo. in suis litteris‖ nobis inueniuntur obligata. nec dicto patruo nostro. aut nostri heredes. et suis heredibus aliquod impedimentum‖ faciemus super bonis huiusmodi redimendis. In cuius rei testimonium. sigilla. nostrum. et filiorum nostrorum presentibus‖ sunt appensa. Datum anno domini. M⁰CCC⁰VII. In die beati Laurentii martiris Segheberghe.

Original im Archiv des Klosters Preetz. Ein Siegelstreifen mit Wachsspuren. S. H. U. S. I. S. 227.

1307. Septbr. 18. 157.

Burchard, Bischof von Lübeck, gestattet dem abgebrannten und verschuldeten Kloster Preetz die Vermehrung der Nonnenzahl.

Bo[rc]hardus [dei] gratia [Lu]bicensis Ecclesie Episcopus [priorisse] ac Conuentui sanctarum Monial[ium in] Poretze ordinis sancti benedicti‖ [misericordia] affe[cti] [vovemus] orationes in Christo. Intelleximus au[tem] Monasterium vestrum . . . . . concrematum, ita quod‖ propter . . . . . et propter vsuras accre[scente]s singulis annis . . . . . quantum ad perso‖nas v[estras] ac familie vestre ueterem hospitalitatem et consuet[am] . . . . . Monasterio vestro l[audem] hactenus [con]seruatam, Qvare‖ volentes [vo]bis [remedi]o salubri subu[e]nire. excog[itauimus] viam . . . . . us . . . . . tinentem per quam possit‖ vobis subveniri [volum]us quidem non obstante iure nostro, si quasdam fecistis d[ominas] recipiendo aliquas puellas‖ vltra numerum vobis s[t]atiuum vt possitis recipere [nam] sicut vobis videtur expedire et vestro . . preposito cui ad‖ presens incumbunt onera debere vt debita

vestra sine destructione Monasterii vestri possint persolui. Nos‖ igitur auctores ordinamus s[ine] iuramento [ac] rationaliter f[ier]i sicut conditionaliter factum est ad presens dispensamus‖ D[a]tum et Actum in vthyn anno domini M⁰ CCC⁰ septimo, In Crastino beati Lamberti episcopi et Martyris‖ In [huius] rei euidenciam Sigillum nostrum presentibus est appensum.

Original im Archiv des Klosters Preetz, beschädigt. Ein Siegelstreifen. S. H. U. S. I. S. 227.

1307. Septbr. 21. 158.

Johann, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, überträgt den Grafen von Holstein und Schauenburg, Gerhard, Johann, Adolf, Waldemar und den Söhnen des verstorbenen Grafen Heinrich die Lande Holstein, Stormarn und die Herrschaft des Grafen Adolf von Segeberg zur gesamten Hand.

Omnibus presens scriptum Cernentibus. Johannes dei gracia saxonie. angarie. west‖falie dux. salutem in domino sempiternam. Tenore presencium recognos‖cimus. et inpublicam proferimus nocionem. quod nos nobilibus dominis. comitibus‖ holtsacie. et scowenborgh. Gerhardo. Johanni. adolfo. woldemaro. et filiis‖ domini comitis hinrici bone memorie. et eorum veris heredibus. perpetuo de here‖dibus in heredes. totam terram holtsacie. et stormarie et vniuersum domini‖um. domini Comitis adolfi in Segheberghe. de quibus erat lis. et dis‖ceptacio inter nos. et dictos dominos comites vtrobique contulimus manu v‖namini. que samendhe hant in wlgo dicitur iure. seu titulo feodali.‖ Non obstante. eo. quod predicte terre et dominium siue diuidantur aut saltem‖ inter hos dominos comites maneant indiuisa. Nichilominus cuicumque heredi.‖ dicti domini Comites aut eorum heredes aliquam partem terrarum. et dominii predictorum as‖signare et dimittere voluerint. eidem conferimus iure feodali. seruata. et‖ optenta manu vnanimi. sicut superius est expressum. In quorum euiden‖ciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum. iuxta hamborgh et actum‖ anno domini M⁰. CCC⁰. septimo. In die beati Mathei apostoli.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegel an seidener Schnur. S. H. U. S. II. S. 21.

1307. Septbr. 27. 159.

Johann, Graf von Holstein, verkauft dem Kloster Harvstehude 15 Pfund Hamb. Pf. aus dem Hamburger Zoll.

In nomine domini amen. Omnibus presens scriptum intuentibus siue audientibus. Nos Johannes dei gratia Comes holtsatie. Notum esse volumus et constare. quod de bona voluntate et maturo consilio omnium heredum nostrorum. vendidimus Domino Johanni preposito. Domine Mechthildi abbatisse. Totique conuentui sanctimonialium in valle virginum XV. talenta redditus hamburgensium denariorum. quos in theloneo nostro, infra ciuitatem hamborch de primis prouentibus eiusdem thelonei cum inpheodatis tollere consueuimus. pro ducentis et quinquaginta Marcis. eiusdem monete. quiete et pacifice in perpetuum iure hereditario possidendos. Predicti tamen prepositus. abbatissa. et conuentus. talem nobis dederunt optionem. quod nos aut heredes nostri ad vsus nostros proprios et nullius alterius. infra XX^{ti} annos proxime subsequentes. in festo michahelis quando nobis placuerit.

dictos redditus reemere poterimus pro pecunia memorata. Si vero dictam reemtionem. infra. XX[ti] annos. proximos. non fecerimus. dicta ecclesia pretaxatos redditus sine nostra et omnium heredum nostrorum contradictione perpetuo possidebit. sicut superius est expressum. Testes huius rei sunt patrui nostri dilecti. Gerhardus et Adolphus fratres. Comites holtzacie. et in Scowenborch. volradus schele. senior. Syfridus de ghykow. hermannus breyde. Otto de sikkem milites. Marquardus kattescroch. et draco aduocatus. et alii quam plures fide digni. Vt autem hec rata et firma permaneant Sigilla nostrum, Gerhardi et Adolphi patruorum nostrorum predictorum. necnon Adolphi filii nostri presentibus sunt appensa. Datum hamborch Anno domini. M°. CCC°. septimo. In die Cosme et damiani martirum.

Cop. Harvstehud. fol. 9a im Hamb. Archiv.

1307. Octbr. 13. 160.

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, schenkt dreifsig Joch Landes in Billwärder an Marquard Kattescroch.

Adolphus dei gracia Comes holtsacie et Stormarie, Vniuersis presencia uisuris, salutem in domino,‖ Notum esse volumus, quod nos Marquardo dicto kattescroch, et suis veris heredibus, triginta iugera‖ in Billenwerdhere iuxta flumen billen sita, cum omni nostra proprietate, decima, iudicio maiore‖ et minore, liberaliter donauimus iure hereditario perpetuo possidenda. Damus etiam dicto Marquar‖do et suis heredibus, obligare in tempus, donare vel vendere perpetuo, iugera predicta, cuicumque volu‖erint, plenam et liberam facultatem. In cuius rei testimonium presens scriptum fecimus sigilli‖ nostri munimine roborari. Actum et datum segheberge, Anno domini. Millesimo trecentesimo septimo.‖ sexta feria. post diem sancti dyonisii martiris.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Rest der Siegelschnur.

1307. Octbr. 29. 161.

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, schenkt Herrn Johann von Wedel vierundzwanzig Joch Landes in Billwärder.

Uniuersis audituris presentia uel uisuris. Adolphus Dei Gracia Comes holt-‖sacie et stormarie, salutem in domino sempiternam. Recognoscimus et tenore presencium‖ publice protestamur, Quod Nos de nostro libero arbitrio donauimus Domino Johanni‖ de wedhele nostro fideli Militi viginta quatuor Iugera sita in Billenwerdhere‖ que willikinus Rusche a Nobis tenuit in pignore, Iure hereditario ac‖ proprio, cum vtilitate, Iudicio maiore et minore, sicut Nos habuimus quiete‖ pacifice, perpetuis; temporibus, possidenda, Dantes sibi et suis heredibus dicta bo‖na cuicumque voluerint obligandi uel uendendi liberam facultatem, In cuius rei euidentiam nostrum sigillum presentibus est appensum, Testes vero‖ huius nostre donationis sunt, noster Gener Comes borchardus de lynddowe‖ ac nostri fideles milites Johannes de Rennowe, Otto de Golenbeke, Hartwicus‖ de hvmmersbutle, bertoldus longus et alii plurimi fide digni, Datum et actum‖ in Segheberghe, Anno Domini, M°. CCC°. VII°. In crastino beatorum apostolorum Symonis et Jude.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Reitersiegel am Pergamentstreifen. S. H. U. S. II. S. 25.

1307. Novbr. 7. **162.**

Johann und Gerhard, Grafen von Holstein, Stormarn und Schauenburg, verleihen der Stadt Crempe das ius decimandi.

Nos Johannes et Gerhardus, Dei gratia Comites Holtzatie et Stormarie et in Schowenborgh, coram vniuersis et ad quos presentes he peruenerint, recognoscimus publice et protestamur: Postquam dilecti et fideles Senatus et Communitas ciuium paludosi oppidi Crempe in Stormaria nostra, per fidelia seruitia nobis et nostris predecessoribus contra hostes publicos cum suis comeatibus et bonis, armis virisque pre omnibus aliis subditis, singulariter et frequenter opem tulere, et cum praecipuum illorum compensare sumptum et paratus constituimus, isti nil plane habere voluerunt pro illis quae in nos et nostrates toties laudabiliter contulerunt in aduersis libenterque, quam tamen piam illorum subministrationem obliuiscemur nunquam et cum perenni gratia alias remunerabimur, vt fidelis subditorum posteritas intelligat praestentia officia id mereri. Et sicuti nobis vere subiectionis iudicium hac donatione dederunt, et nobis vltro signanter succurrerunt, ista vice versa nos inter alia auctoritate nostra heredum subsequentiumque futuro beneplacito, in perpetuum, iisdem opidanis Crempe, Senatoribus et Communitati in sempiternam candoris recognitionem omne ius decimandi ex omnibus cuiuscumque ordinis redditibus, ratione illorum bonorum, que iuxta ditionem ac iurisdictionem ex Crempe in nostram cameram vergunt et influunt, si quando ex opido in alium locum nubendo vel hereditando dotem bonaque auferunt, vt ita illud ius abstractionis integrum et liberum, illis et illorum posteritati, ex graciosa clementia decreuerimus omnino. Ne autem quis predictos opidanos, senatum et ciues contra nostram gratiam a nobis indultam impediat in futurum, nostri Officiales et Aduocati prouti nostram indignationem duxerint euitandum, sedulo et operose attendunto, ne quis hos Crempenses contra ordinem dicti iuris et priuilegii tenorem qualitercunque impetere et grauare audeat. In cuius rei testimonium et cautelam nostrum sigillum presenti pagine appensum. Testes huius donationis sunt dilecti fideles, milites Nicolaus Langelowe et Hinricus de Wedele et Siffridus de gicowe. Datum anno Domini M°CCC°VII°, in castro nostro Steinborgh, in vigilia beati Willehadi Episcopi et Confessoris.

Noodt, Beiträge II. 8289. (Unanfechtbar?)

1307. Novbr. 11. **163.**

Das Kloster Ramesloh beurkundet, dafs sein Mitglied, Herr Roleke, seine Fischereigerechtigkeit an der Bille an den Hamburger Rat verkauft hat.

Dei gracia . . decanus, scolasticus, totumque Rameslonensis ecclesie Capitulum, Omnibus has litteras visuris et audituris‖ salutem inperpetuum, Ad noticiam vniuersorum, tenore presencium volumus peruenire, quod accedente consensu et voluntate nostra, dominus Ro̊leke Concanonicus noster, liberaliter vendidit et dimisit, vnam noctem, in magno were, apud hamborg, versus bilnam, Consulibus ac Ciuitati hamburgensi, absque omni contradictione et obstaculo, cum‖ omni vtilitate, et proprietate, quibus ipsa nox, ad eum pertinuit, inperpetuum possidendam, nos eciam vna cum‖ ipso, omni actioni et iuri renunciamus que nobis et ecclesie nostre, occasione dicte noctis, contra dictos‖ Consules et Ciuitatem, competere videbatur, Vt autem hec robur habeant firmitatis, presens scriptum‖ sigillo

nostro duximus muniendum, 'Datum, anno domini M⁰, CCC⁰, VII⁰. In festo beati Martini episcopi.

Original im Hamb. Archiv. Siegel verloren.

1307. Novbr. 24. 164.

Johann, Christof und Adolf, Grafen von Holstein und Stormarn, schliefsen einen Landesteilungsvertrag ab mit ihren Oheimen, den Grafen Gerhard und Adolf.

Omnibus presens scriptum cernentibus, iohannes, Cristophorus et adolfus dei gracia comites holsacie, et Stor‖marie, salutem in domino, Nouerint vniuersi quod anno domini, M⁰, CCC⁰, VII⁰, in profesto beate katerine virginis po‖retz inter patruos nostros dominos Gherardum, et adolfum, comites et eorum heredes, nos in modum qui sequitur‖ exstitit placitatum, videlicet quod nos, post obitum domini comitis adholfi fratris nostri et patrui, in seghebergh‖ optinebimus octo parochias infra scriptas, scilicet segheberch cum castro et oppido, bornhovede, slamerstorp,‖ Gnessow, Corow, pronstorp, werdhere, letcingge, sicut ipsas frater et patruus noster, comes adholfus te‖net. et dimidietatem ducatus, inter odeslo et hamborch tres partes in merica segebergh, et totam‖ silvam vrwolt eo modo, quo a nobis hactenus est possessa, Nos eciam optinebimus singula bona iuxta‖ grobenitz sita que frater et patruus noster, aliquando possidebat et tenuit ea condicione, sicut inter pa‖truos nostros superius dictos, et nos vtrobique, quatuor milites estimando et taxando statuerint persoluen‖da, Nichilominus domini Gherardus et Adholfus patrui nostri et eorum heredes, optinebunt omnem partem domini Comi‖tis adholfi de seghebergh in danica silva sitam, et singula bona eiusdem, dominium et homagium, vbicumque etiam‖ sita sint, preterquam bona superius memorata, Nos etiam reseruabimus dimidietatem Ciuitatis in ham‖borch, et dominium ibidem, excepta curia fratris et patrui nostri Comitis adholfi, quam, patruis nostris superius‖ dictis relinquimus possidendam. In quorum euidenciam et firmam obseruacionem sigilla nostra presentibus‖ sunt appensa. Datum anno domini, tempore et loco superius enarratis.

In dorso m. s. XV. Quedam placita dominorum habita de diuisione terrarum.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Reitersiegel des Grafen Johann am Pergamentstreifen. S. H. U. S. II. S. 25.

1307. Novbr. 25. 165.

Das Kapitel zu Hamburg beurkundet, dafs sein Kantor Bruno den Gebrüdern Dietrich und Johann Bole zwei Stück Landes in Billwärder für 35 Mark Pf. verkauft hat.

Hartwicus de herslo vicedecanus. Totumque capitulum ecclesie hamburgensis omnibus presens scriptum uisuris. eternam in domino salutem. Ad noticiam omnium et singulorum cupimus peruenire. quod dominus bruno cantor ecclesie nostre predicte. de consensu et consilio capituli nostri vendidit thiderico et Johanni fratribus filiis bolen. duo frusta ad vicariam domini Johannis dicti de dargentin spectancia sita in bilnewerdere. pro XXXV. marcis denariorum. quiete et iure hereditario possidenda. Sed iidem thidericus et Johannes ac eorum heredes. siue que ipsis in eisdem bonis successerint. vel ea vendiderint seu quibus obligauerint in parte vel in toto pro decima eorundem agrorum vnam marcam denariorum dabunt in odingo. quam in die beati martini sine omni impedimento annis singulis

soluere tenebuntur. In cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum hamborch. anno domini M°. CCC°. VII°. in die beate katherine uirginis et martiris.

Lib. cop. cap. fol. 71b im Hamb. Archiv.

1307. **166.**

Johann vom Berge und die Söhne seines Bruders Heinrich verkaufen ihre Mühle in Fuhlsbüttel an den Müller Johann gegen einen jährlichen Zins von 9 Mark Pf.

Notandum quod Johannes de monte, et filii fratris sui, hinrici vendiderunt et resignauerunt, Johanni molandinario et suis iustis heredibus. molandinum, suum vt situm in vulesbutle, recognoscentes ipsum molandinum plenarie persolutum, dabunt quoque dicti Johannes et heredes, prefatis Johanni de monte, et duobus filiis fratris, sui predicti, de hoc molandino nouem marcas denariorum censu perpetuo et hereditario, annuatim.

Lib. contract. fol. 6b im Hamb. Archiv.

1307. **167.**

C[hristian], Bischof von Ripen, verschötet dem dortigen Domkapitel seinen Besitz in Randrup zu einem Jahresgedächtnis für Herrn Tuvo Sacer, genannt Oertling.

Omnibus presens scriptum cernentibus, C. dei gracia Ripensis episcopus salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi quod omnes terras quas habuimus in Randorp de tuwone michel sen et genero eius byorn bon‖di sen dilectis nobis dominis canonicis Ripensibus scotauimus ad anniuersarium domini tuwonis sacer dicti œrt‖ling bone memorie in ecclesia Ripensi quolibet anno in perpetuum faciendum In cuius rei testimo‖nium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum Ripis anno domini M°, CCC°, VII.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel am Pergamentstreifen.

1307. 1314. März 1. **168.**

Astrad, der Provinzial der dänischen Minoriten, bestätigt dem Minoritenkloster zu Lütjentondern die denselben von Johannes Nafnæson testamentarisch vermachten Wiesen auf Föhr.

Omnibus presens scriptum cernentibus. ffrater astradus fratrum minorum in prouincia dacie minister salutem‖ in domino. vniuersitati vestre facio manifestum me alienacionem pratorum que nuncupantur Cornhæem in‖ føør, que in suo testamento. Dominus quondam iohannes nafnæ sen, ad subleuacionem expense fratrum minorum‖ in litlætunder et reparacionem eiusdem claustri absque heredum contradictione contulit, factam sub anno.‖ domini. M°. CCC°. VII. venerabilis memorie. Domino. C. quondam Episcopo Ripensi, in presencia memorande re‖cordacionis illustris principis, Domini W. quondam ducis iucie, per procuratorem legitimum ordinis ex‖ parte fratrum loci supradicti legaliter scotatorum et assignatorum eidem domino. seruatis iustis causis et modis‖ que et qui de alienandis Rebus ecclesie in iure caute prouidentur, et nostri proprietati ordinis competere‖ dinoscuntur, Tenore presencium ex parte fratrum presentium et futurorum, Ratam habere duxi

pariter et firmam|| et in perpetuum valituram renuncians ex parte mea et fratrum presentium ac futurorum iuri quod nobis in|| pratis predictis competebat, nec non et generaliter exceptioni, que huius contractus sollempnitatem|| in posterum infirmare valeat. vel ei quomodolibet contraire, In cuius Rei vel facti testimonium| sigillum mei officii presentibus est appensum. Datum Ripis kalendis Marcii. Anno domini|| millesimo Trescentesimo quartodecimo.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Rest eines Siegelstreifens.

1308. Jan. 28. 169.

E. Friso, Overbode von Holstein, verkauft dem Kloster Neumünster eine Hufe in Hollenbeck.

Uniuersis presencia visuris E. dictus friso prefectus terre holtzacie in salutis auctore salutem Ad noticiam presencium et futurorum cupio deuenire quod amicorum meorum participato consilio, vendidi honorabilibus viris canonicis ecclesie nouimonasterii mansum vnum in villa holenbeke quem nunc colit radolphus. pro triginta marcis denariorum vsualium cum omni vtilitate et iudicio faciens ipsis secundum terre consuetudinem zelandiam et warandiam in cimiterio coram pluribus fide dignis Verum quia fratres mei seruiciis dominorum prepediti huic facto interesse non poterant promitto data fide quod quamprimum in terram holtzacie venerint predictis dominis de predicto manso zelandiam et warandiam infra sex ebdomadas facient quemadmodum ego feci reseruata nichilominus mihi fratribusque meis facultate reemendi sepe dictum mansum non singulariter aut diuisim sed coniunctim et pariter cum ceteris mansis quos in eadem villa sepe dictis dominis vendidimus sicut istum In huius rei euidenciam presens scriptum feci sigilli mei munimine consignari. Datum anno domini M°. CCC°. VIII°. In octaua beate Agnetis virginis et martiris.

Cop. Bord. fol. 15b. Westfalen II. 71 mit der Bemerkung: Cum Sigillo Naviculum exprimente.

1308. Febr. 17. 170.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt auf Wunsch seiner Nichte, Kunigunde von Stromberg, Nonne im Kloster Barsinghausen, letzterem seinen Hörigen Johann, Hudemanns Sohn von Eminghusen.

Datum in Scowenburg. anno Domini. Millesimo Trecentesimo Octauo. Tercio decimo kalendas Marcii.

v. Hodenberg, Calenb. U. B. I. (Kloster Barsinghausen) Nr. 108.

1308. Febr. 17. 171.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, genehmigt unter Zustimmung seiner Gemahlin Helene auf Ansuchen des Klosters Loccum dessen in Hamelspringe beabsichtigten Bau und schenkt Holz und Steine vom Berge Süntel und Weiderecht daselbst, das Lehnrecht über Zehnten und Eigentum im Dorfe Hamelspringe und das Erwerbrecht von vier Hufen daselbst. — „Cultum diuine religionis."

Datum Scowenburg anno domini Millesimo, Trecentesimo, Octauo, Tercio decimo Kalendas Marcii.

v. Hodenberg, Calenb. U. B. III. (Kloster Loccum) Nr. 609, nach dem Original im Klosterarchiv.

1308. März 3. 172.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, beurkundet, daſs Ritter Friedrich Post und seine Brüder dem Abte des St. Moritzklosters in Minden, Gerhard, die Vogtei über das Dorf Rodhen *für 60 Mark Bremisch verpfändet haben.*

Nos adholfus dei gratia Comes holtzacie et inscowenburg Omnibus presencia visuris‖ salutem et rei geste cognoscere veritatem. Ad peticionem reuerendi patris ac domini‖ Gerhardi abbatis monachorum ordinis beati Benedicti ecclesie sancti Mauricii Mindensis‖ dyocesis, ex parte vna et frederici militis dicti post ac fratrum suorum ex parte altera presentibus protestamur, quod iam dictus fredericus miles et fratres sui aduocaciam‖ ville in Rodhen predicto abbati ac ecclesie obligauerunt pro Sexaginta marcis bre‖mensis argenti licite possidendam, tali interposita condi-tione, quod a receptione pe‖cunie, infra decem annos sequentes, eandem aduocaciam a predicta ecclesia redimere non debent, elapsis vero prescriptis annis, quocumque tempore se facultas eisdem‖ obtulerit, aduocaciam illam recipere possunt pro pecunia memorata. incuius‖ testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum Datum in Scowenburg‖ anno domini Millesimo Trecentesimo Octauo in Quadra-gesima. Dominica‖ Inuocauit me.

Original im Staatsarchiv zu Münster. Rest eines Siegelstreifens.

1308. März 5. 173.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, überträgt unter Zustimmung seiner Gemahlin Helene und seiner Söhne Adolf, Gerhard und Erich der Kirche zu Obernkirchen drei Hufen in Rorekersen.

Omnibus presens scriptum cernentibus siue audientibus Adholfus Dei gratia Comes Holtsacie et in Schowenborch Salutem in Domino. Nouerint uniuersi tam presentis temporis quam futuri quod nos ob diuine remuneracionis intuitum et ad animarum nostre et heredum nostrorum Salutem proprietatem trium mansorum in Rorekersen sitorum qui Wernhero de Rorekersen fuerant cum bona voluntate et maturo consensu domine Helene vxoris nostre Adolfi Gerhardi et Erici filiorum nostrorum ac omnium heredum nostrorum pie contulimus Ecclesie Sanctimonialium in Ouerenkerken quarum quidem trium mansorum proprietatem dicta ecclesia in campis siluis aquis et pascuis sicut ipse Wernherus postquam cum fratre Suo diuisionem fecerat habuit perpetuis temporibus habebit et possidebit quiete et paci-fice sine omni nostro vel successorum nostrorum contradictione seu impedimento vt autem huius modi proprietatis donacio firma et a nostris successoribus inuiolabilis in eternum permaneat presentem litteram Domine Mechthildi de Mynda tunc temporis Priorisse et conuentui dicte Ecclesie in Overenkerken contulimus nostri sigilli appensione roboratam Datum Schowenborch presentibus domino Johanne de Barde-leue milite domino Rotghero sacerdote capellano ibidem, Richardo Post famulo et aliis fide dignis Anno Domini M^{0}. CCC^{0}. VIII^{0} feria tercia post dominicam qua cantatur inuocauit.

Nach Capauns Abschrift im Bückeburger Archiv. Wippermann, Regesta Schauenburgiensia 282. Urkundenbuch des Stifts Obernkirchen 120.

1308. März 12. 174.

Rudolf, Albrecht und Wentslav, Herzöge zu Sachsen, Engern und Westfalen, schlieſsen mit ihren Vettern, den Herzögen Johann, Albrecht und Erich einen Erbvertrag.

We van der gnade godes. Rŏdolph. Albrecht vnd wentslav. hertoghen tů sassen. tů angeren. vnd tů westfalen. vnd we van der gnade godes. Johan. Albrecht. vnd Erych hertoghen des seluen landes bekennen vnd irtughen. opeliken in dissen breuen. dat we hebben gededinget vndertuischen. vnd mit enander na‖ vser twen manne rade. dat alle de vesten. man. lvde. vnd lant. dhe we drí. Rŏdolf albrecht vnd wentslav hebben. oder noch irkrighen moghen hulden scolen vnd‖ sen vedderen Johan Albrechte und Erike, vnd alle dhe vesten lant man vnd lude dhe we Johan Albrecht vnd Erich hebben oder noch irkrighen moghen hvlden‖ scolen vnsen vedderen Rodolfe albrecht vnd wentzlawen, were dat also dat we dri. Rodolf albrecht wentzlaw ane eruen sturven oder auueginghen‖ dat vse vesten. vnd al vse gůt scolde vallen vp vnse vedderen Johanne Albrecht vnd Erike vnd ere rechten eruen weret auer so. dat we drie Johan Albrecht‖ und Erich sturuen oder aueginghen ane erben so scolden al vse vesten vnd al vnse lant. man vnde gůt vallen vp vnse vedderen. Rodolfe Albrechte vnde went‖zlawen. vnd vp ere rechte erben vnd scolen dar na stan vnd weruen mit guden truwen dat we van vsen herren deme Romischen konninghe vnse gůt tv‖ samene vntfan wat des eme boret tůligende. welch vnser icht gv̊des irwurue wo eder van weme vns das wurde. dar vnse vedderen vor‖ nicht ane hedden dat scolde we sonderliken hebben vnse leuedaghe. na vnsem dode of we ane erbe sturuen so scolde it vallen vp vnse‖ vedderen. . vndvp ere rechten eruen. lich vnsem anderen gude. Of vnser eyn na synem dode dochtere na sich lete. dhe scolden dhe anderen‖ beraden van deme gv̊de. als man eme tů truwelde. Och bekenne we des welkerleyghe ange velle vns ange vallet oder angeuallen mach‖ dat vnser neyn dat. legen. vor kopen. vor setten. noch vor geven scal. et en sce mit der anderen wille. were dat vns irghene icht ledich oder los wurde. des we nicht‖ ane kost und ane arbeit vorderen mŭchten so scolde vnser ein de anderen vorboden. vnd scolen dat mit vnser beyder manne rat an setten. wo we dat‖ ir vorderen muchten. were dat we dat mit eynem orloghe vorderen scolden. wat denne de vir riddere. tv̊ den we vnse ding laten hebben, vns heten dv̊n‖ vmme kost vnde vmme de vorderinghe vnd vmme alle ding, dat scole we dŭn, welch vnser van deme anderen gemanet oder vorbodet wŭrde. dhe‖ scal dar na binnen tven maneden mit sinen tven ridderen dar tv̊ riden of he binnen landes is. were he auer buten landes. so scolde man im dat nicht verliken.‖ keren. Dit sin dhe vyre riddere dar we vnse ding tv̊ gelaten hebben. we hertoghe Rŏdolf. Albrecht. vnd wentzlav hebben gesat hern vrytzen van‖ zstrele hern konen slichting. hern dethleve ẘlf. hern diderich van brenen von dissen viren scolle we twene brynghen vnde we hertoghe Johan albrecht‖ vnd Erich hebben gesat hern otten wackerbart. hern dethleve van parkentyn, hern Johan van Crummesse. hern wlf van svartenbeke van den viren scole wi twene hebben. Dhe vire scolen vns vntsceiden alle vns vnderlang werrende. oder sceleyde is. oder werden mach. sturue disser riddere‖ enech so scolde man eynen anderen setten in sine stede. wŭrde disse vyrre tveygende. oder schelende. dat se vns nicht vntsceyden muchten. so scolde‖ vnse neve hinrik van mekelenborgh des eyn overman sin. wat de spreke bi sinen svoren eyden dat recht were. dat scolde we dv̊n. vnd dar an‖ scolde vns genughen. Muchte we des nicht hebben. so scolde we nemen in sine stede vnsen vedderen Greuen Bernarde van anehalt. Muchte wẙ‖ sin och nicht hebben. so scolet wẙ nemen. Marcgreuen henrike van brandeburch. vorbat spreke wẙ dat, welch vnser stŭrue ane eruen. dhe anderen‖ scolen dhe vrouwen laten. bi eren

lifgedinghe dat ere gemaket is. Were dat vnser eyn hedde werringhe eder schelinge mit eneghem manne‖ we de were. des scolde de andere weldich wesen. Dat he ene sette tv̊ rechten de ghedingen binnen vir weken. wolde man ene over dat‖ verderuen bouen recht. vnd mit vnrechte so scolde eme dhe andere bi stan vnd helpen mit guden truwen mit al siner macht. Dat alle disse‖ ding stede vnde vast bliuen, so hebbe we ses vursten gelouet vntruwen mit vnsen ridderen dhe hir bescreuen sint. fritze van zstrele. Cône slich‖ting van rozcelowe. Otto wackerbart. Albrecht wlf van svartenbeke. Dethlef wlf Reynward scorlemorle. vicke‖ valkenberch dith sind riddere. Anne van sydowe. Loser. dith sint knechte. vppe dat desse ding steder vnd vastere bliuen. so hebbe we‖ dissen brif laten scriuen vnd beseghelet mit vnsen ingesegelen. Disse brif is gescreuen vnd ge gheuen tv̊ Louenborgh na godes bort‖ Dusent iar. drihundeet iar vnd achte iar in deme daghe svnte Gregories des paues.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Zwei Siegel an Seidenschnüren, drei Seidenschnüre. Sudendorf, Registrum III, Nr. 42.

1308. Juni 24. 175.

Hartwig Wulf überträgt dem Kloster Neumünster drei Mark Rente und bestimmt deren Verwendung.

Omnibus presencia visuris. Hartmannus dictus wlf. in salutis auctore salutem. Nouerint vniuersi ad quos presens‖ scriptum peruenerit, quod trium marcarum redditus annuatim ecclesie Nouimonasterii comparaui, de quibus duo talenta, ad‖ duas memorias anniuersales, singulis annis in vigiliis missis et aliis occasionibus sollempniter, ac separatim prout in tempore‖ venerint peragendas, cedent, quarum vna domini Conradi militis dicti de Moyceling erit, et altera Sophie felicis memorie vxoris‖ mee quamdilecte. octo solidos tollet custodia de quibus in singulis anniuersariis, videlicet patris, matris, fratrum, et omnium amicorum‖ seu carorum meorum predecessorum vel subsequencium, Luminaria quatuor, et pulsationem debito modo in perpetuum ordinabit, in cuius rei‖ euidens testimonium presens scriptum, mei sigilli munimine est signatum. Datum in nouomonasterio. Anno domini M°. CCC°. VIII. in die Johannis baptiste.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Westfalen II. S. 70.

1308. Juli 1. 176.

Die Ratgeber des Landes Ditmarschen beurkunden einen Friedensvertrag mit der Stadt Hamburg.

Vniuersis presencia visuris ac audituris, consules terre thitmarchie salutem et noticiam veritatis Cum plures cause inter consules hambur‖genses ex parte vna et nos ex alia sepius accidissent, et nos super eisdem cum prefatis composicionem integram fecerimus, dei clemencia et‖ discretorum virorum auxilio mediante, nos eandem de nouo si meliori modo stabiliri potest firmiter stabilimus, sed quia videbatur quibusdam‖ de parrochia brunesbutle, videlicet ameringemannis et edigmannis et communiter villam que dicitur groden inhabitantibus quod ad composici‖onem generalem terre nostre essent coacti, et propter hoc adhuc aliquali rancore et inuidia mouerentur contra dictos consules et burgenses, occa‖sione quorundam decollatorum per hadelerios hamburgensibus presentatos, quod tamen recognoscimus

compositum prius esse, sed quia terra nostra modo|| maiori pace gaudet, ipsi instinctu spiritus sancti ad hoc sine dubio inclinati, et a discretis viris moniti, finem viciis facere cupientes, et|| meliores terre nostre deum timentes, imitari in omnibus proponentes, vnanimiter, sed nominatim, nicolaus amickensone, henneke fre||sensone, nicolaus ommensone, herdig grote mertin sone, siric frater suus, mane, stuken sone, williken frater suus, ede iungher,|| williken frater suus, boleke hoyke, ote frater suus, iohannes pram, ameke mul, rode ameke, nanne wedele, henneke boke[1]), henneke|| titenannensone, herder knechteken, ad nostram presenciam accesserunt, omnem accionem et querelam quibus huius occasione et omnium|| aliarum rerum et causarum prefatos consules et burgenses exosos et suspectos habuerunt et habere poterant in futurum, ex|| corde suo non compulsi sed animo beniuolo dimiserunt, promittentes coram nobis bona fide et promissum iuramento vallantes pro|| se ac posteris suis, quod nunquam istarum causarum et actionum memores in malo esse debeant, nec vmquam contra sepe dictos consules et bur||genses, vel aliquem mercatorem vndecumque venientem ac ad eos declinantem, vel ab eis recedentem, aliqualiter eccedere, sed|| eosdem in personis et rebus, in terris et in aquis corporaliter defendere et fideliter promouere, Huius rei testes sunt, et huic scripto sigil||lum terre nostre duximus apponendum in testimonium et in signum, Datum in meldorp anno domini. M. CCC. VIII in octaua sancti iohannis baptiste ac sanctissimi domini precursoris.

[1]) b. *übergeschrieben.*

Original im Hamb. Archiv. Siegel verloren. S. Neocorus hrsg. von Dahlmann I. S. 660. Hans. U. B. II. 127.

1308. Juli 1. **177.**

Zweite Ausfertigung desselben Vertrages.

Vniuersis presencia visuris seu audituris, consules et vniuersitas terre thitmarchie salutem et noticiam veritatis, Cum plures cause inter consules|| Hamburgenses ex parte vna et nos ex alia sepius accidissent, et nos super eisdem cum prefatis composicionem integram fecerimus dei clemencia et discretorum virorum|| consilio mediante, nos eandem de nouo si meliori modo stabiliri potest in hiis scriptis firmiter stabilimus, sed quia videbatur quibusdam de parrochia bruns-|| butle videlicet amitzemannis, stukenedenmannis. wanickemannis, todenmannis et communiter villam que groden dicitur inhabitantibus[1]), quod ad composicionem gene||ralem terre nostre essent coacti et propter hoc ad huc aliquali rancore mouerentur contra predictos consules et burgenses, occasione quorundam collatorum, quod tamen recog||noscimus compositum coram nobis ex integro prius esse, sed quia terra nostra[2]) modo maiori pace gaudet ipsi instinctu sancti spiritus ad hoc sine dubio inclinati et a[3]) discretis|| viris moniti finem viciis facere cupientes et meliores terre nostre deum timentes imitari in omnibus proponentes, vnanimiter sicud prenomina||ti sunt amitzemanni, stukenedenmanni, wanekemanni, todenmanni, et ceteri de predicta villa ad nostram presenciam accesserunt, omnem actionem|| et querelam quibus huius occasione, et omnium aliarum rerum et causarum prefatos consules et burgenses exosos et suspectos habuerant et habere po||terant in futurum ex corde suo non compulsi sed animo beniuolo dimiserunt, promittentes coram nobis bona fide et promissum iuramento|| vallantes pro se ac posteris suis quod istarum causarum et actionum nuncquam in malo memores esse debeant nec vnquam contra

sepedictos consules‖ et burgenses vel aliquem mercatorem vndecumque venientem ac ad eos declinantem vel ab eis recedentem aliqualiter excedere sed eosdem‖ in personis et rebus in terris et aquis corporaliter defendere et fideliter promouere, preterea si quod absit predicti consules, burgenses vel alii‖ mercatores procedente tempore ab eisdem in bonis vel rebus quibuscumque spolio vel alio modo quocumque dampna sustinerent, ad refusionem talis‖ dampni vel spolii non est eorum standum iuramento, sed qui passi fuerint quantitatem dampni eis illati coram consulibus predicte ciuitatis‖ suo iuramento firmabunt et postea nobis dicti consules id per suas significabunt litteras que littere de dampno facient nobis fidem, ipsum que‖ dampnum hisdem refundere omnitenus tenebuntur sicud littere protestantur In huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus‖ duximus apponendum Datum in meldorp anno domini. M⁰. CCC⁰. VIII⁰. in octaua beati Johannis baptiste et domini precursoris.

[1] [2] [3] *übergeschrieben.*

Original im Hamb. Archiv. Sigillum universitatis terre titmarsie *am Pergamentstreifen, darstellend die Taufe Christi im Jordan.*

1308. Juli 25. **178.**

Nur die zwei letzten Zeilen der Urkunde erhalten: nisi reus. vt autem hec omnia a nobis et nostris successoribus perpetuo conseruentur inuiolabiliter et illesa presentem paginam‖ sigillo terre nostre, de communi consensu et consilio facimus roborari Datum anno domini M⁰, CCC⁰, VIII⁰ Jacobi apostoli.

Original fragmentarisch im Hamb. Archiv. Plica mit gelber Siegelschnur. Aussteller ist das Land Ditmarschen.

1308. Aug. 4. **179.**

Heinrich, Erzbischof von Köln, Erzkanzler des Reichs in Italien, beurkundet, dafs für die bevorstehende Königswahl sich vor ihm am 4. August 1308 (anno domini M CCC^{mo} octauo die dominica post festum beati Petri ad vincula) *zu Lechenich die Gesandten der Herzöge Albrecht und Johann von Sachsen, Ritter Gottschalk Ribe und Pfarrer Ulrich von Lauenburg erboten haben, das Recht ihrer Herren auf die Kur und das Reichsmarschallamt zu beweisen.* — „Vniuersis."

Protestatum et actum presentibus nobilibus viris Theoderico domino de Isenburg, Conrado domino de Tonenborg, Wernero preposito sancte Marie ad gradus in Colonia, Paulo de Ech et Godefrido de Bachem camerario militibus et aliis quam pluribus fide dignis, anno domini et die ac loco predictis.

Sudendorf, Registrum II. 87 nach dem Original, jetzt in Schleswig, s. 88. 89.

1308. Aug. 15. **180.**

Adolf, Graf von Schauenburg, schenkt auf Wunsch der Söhne des verstorbenen Ritters Rudolf Clencoc dem Kloster Bücken fünf Häusler zu Luteringe — borstele.

Datum Scowenborch anno domini M⁰ CCC⁰ VIII. In die assumptionis beate virginis.

v. Hodenberg, Hoyaer U. B. III. 75.

1308. Septbr. 7. **181.**

Gerhard, Graf von Holstein, und Stormarn, beurkundet, dafs die Söhne Altgers, Lambert, Georg und Gerhard, acht Acker Landes im Kirchspiel Crempe, die ihr Vater dem Hamburger Kapitel vermacht hatte, demselben übereignet haben.

Nos Gherardus dei gracia Comes holtsacie et Stormarie notum facimus presentibus et futuris. quod Lambertus filius quondam altgeri. Gorius et Gerhardi filii domine margarete uxoris eiusdem altgeri bone memorie. hereditatem suam videlicet octo iugerum in parrochia Crimpa situatorum. cum domo curia. aceruis et omnibus attinenciis et terminis prout in longum et latum se extendunt. sicut dictus altgerus pater eorum. decano et capitulo hamburgensi liberaliter legauerat coram nobis. scultetis. Scabinis. et tota terra. ab omni actione cessantes. sine contradictione qualibet resignarunt. ita quod dicti fratres aut eorum heredes in dictam hereditatem ammodo nullam habebunt impeticionem aut actionem. et cedent de possessione dicte hereditatis quando capitulo hamburgensi placuerit. nisi de eorum obtinuerint gracia speciali. In cuius rei euidenciam presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum hamborch. Anno domini M°. CCC°. VIII. Sabbato ante natiuitatem beate uirginis.

Lib. cop. cap. fol. 105 im Hamb. Archiv.

1308. Octbr. 29. **182.**

Erich, König der Dänen und Wenden, beurkundet, dafs Bischof Christian von Ripen der von ihm in der Ripener Kirche gestifteten Kapelle ein Otting Landes in Randrupmark verschötet hat.

E. dei gracia danorum sclauorumque rex, omnibus presens scriptum cernentibus. salutem in domino sempiternam.‖ Noueritis. quod personaliter coram nobis constitutus. Reuerendus pater. Dominus C. Ripensis episcopus scotauit‖ persone Capelle sue, quam fundauit in ecclesia Ripensi. vnum integrum atting terrarum in Randrop‖mark. jure perpetuo possidendum. In cuius Rei Testimonium. sigillum nostrum presentibus est‖ appensum, Datum Ripis anno domini. M°. CCC°. octauo In crastino apostolorum symonis et Jude.‖ In presencia nostra.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel verloren.

1308. Novbr. 11. **183.**

Johann, Graf von Holstein, gewährt dem Kloster Uetersen das Recht, in seinem Gebiete für 600 Mark Hamb. Pf. Land zu erwerben.

Uniuersis christi fidelibus ad quorum aures et oculos praesens scriptum pervenit, Johannes Dei gracia Comes Holsatiae Salutem in Domino; ad memoriam et noticiam tam futurorum quam praesentium volumus devenire, quod nos paucitate et paruitate reddituum et prouentuum monasterii Sanctimonialium in Vthersten in nostro dominio siti diligenter et plane considerata et monita et bonis pluribus nobis affluentibus scientes ad maiora sanctae pietatis opera nos teneri, ob honorem et reverentiam beate Dei genitricis et virginis Marie, ipsius monasterii in Vthersen patronae et in remedium et salutem animae fratris nostri dilectissimi, Adolphi felicis memoriae, quondam Comitis Holtsacie et Stormarie, qui heu intestatus et sine masculino haerede decessit, de pia et bona voluntate nostra, requisito eciam, ad hoc filiorum nostrorum dilectorum Christophori et Adolfi consensu damus et

concedimus ac dimittimus Iam dicto monasterio, in Vthersen et suis prouisoribus plura bona et reditus generaliter per omne dominium nostrum emendi et Comparandi pro sexcentis marcis denariorum Hamburgensium cum omni proprietate Iudicio maiore et minore, cum Campis, Pratis, Pascuis, aquis aquarum decursibus, agris cultis et incultis, paludibus, nemoribus, Siluis, rubetis et lignis et generaliter cum omni Iure, perpetualiter et pacifice possidendi, plenam et liberam facultatem, et nichilominus colonis, quos dictum monasterium in Vthersten nunc habet, et omnes alios quos in futurum habere poterit, ut premissum est, ligna nostra licentiamur plene ad necessarios usus suos secare, et deducere, eosque ab omni exactione videlicet greuenschat aut expeditione quae lenvart dicitur, vel eorum quocumque Iugo, vnde grauari poterunt, sedere et manere volumus liberos et immunes. Ut autem haec nostra donatio permaneat inconvulsa et in perpetuum perseveret, praesentem paginam fecimus sigilli nostri munimine roborari, Datum anno Domini millesimo trecentesimo octavo In die beati Martini Confessoris et pontificis.

Kopie auf Papier im Staatsarchiv zu Schleswig. Westfalen IV. S. 3477.

1308. Novbr. 12. **184.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft dem h. Geisthause in Hamburg Ländereien auf der Veddel für 350 Mark Hamb. Pf.

Adolphus dei gracia Comes Holtsacie, et de Scowenborg, Omnibus presencia visuris salutem in omnium saluatore,‖ Noscant vniuersi, quod nos de voluntate et ratihabicione heredum nostrorum, vendidimus Domui sancti spiritus‖ in hamborgh, decimas maiores et minores, Sex mansorum et dimidii, minus II½ iugere, sitorum in insula‖ Gorieswerder, dictum locum que vedele dicitur, et domum prepositi de valle virginum, cum omnibus vtilitatibus, libertatibus‖ proprietatibus et iuribus, sicut ad nos pertinere noscuntur, pro Trecentis et quinquaginta marcis denariorum hamburgensium‖ condicione huiusmodi mediante, quod dictas Decimas, nos et heredes nostri, in duobus annis proximis‖ reemere non debemus, quibus reuolutis extunc, infra Sex annos immediate sequentes, has reemere possumus‖ quolibet dictorum annorum, infra festum beati Martini, et natiuitatem domini nostri iesu cristi tantum. quas si tunc non reemerimus‖ dicta domus, decimas easdem, iure hereditario ac proprietario. omni contradictione et obstaculo semotis‖ temporibus perpetuis possidebit, vt autem premissa, firmiter obseruentur, presens fecimus scriptum, sigilli nostri‖ munimine intestimonium roborari, Sunt etiam huius rei testes, . . viceprepositus vallis virginum, luderus‖ de tunderen, et ber[trammus] kule milites, et Consules Hamburgenses vniuersi, Datum anno domini M°. CCC°, Octauo, sequenti die martini episcopi et Confessoris.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen an roter Schnur.

1308. Decbr. 8. **185.**

Volrad von Szulen, Detlev Wulf, Albert Zabel und Ludolf Scharfenberg bezeugen, dafs die Gebrüder Lasbeke dem Kloster Reinbek drei Hufen in Woltdorf verkauft haben.

Nos Volradus de Szulen, Thetlephus Lupus, Albertus Szabel, Ludolfus Scarpenbergh, Milites praesentibus protestamur, quod Hermannus, Marquardus et

Johannes fratres, dicti de Lasbeke vendiderunt dominabus in Reynebeke tres mansos et domos, et curias in villa wolthorp sitos, cum omni iure maiore ac minore, sicut ipsi hactenus possederant perpetuo possidendum. Preterea notandum quod isdem Johannes de Lasbeke et sui veri heredes pro iam dictis bonis tam diu satisfacere debent in servitio, ut prius, quamdiu proprietatem bonorum praedictorum non possint obtinere domine praelibate. Insuper si quisquam easdem Moniales impetere praesumpserit aut molestare, nos praescire facient XIIII diebus, extunc nos quatuor denominati Milites sub pollicitatione fidei protestamur, cum praedictis fratribus de Lasbeke, eadem bona secundum iusticiam defensuros, sinautem civitatem Hamborg intrabimus, nunquam inde exituri, donec sepefatas Moniales defendimus plenius et expedite, In cuius rei testimonium praesens scriptum sigillorum nostrorum appensione duximus roborandum. Datum anno Domini. M°. CCC°. VIII. Dominica qua cantat populus Syon.

Kopie im Staatsarchiv zu Schelswig.

Nach 1308. (Wahrscheinlich um 1328.) 186.

Der Knappe Eler von Bissee verkauft dem Kloster Bordesholm eine Hufe zu Hollenbek für 7 Mark Lüb. Pf.

Uniuersis praesentia visuris vel audituris. Ego Elerus Bystichse famulus, cupio fore notum, quod Nobilis dominus Adolphus Comes Holtzatiae omnem iurisdictionem proprietatem et dominium, quos vel quod habuit, vel quod sibi aut suis haeredibus competere poterat. In villa Holenbeke, nihil penitus iuris sibi, aut suis heredibus seu successoribus reservans, Idem dominus comes michi pro quibusdam debitis, quibus ipse se michi obligatum recognoverat, in solutionem eorundem debitorum integre dimisit et donavit perpetuis temporibus possidendum, prout in litteris suis michi donatis super hoc plenius est expressum. In qua quidem villa mansus unus inter caeteros mansos est, qui a Radekino filio Radekini nunc colitur, quem mansum praepositus et conventus monasterii novimonasterii, alias in Bordesholm comparaverant, cum omni iurisdictione et utilitate a quondam praefecto in terra Holsatiae nomine Elero frese, sicut evidenter patet in eorum literis super hoc confectis, et datis anno domini M CCC VIII. ac eiusdem mansi et eiusdem iurisdictionis possessionem a tempore dictae emptionis pacifice tenuerunt et adhuc tempore detinent iam presenti. Verum ne praedictum praepositum et suum conventum ac suos successores in possessione dictae iurisdictionis per me Elerum Bystichsee vel per quemlibet alium occasione supradictae dimissionis et donationis per dictum dominum comitem mihi factae eandem iurisdictionem et proprietatem atque eiusdem iurisdictionis et proprietatis dominium, prout dominus comes et sui progenitores habuerant et quemadmodum mihi dimisit et donavit, religiosis et honestis viris memorati monasterii, praeposito et conventui pro septem denariorum Lubecensium mihi integraliter marcis numeratis et solutis, quantum ad saepe dictum mansum duntaxat, si quidquam mihi iuris competisse potuisset, vendidi et dimisi et nihilominus eisdem integraliter et libere cum omni proprietate, commoditate, utilitate et dominio resigno praesentibus ac dimitto. Promitto insuper firma ac stabili fide quod velint et debeant eis esse amminiculo totis viribus meis contra quoscumque, volentes eos in huiusmodi possessione impedire seu molestare. In testimonium omnium praemissorum et evidentiam clariorem Sigillum meum ex certa scientia praesentibus est appensum.

Westfalen II. 82.

1308. **187.**

Das Kapitel zu St. Marien in Ripen beurkundet, daſs Abt Johann von Lygumkloster und Langsom dictus Thuly, *Pfarrer zu* Hwitting, *dieser namens seines Bruders* Michael Thuly, *ihren Streit über Besitzungen in* Byelsteterp *und* Arndrep, *der vor dem Propsten Johann von* Almundsyssel *und Meister* Asracus, *Domherren zu Ripen, eine Zeitlang verhandelt war, dem Bischof Christian und dem Archidiakon Johann zu Ripen zur Entscheidung übertragen haben, und daſs der Pfarrer* Langsom *die Zustimmung seines Bruders zu diesem Schiedsspruch bei Strafe von 100 Mark üblicher Münze verbürgt hat.* — „Noueritis quod."

Actum Ripis anno domini M CCC VIII.

Regg. Dan. 1694.

1308. **188.**

Christian, Bischof, und Johann, Erzdiakon von Ripen, entscheiden den Streit zwischen dem Abt Johann Loci dei *und* Michael Tuli *über Besitzungen zu* Bilstedterp *und* Arndrup *zu Gunsten des Klosters.* — „Dudum exorta materia questionis."

Actum Ripis in curia nostra. Anno domini M CCC. VIII.

Regg. Dan. 1695.

1308. **189.**

Michael Tuli bestätigt die Entscheidung des Bischofs Christian und des Erzdiakons Johann von Ripen in seinem Prozeſs gegen Lygumkloster über die Güter in Bilstaedt Terp *und* Arndorp. — „Notum facimus."

Datum Ripis, anno domini M CCC. VIII. etc.

Regg. Dan. 1696.

1309. Jan. 6. **190.**

Gerhard, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, beurkundet, daſs Ritter Heinrich Motemduvele und sein Neffe Johann dem h. Geisthause zu Hamburg einen Wispel Malzweizen aus der oberen städtischen Mühle für 50 Mark Pf. verkauft haben.

Nos Gehardus dei gracia Comes holtzacie stormarie et scowenborg vniuersis presencia visuris vel audituris cupimus esse notum, quod in nostra presencia, consti||tuti dilecti nostri. Hinricus Motemduuele miles, et Johannes filius fratris sui profitebantur publice recognoscentes, quod amicorum suorum adhibito consilio. pro|| L. marcis denariorum vendiderunt et dimiserunt, ad usus domus sancti spiritus in Hamborg vnum chorum triticei brasei, quem ipsi in molendino superiori ciui||tatis predicte possederant titulo pheodali, Prenotata nichilominus ista forma quod predicti videlicet hinricus miles et Johannes uel ipsorum veri heredes infra sex|| annos continue sequentes ad reemendum dictum chorum pro quinquaginta marcis denariorum habebunt liberam facultatem, Non tamen quolibet tempore anni sed tan||tum infra noctes duodecim que occurrunt infra Natiuitatem et Epiphaniam domini dicta reempcio admittitur Si autem prenominati, Hinricus et Johannes seu|| ipsorum heredes chorum predictum, dicto termino anni primi uel alterius

13*

sequentis casu quocumque prepediente non reemerent illo semper anno dicte do‖mus prouisores ipsum chorum percipient expedite, Eciam si sex annis transactis predicti chori reempcio non contingeret a predictis, hinrico et Johanne‖ seu ipsorum veris heredibus, extunc contradictione et reempcione qualibet cessante sepedictum chorum predicta domus sancti spiritus tempore perpetuo possidebit, Quod‖ autem nos Comes Gehardus vendicionem hanc sub articulis prenotatis ratam admiserimus per appensionem nostri sigilli ad hanc litteram‖ protestamur, Huic autem vendicioni testes affuerant Hinricus de wedele senior Bertrammus kule et Johannes Rike milites‖ et quam plures alii fide digni, Actum et datum hamborch, Anno domini M°, CCC° Nono, Infesto Epiphanie domini.

Original im Hamb. Archiv. Siegel zerbröckelt.

1309. Jan. 13. 191.

Rat und Gemeinde zu Lübeck beurkunden auf Grund der Entscheidung des Ritters Thetbern Wulf ihre Bereitwilligkeit, vom 11. Februar ab auf drei Jahre von den in Hamburg eingehenden Waaren Lübscher Bürger zum Bau eines Schiffahrtsturmes an der Elbmündung eine bestimmte Abgabe erheben zu lassen.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit. Consules et commune Ciuitatis Lubicensis‖ salutem et rei geste noscere veritatem. Con[tigi]t nos et consules ac burgenses‖ ciuitatis hamburgensis inuicem dissentire pro eo quod ipsi cogente necessita‖te, quam pretendebant, subsidium ad turrim, construendam in portu albie pro‖ vtilitate petencium ipsum portum, de bonis burgensium nostrorum pecuniam recepe‖runt. que causa cum inter nos per tempus ex[titit] ventilata, et nos inviti‖ essemus ad ipsum subsidium faciendum, et per nos non possemus comode con-‖cordare, vt finem ipsa dissensio sortiretur tandem communi consensu com‖promisimus in honestum militem dominum thetbernum lupum, vt quicquid ipse‖ diceret et diffiniret in hac parte. hoc vtrobique sine qualibet contradictione‖ deberet stabile permanere. Ipse vero decindens nostras discrepaciones, inter‖ nos, virtute compromissi in eum facti taliter ordinauit, quod a proxi‖mo carnispriuio per tres annos immediate sequentes quocienscumque bona‖ mercatoria burgensium nostrorum vlterius deducenda, hiis tribus annis durantibus per‖uenerint in ciuitatem Hamburgensem. de quibuslibet viginti octo solidis denariorum‖ debeant nostri burgenses, ipsis consulibus hamburgensibus, eo modo sicut fecerunt hactenus‖ vnum obulum siue dimidium denarium hamburgensem, ad dicte structure subsidium‖ ministrare. euolutis autem hiis tribus annis, nostri burgenses in ciuitate‖ hamburgensi, veniendo morando et recedendo, de solucione predicte pe‖cunie, semper esse debent liberi et soluti. et nos burgenses hamburgenses in nostra‖ ciuitate, debemus et volumus fideliter confouere, Idem eciam nobis et burgensibus‖ nostris in sua ciuitate facient per omnia vice versa quare pro testimonio‖ omnium premissorum sigillum nostre ciuitatis presentibus est appensum.‖ Datum. anno domini. M°. CCC°. nono, In octaua epiphanie.

Original im Hamb. Archiv. Siegel verloren. Hans. U. B. II. 137, s. 138.

1309. Jan. 28. 192.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schliefst mit der Stadt Minden ein Bündnis gegen den Mindener Bischof.

Omnibus presentes litteras inspecturis nos adolfus Comes holtzacie et in Scowenborch salutem in domino et cognoscere que secuntur. Noueritis nos|| vna cum duodecim nostris militibus et famulis promisisse Consulibus totique Ciuitati Mindensi Militibus et famulis morantibus in eadem per fidem|| nostram in manus ipsorum prestitam corporalem quod ipsos pro posse nostro adiuabimus et iuuare tenemur quam diu durabit discordia inter Episcopum Min||densem eiusque coadiutores ex vna parte, nos et predictos Ciues Mindenses ex altera iam exorta, recognoscentes eciam nos non posse nec|| debere treugas quascumque uel pacem inire sine predictorum burgensium consilio et assensu, et cum predictis placuerit Consulibus cum omni quod|| habemus nostra potestate tenebimus ex promissione predicta vna cum ipsis Castrum petershagen obsidere castrum que ibidem edificare et ter||ciam partem castri per nos et nostros expensisque nostris construere et tenere ita quod edificato castro ibidem decem dextrarios falleratos te||nemur mittere expensis nostris et tenere Et quandocumque predicti burgenses castrum a nobis et nostris edificatum Amplius sustinere noluerint|| tenemur vna cum ipsis ipsum confringere et omnino deuastare et si forte deus dederit omnipotens quod per nos et ipsos predictum castrum|| petershagen caperetur illud omnino cum alio destruetur, promisimus eciam quod quam diu predicti burgenses nobis coadiutores existunt et nos|| ipsis nullum castrum seu monicionem in dyocesi Mindensi edificabimus quoquo modo sine ipsorum consilio et assensu In quorum omnium|| firmitatem et robur presens scriptum sigilli nostri appensione fecimus communiri. Datum Anno domini. M⁰. CCC⁰ VIIII⁰ feria quinta Ante festum purificacionis.

Original im Mindener Stadtarchiv. Siegel am Pergamentstreifen. Wippermann, Regesta Schauenburgensia 283.

1309. Febr. 2. **193.**

Gerhard, Graf von Holstein und Schauenburg, überträgt die Vogtei über zwei Stücke Landes im Hammerbrook an den Hamburger Bürger Heinrich Wulf.

Gerardus dei gracia Comes holtsacie et de scowenborch. omnibus hoc scriptum uisuris notum facimus. quod nos ad peticionem dilectorum nobis domini Lupi Canonici Hamburgensis et domini volradi Lusci et Domini Hartwici Lupi militum contulimus libere Hinrico wlf ciui in hamborgh et suis veris heredibus. iudicium maius et minus duorum suorum frustorum in palude prope hamme cum omnibus terminis suis perpetuo possidendum et pascuis et lignis vtentur sicut ciues in hamme et horne morantes perfruuntur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini. M⁰. CCC⁰. IX⁰. in die sancto purificationis sancte marie.

Lib. cop. cap. fol. 106a im Hamb. Archiv.

1309. Febr. 2. **194.**

Gottschalk, Dekan, und das Domkapitel zu Hamburg beurkunden die Stiftung einer Vikarie durch Hartwig von Hummersbüttel.

In nomine domini amen. Gotscalcus dei gracia decanus ecclesie hamburgensis. Totumque capitulum ibidem. vniuersis presencia uisuris salutem in domino. Pium affectum domini hartwici de hummersbutle militis quem ad nostram ecclesiam habuit intendentes. admisimus vicariam quam idem hartwicus instituit de tota sua

hereditate in campe sita iuxta bergerdorpe. sicut eam hactenus possedit. de qua eiusdem vicarie possessor. XVI. marcas denariorum in festo beati martini recipiet annis singulis expedite. Item idem hartwicus instituit memoriam dari in suo anniuersario. de VIII. modis siliginis dandis de duobus mansis sitis in tancstede. videlicet de manso in quo morabatur Johannes dictus rodheman. V. modios. et de alio manso videlicet hinrici filii veresti. tres modios siliginis. quam de annona predicta idem possessor erogabit. canonicis duplum. vicariis autem simplum more solito presentibus in uigiliis et in missa. Quorum bonorum inhabitatores. si huram debito tempore non dederint. sepedicte uicarie possessor. iudicium ibidem habentibus intimabit. et illi huram predictam sibi amministrari facient proxima in quindena. Quod si non fecerint. ipse vicarius remota contradictione qualibet. pandandi totam huram predictam. habebit liberam potestatem. Ex gracia autem speciali eidem hartwico et Johanni suo filio seniori quoad uixerint eiusdem uicarie ius concessimus patronatus. Quibus defunctis. eius collacio ad nostram ecclesiam libere reuertetur. Sciendum eciam quod pro warandia bonorum dictorum. si eo impeti contingeret tempore debito. promiserunt hinricus de wedele senior et Rauen de humersbutle milites et Johannes et Lambertus heredes hartwici militis predicti. Hoc pacto quod hamborch intrabunt non exituri. nisi bona sepedicta ab impeticione tali sint penitus disbrigata. Ad maiorem vero huius euidenciam presentem litteram conscribi fecimus et ipsam sigillo nostro vna cum sigillo hartwici militis predicti de hummersbutle iussimus roborari. Datum anno domini. M^{0}. CCC^{0}. nono in festo purificacionis sancte marie virginis.

Lib. cop. cap. fol. 67a im Hamb. Archiv.

1309. Febr. 12. **195.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, beurkundet den Verkauf von drei Hufen in Woltdorf seitens der Gebrüder Lasbeke an das Kloster Reinbek.

In nomine Domini Amen, Ericus Dei gratia Dux Saxoniae, Angariae et Westphaliae, Vniuersis praesens scriptum visuris seu audituris, salutem in Domino, Evanescunt simul cum tempore, quae in tempore geruntur, nisi recipiant a voce testium et scripturae memoria firmamentum. Notum sit igitur universis tam praesentibus quam futuris, quod Hermannus, Marquardus et Johannes, filii Domini Marquardi militis dicti de Lasbeke vendiderunt religiosis Dominabus Abbatissae et Conuentui sanctimonialium Ecclesiae in Reynebeke, ementibus et stipulantibus nomine Ecclesiae suae, tres mansos et Domos et curias in villa Woltorp, pro centum et octoginta marcis denariorum Hamburgensium, cum omni Iure, iudicio maiori et minori, cum lignis, Pratis, Pascuis, Silvis, Rubetis, Aquis, Aquarumque decursibus, cum omnibus attinentiis et terminis, sicut praedicti fratres hactenus possederunt, in perpetuum possidendos. Nos vero praedictis Dominabus et Ecclesiae Reynebeke proprietatem istorum trium mansorum pro centum marcis denariorum vendidimus et libere conferimus et donamus cum omni iure et vtilitate, et commoditate iudicio maiori et minori colli videlicet et manus, abrenunciantes omni iure et seruiciis et exactionibus, quae nobis in dictis bonis hactenus competebant vel possent competere in futurum, Mandamus nostris officialibus, Advocatis et eorum servis, ne in praedictis bonis praedictae Ecclesiae libere dimissis violentiam aliquam exerceant, aut importunitates inferant vel gravamen, Ad observantiam omnium praemissorum praesens scriptum nostro Sigillo duximus roborandum. Huic

facto interfuerunt et sunt testes Ludolfus Scack, Reynfridus scorlemorle, Albertus Zabel milites et quam plures alii fide digni. Datum Louenborg, Anno Domini 1309. In capite Ieiunii.

Kopie des 17. Jahrhunderts im Staatsarchiv zu Schleswig.

1309. Febr. 21. 196.

Gerhard, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, überträgt der Hamburger Kirche zur Ausstattung einer Vikarie 60 Mark Hamb. Pf. aus seinen Mühlen zu Altenfelde und zu Rahlstedt.

Omnibus presens scriptum uisuris. Gherardus dei gracia Comes holtsacie stormarie et scowenborch. salutem in domino. Nouerint vniuersi. quod nos ecclesie hamburgensi ad vsus cuiusdam vicarie. per nos et nostros ibidem instaurate vendidimus sex marcorum redditus denariorum hamburgensium in molendinis nostris oldenuelde et Radoluestede. cum omnibus vtilitatibus iuribus et prouentibus. eo modo quo nobis attinent. pro sexaginta marcis predicte monete nobis integraliter persolutis. Nichilominus habemus a predicta ecclesia specialem opcionem reemendi predictos redditus in anno post festum nunc proximum beati martini sequente pro eadem pecunia. ita quod nobis aut nostris detur presciencia ad octo septimanas ante tempus reemendi. Hos vero redditus si non reemerimus sicut premittitur. extunc ad ecclesiam et vicariam dictas liberaliter et perpetuo deuoluentur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini. M°. CCC°. nono in profesto beati petri ad cathedram.

Lib. cop. cap. fol. 105a im Hamb. Archiv.

1309. Febr. 22. 197.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, verkauft der Stadt Hamburg den vierten Teil der Alster für 200 Mark Hamb Pfg.

Iohannes dei gracia Comes Holtzacie et stormarie Omnibus presentia visuris in domino salutem et noscere veritatem. Attendentes quam misera et instabilis sit heu huma‖ni generis conditio hoc scriptum confici iussimus. per quod presentes scire volumus. et ad posterorum certam noticiam pervenire quod fidelibus nostris Consulibus et‖ vniuersitati Ciuitatis Hamburgensis vendidimus. dimisimus et resignauimus. quartam. partem. Alstrie. vt site. pro ducentis. marcis nummorum Hamburgensium‖ Cum omni iure. libertate. vtilitate. ac proprietate quibus nobis pertinet et ad nos deuenit a nostris predecessoribus. libere ac pacifice possidendam, in qua nobis‖ et nostris heredibus, non debetur reemptio, quibuscumque etiam casibus mediantibus donec sex anni ex nunc integre reuoluantur, quibus reuolutis, in reemptione‖ nobis hec lex et gracia reseruatur, ut si extunc infra quinquaginta annos immediate sequentes ipsam partem. pro. Ducentis marcis denariorum, predictis, reemere‖ possimus. Admittamur plenarie super illo. talis autem reemptio semper debet fieri, in predictis quinquaginta annis. infra festa Circumscisionis domini. et diem‖ sacratum Purificationis intemerate virginis Marie, prorsus Omni alio reemptionis termino pretermisso quod si forte in distincto termino reemp‖tionem debitam minime faceremus post reuolutionem annorum quinquaginta predictorum. Ad reemptionem nec nos nec nostri successores perpetuis temporibus admittamur‖ sed dicti consules et vniuersitas predictam partem alstrie hereditario iure ac proprietario vigore. liberaliter et absque omni impedimento et obstaculo‖ perpetualiter possi-

debunt, Ceterum condicionaliter insertum est, quod cuncta impedimenta et obstacula quibus ipsi in hac venditione nostra disturbari possunt‖ siue etiam disturbantur, talia nos et nostri successores reuocare teneamur a qualibet impetitione partem eandem liberam faciendo, Dicimus‖ etiam quod eam partem libere vendere et obligare poterunt, pro sua pecunia quibus volunt, et hii quibus vendiderint obligauerint. dederint‖ aut dimiserint. singulis hiis inscriptis libertatibus, gaudeant et fruantur, Adiectum [est preter]ea, quod de Riuolis et fluuiis. Eylenbeke et Bernebe‖ke dictis inter nos et dictos Consules et vniuersitatem. Amodo stare debeat [sicut hacte]nus quibus interim quod tenent alstriam, vti debent. sic‖ tamen quod dum eam reemerimus, vt nec nobis nec ipsis ex hoc grauamen aut preiudicium generetur sed saluo iure partium vtrarumque, Vt‖ igitur omnia que premisimus robur debite firmitatis habeant et optineant presentem cartulam sigilli nostri munimine roboramus, Testes‖ dominus Johannes prepositus Seghebergensis, svin. Otto split et Timmo de Godendhorpe Milites et quam plures alii fidedigni, Actum et Datum‖ Anno domini M°. CCC°. nono. In festo, Cathedre, sancti Petri.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen an roter Schnur. Klefeker X. 59. Lappenberg, Alsterbericht S. 37.

1309. März 2. 198.

Heinrich, Herr von Mecklenburg und Stargard, beurkundet, daſs ihm die Knappen Bengherstorpe *und* Johann Pristentin *drei Hufen im Dorfe Peetsch zu Gunsten des Klosters Cismar aufgelassen haben.*

Nos Hinricus Dei gracia Mychilburgensis et Stargardie Dominus publice Recognoscimus per presentes‖ Quod Bengherstorpe famulus et suus frater. Cum eorum filiis et Iohannes pristentin, noster‖ famulus. Coram nobis in Ciuitate sterneberghe. illos Tres mansos. quos habuerunt in‖ villa Peetzikke. publice. et animo beniuolo resignauerunt. Domino wiperto abbati in‖ Cismer et sue Ecclesie, Ita videlicet quod nullam impetitionem ex parte predictorum mansorum. facere po‖terunt seu debebunt, Recognoscimus insuper, quod predictus Dominus abbas ex parte Ecclesie sue‖ se exhibuit Coram nobis. memoratis Bengherstorpen et suis filiis, necnon Iohanni pristen‖tine nostro famulo, ad omnem iusticiam faciendam, Ita videlicet quod nullus Rancor discor‖die vigere seu manere deberet amplius inter ipsos; In Cuius testimonium Sigillum nostrum‖ presentibus duximus apponendum Testes sunt Conradus de Cremon. arnoldus de wozsten.‖ Rauo de wozsten. Antonius de Dampbeke. Ulricus de Barnekowe milites Iohannes‖ de Dampbeke famulus. et quam plures alii fidedigni. Datum sterneberghe. Anno domini‖ M°. CCC°. Nono. In Dominica qua Cantatur oculi mei Semper.

Original im Archiv des Altnordischen Museums in Kopenhagen, beschädigt. Ein Siegeleinschnitt. M. U. B. V. 3295.

1309. April 26. 199.

Gerhard, Graf von Holstein und Schauenburg, urkundet in einem Eheprozeſs.

Nos Gherardus dei gracia. Comes Holtzacie. Stormarie. et in scowenborch. vniuersis presencia uisuris uel audituris. cupimus esse notum.‖ quod quidam Laicus wolbernus nomine. coram domino Ghotscalco Decano Hammenburgensi querimoniam mouens. proposuit et proponi fecit, quod ipse‖ domino Marquardo Rusche dicto Canonico Hammenburgensi. decem marcas denariorum Hammenburgensium dare

promisisset. sibique easdem pro parte persoluisset‖ pro eo. ut idem Marquardus tunc temporis gerens uices honorabilis viri prepositi Hammenburgensis in causa matrimoniali acta et tractata coram ipso‖ diffinitivam sentenciam facere uellet pro uoluntate wolberni predicti. que quidem causa quandam mulierem alheydem nomine filiam fratris‖ ipsius Wolberni parte tetigit ex una. et hoc wolbernus idem prefatum Maquardum asseruit expresse promisisse. prout ibidem se obtulit‖ probatum. Cum uero Marquardus iam dictus promissum infregisset et sentenciam diffinitiuam in causa predicta contra uoluntatem dicti‖ wolberni tulisset. idem Wolbernus petiuit. ut dictus Marquardus pecuniam sibi datam restitueret. uel promissum suum teneret. et latam ab‖ eo sentenciam retractaret. Ad hec autem habita interlocutoria respondit Marquardus sepedictus. publice recognoscens. supradictam‖ pecuniam sibi a Wolberno prefato fuisse promissam. et pro parte persolutam. pro eo. ut lata contra eundem wolbernus et eius cognatum diffi‖nitiua sentencia. facultatem eis concederet appellandi. quam de iure ipsis non poterat denegare. In quorum euidens testimonium sigillum‖ nostrum presentibus est appensum. Acta sunt hec anno domini. M⁰. CCC. nono. In crastino Marci ewangeliste. presentibus nobis et nostri consilii‖ militibus. Canonicis Hamburgensibus. et consulibus. ibidem cum aliis quam pluribus fide dignis.

Original im Hamb. Archiv. Fragment eines Schildrandsiegels am Pergamentstreifen.

1309. Mai 7. 200.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt den Verkauf von acht Hufen im Dorfe Holendorp an das Kloster Cismar und verkauft diesem selber vier Hufen daselbst.

In nomine sancte . . . . . trinitatis. amen. Johannes dei gracia comes holtchatie et Stormarie vniuersis‖ presentia conspecturis . . . in omnium salutari. Quia nostre mentis excedit angustias humanarum‖ multitudo et uarietas a . . . propter hoc ordinauit sapientum prouidentia ut .quod in nobis memoria ca‖pere non potest litterarum testimonio suppleatur. Hinc est, quod notum esse . . . us vniuersis presenti‖bus et futuris quod . . . les Marquardus dictus de rodelube et dethle . . . rstorp, in nostra con‖stituti presentia de . . . et voluntate heredum suorum publice recognouerunt, . . . racionabiliter . . . di‖disse domino abbati et . . . ntui monasterii beate marie virginis sanctique . . . . . io . . . . .‖ ordinis beati b . . . . ubicensis dyocesis octo mansos in villa holendorp pro d . . . . .‖ . . . . . ersolutis cum omni iure et vtilitate videlicet agris . . . . .‖ . . . . . aquis aquarumque decursibus, ac suo iuri in dicta vill‖ . . . . . Nos eci‖ . . . . . nostrorum heredum verorum Cristophori et adolphi ac nostrorum ca . . . fidelium quorum‖ interest aut intere . . . . . clinati etiam precibus dictorum dominorum et ob anime . . . medium in villa‖ supranominata quatuor . . . habentes sepedictis dominis cum totalis ville prop . . . is integritate ven‖didimus pro tr . . . s marcis denariorum lubicensium nobis integre persolutis sicut . . . s possedimus et a nostris‖ progenitoribus h . . . imus cum omnibus prouentibus qui exinde proueniunt uel inp . . . um . . . nt prouenire, cum omni iure‖ vsu. fructu utilitate et omnibus attinentiis et terminis sic distinctis, ad orientem contra uillam worendorp riuo‖ qui dicitur Crem . . . piscinam molendini malucekendorp, inde contra villam postyn riuis. paludibus‖ et aceruis contra villam . . . mpsaue iterum riuis et aceruis usque in magnam paludem contra villam schirenbeke . . . de pe . . . a . . .

iuxta uillam holendorp, inde per ascensum profunde ual||lis usque in . . . . . lenbedde a colle illo per directum usque in riuum Crempe. ita quod abbas et fratres|| eiusdem monasterii . . . . . in eadem villa ordinent et disponant quidquid ipsis melius uidebitur expedire. || adicientes preterea ut sepedicte . . . lle homines et mansorum dictorum possessores ab omni iure seculari . . . estatis, utpote de|| omni onere exactionis seu impe . . cionis que wlgariter bruchwerk borchwer . . . et . . . . . et ceteris seruiti||is sint liberi et exempti . . si terram hostilis impugnatio inuaserit dicti homines defen . . . . . chwere vo||cant cum terre colonis de . . . . . omne preterea iudicium siue maius si . . min . . . . . . essionis culpam|| dicto domino abbati et ecclesie relinquimus corrigendam renunciantes per presentia iuri . . . . . epe nominata|| quod nobis et he . . . . . etet in presenti vel potest. quoquo modo in fut . . . . .|| . . . . . Testes sunt Dominus Joh . . . . .|| . . . . . . esssorum . . . . ecclesie prese . . . . . e po . . . . . tem paginam conscriptam sigilli nostri inpressione fecimus roborari. Huius rei . . . . . tus segebergensis thidericus canonicus ibidem. Johannes et Hinricus capellani nostri. Johannes swi . . . . . le . . . . . || de spina milites Elerus . . . ho armiger noster. Marquardus de rodelube. dethlews . . . . . rimi fide|| digni. Datum gr . . . . . anno domini M⁰. CCC⁰. nono. In vigilia ascensionis domini . . .

Original sehr beschädigt im Staatsarchiv zu Schleswig. Reitersiegel mit rot-weifser Schnur beiliegend.

1309. Mai 16. **201.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, belehnt die Söhne des verstorbenen Grafen Heinrich zur gesamten Hand mit Holstein und Stormarn.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ericus Dei gratia Saxonie, Angarie, Westphalie dux salutem in Domino sempiternam. Tenore presentium recognoscimus et in publicam proferimus notionem, quod nos nobilibus dominis comitibus Holsatie et Schowenborch Gerhardo, Johanni, Adolpho, Woldemaro, et filiis domini comitis Henrici bone memorie; et eorum omnium veris heredibus perpetuo de heredibus in heredes, totam terram Holsatie et Stormarie et uniuersum dominium domini comitis Adolphi de Segebergh, de quibus erat lis et disceptatio inter nos et dictos dominos comites utrobique, contulimus manu unanimi que sambte hand in vulgo dicitur, iure seu titulo feudali, et non obstante eo quod precedentes terre et dominia siue diuidantur aut saltem inter hos dominos comites maneant indiuisa, nihilominus cuicumque heredi dicti domini comites aut eorum heredes aliquam partem terrarum et dominiorum predictorum assignare et dividere voluerint, eidem conferimus iure feudali, servata et obtenta manu unanimi, sicut superius est expressum. Datum et actum Berghedorp, anno Domini 1309. feria sexta ante festum pentecostes.

S. H. U. S. II. S. 398.

1309. Juni 9. **202.**

Karl, Propst der Schleswiger Kirche, fordert alle Frommen in den Uthlanden zu Gaben an das bedürftige St. Johanniskloster auf dem Holm in der Schleswiger Diözese auf.

Vniuersis bonis et iustis in vthlandia constitutis karulus prepositus ecclesie sleswicensis salutem et sinceram in domino|| karitatem. Quoniam vt ait apostolus

omnes stabimus ante tribunal Cristi recepturi prout in tempore gessimus siue bonum|| fuerit siue malum oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus peruenire ac eternorum intuitu seminare|| in terris quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debemus in celis firmam spem fiduciamque tenentes quoniam qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur ad sustentacionem sanctimonialium sancti iohannis baptiste in holm sleswicensis dyocesis proprie non suppetant facultates. vniuersitatem vestram monemus et exhortamur in domino in remissionem vobis iniungimus peccatorum quatinus de bonis vobis a deo collatis pias elemosinas et grata eis subsidia caritatis exhibeatis vt per subuencionem vestram earum inopie consulatur et vos per hoc et alia bona que domino inspirante feceritis ad eterna possitis gaudia peruenire Datum anno domini. M^o^. CCC^o^. nono in die sanctorum primi et feliciani martirum.

Original im Archiv des Klosters St. Johann vor Schleswig. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Zeitschrift Bd. VI. Repertorien S. 110 Nr. 7. Reg. Dan. 1702.

1309. Juni 15. **203.**

Rat und Gemeinde zu Stade schliefsen ein Bündnis mit Hamburg auf ein Jahr.

Ad laudem et gloriam iesu cristi qui est pacis auctor et humane salutis amator. Ad salutem eciam pauperum et tocius populi cristiani qui pacis tranquillitatem summo|| desiderio siciunt et expectant. Nos Consules et vniuersitas Ciuitatis Stadensis Notum facimus vniuersis presencia conspecturis quod cum dilectis amicis nostris dominis Consulibus|| hamburgensibus et vniuersitati Ciuitatis eiusdem concordauimus et conuenimus in hunc modum. primo dei clemencia mediante, albiam ipsi et nos descendendo de Ciuitate eorum|| versus mare pacificare volumus et decreuimus ita quod si aliquis cuiuscumque condicionis vel status fuerit. qui ipsos et nos aut aliquem mercatorem in ea disturbare spolio presumpserit, vel|| quomodolibet aliter aggrauare et si ob id remouendum et destruendum aliqui emittendi fuerint homines cum armis bellicis preparati ipsi tres et nos quartum emittemus quotquot|| in numero necessarii fuerint emittendi. Si vero dampna quod absit in hominibus vel rebus sumeremus de eo quiuis nostrum dampna sua per se solummodo sustinebit. sed si lucrum|| hoc diuidetur ita quod ipsi tres denarii et nostri sumant quartum. Quicquid autem in hiis ipsi sine nostro et nos sine eorum consensu et consilio facturi sumus de eo quicquid|| euenerit pars que id attemptauerit tolerabit. si autem requiritur a parte quieta preces vberiores quas poterit pro eis fideliter ordinabit, sicut tunc visum fuerit expedire|| quilibet eciam nostrum suis prouidebit nuncciis in expensis. Preterea concordauimus cum eisdem videlicet si quod absit inter dominos Comites holtsacie et ipsos ex parte vna et|| futurum archiepiscopum dominum nostrum et eius Capitulum et nos ex alia aliquas inimicicias rixas vel bella contingeret suboriri ad hoc dicti amici nostri Consules hamburgenses toto sensu|| laborabunt interponendo partes suas quod id in amicicia componatur. quod idem aput nostros dominos efficaciter faciemus et si eo modo fieri non possit ipsi et eorum Ciues|| prefatos dominos suos Comites et eorum coadiutores non confortabunt nec in aliquo penitus promouebunt in nostrum preiudicium et grauamen hoc excepto quod ipsis pro sua parata|| pecunia extra Ciuitatem eorum possunt Cibaria licite ministrare et nos pendente gwerra tali. Securi et indempnes esse debemus in eorum Ciuitate in corporibus atque rebus.||

Sepedictis eciam amicis nostris premissa faciemus viceuersa. si quod deus auertat inter nostrum dominum et eius Capitulum. aut nostram Ciuitatem ex vna et prefatos dominos eorum‖ Comites et Ciuitatem eorum parte ex altera. gwerre vel inuidie nascerentur. aput nos eciam securi et liberi in rebus et corpore permanebunt. volumus insuper pro‖ corroboracione nostre concordie vt pacatis discordiis vniuersis quocumque modo inter nos hactenus habitis vnusquisque nostrum vel vestrum alium vbicumque locorum poterit‖ bono zelo, consuetis profectibus et mutuis obsequiis caritatiue semper studeat cum procuracione omnis commodi prout vires suppetunt preuenire Talis quoque inter‖ ipsos et nos vnialis coniunctio a festo beati Johannis baptiste proximo vsque ad annum eodem festo plenius perdurabit quam postea si vtrobique placitum fuerit possumus‖ salubrius prolongare. Datum et actum cum appensione Sigilli nostre Ciuitatis. Sub anno domini M°. CCC°. Nono. Viti, Modesti et Crescencie Martirum beatorum.

Original im Hamb. Archiv. Siegel verloren. Hans. U. B. II. 148.

1309. Aug. 16. **204.**

Gerhard und Adolf, Grafen von Holstein und Schauenburg, beurkunden, dafs die Gebrüder Wedel dem Hamburger Kapitel vier Hufen in Oster-Steinbeck für 150 Mark Hamb. Pf. verkauft haben.

Gerhardus et Adolfus dei gracia Comites Holsacie et de scowenborch. Omnibus presens‖ scriptum visuris in salutis auctore salutem, Notum esse volumus tam presentibus quam‖ futuris. quod Reymarus Miles et Hasso fratres dicti de Wedele de consilio et consensu‖ omnium heredum suorum legitimorum et amicorum vendiderunt Capitulo Hamburgensi quatuor‖ mansos in villa osterstenbeke situatos quos a nobis in feodo tenuerunt. pro centum et‖ quinquaginta marcis nummorum hamburgensium cum omni iure et terminis quo ipsos hactenus posse‖derunt cum iudicio maiore et minore perpetuo possidendos. Nos eandem vendicionem ratam‖ habentes, proprietatem dictorum mansorum prefate ecclesie contulimus iure perpetuo possidendam, recognoscentes‖ eidem ecclesie quod potestatem habebit de mansis predictis ordinandi et disponendi in agris, pascuis‖ siluis, aquis et aquarum decursibus et omnibus eorundem attinenciis. cum iudicio maiore et minore‖ et omnibus commoditatibus et vtilitatibus que sibi nunc vel in futurum poterint prouenire, In huius‖ rei perpetuam firmitatem presentem litteram sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari,‖ Testes sunt, Hinricus de wedele senior. Hinricus de wedele iunior. Her. et Her. de‖ Raboysen. Syfridus de Gykowe. Aduocatus et Ber. kule Aduocatus, Milites, et alii quam‖ plures fide digni. Datum Hamborch, Anno domini. M°. CCC°. IX. in crastino assumpcionis‖ beate virginis.

Original im Hamb. Archiv. Ein Reitersiegel fragmentarisch an roter Schnur. Eine rote Siegelschnur. Staphorst II. 751.

1309. Septbr. 6. **205.**

Friedrich, Bischof, Geltmar, Dekan, und das Kapitel zu Verden beurkunden die Errichtung einer Kirche zu Glindesmoor (Moorburg) und Rethwisch und Abtrenuung derselben vom Kirchspiel Wilstorp.

Fredericus dei gracia Episcopus ecclesie verdensis. Gheltmarus eadem gracia decanus et totum capitulum eiusdem ecclesie. omnibus in perpetuum presencia uisuris notum facimus. quod dominus willikinus dictus de staden miles et arnoldus eius filius cum honorabilibus uiris dominis decano et capitulo ecclesie hamburgensis prout in eorum publicis uidimus instrumentis, pro ecclesia quam in glindesmor et redwisch in eorum iudicio ciuili de nouo edificauerunt. abstracta ab ecclesia willestorpe tamquam filia. concordauerint in hunc modum. Dominus wil et ar eius filius iam dicti decem marcarum redditus perpetuos plebano in willestorpe assignauerunt pro defectu quem habet de abstractione paludensium predictorum. De quibus decem marcis. iidem paludenses arbitrati sunt dare sub perpetuo odinggo quinque marcas hamburgensium denariorum. in quolibet crastino martini. quas schabinus et schultetus ipsius paludis. dicto plebano. ipso die in suo domicilio presentabunt. Quod si non fecerint extunc infra quindenam moniti. duplum soluere tenebuntur. quod duplum si infra eandem quindenam non soluerint. plebano in willesdorpe querimoniam deferente. quicumque ex nobis archidiaconus eiusdem loci willesdorpe fuerit immediate diuina suspendet et omnia sacramenta que poterit cum ecclesiastica prohibebit sepultura. Pro reliquis quinque marcis. sepedicti wil. et ar. ipsius filius pro se et eorum successoribus assignauerunt tria frusta paludensia et dimidium campanario pro suo dampno. quorum duo sita sunt in lowenbroke. tercium cum dimidio campanarii in lowenwerdere in locis distinctis in priuilegio principali. Quos redditus et bona ad vsus plebani in willesdorpe et campanarii ibidem ad ius spirituale in nostram protectionem acceptauimus et recipimus in hiis scriptis. Clericos eciam cuiuscumque condicionis vel ordinis fuerint. qui diuina in eadem ecclesia tempore suspensionis predicte. nisi aliquod mandatum superius pretendant, celebrare presumpserint. denunciari mandabimus quando a plebano in willesdorpe fuerimus requisiti communiter uel priuatim. Datum anno domini M⁰. CCC⁰. nono in die magni martiris.

Lib. cop. cap. fol. 51a im Hamb. Archiv.

1309. Septbr. 206.

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, Burggraf von Magdeburg, transsumiert die Urkunde seines Grofsvaters, Herzogs Albrecht, für das Kloster Ebstorf vom Jahre 1233.

Nos Ericus dei Gracia. Saxonie. Angarie. Westfalie dux et burgrauius Megdeburch bonorum honorabilium progenitorum nostrorum illustrium. quorum uita uirtutibus claruit et nostrorum puritas exhibuit in opere pietate. Piissime recordacionis reuerenciam deuocione qua condecet imitantes. priuilegium per manus aui nostri. domini alberti quondam ducis illustrissimi. Monasterio in Ebbekestorpe. olim traditum. ob reuerenciam dicti aui nostri illustris duximus innouandum. Cuius tenor talis est. In nomine sancte etc. Albertus dei gracia dux Saxonie. et dominus Nordalbingie. tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis. omnibus inperpetuum. Ne facta mortalium. ab eorum successoribus valeat immutari etc. Nos igitur sacri conuentus dominarum in Ebbekestorpe intuentes deuocionem. necnon ad instantiam. venerabili in cristo Geruasii. eiusdem loci prepositi. et ob ipsius dilectionem maxime. Ad usus predicti Conuentus. liberaliter duximus conferendum. vt quicquid in cibariis necessarium fuerit singulis annis nostros per terminos. absque thelonio et vngeldo. et sine exactione. ac sine impedimento

quolibet abducantur. Ad huius itaque robur perpetuo duraturum huiusmodi. factum nostrum. et scripto commendari et sigilli nostri munimine pariter iussimus confirmari. Huius rei testes sunt etc. Actum louenborch. anno gracie. M⁰. Ducentesimo XXXIII Indictione V[ta.] Nos igitur Ericus in huiusmodi nostre innouationis et confirmationis euidenciam. presens scriptum. sigilli nostri munimine roboramus. Datum louenborch Anno domini M⁰. CCC⁰. IX⁰. Mense septembri.

Aus dem Ebstorfer Copiar im Staatsarchiv zu Hannover.

1309. Novbr. 16. **207.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, beurkundet, dafs vor ihm, seinem Sohn Adolf und seinen Burgmannen die Gebrüder Willekin und Adolf von Holte für sich und ihre Schwester Kunigunde bezeugt haben, dafs ihnen an den einst von ihrem Vater an das Kloster zu Loden, jetzt in Lemgo, verkauften Gütern im Dorfe Loden irgend welche Ansprüche nicht zustehen.

Adolfus Dei gratia Comes holtsatie et de Scowenburch Omnibus presentia visuris notitiam rei geste constituti coram nobis et filio nostro Adolfo nec non et ceteris castellanis nostris Johanne de Bardelage Th. dicto Stuue Johanne de Decbere Henrico de Bardeleue Richardo Post militibus Willekinus miles de Holte noster castellanus et frater suus Adolfus famulus pro se sorore sua Conegunde et omnibus heredibus sunt publice protestati quod in bonis in villa Luden sitis que olim pater ipsorum Adolfus Miles claustro in Loden translato postea Lemego rite vendidit juris penitus nihil haberent nam omni iuri et actioni siue impetitioni quam habuerunt vel habere poterant in futurum coram nobis simpliciter et integraliter renunciantes volebant dictum claustrum sine impetitione qualibet dicta bona perpetuo ac libere possidere. Vt autem hec inconuulsa permaneant presentem litteram Sigillo nostro et sigillo castellanorum nostrorum fecimus roborari Datum et actum Anno Domini M⁰ CCC⁰ nono XVI Kal. Decembr.

Nach Capauns Abschrift im Archiv zu Bückeburg. Wippermann, Regesta Schauenburgensia 285. Urkundenbuch von Obernkirchen 122.

1309. (Novbr. 29.) **208.**

Johann und Otto, Ritter von Beienfleth, verkaufen ihren Zehnten zu Ripen bei Crempe an das Hamburger Kapitel für 110 Mark Hamb. Pf.

Nos Johannes et Otto milites et fratres dicti de Beyenvlith recognoscimus tenore presencium publice protestantes,‖ quod de consensu et consilio omnium heredum nostrorum, Decimam nostram in Rype apud oppidum Crimpe sitam quam‖ a domino nostro Johanne Comite Holzacie in feodo tenuimus, cum omni iure et utilitate qua eam possedimus‖ vendidimus ecclesie hamburgensi pro Centum et decem Marcis nummorum hamburgensium perpetuo possidendam,‖ In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Testes Dominus Gerhardus‖ prepositus lubicensis. Johannes de Gordiz. Daniel. Clerici. volradus luscus. Dominus hoken. Syfridus de‖ Gykowe. Milites et alii quam plures. Datum. Anno domini. M⁰. CCC⁰. IX.[1])

[1]) *Eine zweite Ausfertigung:* Datum et actum anno domini M⁰. CCC⁰. IX⁰. in vigilia beati Andree apostoli. *Ein Siegelstreifen, ein Siegeleinschnitt.*

Original im Hamb. Archiv. Zwei Siegelfragmente am Pergamentstreifen.

1309. Decbr. 19. **209.**

Gerhard, Adolf und die Erben des Grafen Heinrich verpfänden mit Zustimmung des Lübschen Dompropsten Gerhard dem Lübecker Bürger Heinrich Coustin für eine Schuld von 800 Mark den halben Hamburger Zoll.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Gherardus. adolfus, et heredes domini comitis hinrici salutem‖ Nouerint vniuersi. quod nos cum consensu domini gerhardi lubicensis ecclesie prepositi et aliorum heredum‖ nostrorum dimisimus hinrico coustin Ciui lubicensi. et suis veris heredibus dimidium Thelonium in hamburgh quod nos contingit. donec ipse. et sui heredes. de denariis. qui‖ residui fuerint. infeodatis ad presens. in Thelonio. Ottingentas marcas denariorum hamburgensium‖ expedite receperint annis successiuis. nos etiam ipsum hinricum et heredes suos in dicto The‖lonio non inbrigabimus modis aliquibus nec cuiquam aliquid vendemus aut obligabimus‖ in eo [pr]ius predicte octingente marce. vt premittitur fuerint solute. et hiis solutis. dictum‖ Thelonium ad nos et nostros. integre reuertetur. sed et nuncio dicti hinrici quem ad The‖lonium deputauerit de ipso Thelonio. nostro nomine prouidebitur in expensis. In cuius rei testi‖monium sigilla nostra. et domini. ger. lubicensis ecclesie prepositi presentibus sunt appensa. Datum anno domini‖ M⁰ CCC⁰. IX⁰. sexta feria post festum beati lucii. hamborgh.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei Siegel an Pergamentstreifen. Dorsalnotiz aus dem 15. Jahrhundert: Redempta est presens littera Anno domini. M⁰. CCCC⁰. XXXIII. Sabbato ante lucie. *S. H. U. S. II. S. 28.*

1309. Decbr. 31. **210.**

Gerhard, Graf von Holstein, beurkundet, dafs Henneke von Hummersbüttel eine Hufe zu Sick der dortigen Kirche verkauft hat.

Nos Gherardus dei gracia Comes Holtsacie notum facimus per presentes. quod constitutus in nostra presencia Henneke de hummersbutle filius domini Hartwici bone memorie recognouit se vendidisse ecclesie in wlensike ad vsus plebani ibidem vnum mansum in wlensike. cum omnibus terminis et pertinenciis suis prout ipsum dominus Hartwicus predictus tenuit et coluit. pro septuaginta marcis denariorum hamburgensium. quam dictus Henneke et sui heredes infra festum beati martini et purificationis beate uirginis. quando ipsis placuerit possunt reemere. denariis pro eisdem. Datum anno domini. M⁰. CCC⁰. IX⁰. in die beati Siluestri prope hamburgh.

Lib. cop. cap. fol. 106a im Hamb. Archiv.

1309. **211.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, beurkundet den Verkauf des Zehnten aus zwei Hufen in Neuen-Gamme an das Kloster Reinbek.

Ericus dei gratia dux Saxonie, Angarie et westfalie, Omnibus presentia visuris, salutem in omnium saluatore. Notum facimus tam presen‖tibus quam futuris. quod dominus Reynwardus dictus Scorlemorle noster Castellanus, vendidit religiosis dominabus in Reynebeke‖ decimam super duos Mansos in noua Gamma sitam pro Centum et triginta marcis, cum omni iure perpetuo possidendam, talem tamen gratiam‖ iam dicte Moniales eidem domino Reynwardo concesserunt, ut post quinque annorum spacium infra quinque sequentes annos‖ ipse vel sui veri heredes reemere poterunt pro pecunia prelibata, quandocumque eis visum fuerit expedire.

Insuper qualemcumque fructum‖ infra terminum prefixum sepe dicte Moniales in prefatis bonis consequi valeant, prelibatus dominus Reynwardus pro salute anime sue‖ necnon parentum suorum annuens beniuole conferendo, Si autem infra terminum predictum non reemerit, Claustrum Reynebeke‖ iure perpetuo optinebit. In cuius rei testimonium presenti Scripto sigillum nostrum est appensum, Datum anno domini M. CCC. IX^{0}.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel am Pergamentstreifen. S. H. U. S. II. S. 27.

1309. **212.**

Das Kloster Reinbek schliefst Brüderschaft mit dem Kloster Neumünster.

Honorabili et religioso viro Domino Ottoni, preposito, necnon toti Conuentui dominorum Noui Monasterii, Johannes dei gracia abbas‖ totumque Collegium cristi ancillarum in Reynebeke, cum orationibus sinceris in datore salutis gaudium et salutem, Deuotionem vestram‖ et pium affectum quem ad Claustrum nostrum vos habere cognouimus in domino commendantes, affectui vestro laudabili cum effectu, per id‖ quod possumus dignum duximus assurgendum, ut merces vestra coram domino copiosior habeatur, Concedimus itaque vobis secundum‖ cordis uestri desiderium plenam fraternitatem et participationem omnium spiritualium beneficiorum, que per congregationem nostram domino dispo‖nente inperpetuum poterunt procurari in vita pariter et in morte, Adicientes, quod cum obitus uester nobis fuerit intimatus, tantum pro vobis‖ Missarum, vigiliarum, orationum, Castigationum, Laborum ceterarumque utilitatum fiet, quantum pro fratribus et sororibus nostris fieri est consuetum,‖ In cuius rei testimonium, presens scriptum Sigilli nostri munimine roborantes, Datum, anno domini M^{0}. CCC^{0}. IX^{0}.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel am Pergamentstreifen.

1310. Jan. 1. **213.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft der Stadt Hamburg die Hälfte der Alster für 600 Mark Hamb. Pfg.

Adolfus dei gracia Comes holtsacie et de Scowenborg, Omnibus presencia visuris seu audituris salutem in domino Iesu Cristo, Attendentes quam misera et instabilis sit heu‖ humani generis condicio, hoc scriptum confici iussimus, per quod scire presentes volumus, et ad posterorum certam noticiam deuenire, quod fidelibus nostris Consulibus et vniuersitati‖ ciuitatis nostre hamburgensis, vendidimus, dimisimus, et resignamus, dimidietatem alstrie vt sita est, pro Sex centis marcis denariorum hamburgensium, cum omni iure, libertate‖ vtilitate, ac proprietate, quibus nobis pertinet, et sicut ad nos, a predecessoribus nostris deuenit, libere ac pacifice possidendam, in qua nobis et nostris heredibus non debetur‖ reempcio quibuscumque eciam casibus mediantibus donec duo anni exnunc sequentes ex integro relabantur, Ipsis vero elapsis, nobis in reemptione, hec lex‖ et gracia reseruatur, vt si extunc, infra triginta sex annos immediate sequentes, eiusdem alstrie medietatem pro Sexcentis marcis denariorum predictorum, reemere, possimus‖ admittamur plenarie super eo, talis autem reemptio, semper debet fieri, in predictis triginta sex annis, infra festum Circumcisionis domini, et diem sacratum‖ purificationis intemerate virginis Marie, prorsus omni reemptionis alio termino pretermisso, et si forte in districto termino, reemptionem debitam mi‖nime faceremus,

post reuolucionem annorum triginta sex predictorum, ad reemendum ipsam alstriam, nec nos, nec nostri successores perpetuis temporibus admit‖tamur, Sed dicti Consules et vniuersitas, eandem medietatem alstrie, hereditario iure, ac proprietario vigore, libere et absque omni obstaculo et impedimento‖ perpetualiter possidebunt, Ceterum condicionaliter insertum est, quod cuncta impedimenta et obstacula, quibus ipsi, in hac vendicione nostra, disturbari possunt, siue‖ disturbantur, talia, nos et nostri successores, tenebimur omnimodis reuocare, a qualibet inpetitione eandem libere faciendo. Dicimus eciam, quod ipsam licite‖ vendere et obligare pro sua pecunia poterunt, quibus volunt, et hi, quibus vendiderint, obligauerint, dimiserint aut dederint, singulis hiis in‖ scriptis libertatibus gaudeant et fruantur, adiectum est preterea, quod de riuulis, et fluuiis, Eylembeke et Bernebeke dictis, inter nos, et dictos videlicet‖ Consules et vniuersitatem, amodo stare debeat, sicut hactenus, quibus liberaliter vti debent, interim quod alstriam tenent, ita tamen, quod dum ipsam‖ reemerimus, vt nec nobis nec ipsis, ex hoc grauamen, vel preiudicium generetur, sed saluo iure parcium vtrarum, Vt igitur omnia que premisimus, debite‖ firmitatis robur obtineant, presens scriptum, cum posicione testium, videlicet Ber. kulen. et Jo riken fratre suo, militibus, atque Johanne nostro nota‖rio, sigilli nostri munimine roboramus, Actum anno domini, M⁰. CCC⁰, Decimo, in Circumcisione domini.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen an grün-roter Schnur. Klefeker X. 61. Lappenberg, Alsterbericht S. 38.

1310. April 3. **214**

Marquard von Veldem und seine Söhne verkaufen dem Kloster Neumünster zehn Hufen und ihren Teil der Mühle im Dorfe Bissee für 600 Mark Pf.

Vniuersis cristi fidelibus presentem litteram inspecturis Marquardus miles dictus de veldem. Gotscalcus thetleuus et Marquardus filii sui Salutem in‖ omnium saluatore Ad noticiam omnium tam presencium quam futurorum tenore infra scripto cupimus peruenire quod nos ecclesie nouimonasterii decem mansos in villa‖ bistecse insuper partem quam in molendino ibidem habuimus cum omnibus suis attinenciis videlicet agris cultis et incultis iudiciis lignis pascuis aquis,‖ piscacionibus, ac plane cum omni fructu et vtilitate sicut in terminis certis et districtis siti sunt, pro sexcentis marcis denariorum, vendidimus iure‖ perpetuo possidendos. Insuper in iudicio quod feodum est, tam diu pro conseruatione stabimus, quousque dicta ecclesia a dominis terrarum proprietatem ipsius‖ poterit obtinere. et hoc per sigilla presenti littere cum inscripcione testium apposita, duximus protestandum. Testes sunt. Dominus swin. Dominus Hartwicus‖ wlff. Dominus nicolaus de Bundestorpe. Dominus Albernus de prato. et Dominus wlff brokowe. Acta sunt hec Getdhorpe Anno. domini. M⁰. CCC⁰. X⁰. in vigi‖lia beati Ambrosii epischopi.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel verloren. Cop. Bord. fol. 27b Westfalen II. 74.

1310. April 11. **215.**

Gerhard, Adolf und Gerhard, Grafen von Holstein, letzterer Propst zu Lübeck, verkaufen den Hamburger Domherren Heinrich von Hamme und Friedrich von Dannenberg ihr Eigentum im Dorfe Grofsensee für 200 Mark Pf.

Vniuersis presens scriptum uisuris. Nos Gherhardus. et adolfus. ac Gherhardus prepositus lubicensis. dei gracia Comites Holt‖sacie. et de scowenborch. Notum facimus quod nos de communi consensu vna et heredum nostrorum, vendidimus iure hereditario‖ domino Hinrico dicto de Hamme Thesaurario, et domino frederico dicto de Dannenberghe Canonicis ecclesie Hamburgensis‖ iudicium maius, et omne ius, quod habuimus in villa Grotense, et in terminis ville eiusdem, pro Ducentis Marcis denariorum‖ ita videlicet quod nobis ex dicta villa nichil reseruauimus, preterquam Lantwere borchwerc et Grauenscat, que facient‖ cum aliis, prout eorum vicini facere actenus consueuerunt, Preterea annuimus eisdem dominis supradictis, vt dictum ius. dicte‖ ville sicut a nobis possident, donare, obligare, seu vendere, alii, vel aliis possunt pro eorum libero arbitrio uoluntatis‖ volumus eciam nequis nostrorum officialium per se, aut per famulos suos, prefatis dominis in bonis supradictis, vel quibus dimiserint‖ preiudicium aliquale inferant, uel grauamen. De sepedictorum igitur dominorum amicicia optinuimus, vt sepedicta bona infra‖ decem annos, in quolibet festo palmarum. reemere possimus, dummodo ipsis, vel quibus dimiserint, eorum pecunia‖ scilicet Ducente Marce supradicte, eodem die uidelicet palmarum, in ciuitate hamburgensi, omni impedimento postposito‖ integraliter persoluantur, quod munimine sigillorum nostrorum duximus roborandum, Testes huius facti sunt, Johannes‖ de Goretze notarius noster, Hinricus de wedele senior, Hermannus de Raboysen, Hinricus de wedele iu‖nior. milites, Johannes de Lasbęke. Draco, Marquardus Kattescroch famuli, necnon alii quam plures fidedigni.‖ Datum in vigiliis palmarum. anno domini. M°. CCC°. X°.

Original im Hamb. Archiv. Ein Siegel des einen Gerhard erhalten. Zwei Siegelstreifen.

1310. Mai 13. 1322. Septbr. 4. **216.**

Waldemar, Herzog von Jütland, befreit die Güter des Schleswiger Bistums von allen Leistungen und Schatzungen, ausgenommen von der allgemeinen Landwehrpflicht.

Vniuersis praesentes literas inspecturis, Capitulum Ecclesiae Schlesuicensis ac Gardianus fratrum Minorum ordinis ibidem[1]) Salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi, nos literas infrascriptas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte sui vitiatas, sed omni suspitione carentes vidisse in haec verba. In nomine Domini Amen. Omnibus presens scriptum cernentibus Waldemarus Dei gratia Dux Juciae salutem in Domino sempiternam. Ea quae geruntur in tempore, solent scripturarum testimonio perenniter confirmari. Ad perpetuam igitur rei memoriam scire volumus vniuersos, quod nos omnia bona et possessiones, quae vel quas antecessores Venerabilis Patris Domini Joannis Dei gratia nunc Episcopi Schleswicensis et quae et quas ipse Episcopus emtionis scotationis vel donationis titulo debito acquisierat, tenuerant ac iuste possederant, vsque in diem videlicet vigiliam natiuitatis Sanctae Mariae in autumno recognoscimus et fatemur ipsi . . . .[2]) dicte Ecclesie Episcopo et suis successoribus, qui pro tempore fuerint ad vsum illius Ecclesiae libere attinentes. Quae quidem bona et possessiones ab impetitione exactorea impeditionum grauamine iureque[3]) suoch[4]) quersæth caeterisque solutionibus et seruitiis iuri nostro adiacentibus, libera dimittimus et exempta. Hoc duntaxat circumsepto praecipue et excepto, quod cum pro communi defensione terrae edictum emerserit generale seu fieri contingat, extunc dictorum bonorum et possessionum

memoratarum incolae defensioni praetactae, communiter se conferment, et sicut caeteri terrae inhabitatores generaliter debeant se expedire et facere, prout videbit tunc temporis expedire. Ne huic scripto aliqua ambiguitas seu calumnia in posterum possit suboriri nos praesentes litteras cum sigillis nostris atque fratris Domini Conta . . . et filii Erici nostrorum dilectissimorum fecimus communiri Datum Schlesuuic, in praesentia nostra. Anno Domini M⁰. CCC decimo in crastino Sanctorum Nerei et Achillei Martyrum. In cuius rei euidentiam Sigilla nostra praesentibus literis duximus apponenda. Datum anno Domini M⁰CCC vicesimo secundo II. nonas Septembris.

[1]) *am Rande nachgetragen.* [2]) *Lücke.* [3]) *l.:* iure regio. [4]) *l.:* stuth.

Schwabstedter Buch. fol. 28 im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Reg. Dan. 1725 s. 1919. s. Westfalen IV. 3115.

1310. Juni 7. 217.

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, tauscht unter Zustimmung seines Sohnes Gerhard von Marquard Katteskruch gegen acht Wurthen in Jersbek und drei Hufen in Rikenhaghen die von jenem zu Lehen besessene Hälfte des gräflichen Hofes in Hamburg ein und bestätigt ihm außerdem den Besitz einer Wüstenei bei letzterem Dorfe.

Omnibus presencia visuris et audituris, Nos gherardus Comes holsacie ac Stormarie volumus esse notum quod‖ nos de maturo consilio fidelium nostrorum filioque nostro dilecto gherardo consenciente, fideli nostro Marquardo dicto katteskruch‖ suisque legitimis heredibus de bona nostra voluntate dimisimus octo areas in villa yrekesbeke et hereditatem trium‖ mansorum in villa Rykenhaghen in perpetuum possidendas, pro eo videlicet quod idem Marquardus katteskruch medi‖etatem curie nostre in ciuitate hamborch situate quam in feodo tenuit nobis et nostris heredibus resignauit, heredi‖tatem vero in dictis mansis ipsum habere decreuimus eo iure quo Molendinarius eiusdem ville videlicet Rykenhaghen‖ et ceteri coloni hereditatem habere dinoscuntur in mansis et possessionibus conductis de quibus censum dominis suis‖ annis singulis reddere sint astricti, preterea dimisimus dicto Marquardo in terra inculta que wostenye dicitur in parochia‖ Sconenborne apud villam predictam Rykenhaghen extra terminos westerowe et wlvenowe eiusdem ville et totam‖ medietatem eiusdem terre inculte eo iure quo dilectus patruus noster Comes iohannes dictum mansum et dictam terram‖ incultam legitimo hereditario iure predicto Marquardo katteskruch dimisit, Si vero dictus Marquardus uel sui‖ legitimi heredes dictam hereditatem siue mansos vendere decreuerit nos gherardus Comes et nostri heredes principa‖liter et precipue emendi liberam et largam obseruabimus libertatem, In cuius rei testimonium litteram presentem sigilli‖ nostri munimine fecimus roborari, Datum hamborch anno domini, M⁰. CCC⁰. X⁰ festo pentekostes.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegelfragment an roter Seidenschnur.

1310. Juni 26. 218.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, beurkundet, daß der Schuster Heinrich Heiremetrot seine Hütte in Hulsede *an Heinrich Bloc verkauft hat.*

Dei gracia Adolfus Comes Holtsacie et in Scowenborg. Omnibus presens scriptum audientibus salutem vendidit coram nobis Henricus dictus Heiremetrot

sutor casam vnam in Hulsede situatam ad ualuam cymiterii Henrico dicto Bloc iusto uenditionis tytulo pro tribus talentis suorum heredum beneplacito et consensu quam a nobis habuerat et in manus nostras libere resignauit. renuncians omni iuri quod ipse uel heredes sui in dictam casam possent in posterum suscitare Nos vero tam vendentis quam ementis partibus inclinati dicto Henrico Bloc nec non et legitime sue Winneken eandem casam contulimus iure hereditario possidendam. In cuius vendicionis. resignacionis et nostre collacionis testimonium presentem litteram nostro sigillo dedimus communitam Presentibus Johanne de Bardeleue Tiderico Stuuen Johanne Buschen. Reinberto de Oldendorpe militibus et aliis testimonio dignis. Anno Domini Millesimo trecentesimo decimo in festo beatorum martirum Johannis et Pauli.

Nach Capauns Abschrift im Bückeburger Archiv. Wippermann, Urkundenbuch von Obernkirchen 123.

1310. Juli 22. 219.

Eckehard und Ludolf, Gebrüder Schack, erhalten vom Herzog Erich von Sachsen das Dorf Grabau für 274 Mark Lüb. Pf. verpfändet.

Nos Eckehardus et Ludolfus fratres dicti scacken in hiis scriptis recognoscimus et pupplice protestamur, nos mutuo conces‖sisse inclito principi domino nostro, Erico Duci Saxonie. angarie et westfalie, Ducentas marcas, et septuaginta, IIII^or. marcas denariorum lubicensium‖ pro quibus nobis villam grabowe obligauit, eo iure, quo thetlews wlf miles, pretactam villam, a domino nostro Duce Erico tenuit et posse‖dit. Si autem quis. de septuaginta et IIII^or. marcis. predictis, ipsius monete nobis quicquam dare decreuerit, hoc ab ipso recipiemus cum bona volun‖tate, frustr . . . . . et temporibus successiuis, et predictam villam. pro ducentis marcis optinebimus supradictis, Cum autem plenam summam ducentarum marcarum nobis persoluerint ipsi predictam villam, non in aliquo deterioratam tenebimur resignare, Ad obseruantiam vero predictorum. presens‖ scriptum, nostri sigilli robore duximus consignandum. Datum Louenborg Anno domini, M^o, C^oC^oC^o. X^o. feria IIII^a. marie magdalene.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel am Pergamentstreifen. Sudendorf U. B. IX. S. 71.

1310. Septbr. 9. 220.

Esger, Bischof von Aarhus, überträgt seine Güter in Skads dem Ripener Domkapitel für sein jährlich am 13. April zu feierndes Jahresgedächtnis.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Esgerus diuina miseracione arusiensis episcopus salutem in domino‖ sempiternam Nouerint vniuersi nos omnia bona nostra que in parochia skastæth preter vnam curiam quam‖ ad altare nostrum Ripis in ecclesia beate virginis ibidem ded[icatum] contulimus, habemus, viris discretis et honestis canonicis Ripensibus. pleno iure scotasse et donasse Tali condicione prehabita quod dicti canonici‖ anniuersarium nostrum in vita nostra pro anima patris nostri et matris nostre in die eufemie virginis hoc est idus‖ aprilis celebrent et post vitam nostram in diem qua deus ab hac vita nos vocare dignatus fuerit‖ permutando In Cuius donacionis euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum Datum‖ anno domini M^o CCC^o decimo in crastino natiuitatis beate virginis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegel am Pergamentstreifen.

1310. Novbr. 13. **221.**

Gottschalk, Dekan, und das Kapitel zu Hamburg, verkaufen an Peter von Krauel eine Hufe in Kirchwerder für 300 Mark Hamb. Geld.

Gotscalcus dei gracia Decanus totumque Capitulum ecclesie hamburgensis, omnibus hoc scriptum visuris, salutem in domino sempiternam, Cum‖ memoria hominum sit labilis, necesse est, vt ea que aguntur, litterarum testimonio perhennentur, propter quod cupimus esse notum‖ tam presentibus quam futuris, quod nos de maturo consilio, et vnanimi consensu vendidimus petro dicto de crowele et suis‖ legitimis heredibus mansum in kercwerdere situm in loco dicto temple, cum omni fructu[1]) et vtilitate prout in suis terminis se ex‖tendit, pro CCC°. marcis monete hamburgensis, Reseruato nobis tamen ivdicio maiore et minore, et omnibus que eadem iura exigunt, et si‖cut ecclesia nostra et decania eiusdem mansi iura possedit hactenus pacifice et quiete, Dictus uero petrus et sui heredes, et‖ quicumque eundem mansum coluerint, vel emerint, Decano ecclesie nostre, de iure, erunt specialiter censuales pro octo solidis‖ annuatim, et si ipsius habuerint necesse, labores faciet sub eorum sumptibus et expensis, Et dicti octo solidi in quolibet crastino‖ Martini persoluentur, In cuius venditionis perpetuum testimonium sigillum nostri Capituli et Decani presenti pagine duximus appo-‖nendum, Datum hamborg, anno domini, M°, CCC°. Decimo, In die brictii confessoris.

[1]) *Auf Rasur, zuerst stand:* pro CCC marcis monete hamburgensis. [2]) m. c. *auf Rasur.*

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Siegel des Dekans und des Kapitels am Pergamentstreifen.

1310. Novbr. 19. **222.**

Gerhard und Adolf, Grafen von Holstein, Stormarn und Schauenburg, und Gerhard, Dompropst zu Lübeck, verkaufen dem Kloster Reinbeck die Dörfer Alt-Stapelfeld und Brake für 1600 Mark Hamb. Geld.

Gherardus et Adolphus dei gratia Comites Holtsacie stormarie et de Scowenborg ac Gherardus eadem gratia prepositus lvbicensis, Omnibus presens scriptum visu‖ris salutem in domino, Qvia ab humana frequencius labuntur memoria, que scriptis auctenticis non firmantur, Id circo fideliter est prouisum‖ vt ea que nostris aguntur temporibus scripturarum testimonio roborentur, Notum igitur cupimus esse tam presentibus quam futuris; quod nos‖ de consensu omnium heredum nostrorum, et de maturo consilio vendidimus preposito, abbatisse et Conuentui claustri sancte marie magdale‖ne in Reynebeke villas, antiquum videlicet Stapeluelde et Brake cum omni iure, proprietate, libertate, fructu, et vtilitate‖ iudicio maiore et minore, cum terminis cultis et incultis, siluis, rubetis, pratis, paschuis, paludibus, aquis, aquarum decur‖sibus, ac ceteris omnibus similibus, sicut nos possedimus et nostri progenitores hactenus possederunt pro Mille et Sexcentis marcis‖ denariorum, monete hammenburgensis, perpetuo possidendas, Termini hoc modo sunt distincti De Vteslogbbeke vsque depenhop, de Depen‖hop usque abbenbeke, de abbenbeke vsque in Stenhop, de stenhop usque berkrothe, de berkrothe usque wluismor, de wl‖uismor usque papenburcgen, de hinc usque bercmessen, de bercmesse vsque voghethesrothe de voghedhesrothe vsque ad‖ terminos ville Langheloghe, Huius venditionis testes sunt volradus luscus hermannus de hamme Syfridus de ghicowe, bertrammus‖ kv̊le, Johannes frater suus, et Johannes de

wedele, hermannus de Raboysen Milites, Johannes et Johannes Notarii nostri, et alii quam‖ plures fide digni. Ut autem hec rata et firma permaneant presentem paginam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari‖ Datum anno domini M⁰. CCC⁰. X⁰. In die beate Elyzabet.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegel an roter Schnur defekt. Eine Schnur. S. H. U. S. II. S. 28.

1310. Novbr. 22. **223.**

Gottschalk, Dekan von Hamburg, bezeugt, dafs von dem Kaufgeld für die Dörfer Alt-Stapelfeld und Brake seitens Friedrich Dannenberg und dem Kaplan Nikolaus 50 Mark Pf. bezahlt und die Gesamtsumme von 400 Mark auf die Einkünfte der Dörfer verschrieben ist.

Nos Gotscalcus dei gracia decanus hamburgensis recognoscimus in hiis scriptis protestando. quod dominus fredericus dannebergh et Nicolaus noster capellanus soluerunt quinquaginta marcas denariorum ad empcionem bonorum seu uillarum oldenstapeluelde et brake cum claustro in reynebeke. que inter quadringentas marcas ecclesie nostre in litteris dicti claustri asscriptas computantur. ita quod nos pro. CCC. et. L marcis et ipsi vel uicarius altaris quod dominus Johannes brasghe instituit ad sanctum spiritum. pro quinquaginta marcis cum dicto claustro percipiemus annuatim proporcionaliter eque de iudicio maiore et minore. ac omnibus fructibus et vtilitatibus quantumcumque minutis. que de ipsis uillis in perpetuum poterint prouenire. Vt autem hec empcio nostra et dictorum sacerdotum cum sepedicto claustro sit perpetua. sigillum nostrum huic littere duximus apponendum. Datum in die cecilie. anno domini M⁰. CCC. decimo.

Lib. cop. cap. fol. 75 b im Hamb. Archiv.

1310. Novbr. 30. **224.**

Wulf von Borkow verkauft dem Kloster Neumünster seinen Anteil am Dorfe Bissee, in Brügge und Luderstorppe *und den Hof* Vilemkic.

Omnibus presencia visuris Wulff dictus borkowe Salutem in eo qui est omnium vera salus Acta modernorum idcirco vtiliter scripture roborantur testimonio, ne quod sepe fieri solet a posteris uel eciam modernis quandocunque maliciose valeat irritari Hinc est quod scire cupio tam presentes quam futuros quod de maturo amicorum meorum concilio et consensu villam bisticzee cum molendino eidem adiacente, totaliter et sine aliqua diminucione exceptis decem mansis domini marquardi de veldem et quandam porciunculam quam in eodem habet molendino et excepto altero dimidio manso cuius diuisionis vna pars cedit domino Johanni de wuluerstorpe et altera detleuo progghewiisch Item omnia que in villa brugge et in villa luderstorppe tam in minimo quam in magno habui Item curiam que dicitur vilemkic cum omnibus suis attinenciis quemadmodum iure hereditario ad me noscitur deuoluta Hec omnia prenominata sicut in terminis certis et distinctis sita sunt, cum omni iure et vtilitate videlicet agris cultis et incultis areis iudiciis lignis pascuis stangnis aquis aquarumque decursibus piscacionibus et plane cum omni fructu nunc soluenti vel in posterum ex eis racione emende prouenienti ecclesie nouimonasterii iure empcionis titulo vendidi iure hereditario possidenda Itemque recognosco et sub testimonio amicorum meorum testificor et quorum nomina infra scripta sunt qui omnes vna mecum fide data pro

eodem stabunt ut eorum sigilla presenti scripto singillatim apposita protestantur, quod in ipsis bonis iudicium et ipsius proprietatem quanto prius et per quem modum hoc efficere potero dicte ecclesie a dominis terrarum debeo et ex iure teneor procurare Et quam diu hoc factum non fuerit ego wulff et heredes mei necnon et amici mei infra scripti, pro conseruacione dicti iudicii ad vtilitatem iam dicte ecclesie in omnibus stabimus quousque poterit fine debito terminari Item si iam in dictis bonis et eorum terminis aliqua instancia siue impeticio. aliqua vexacio uel alienacio a quibusdam personis siue racione consanguinitatis mihi attinentibus siue alienis per formam iuris iam dicte ecclesie facta fuerit ad ista expedienda distinguenda et sedanda et ab omni vexacione sepedictam ecclesiam in hiis redimendam me vna cum amicis meis inscriptis[1]) prout ius terre dictauerit duxi presentibus obligandum Quod si ista iam sepedicte ecclesie ut placitata et conscripta sunt non conseruabuntur omnes qui de nomine in hac littera continentur ciuitatem kilonensem per fidem quam dedimus intraturi sumus nec inde exituri donec omnia memorate ecclesie fuerint restaurata. Nomina vero amicorum meorum mihi in hac parte assistencium et prelibatam ecclesiam in omnibus prenotatis mecum conseruancium hec sunt Dominus Hartwicus wulff Dominus Otto pogghewiisch Dominus bartoldus et dominus thetleuus frater suus de wynsine Dominus Marquardus et dominus Johannes dictus swiin Dominus Johannes de wuluerstorppe Dominus Albernus de prato Dominus Hinricus de wedele Dominus Johannes de oldendhorpe Dominus Marquardus de westenzee Doso block Tymmo block godschalcus westenzee thetleuus pogghewiisch wulff filius domini Marquardi lupi Johannes godowe et hildeleuus brocdhorpe Acta sunt hec in ciuitate kilonensi videlicet In domo fratrum minorum Anno domini M⁰. CCC⁰. X. In die beati Andree apostoli.

[1]) *l.:* infrascriptis.

Cop. Bordesh. fol. 28b. Westfalen II. 72. mit der Note: Sigillum Brocowiorum habet lupum.

1310. Decbr. 6. 225.

Heino Ritter von Stralendorf verkauft dem Kloster Cismar das Dorf Kristow in Mecklenburg für 200 Mark Wendischer Pf.

In nomine domini amen. vniuersis presencia uisuris, Heyno Miles dictus de Stralendorp in omnium saluatore salutem, Euanescit actio temporalis‖ nisi firmetur testibus et apicibus sigillatis. Hinc est quod ad noticiam singulorum tam presencium quam futurorum cupio deuenire, quod ac‖cedente consensu vxoris mee domine Reyneke ac filiorum meorum. videlicet. Heynonis. Hermanni. Nycolai. ac frederici. rite ac raciona‖biliter vendidi Domino abbati et conuentui in Cycemer ordinis sancti benedicti lubicensis dyocesis quatuor mansos sitos in uilla kritsow‖ quorum quilibet dabit eis singulis annis quatuor Marcas denariorum slauicalium cum agris suis cultis et incultis. aquis. pascuis. lignis.‖ et terminis actenus habitis et obtentis et cum omnibus suis attinencienciis cum iudicio usque ad sexaginta solidos et infra pro‖ ducentis marcis slauicalium denariorum michi et meis veris heredibus integraliter persolutis Ita quod abbas et conuentus‖ predictos mansos imperpetuum possideant, et de eis ordinent atque disponant quicquid ipsis vtilius uisum fuerit expedire. Ego uero‖ et mei heredes renunctiamus omni iuri quod nobis in eisdem mansis competebat uel competere potuit in futurum. Dominus uero‖ Magnopolensis

a quo predictos mansos in feodo tenuimus nostris precibus inclinatus necnon et ob memoriam sui ac heredum et|| progenitorum suorum de quorum clementia sepedicti fratres dictos mansos comparauerunt vendicionis supradicte contractum inter|| nos et abbatem ac suum conuentum habitum ratificauit et confirmauit prout in littera super hoc confecta plenius|| continetur. vt autem hec predicta omnia perpetuo rata et inconwlsa permaneant. nec ab aliquo heredum. vel|| amicorum meorum inmutari valeant vel infringi. Sigilli mei appensione et hermanni de modentim et benedicti de Ro||denbeke militum, et filii mei iunioris Heynonis et bertoldi preu armigerorum sigillis scripta presencia sunt munita. Testes[1]) huius rei sunt Johannes de cnus Rauen de wosten, vlricus de barnecow. Milites et alii quam plures fide digni, Datum|| anno domini M⁰, CCC⁰, decimo in die beati Nycolai.

[1]) *von andrer Hand.*

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel, vier Pergamentstreifen.

1310. Decbr. 7. **226.**

Johann und Lambert, Knappen, Gebrüder von Hummersbüttel, verkaufen der Kirche zu Sick eine Hufe daselbst für 70 Mark Hamb. Pf.

Omnibus presens scriptum uisuris et audituris. Jo. ac Lambertus famuli fratres dicti de hummersbutle recognoscimus quod nos uendidimus ecclesie in wlensik ad vsus plebani ibidem. presente domino nostro Comite gherardo et consenciente vnum mansum cum omni vtilitate. iure. terminis cultis et incultis, sicut dilectus pater noster pie memorie dominus. har. miles de hummersbotle in uilla sua wlensik aratro suo coluit et possedit. pro septuaginta marcis denariorum monete hamburgensis. tali addita condicione. quod ipsum mansum reemere possumus omni anno pro eadem pecunia. et hoc inter festum beati martini et purificacionis beate uirgiuis tunc sequentis. dummodo ipsam pecuniam inter festa prescripta. domino preposito hamburgensi uel eius officiali ac plebano in wlensik in presencia capituli hamburgensis numeremus. in alios redditus vtiles ad vsum dicti plebani qui pro tempore fuerit conuertendam. In qua quidem pecunia si defectus fuerit, idem plebanus eundem mansum per annum sequentem liberaliter obtinebit. Que singula et omnia per dominum wedele seniorem hinricum nostrum consanguineum et dominum rauen de hummersbotle nostrum patruelem tutores nostros vna nobiscum tractata sunt et terminata. Testes sunt. nobilis uir. dominus Gerardus comes prescriptus. Her. de hilligenstede. canonicus hamburgensis. Ghe. hoken miles. woldenbeke famulus et tutores nostri suprascripti. quorum sigilla cum sigillo patris nostri. domini her. prefati. quo vtimur cum proprio careamus. presentibus ad sufficiens testimonium sunt appensa. Datum hamborch. Anno domini M⁰. CCC⁰. X⁰. in crastino sancti Nicolai.

Lib. cop. cap. fol. 131a im Hamb. Archiv.

1310. **227.**

Gerhard, Graf von Holstein und Schauenburg, beurkundet, daſs Johann von Beienfleth den Zehnten in Ripen für 110 Mark Hamb. Pf. der Hamburger Kirche verkauft hat.

Omnibus presens scriptum cernentibus Gherardus dei gracia Comes holtsacie et scowenborch salutem in domino. Nouerint vniuersi quod constitutus in presencia

nostra dominus Iohannes de beyenvlete. suo ac heredum suorum nomine. rite et racionabiliter vendidit ecclesie hamburgensi decimam in ripe. cum omnibus. libertate. proprietate et vsu. pro centum marcis denariorum hamburgensium. quos dominus bruno cantor ibidem. Ad usum dicte ecclesie integre persoluit. perpetuo possidendam. Nos vero vna cum heredibus nostris predicte vendicioni hamburgensi ecclesie facte ratihabicionem beniuolam adhibuimus et consensum. Quod sigilli nostri appensione publice protestamur. Datum hamborch anno domini. M⁰. CCC⁰. decimo.

Lib. cop. Cap. fol. 98 b im Hamb. Archiv. Das Original im Hamb. Archiv ist zur Hälfte zerstört.

1310. **228.**

Johann, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, überträgt den von Johann und Otto von Beienfleth der Hamburger Kirche verkauften Zehnten zu Ripen bei Krempe dieser letzteren zu vollem Eigenthum.

Nos Iohannes dei gracia Comes Holtsacie, stormarie et de Scowenborch, Omnibus‖ quibus presens scriptum exhibitum fuerit, salutem in domino sempiternam. Cum Iohannes et Otto‖ fratres dicti de Beyenvlithe, Milites, decimam suam in Rypen iuxta oppidum Crempe‖ situatam. XIIII. mesas auene. aut septem Marcas denariorum, annis singulis soluentem‖ ecclesie hamburgensi pro centum. et decem Marcis denariorum hamburgensium vendiderint quam‖ a nobis in feodo tenuerunt, Nos ad honorem dei ac beate virginis. et pro‖ salute animarum nostrarum de consensu heredum nostrorum feodum remittimus,‖ et proprietatem eiusdem decime dicte ecclesie damus et concedimus perpetuo possi‖dendam. In cuius rei testimonium presentem litteram nostri sigilli munimine fecimus‖ roborari. Datum, Anno domini M⁰. CCC⁰. X⁰.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel am Pergamentstreifen fragmentarisch. Archiv für Staats- und Kirchengeschichte Bd. V. S. 130.

1311. März 3. **229.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verbündet sich mit dem Bischof Gottfried von Minden zur Zerstörung der von Ritter Heinrich von Mönkhusen auf dem Laswerder *erbauten Burg* Lasborch.

Datum quinto nonas Martii Anno domini Millesimo tricentesimo undecimo.

Würdtwein, Nova subsidia IX. 138.

1311. April 4. **230.**

Gerhard, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, verkauft dem Kloster Harvstehude acht Hufen zu Jersbeck für 200 Mark Hamb. Pf.

Nos Gerardus dei gracia Comes holtzatie. stormarie et Scowenborch. Notum facimus tam presentibus quam futuris quod mediante consensu filii nostri Gherardi prepositi lubicensis. fideliumque nostrorum vendidimus. dominabus sanctimonialibus in valle virginum. Octo certos mansos sitos in villa yrekesbeke. pro ducentis marcis denariorum hamburgensium. cum omnibus vtilitatibus. pratis. pascuis. nemoribus. aquis. riuulis. agris cultis et incultis Iudicio maiori et minori. sicut ipsos possedimus iure hereditario in perpetuum possidendos. Hanc tamen

gratiam in hac nostra venditione nobis reliquerunt. quod nos aut nostri heredes. si libet dictos mansos pro ducentis marcis denariorum hamburgensium. reemere poterimus. infra viginti annos proximos subsequentes. Ita videlicet si eis dictam pecuniam in die beati martini presentauerimus expedite. In huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini, M⁰. CCC⁰. vndecimo. ambrosii confessoris.

Cop. Harvsteh. fol. 18 b im Hamb. Archiv.

1311. April 26. 231.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, und Gräfin Helene, seine Gemahlin, schenken der Kirche zu Obernkirchen eine Hufe zu Oldendorf, welche bisher die von Dhoren zu Lehen hatte. — „Propter lubricitatem."

Datum et actum anno Domini M⁰. CCC⁰ vndecimo, in crastino Marci Ewangeliste.

Wippermann, Regesta Schauenburgensia 288. Urkundenbuch des Stifts Obernkirchen 127 s. 126.

1311. Mai 6. 232.

Gerhard, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, gestattet der Stadt Krempe Selbsthülfe gegen die dort eingerissene Rechtsunsicherheit.

Nos Gherardus dei gracia Comes Holtzacie Stormarie et Schowenborch omnibus presencia visuris et audituris Salutem. Cum autem in nostro opido paludensi scilicet Crempa sediciones et violencie plurime et intolerabiles oriuntur, ita quod quidam vulnerantur quidam interficiantur, quidam spoliantur, quidam raptum et huiusmodi causas criminales et violentias indifferenter perpetrantes crimine vero perpetrato ex fragilitate iudicii videlicet nostrorum aduocatorum et consulum dicti opidi discedunt violenta manu sepius et subsidio cognatorum; vnde dicto opido ius ciuile confirmando concedimus annuentes, vt si quis ciuium vel rurensium reum in dictis criminalibus comprehenderit ledendo vel vulnerando afflixerit in nos et in nostrum oppidum iam dictum peccasse hunc et in nullo volumus penitus deliquisse dummodo nostros famulos et dictos consules adiuuet fideliter et defendat. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri appensione ducimus roborari. Datum Hamenborch anno ab incarnatione domini M⁰. CCC⁰. XI. in die beati Iohannis ante portam latinam. Testes huius rei sunt Hinricus de Wedele et Siffridus de Gycowe milites.

Copie im Archiv der Stadt Wilster auf Papier des Transsumpts vom Jahre 1363 November 7. Corpus constit. Holsat. III. S. 277. Zeitschrift der Gesellschaft VIII. Repertorien S. 54.

1311. Mai 16. 233.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem Kloster Barsinghausen zwei Hufen in Bronerdessen, *deren Eigenthum ihm zustand:* ex parte ducis Saxonie.

Datum aldendorpe anno domini M CCC vndecimo presentibus domino Iohanne buschen milite, rotgero sacerdote capellano in Scowenborch et Godone de vningge

famulo tunc temporis aduocato. et aliis fide dignis. die dominica ante ascensionem domini.

v. Hodenberg: Calenb. U. B. I. (Kloster Barsinghausen) Nr. 117 s. 123.

1311. Juli 9. **234.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, und Nikolaus, Graf von Schwerin, schliefsen einen Frieden auf drei Jahre und einigen sich über das Schlofs Redewin, *gegenseitigen Rechtsschutz und gegenseitige Hülfe.*

Ericus dei gracia dux Saxonie Angarie et westfalie et Nicolaus eadem gracia Comes zwerinensis vniuersis presens scriptum‖ visuris seu audituris salutem in domino Super discordiis et controuersiis omnibus inter nos dudum habitis amicabilis composicio interuenit‖ Ita uidelicet quod ab hinc vsque ad festum michaelis post tres annos continue computandos non erimus inimici. Super castro Redevin‖ placitauimus in hunc modum. quod infra ebdomadam. a dato presencium numerandam, medietas eiusdem castri representabitur nobis du‖ci Erico aut nostris officialibus adhoc missis cum omnibus iuribus et attinenciis suis sicut olim dictum Castrum pacifice dinoscimur pos‖sedisse. Super hoc nos cum Comite predicto cum nostris militibus hinc et inde compromisimus data fide ne quis nostrum alterum in pace sua circum‖ueniat vel defraudet. verum quod super occisione famuli dicti Roweder et super captiuitate hinrici militis de Crummesse nos Ericus‖ sepedictum Comitem graui suspicione culpauimus. pro expurgatione suspicionis huiusmodi idem Comes procurabit viribus quibus potest‖ vt infra hinc et festum Michaelis proximum a malefactoribus quos de occisione. et captiuitate predictis suspectos habuimus et habemus emendam‖ aut equitatem consequamur que nostris vasallis hinc et inde videbitur vtrobique racionabilis et condigna. Quod si dictus Comes efficere non po‖tuerit infra tempus memoratum, extunc nobis prestabit auxilium cum triginta dextrariis phaleratis sub expensis nostris contra forefacto‖res predictos si vindictam exercere voluerimus in eosdem Id ipsum eidem Comiti faciemus vice uersa sub expensis suis si infra metas territorii‖ sui nostrum auxilium sibi fuerit oportunum. Quicumque nostrum ad se alterum pro adiutorio duxerit euocandum eidem providere tenebit in ex‖pensis. Rapinas vero et depactationes tollet is ad quem onus pertinet expensarum. Captiui autem diuidentur secundum numerum armatorum‖ Super dampnis siue fuit in equis siue captiuis aut aliis quibuscumque, quiuis nostrum suis tenebitur respondere. Si uero Castrum aut‖ municio per quemquam nostrum capta fuerit cum alius adiutorio, Is illud incuius territorio situm fuerit obtinebit. Denique si quisquam principum‖ aut dominorum hiis quos de occisione et captiuitate predictis suspectos habemus. prestare voluerit auxilium aut iuuamen vnus‖ nostrum alterum toto suo posse iuuabit. Sex principibus et dominis duntaxat exclusis. quorum nos Ericus dux. tres excipimus videlicet‖ ducem Lvneburgensem. dominum Hinricum. Magnopolensem et Comitem Gher[ardum] holtsatie. et nos Nicolaus Comes Zwerinensis similiter tres ex‖cipimus videlicet. dominum hinricum wold[emarum] Marchionem Branden. et ducem Jucie. et principem Ruyanorum. contra quos vnus nostrum alteri‖ in nullo casu prestabit auxilium aut fauorem. vnio autem et conspiratio seu adiutorium inter nos alterutrum exhibendum in‖stabit in festo Michaelis proximo affuturo. et durabit vsque in festum Michaelis continue ad tres annos. ad obseruantiam premis‖sorum Nos Ericus dux Saxonie cum militibus nostris walrauen de Crummesse. Conrado et

hinrico wackerbard et nos Nicolaus‖ Comes Zwerinensis vna cum filio nostro domino Guncelino. et Sprengel. et hinrico. et Gheuehardo de aderstede militibus‖ fidem prestitimus manualem In quorum omnium et singulorum testimonium. presens scriptum Sigillis nostris duximus roborandum‖ Datum anno domini M. CCC⁰. XI⁰. In Crastino kyliani et sociorum eius.

In dorso *(s. 15.)*: Eyne fruntlike voreninge van des sclotes Radowen twischen den sassen heren vnde de mekelenb. heren vnde sick III. iare to samende vor bunden hebben XIII^c vnde XI.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Reitersiegel des Herzogs, das des Schweriners fragmentarisch. Sudendorf U. B. VII. 11.

1311. Aug. 6. **235.**

Hermann, Ritter von Wigersrode, und seine Söhne Albrecht und Heinrich beurkunden, dafs ihr Verwandter Luder von Bocholt unter Zustimmung des Abts von Reinfeld und zum Vorteil dieses Klosters von einem Marquard und seiner Ehefrau Adelheid eine Wiese und etliche Äcker im Oldesloer Gebiet am Bach Kuegene *für 30 Mark Pf. gekauft hat gegen die bisherige an das Kloster zu zahlende jährliche Rente von 2 Mark.*

Omnibus hoc scriptum cernentibus, hermannus miles dictus de Wigersrode, Albertus, et hinricus milites filii eius‖ ac ceteri heredes sui cognoscere ueritatem Nouerint vniuersi quod de bona voluntate nostra et consensu beniuolo frater‖ luderus de bocholt cognatus noster fauente domino . . Abbate emit ad vtilitatem conuentus in Reinevelde. a Marquardo‖ et vxore sua alheyde et veris heredibus eorum quoddam pratum et aliquos agros attinentes circa finem fluminis quod dicitur kuegene apud Trauenam in terminis Odeslo pro Triginta marcis denariorum sub hac forma, scilicet ut ipse‖ Marquardus et omnes qui prefata bona de consensu eorum in futurum sunt habendi, dent conuentui semper ante ascensionem‖ domini duarum marcarum redditus omni anno quod si tunc temporis non persoluerint procurator conuentus de licentia nostra atque‖ consensu et sine prohibitione aliquorum se libere intromittat et quicquid de bonis et de omnibus prouentibus eorundem ordina‖verit in ipsius maneat potestate. Datum Odeslo, anno domini. M⁰. CCC⁰. XI⁰. In die syxti. felicissimi et agapti. martirum.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegel am Pergamentstreifen. S. H. U. S. II. S. 576.

1311. Aug. 25. **236.**

Die Ritter Hermann von Hoyerstorpe, Detlef Wulf, Ludolf von Scharfenberg und Johann Lasbek, sowie die Knappen Heinrich Scharfenberg und Johann von Lütkensee bezeugen, dafs ihr Oheim, Heinrich von Hamme, Kustos der Hamburger Kirche, Friedrich Dannenberg, Domherr, und Werner, Vikar in Hamburg von den Grafen in Holstein die Vogtei in Grofsensee für 200 Mark Pf. gekauft haben.

Omnibus presencia visuris. Nos Hermannus de Hoyersdorpe. Thetleuus wlf. et Ludolfus de scarpenberghe et Iohannes dictus lasbeke‖ milites. Hinricus scarpenbergh. et Iohannes de Lutthekense famuli. Recognoscimus nobis satis notorium esse, dominum Hinricum de hamme custodem‖ ecclesie hamburgensis scilicet patruelem nostrum, et dominum fredericum dictum Dannenbergh Canonicum loci eiusdem et wernerum vicarium subscripta‖ iudicium siue ius in magno stagno a

nobilibus viris dominis nostris Comitibus holtsacie pro ducentis Marcis denariorum emptionis titulo‖ comparasse. Ita videlicet quod ad dictum iudicium persoluendum idem dictus hinricus Custos exposuit quadraginta Marcas denariorum tantum. que‖ ad custodiam pertinent, quas de orto hummulario a consulibus ad dicte Custodie receperat inrestaurum. alterius vero pecunie summam ad ydem‖ iudicium prenominatus dominus fredericus Dannenbergh centum Marcas denariorum solus erogauit, et predictus wernerus sexaginta‖ Marcas similiter dinoscitur erogasse, Ne igitur amicis sepedicti domini Custodis de hoc in posterum dubium aliquod oriatur.‖ In huius rei sufficiens testimonium sigilla nostra. qui sigillis vtimur. vna cum sigillo supradicti Custodis presentibus sunt appensa. Datum anno Domini. M⁰. CCC⁰. XI⁰. In crastino Bartholomei apostoli.

Original im Hamb. Archiv. Zwei Siegelfragmente, ein Siegelstreifen.

1311. Septbr. 6. 237.

Heinrich, Herr von Mecklenburg und Stargard, verpflichtet sich, dem König Erich von Dänemark die ihm als Königlichem Hauptmann anvertrauten Festen und Länder der Rostocker Herrschaft jederzeit auf Wunsch des Königs zurück zu geben.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Hinricus Dei gracia Dominus Magnopolensis et Stargardie salutem in domino sempiternam‖ Nouerint vniuersi quod recognoscimus in hiis scriptis Nos municiones et terras in dominio roztocsensi, magnifico principi‖ domino Erico regi dacie attinentes, quas nobis cum attinenciis suis omnibus et seruiciis de eisdem prouenientibus ad presens concessiue commiserat, ab eodem tamquam procuratorem suum et capitaneum suo nomine in eisdem concessiue tenere et nullius prorsus‖ pignoris aut alterius obligacionis alicuius causa seu titulo aut racione debitorum seu seruiciorum quorumcunque, promittentes bo‖na fide, quod eidem domino regi ipsas municiones et terras omnes cum attinenciis suis omnibus premissis, quandocumque per ipsum requisiti‖ fuerimus, debeamus restituere libere et sine contradictione et impedimento quibuslibet assignare Si uero quod absit eidem domino regi da‖cie aliquid contingat humaniter debeamus filio suo si optinuerit vel successori suo alii in regno, quicumque fuerit ipsas municiones‖ cum attinenciis suis premissis requisiti per ipsum similiter assignare, postquam nobis super hiis omnibus que nos pro ipso domino rege dacie‖ forte quod absit nobis fraude vel violencia subtrahantur quod eciam vir Nobilis Dominus Gherardus Comes Holtzacie‖ vna nobiscum similiter promiserat, bona fide promittimus insuper ordinare eidem domino regi dacie litteras dominorum. wizslai principis‖ ruyanorum Ottonis ducis stetinensis, wartzslai ducis slauorum et cassubie Ottonis ducis lunenborgensis iunioris et adolfi‖ comitis de schowenborgh infra festum michaelis proximum, quibus promittent, quod omnia premissa eidem domino regi dacie vel‖ successori ipsius, ex parte nostra inuiolabiliter obseruentur In cuius testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo Domini Gherardi Co‖mitis predicti presentibus sunt appensa. Datum Nokschogh Anno domini M⁰. CCC⁰. vndecimo feria secunda proxima ante nati‖uitatem beate virginis.

In dorso *(s. 15. in.)*: de terris et municionibus in domino Rozstokensi domino Regi aut suo successori in Regno restituendis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei Siegel am Pergamentstreifen fragmentarisch. M. U. B. V. 3484. Reg. Dan. 1748.

1311. Octbr. 9. 238.

Heinrich, Herr zu Mecklenburg und Stargard, schließt einen Soldvertrag mit Herzog Erich von Sachsen.

In nomine Domini amen. Nos Hinricus dei gracia Magnopolensis et Stargardie dominus Recognoscimus presen‖tibus publice protestando quod cum Domino nostro karissimo Domino Erico Duce Saxonie placitauimus et eidem‖ fide media promisimus. quod sibi seruire debebimus, cum quadraginta viris armatis, Dextrarios falle‖ratos habentibus contra omnes sibi inimicantes. Exceptis Domino Erico Danorum Rege. Domino‖ Woldemaro marchione Brandenburgensi. Domino Ottone Duce Lvneborgensi, Domino Johanne de wenden. et avnculis‖ nostris videlicet Gher[ardo] adolfo et Gher[ardo] holtzatie Comitibus sub hac forma, videlicet quod si ipsi‖ aliqua discordia ingrueret. illam ad quindenam nos prescire debere et si medio tempore viam‖ iuris. aut amicicie. sibi ordinare non possemus. tunc sibi sub suis expensis seruiemus et astabi‖mus. cum quadraginta armatis ut premissum est. quandocumque fuerimus requisiti; Dampna tamen particula‖ria seu vniuersalia nos portabimus. Lucra vero omnia. in captivis. in conflictibus. immu‖nitionibus capiendis. secum diuidemus equaliter secundum numerum vasallorum; In premissorum testi‖monium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum; Datum warnemunte. anno Domini M⁰.‖ CCC⁰ vndecimo, In die Dionisii et sociorum eius.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Ein Siegelstreifen. Sudendorf U. B. I. 134.

1311. Novbr. 11. 239.

Johann, Graf von Holstein, verkauft mit Zustimmung seiner Söhne, der Grafen Christoph und Adolf, dem Kloster Harvstehude eine Anzahl Renten aus der alten und neuen Mühle zu Hamburg.

Omnibus presenstia visuris. Iohannes dei gratia Comes holtsatie. salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi ad quos presens scriptum peruenerit. quod Nos de maturo consilio et pleno consensu filiorum nostrorum cristofori. et adolphi. vendidimus. . preposito. . et conuentui claustri in valle virginum. prope hamborgh. quatuor choros tritici. et duos choros siliginis. et quartam partem vnius chori siliginis. et redditus vnius talenti. in Nouo molendino nostro hamborgh. In antiquo vero molendino. tres choros siliginis et quartam partem vnius chori siliginis. et quinque marcarum redditus. In aduocatia Ciuitatis eiusdem. pro sexcentis Marcis denariorum hamburgensium. percipiendos singulis annis. in terminis consuetis sine contradictione qualibet expedite. Hoc adiecto quod eosdem redditus infra quinquennium proximum reemendi non habebimus facultatem. quo reuoluto in quolibet festo beati martini. cum nobis placuerit eosdem reemere poterimus pro pecunia memorata. Si autem dicti. . prepositus et claustrum in eisdem redditibus aliquem defectum habuerint in reemptione ipsorum bonorum restaurum eis plenarie facimus. ita quod de bonis eisdem Nos non intromittemus. quousque de defectu quem probare poterint. ipsis ad plenum fuerit satisfactum. Testes huius rei sunt. Dilectus patruus noster Adolphus Comes holtsacie. et in Scowenborgh. Dominus Iohannes prepositus. in segheberch. Iohannes Ryke miles. Iohannes de monte. Bertrammus Luscus. Consules hamburgenses. et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium presentem litteram eidem conuentui dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum hamborch. Anno domini M⁰. CCC⁰. XI. In die beati martini confessoris.

Cop. Harvsteh. fol. 10a im Hamb. Archiv.

1311. Novbr. 25. **240.**

Das Kapitel zu Ripen gestattet eine Kollekte für das heilige Land.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Capitulum Ripense salutem in domino. Noueritis quod coram‖ nobis constitutus. nobilis et discretus vir. dominus ffranciscus nicholai de tibertis‖ procurator fratrum de domo sancti Iohannis ierosolimitani ad colligendum‖ elemosinas in cunctis partibus vltramontanis intuitu indulgenciarum domini pape‖ ad subsidium terre sancte datas seu dandas. sicut in litteris sue procuracionis patet depu‖tatus. virum discretum alamannum fratrem de ordine et domo predicta. presentem et‖ consencientem procuratorem sub tota forma sue procurationis substituit. ad petendum et reci‖piendum suo et fratrum dominorum nomine. omnem pecuniam et alias res ob causam‖ supradictam. datas seu dandas. in dioecesi ripensi de regno dacie. promittens se‖ nomine quo supra de receptis et recipiendis. agendis et ordinandis. ratum et gratum‖ in perpetuum habiturum Actum et datum ripis anno domini M⁰. CCC⁰. XI⁰. in die beate ka‖terine virginis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegelfragment am Pergamentstreifen. Reg. Dan. 1752.

1311. Decbr. 6. **241.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet einen Vertrag der Provisoren des h. Geisthauses zu Hamburg mit dem Rat zu Crempe über einen Zehnten, dessen Höhe auf 21 Mark 5 Schilling festgestellt wird.

Nos Iohannes dei gracia Comes holtzacie et stormarie, Coram vniuersis presencia visuris seu audituris recognoscimus et publi‖ce profitemur. quod in nostra presencia constituti dilecti nostri viri honorabiles. . Consules ciuitatis nostre Hamburgensis. qui fuerint‖ eo tempore. prouisores domus sancti spiritus ibidem, ex parte vna, necnon. . consules. oppidi nostri in Crempa super de‖cima quadam avene. que wlgariter. Grunthure dicitur. Ad vsus domus predicte. Annis singulis exsoluenda. con‖cordauerunt amicabiliter inhunc modum, quod videlicet Consules opidi predicti scilicet Crempe pro predicta decima tutoribus‖ sepedicte domus in Hamburg qui pro tempore domui prefuerint aut eorum certis nunctiis. viginti et vnam. marcas cum‖ quinque solidis. denariorum legalium Anno quolibet in festis beati Martini sine contradictione aliqua in suo proprio opido‖ ministrabunt, Si vero ipso termino, assignato huius modi censum, soluere neglexerint, extunc. statim die proxima du‖plum persoluere sunt astricti, Quod autem nos concordie et placitis prescriptis voluntatem bonam. et assensum adhibueri‖mus presentibus protestamur, Ne autem succedente tempore super prehabitis inpedimentum aliquod subsequatur‖ presentem litteram iussu nostro scriptam. sigilli nostri munimine roboramus. Huius rei testes affuerant, Dominus Iohannes‖ Seghebergensis prepositus et dominus Hinricus prepositus Poretzensis cum pluribus aliis fide dignis, Actum et datum Segheberghe,‖ Anno domini M⁰. CCC⁰. vndecimo infesto beati Nicolai episcopi et confessoris.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen.

1311. **242.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem Klotser zu Estorf zwei Hufen in Heslingen.

Omnibus presens scriptum cernentibus Adolphus Dei gracia Comes Holtzacie et in Schauwenborch Salutem in domino Sempiternam Notum facimus uniuersis

quod ob reverenciam et honorem Dei omnipotentis et eius gloriose genetricis Virginis Marie de consensu et voluntate heredum nostrorum donauimus et concedimus per presentes Cenobio et conuentui Sanctimonialium in Esekestorpe proprietatem duorum mansorum in Heslinghe cum suis pertinenciis et attinenciis Quos quidem mansos Arnoldus de Afforde Miles et sui pueri ac heredes a nobis in pheodo tenuerant In cuius rei testimonium Sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini MCCC XI.

Aus Capauns Abschriften im Archiv zu Bückeburg.

[Vor 1312.] 243.

Die Bürger in Schleswig, Flensburg und Hadersleben (Sleswik, Flensburgh, Hathersløf) *verpflichten sich, dem Rate zu Greifswald* (Grypstwold) *für W[aldemar], Herzog von Jütland, 500 Mark Wendischer Pfennige zu Pfingsten 1319, 1320 und 1321 zu zahlen.* — „Recognoscimus."

Copie in Langebeks Diplomatarium im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Seidelin, Dipl. Flensb. I. 8. Reg. Dan. 985.*

1312. Jan. 3. 244.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schliefst ein Bündnis mit Junker Gerhard gegen seinen Bruder, den Grafen Gerhard.

We van godes ghe nadhen alf. eyn greve to holtsaten vnde to scowenborch. bekennet an dhessem breve vnde betvghet. dhat we vns bebvnden. vnde belovet hebbet. mit‖ iuncherren ghereken, van holsaten, vnser brodher sone, greuen hinrikes, dhat we to samene bliven sholen an allen saken, to teyn iaren. vnde dhat vnser iewe‖lich. dhem andheren helpen schal. binnen landes mit viftich orsen. to vnser beydher vromen vnde shaden. svnderlichen vmme de shelingghe. dhe‖ we hebbet mit vnsem brodher greuen gerharde van holtsaten. vmme dhat lant to stormeren, vnde vmme ander gvt swar it gheleghen is dhar‖ we recht to hebbet vnde wanne we dhit lant to stormeren vnde ander gvt dhar we recht to hebbet, vntworren hebbet, so shole we vnser twyger del to‖ samene leggen, vnde sholen dhat like delen na vnser beyder manne rade. wer aver, dhat we dhit mit vnsen mannen vntwerren nicht ne‖mochten, dhat we soldere be drochten, dhe ne shal vnser neyn ane dhen anderen winnen, men we sholen dhar vmme to samene komen vnde win‖nen se nach vnser beydhen rade to vnser beydhen vromen vnde shadhen. vorth mer so ne shal vnser neyn sich sonen binnen dhesser vorshre‖venen thit. he ne doth mit des anderen rade. Qvem it och binnen dhesser thit also, dhat we beydhe buten landes dheneden, also dhat vnser‖ eneme wedher dhem anderen boerede to liggende. dhat ne shal neyn shadhe wesen vnser bebindingge binnen landes. In desser bebindingge‖ hevet vnse vorsprokene brodher sone gerhart. bedeghedingget vnse vedderen van dhem kyle cristofore vnde alue dhat se dhar binnen wesen mo‖ghen ofse willen, willet se auer nicht, so ne hevet se sich nicht. binnen dher thit de ere vorbindingge vnde sin steyt, vppe se mit vns nicht vorbvn‖den. vppe dhat dhesse vorbindingge stede vnde vast blive, so hebbe we vnsem brodher sone gerharde dhesse breve ghe gheuen. vnde hebbet eme antrvwen dhar to gheloved, mit teynen vnser riddere vnde knechte. dher namen hir an sint ghe shreven. vnde vnde de ir inghesegheIe mit vns to dhessem breve to eyner betvghingge hebbet ghehanggen — dhit sint der lovere namen. her bertram kvle. her

reymar van wedele. her iohan dhe‖ rike. johan stake. hasse van wedele. marquart stake.

Desse bref is ghegheven. na godes bort dhvsent iar. drehundert iar in dhem tweleftem iare, dhes manendaghes na nygeniares daghe In ‖ der stat to rendesborch.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. In einem Einschnitt der Plica hat ein Siegelstreifen gesessen, da das Pergament dort weifser und weniger rauh ist.

1312. Jan. 7. **245.**

Bundo Littlæ *verschötet dem Kloster* de loco dei *auf dem Thing der* Lugumherrit $3^3/_4$ *alte Mark Landes in* Lögtwed marck, *welche sein Bruder* Ivar *von* Tuko Kiær *für 25 Mark gekauft hatte.* — „Vniuersis."

Datum anno domini MCCCXII. in crastino Epiphanie.

Reg. Dan. 1755.

1312. Jan. 20. **246.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, schenkt dem Kloster Scharmbek vier Hufen im Gebiet von Artlenburg.

Ericus dei gracia dux saxonie. angarie. et westphalie. Omnibus cristi fidelibus in perpetuum. Notum‖ sit presentibus et futuris. quod nos. pro salute anime nostre. nostrorumque progenitorum felicis recor‖dationis. illustrium. donauimus monasterio siue claustro in scerembeke. proprietatem qua‖tuor mansorum quos dictum monasterium habet in terminis agrorum uille erteneborgh. et quicquid in dictis quatuor mansis iuris habuimus. dicto monasterio libere et perpetuo legauimus‖ in hiis scriptis. In cuius nostre donationis sev legationis testimonium. sigilli nostri mu‖nimine presentia roboramus. Datum Lowenborg. Anno domini. M⁰. CCC⁰. XII. In die sanctorum fabiani et sebastiani.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Reitersiegel des Herzogs am Pergamentstreifen.

1312. Febr. 12. **247.**

Die Brüder Marquard, Johann und Heinrich Staken verkaufen ihren Zehnten in Ohlsdorf an die Hamburger Kirche.

Nos Marquardus. Iohannes et Hinricus fratres dicti Staken. recognoscimus tenore‖ presencium firmiter[1]) protestantes quod de maturo consilio amicorum nostrorum, Decimam‖ nostram in Osleuesdorp soluentem in odingo annis singulis decem et octo‖ modios siliginis et quatuordecim Modios auene cum omni iure et vtilitate qua‖ eam possedimus vendidimus Ecclesie Hamburgensi pro septuaginta[2]) Marcis denariorum‖ Hamburgensium nobis datis et integraliter persolutis, quiete et pacifice possidendam,‖ In cuius rei testimonium et certitudinem pleniorem sigilla Militum videlicet‖ domini. Hinrici senioris de Wedele, et domini Hinrici iunioris de Wedele,[3]) vna cum‖ sigillo nostro presentibus sunt appensa. Testes sunt Dominus Iohannes Ryke[4]) miles‖ et Hinricus dictus kowt[5]) famulus et alii fide digni. Datum et actum Hamborgh‖ anno domini. M⁰. CCC⁰. duodecimo. dominica qua cantatur Inuocauit.

[1]) *fehlt in 2.* [2]) *2:* octoginta. [3]) *2:* sigilla domini hinrici de wedele militis, ac Iohannis dicti mildehouet. [4]) *2 setzt hinzu:* dictus. [5]) *2:* kowt.

Original im Hamb. Archiv in zwei Ausfertigungen, 1) mit drei Pergamentstreifen, 2) mit zwei Siegelstreifen und einem Siegelfragment.

1312. Febr. 19. 248.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, beurkundet, daſs die Gebrüder Staken ihren Zehnten in Ohlsdorf der Hamburger Kirche verkauft haben.

Nos Adolfus dei gracia comes holtsacie et in scowenborch. omnibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit. salutem in domino sempiternam. Cum marquardus et Iohannes et Hinricus fratres dicti staken famuli decimam suam in uilla osleuestorpe sitam. soluentem annis singulis in odingo XVIII modios siliginis et XIIII. modios auene. ecclesie hamburgensi vendiderint. quam a nobis in pheodo tenuerunt. Nos ad honorem dei et beate virginis. ac pro salute animarum nostrarum de consensu heredum nostrorum. feudum remittimus et proprietatem eiusdem decime dicte ecclesie damus et concedimus perpetuo possidendum. In cuius rei testimonium presentem litteram sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum hamborch anno domini M⁰. CCC⁰. XII. dominica qua cantatur reminiscere.

Lib. cop. cap. fol. 118a im Hamb. Archiv.

1312. März 12. 249.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, und seine Söhne Christof und Adolf verkaufen dem Hamburger Kapitel ihren Zehnten aus dem Dorfe Sommerland und im Cremper Moor.

In nomine domini amen. Iohannes dei gracia Comes holtsacie et stormarie. necnon cristoforus et adolfus eius filii. vniuersis presencia uisuris uel audituris salutem cum noticia ueritatis. Propter hominum labilem memoriam expedit acta que fiunt in tempore voce testium et scripti patrocinio perhennari. Idcirco ad noticiam tam presencium quam futurorum cupimus lucide peruenire. nos de consensu nostro vnanimi. ac consilio nostrorum fidelium vasallorum. hermanno de hilghenstede. necnon Iohanni notario filio bertrammi. canonicis ecclesie hamburgensis. atque Nicolao filio volcekonis de ponte molendini. perpetuo uicario dicte ecclesie dimisisse. resignasse et uendidisse pro legitimo precio quod ab ipsis recepimus in pecunia numerata. decimas nostras tocius ville dicte Somerland site in parrochia suderowe et in palude crimpen. Pro quibus quidem decimis. annis singulis temporibus ad hoc statutis. dantur quadraginta marce denariorum hamburgensium racione census perpetui. quod odingh dicitur. iure hereditario ac uigore proprietario libere absque vllo impedimento perpetuo possidendas. Is vero census medius dabitur in festo walburgis uirginis. et medius in festo Jacobi proximo subsequente. Damus eciam predictis Hermanno. Iohanni et Nicolao. omnem libertatem proprietatem. usufructum vtilitatem ac iusticiam. quas nos in eisdem decimis hactenus habuimus. et in ipsos earundem decimarum proprietatem que egendum dicitur. similiter et omne ius. quod nobis et nostris successoribus competit. et in futurum quomodolibet competere poterit in totum et integraliter transferentes. Insuper adicimus. ut predicti diuisim uel coniunctim in parte uel in toto, has decimas et earundem decimarum redditus licite uendere donare dimittere seu obligare poterunt. pro omni sua utilitate et voluntate cuicumque uel quibuscumque eis visum fuerit expedire. eciam ecclesiis personis ecclesiasticis siue secularibus. iure et proprietate superius annotata. Preterea hec proprietas ac libertas apud quemlibet uel quoslibet. harum decimarum. ac reddituum earundem possessores. perpetuo permanebit. Quibus eciam presens scriptum in omnibus articulis volumus suffragari. nec a nobis et nostris successoribus alio scripto indigent super isto.

Harum eciam decimarum seu reddituum earundem medietas ad nicolaum prefatum, et quarta pars ad hermannum et alia quarta pars ad iohannem predictos dinoscitur pertinere. Testes huius rei sunt. Bruno cantor ecclesie hamburgensis. Hollericus de wesenberghe miles. Marquardus aduocatus dictus de horst. Marquardus kattescroch Iohannes de monte. alardus vnuerverdhe. Ludolfus filius volcekonis cum pluribus aliis fide dignis. Insuper in predictorum testimonium et signum perpetuum presentem litteram sigillorum nostrorum munimine roboramus. Actum et datum Anno domini. M°. CCC°. duodecimo. In dominica Judica me dominus.

Lib. cop. cap. fol. 105b im Hamb. Archiv. Staphorst, Hamb. Kirchengeschichte I. 2. S. 233.

1312. April 20. 250.

Adolf, Graf zu Holstein und Schauenburg, stiftet eine Kapelle zu Bischopperode.

Nos Adolfus Dei gratia Comes Holtsacie et in Schowenburgh. Omnibus ad quos peruenerit presens scriptum Salutem et memoriam rei geste. Notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris quod pro remedio anime nostre et pro salute animarum parentum nostrorum defunctorum cum consensu omnium heredum nostrorum et libera uoluntate in villa Bysschopingherode capellam pro celebrandis in ipsa iugiter ad honorem et gloriam omnipotentis Dei diuinis officiis Reuerendi in Christo patris ac Domini Godefridi Mindensis Ecclesie Episcopi prout decuit assensu benigno amicabiliter requisito fundandam duximus suffragante nobis clemencia Jhesu Christi honorabili viro Archydyacono loci cum plebano ecclesie in Prouesteshagen in cuius parrochia prefata capella construitur nostrum affectum deuocius intuente predicte fundacionis fauorabilius acquiescunt Nos uero dicte capelle prouidere de Rectore ydoneo sollicite affectantes Gyselbertum Presbiterum Sciencia et moribus commendatum ad regimen dicte Capelle duximus presentandum petentes sibi de in vestitura ipsius per Suum prelatum canonice prouideri. Ad supportandos autem prefate capelle labores anxios et onera benignius sustinenda iam dictam capellam quam gracia speciali prosequimur et fauore dotare decreuimus assignantes ei quinque mansos perpetue possidendos vnum situm prope villam Bysschopingherode Secundum in Wychmerestorpe Tercium in Linthorst Quartum in Reynessen Quintum situm vppeme statvelde quem Gyselbertus rector capelle predicte et Ertmode vidua mater sua sibi emptionis precio comparabant, hunc uoluntate vnanimi et consensu dicte capelle legare cupientes Ac pro consolationis memoria animarum suarum liberaliter assignare ut post amborum vite obitum cum omni iure quo eum possident in presenti ad Successorem capelle Superius nominate possidendus perpetuo deuoluatur Quinque itaque mansos pretaxatos videlicet in Bysschopingherode in Wychmerstorpe in Linthorst in Reynessen. et mansum vpmestatvelde ad persoluendam decimam teneri nolumus quomodolibet uel astringi. dantes eisdem firmam ac solidam libertatem cum omni iure quod eos contingit in pratis pascuis et in siluis cultis similiter et incultis et ab omni impedimento proprietatis aduocationis decimationis et exactionis penitus uolumus liberos eos esse. et hanc libertatem perpetuis temporibus duraturam. Ut autem prouidencia et regimen predicti Sacerdotis digno retributionis munere consoletur volumus vt per unius anni terminum immediate sequentem post eius obitum uniuersi dicte capelle redditus et prouentus pro suis debitis persoluendis sepedicto Gyselberto presbitero remaneant integraliter et succedant In cuius rei testimonium nostrum

sigillum presentibus duximus apponendum. Datum Schowenburgh anno domini M°. CCC°. XII. feria V^a post dominicam Iubilate.

Nach Capauns Abschrift im Archiv zu Bückeburg. Regest in Wippermann, Regesta Schauenburgensia 291.

1312. Mai 7. **251.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verpflichtet sich, dem Bischof Gottfried und dem Kapitel zu Minden gegen die Zahlung von 90 Mark Silbers das ihm von Gripho, Bürger zu Grevenalveshagen, für dieselbe Summe verpfändete Sechstel des Hagens Nortsele *zu übergeben.*

Datum in Indagine Anno Domini Millesimo tricentesimo duodecimo in crastino Johannis ante portam latinam.

Würdtwein, Nova subsidia IX. S. 139. Wippermann, Regesta Schauenburgensia 292.

1312. Juli 7. **252.**

Erich, Herzog von Sachsen, Gerhard, Graf von Holstein, Wizlaw, Fürst von Rügen, Nikolaus, Graf von Schwerin, Gerhard, Graf von Hoia, Heinrich, Graf von Schwerin, und Heinrich, Herr von Mecklenburg, beurkunden, dafs König Erich von Dänemark zu Warnemünde den Herzog Erich mit dem Herzogthum Südjütland als Fahnenlehen belehnt hat.

Forma collationis antiqua qua vsi sunt reges Daniae ad Conferendum ducatus regni suis Vasallis.

Omnibus praesens scriptum cernentibus Ericus dux Saxoniae, Gerhardus Comes Holsatiae, Vislaus princeps Ruianorum, Nicolaus Comes de Suerin, Gerhardus comes de Hoia, Henricus comes de Suerin, et Henricus dominus Magnopolensis dei gratia, salutem in domino sempiternam.

Noverint vniuersi, quod anno Domini M CCC XII feria sexta proxima post octauam beatorum apostolorum Petri et Pauli, apud portum Vernemundae magnificus princeps Dominus noster, Dominus Ericus Dei gratia Danorum Sclauorumque rex, nobis praesentibus et audientibus et aliis pluribus fide dignis nobili principi Domicello Erico, filio Domini Valdemari, Clarae memoriae quondam ducis Sunder Jutiae, dimisit et assignauit ducatu Sunder Jutiae cum vexillo, eo modo et iure, quibus progenitores dicti Domicelli duces Sunder Jutiae a progenitoribus praedicti domini regis, regibus Danorum illustribus, ante dictum ducatum, hactenus tenuerunt, facto sibi ab eodem domicello homagio, et fidelitatis praestito iuramento, exceptis et retentis domino nostro regi praedicto et specialiter reservatis, bonis Coronae regni Daniae et omnibus aliis bonis et reditibus, quae et quos cum apertis literis seu publicis instrumentis Dominorum, principum, Episcoporum et nobilium quorundam, regni Daniae sub ipsorum sigillis confectis, idem dominus noster rex sibi probare poterit attinere. In cuius rei testimonium etc.

Aus Nr. 2899 4° der alten königl. Sammlung der königl. Bibliothek zu Kopenhagen (von Scanings Hand: ex vetustissimo codice*). s. Meckl. U. B. V. 3545—3547.*

1312. Aug. 20. **253.**

Erich (Menved), König der Dänen und Wenden, gewährt der Stadt Hamburg freies Geleit in Dänemark.

E. dei gracia danorum sclauorumque Rex. Omnibus presens scriptum cernentibus, salutem in domino sempiternam, Noue‖rint vniuersi, nos viris discretis Exhibitoribus presencium Consulibus et ciuibus in Hamborch securum dedisse‖ conductum, et plenam securitatem, ad partes Regni nostri, quocumque locorum voluerint accedendi, ibi‖dem standi, et mercimonia sua libere exercendi, Rogantes omnes et singulos aliquid facere vel omit‖tere volentes causa nostri, ad quos Eosdem, vel aliquem de ipsis declinare contingat, vt ipsos pro‖moueant in omnibus causa nostri, dummodo predicti consules et ciues bona, que partibus nostris detu-‖lerint ad partes emulorum nostrorum in alemannia non deducant et Eisdem non adhereant quoquo‖modo, In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud portum‖ wernemynne, Anno domini Millesimo trecentesimo duodecimo dominica proxima infra octauam as‖sumpcionis beate virginis in presencia nostra.

Original im Hamb. Archiv. Siegel beiliegend. Sartorius-Lappenberg II. 262. Hans. U. B. II. 218. Reg. Dan. 1759.

1312. Octbr. 14. **254.**

Das Kapitel zu Hamburg bestätigt den Verkauf des Zehnten zu Beke *(Bekhof) seitens des Klosters Itzehoe an Johann von Distorp.*

Nos capitulum Ecclesie hamburgensis recognoscimus tenore presencium‖ publice protestantes quod emptionem decime apud Beke situatam‖ in parochia hillegenstede a domino Conrado preposito in Etzeho ex‖ parte sui conuentus cum domino Iohanne de Distorp factam ratam tenemus‖ atque gratam et perpetuo duraturam quam idem dominus Johannes recog‖noscit sibi nomine ecclesie esse totaliter persolutam, In cuius rei‖ testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, datum‖ hamborch Anno domini. M°. CCC°. duodecimo in die beati kalixti pape.

Original im Archiv des Klosters Itzehoe. Ein Siegel am Siegelstreifen. Zeitschrift Bd. VIII. Repertorien S. 3 Nr. 13.

1312. Novbr. 11. **255.**

Marquard, Bischof von Ratzeburg, und das Domkapitel daselbst verkaufen dem Kloster Reinbek drei Hufen in Huncinghedorp und zwei Hufen mit dem Zehnten des gesamten Dorfes Wentorf.

Marquardus Dei gratia Episcopus, Iohannes prepositus, Iohannes Prior totumque Capitulum Raceborgensis Ecclesie, Omnibus ad quos peruenerit presens scriptum, salutem in Domino sempiternam; Quae geruntur in tempore ne simul labantur cum tempore, Ea solent scripturarum testimonio perhennari. Notum igitur esse cupimus tam presentibus quam futuris, nos de maturo consilio unanimique consensu, tres mansos in villa Huncinghedorp ad Ecclesiam Bergherdorpe dudum pertinentes, Insuper Decimam totius Villae Wenedorp cum duobus mansis ibidem sitis etiam ad eandem Ecclesiam pertinentibus Sanctimonialibus in Reynebeke vendidisse cum lignis, pratis, Paschuis, Aquis aquarumque decursibus, viis et Inviis, agris cultis et incultis, cum omnibus attinentiis, cum dimensione terminorum prout distincti et disterminati sunt, et certis limitibus circumscripti, perpetuo possidendum. Si vero praedictum Coenobium Reynebeke et ibidem sanctimoniales ab aliquibus personis, Clericis vel Laicis, super hac nostra Venditione ratione dictorum bonorum

alienatorum ab Ecclesia supradicta preiudicium passae fuerint vel gravamen, nos huiusmodi obstacula iure spirituali debemus et volumus remouere. Testes sunt Domini Hermannus de Hilghenstede, Magister Pelegrinus et Leo Canonici Hamborgenses necnon Iohannes de Monte, Bertrammus de Distorpe, et Conradus de Holdenstede Consules Hamborgenses et alii quam plures Clerici et Laici fide digni. In huius igitur facti evidentiam pleniorem presens scriptum nostris sigillis duximus muniendum, Datum et actum Raceborg Anno Domini. M⁰. CCC⁰. XII die Beati Martini episcopi.

Zwei Kopien im Staatsarchiv zu Schleswig, die eine mit der Jahreszahl: 1314.

1312. Novbr. 23. 256.

Erich, Herzog von Jütland, entscheidet einen Grenzstreit über die Besitzungen des einst zu Guldholm belegenen Klosters Rus regium *zu Gunsten und nach dem Antrag des Bischofs von Schleswig.*

Ericus dei gracia Dux Jucie Struxtorpherde Inhabitantibus Salutem et graciam Quoniam secundum statuta libri legalis quando possessores duorum camporum discordant super terminis eorundem qui markskiæl dicuntur et ita sit contingens quod Illi qui morantur in vna villa emerant in altera aliquas terras ad stuff prope markskal sitas super quibus pars opposita vult adducere veridicos ad iurandum tunc debent illi qui emerant venire ad eorum withermaalsthingh hoc est proximo placito antequam veridici debent Iurare vel rex markskæl equitare et protestari markskæl esse in debito loco et nichilominus impetere eorum stuff querela hoc est kallæ a stuff et si tunc defenderint illud stuff suorum iuramento cognatorum antequam veridici iurauerint tenebunt illud quamuis markskæl huretur de loco dummodo sit circumdatum lapidibus vel fossatis. Cum igitur magister Grumo procurator domini Episcopi Sleswicensis quando calle truglssøn adduxit veridicos ad discernendum inter iistedmark et farnstethmark ad eorum withermalsthingh venit ad placitum et protestatus fuit markskæl esse in debito loco et impetebat omnes terras quas monachi in rureregio circumfoderunt et in eorum possessione centum viginti annis et vltra habuerunt pacifica et quieta quod etiam documenta doceant papalia regalia et pontificalia a gritta vsque ad krele[1]) holebøk et sic deinceps per omnia fossata illa que currunt super guldholm mosa ad flebek et vsque predictas terras omnes et singulas adhuc fossatas sic signatas antequam veridici discernebant suorum domino Episcopo defendebat iuramento cognatorum Nos iuramento cognatorum dicti magistri gumonis ratificantes in hac parte adiudicauimus dicto domino Episcopo terras supradictas Inhibentes ne quis dictum dominum Episcopum vel quemquam de familia sua in curia guldholm residentem de dictis terris inposterum presumat aliquatenus molestare Datum gottorp in presencia nostra anno domini M⁰CCC⁰ duodecimo in festo beati clementis pape et martiris.

[1]) *Am Rand und auf der Plica steht:* biclo holebek.

Nach einem Transsumpt König Christian I. vom Jahre 1463 Mai 8 (Cantate) *im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Reg. Dan. 1767.*

1312. Novbr. 24. 257.

Angeblicher Vertrag der Herzöge Erich des ältern, Erich des jüngern und Albrecht von Niedersachsen, Engern und Westfalen mit ihren Vettern, den Herzögen Rudolf, Albrecht und Wenzel von Obersachsen, über das Herzogtum Lauenburg.

In gades nhamen Amen Wii Erick de Oldere Erick de Junghere vnde Albrecht van gadesgnaden Hertogen In nedderen Sassen To Engeren vnde westualen etc. Bekennen|| vnde betughen apenbare vor alszweme De dessen breff zeen edder horen lesen Dat wy na rade willen vnde vulborde vnser leuen vedderen heren Rodolphe Albrecht vnde|| wenthsclaue Hertogen In oueren sassen Ok myd rade vnde vulborde alle vnser grauen prelaten Reden mannen vnde Steden vnns hebben vordraghen vnde eyne|| Jewelke herschop gesunderget vnde entwey van ander ge settet vnde na lude vnde Inneholde des vordrages dar auer begrepen vnde besegelt van vnns allen Hertogen|| to Sassen Dat eyn Jewelick wete syne vpkaminghe vnde boringe Dar ynne denne benomet steyt van vnser hovethborch louenborch In nedderen Sassen myd den tho||behoringen belegen vnde eyn Iewelick sin gerichte gebede vnde herschop wete so dar suluest Inne benomet is gebruken mogen Darumme to valen tiiden[1]) vnnse vedderen|| vnde wii kiffachtich tweluftich vnde schelaftich ge wesen synt vmme vnde dorch sulkes toruormidende vppe dat siik eyn yderman an vnseme grame vnwillen vnde twedracht|| nicht enfrouwe noch enspeylige vnde vnser des to furder legenheyt nicht enkonnen vnser lande vnde lude to kamender tiid nicht vorlustich werden So doch vaken vnde|| vele dar na gestan is gewesen vnde noch wol al den dach beschen mach So synth wii doch eyn drachtliken ouer eyn gekomen Wanner dar ienich vpsathe hemelick|| handel effte andere vorsathe tiegen vnse ouerste slod louenborch irrese effte entstunde watterleye dat by qweme van stund, Schole wii louenborch alle entsetten myt|| aller macht to vote vnde perden vnde wat wii van heren vnde frunden Dar tho theen konden to gelikem deyle Qweme ok dat god nicht enwille Dat vnser welken wes|| van borghen aff gewunnen worde Dar schole wii alle to helpen Raden vnde Daden Dat bii de hand vnde herschop wedder tho bringende Vnde besunderen Dat beslaten land|| manck allen hersschoppen vagedien, gerichten vnde herlicheyden Dat genomet vnde geheten is Dat land to Sadelbender Dat siick anheuet vor der lanthwere to lubeke|| vppe jenne halue to krummesse vppe desse syd des waters na der trauen Dat syck menghet myt der greueschop to Stormern vnde vort twisschen der trauen vnde all bilan||ghes dale vor Olde mollen Bredefelde vnde horgenbeke vnde vort grenset vnde roret vppe de billen vnde siick bredet vnde wendet bet an de voghedie to lowenborch twischen|| allen anderen vogedien Ouer wath eynes iewelicken erue is Dat sin de vnnsen vnde vnnser menne Riike vnde arm scholen alle houeden van der lanthscop Sadelbende|| vnde erfflicken blyuen by vnnser houetborch to louenborch Vnde alle gerichte heten lanthdinck ore recht scholen halen vnde gan So se van older gewanheyt gedan hebben Wii|| willen ok dat dat land to Sadelbenden to ewighen tiiden nummermher wore anders henne bringhen noch an ders wor vorscriuen Men dar bii vnnser houethborch laten|| alse louenborch So dat van vnnsen zeligen olderen vnde vedderen beth an vnnsz is ge eruet Weret dat van vnsz welk effte van vnsen eruen tokomender tiit wolden|| effte mochten seggen dar dat gud tho landinghe ghynghe Dar schole de here ouerhersschoppen wath dar Inne moge bescheen schal gantz vnmechtich vnde vor nichtet wesen|| Men sick houeden vnde richten na der adelen houethborch to louenborch Weret ok dat wii Insampt effte eyn Jewelick besunderen In natyden effte welke vnser manne|| desse hersschop to Sadelbenden voranderen vornichten vorkrenken effte entfromeden wolden So wy io nicht en hapen So schole wii dat bii neneme gewerde men|| vnmechtich vnde vnkrefftich holden Wii scholen vnde willen vale leuer vnnsz vastliken vnde truweliken to samede holden vnse lande

vnde lude to beschermede vnde lo||uenborch bii allen rechtichenden beholden vnde laten bliuen Desse bref schal ock vnschelick wesen allen anderen breuen Dar wy vnns myt vnsen leuen vedderen|| Hertogen Rodolphe Albrechte vnde Wentslaue Der lande to wittenbergen In ouern Sassen van vnser lande Insampt vnde besunderen voreynet vnde to hope|| settet hebben Men Insameder eyndracht vnde bii volre macht bliuen vnde holden ane alle geuerde so wol furstlick, vedderlick, erlick vnde naturlick is, Weren ock|| andere breue, so wii vnder vnns anderen der vele vorsegelt hebben vppe de ouergenante vnde nedderen herschop to Sassen vnde marschalk ampte des kores De scholen|| wii alle bii macht vnde krafft holden neyner herssichopp to Sassen to uorfange effte schaden Alle desse vorschreuen stucke puncte vnde articule vnde eyn Jewelk besun||deren lauen wii Eriik de eldere vnde Eriick de Jungere vnde Albrecht hertogen In neddern Sassen Engern vnde westualen vor vns vnse eruen vnser eyn deme|| anderen myth willen vnser leuen vedderen vorbenomed hertogen In oueren Sassen vnde Ertzemarschalke etc. Myth alle vnnsen mannen vorbenomed bii vnnsen vedder||liken eren vnde furstliken truwen vnuorbroken wol to holdende vnde Nummermer to Ewighen tiiden Dat wedder to sprekende Dat wii also beleuen beuestigen be||stedigen vnde vulmechtich confirmeren Vnde hebben des to orkunde vastem gelouen und apembare wetenheyt vnser twier Erff Ing[esegel] Hertogen Eriike vnde|| Eriike vor vnnsz alle an dessen breff witliken myt guden vrigen willen heten hangen De geuen vnde schreuen is to louenborch Na Cristi vnses hern gebord|| Dusend Drehundert Jar Dar na in deme twelften Jare An sunte katherinen auende Der hilligen Juncfrouwen.

[1]) *übergeschrieben.*

Nach zwei verschiedenen Ausfertigungen des beginnenden und mittleren 15. Jahrhunderts jetzt im Staatsarchiv zu Schleswig. Beide mit rot-gelben seidenen Siegelschnüren, an denen keine Spur eines Siegels zu bemerken ist. v. Meyern, Gründliche Nachricht, Beilage Nr. 23a.

1312. Decbr. 27. 258.

Die Ritter Heinrich von Wittorpe, Albrecht Zabel, Otto Holste und Ludolf Schorleke geloben Herzog Erich von Sachsen, dafs Otto Holste Eigentum und Zehnten zweier Hufen in Neuen-Gamme innerhalb drei Jahre vom Kloster Reinbek (rengnebeke) *einlösen wird.* — „Tenore presentium."

Datum Louenborch anno Domini M° CCC° XII in die beati Johannis ewangeliste.

Sudendorf U. B. IX. 182 nach dem Original, jetzt im Staatsarchiv zu Schleswig.

1312—1313.] 259.

Adolf, Graf von Holstein, überträgt dem Kloster Obernkirchen auf Bitten des Heinrich von Bardeleben und seiner Söhne Güter in Dankerdosen.

Huius rei testes fuerunt Dominus A. de Holte. Dominus Decimator. Dominus W. de Vozsethe. Dominus F. de Rinnowe. Dominus C. de Bardeleue.

Wippermann, Urkundenbuch von Obernkirchen 131.

1313. Jan. 20. 260.

Margarethe, Herzogin von Sachsen, beurkundet, dafs ihr Vogt Otto Holste dem Kloster Reinbek den Zehnten von zwei Hufen in Neuen-Gamme verkauft hat.

Nos Margareta relicta quondam Alberti ducis Saxonie literis presentibus protestamur, quod advocatus noster Otto dictus Holsthe, vendidit claustro et conuentui in Reynebeke decimam de duobus mansis in nova Gamma pro centum marcis denariorum Hamburgensium et iam dictus dominus Otto reemptionem ad viginti annos in gratiam dicti conuentus optinebit, et istis annis transactis, si non dicta decima reemitur, claustrum predictum ipsum libere perpetuo possidebit, et nos Margareta ducissa acta ista grata seruabimus et rata, que nostro sigillo fecimus muniri. Datum Raceborch anno Domini M. CCC. XIII. in die sanctorum martyrum Fabiani et Sebastiani.

Neuere Kopie im Geheimarchiv zu Kopenhagen S. H. U. S. II. 31.

1313. Jan. 21. 261.

Burchard, Bichof von Lübeck erläſst dem Kloster Preetz den rückständigen Zehnten vom Zehnten.

Uniuersis presentia visuris. Borchardus dei gratia Lvbycensis Ecclesie Episcopus. ad noticiam rei geste‖ Cvpientes nobis religiosa suffragia comparare quibus possimus dona perhennia facilius promereri‖ vniuersam decimam decimae nobis a . . preposito . . priorissa et conuentu monasterii sanctimonialium in Poretze‖ debitam et non solutam a cuncto tempore preterito anno presenti incluso ad nos spectantem. prefatis‖ . . preposito . . priorisse et conuentui relaxamus liberaliter et donamus. Vt autem ex hac re non possit‖ inposterum aliqua dubitatio suboriri, sigillo nostro roborari fecimus presens scriptum. Datum‖ anno domini M⁰ CCC⁰ terciodecimo In die beate Agnetis virginis et Martyris.

Original im Archiv des Klosters Preetz. Ein Siegelstreifen mit Wachsspuren. S. H. U. S. I. S. 228.

1313. Jan. 25. 262.

Heinrich und Nikolaus, Gebrüder von Lith, verkaufen ihren Zehnten zu Twielenflet für 400 Mark Hamb. Pf. dem Kloster Harvstehude.

Nos. Hinricus. et Nicolaus fratres dicti de lith. vniuersis presentia visuris et audituris. Cupimus notum esse. quod requisito et habito fratris nostri Thiderici consensu. et Ceterorum amicorum et heredum nostrorum pleno assensu. ac quorum de iure interest. Decimam nostram sitam in Twilenulet quam a Comite Adolpho In Scowenborch viro nobili tenemus in pheodo. sicut cum suis pertinentiis emolumentis. prouentibus. magnis et paruis. Ac cum omni iure. et proprietate. ad nos et nostros heredes pertinere dinoscitur. viro honorabili Domino Iohanni preposito et Cenobio suo. in valle virginum. prope hamborch. pro Quadringentis Marcis denariorum hamburgensium. nobis plenius persolutis. vendidimus simpliciter. iusto tytulo libere et pacifice possidendam. Sed idem dominus Iohannes. nomine et auctoritate sui claustri predicti in premissis. nobis gratiam talem fecit. quod decimam prelibatam et prehabitam. nunc in proximo festo purificationis Marie virginis. vltra ad sex annos abhinc continuo numerandos. pro memorata pecunia reemere possumus. fructibus antedicte decime tamen medio tempore perceptis. in sortem pecunie principalis nullatenus computando. Quam etiam pecuniam. termino prefixo. tunc hamborch. Sepedicto Domino Iohanni, aut qui pro tempore fuerit. Dicti claustri prouisori Coram consulibus ibidem presentabimus sine dilatione qualibet expedite. Si autem prefatis sex annis reuolutis. cum antescriptis condicionibus

appositis. memorato claustro. aut eius prouisori. sepefatas Quadringentas Marcas denariorum. totaliter non solueremus. extunc. vt condictum est. Idem claustrum per suum prouisorem. nobis et nostris heredibus. Centum Marcas denariorum hamburgensium. in Cathedra Sancti petri. Purificationi beate Marie virginis proxima. finaliter soluat et addat Coram consulibus Stadensibus. et extunc prout nunc. cum plena warandia nostra. prelibatam Decimam. prout cum omnibus pertinentiis suis. est Sepedictum claustrum. cum suis quorum interest. sine cuiuslibet nostra vel nostrorum successorum impetitione. tranquilla fruitione. memorata Decima eius propria fuerit. pro pheodo optinendo. cooperari debemus fideliter sine recusatione aliqua. propriis sub expensis. In Cuius rei ac facti nostri testimonium. Sigilla nostra cum appensione Sigilli fratris nostri Thiderici. presentibus sunt appensa. Testes sunt hinricus de borch. Conradus monych. hermannus de Edzelendorpe. Bertoldus de Stadis. Milites. Danyel de cimiterio. Iohannes Bossonis. hinricus de hitzewede. volcmarus de arena. Ciues Stadenses. et alii fide digni. Datum Stadis Anno domini. M°. CCC°. XIII°. In conversione Sancti Pauli apostoli.

Cop. Harvstehud. fol. 20a im Hamb. Archiv.

1313. Febr. 1. 263.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, bestätigt, dafs die Gebrüder von Lith ihren Zehnten in Twielenflet dem Kloster Harvstehude verkauft haben.

Omnibus presens scriptum cernentibus siue audientibus. Nos adolphus dei gracia Comes Holtsacie et Scowenborch. notum esse volumus et constare. quod hinricus. thidericus et nycolaus fratres dicti de lith. nostri vasalli. in nostra constituti presentia. cum nostro beneplacito et consensu. dimidietatem decime in villa twilenvlete. quam a nobis in pheodo tenuerunt. cum omni iure et vtilitate vendiderunt. Domino Iohanni preposito et ecclesie in valle virginum. ad sex annos proxime subsequentes. pro quadringentis marcis denariorum hamburgensium. tali adiecta conditione. quod dicti fratres eandem decimam. dictis sex annis reuolutis. predictis quadringentis marcis reemere debebunt in festo purificacionis beate marie virginis gloriose. In cuius venditionis et reemptionis testimonium et euidenciam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno domini, M°, CCC°. XIII°. in vigilia purificationis beate marie.

Cop. Harvstehud. fol. 18a im Hamb. Archiv.

Auf fol. 17b und 18a steht unten am Rande: Boltidis de twilenulete donauit nostro Monasterio. III marcas annuatim post obitum suum sitas in bonis kattestreke et in Mathias streke. Item in magna curia Mathie.[1]) De hiis bonis supradictis tres marcas iam dictas subleuabimus in chathedra sancti Petri Apostoli. singulis annis perpetuis temporibus. Bernardus de twilenulete contulit nobis et nostro monasterio. IIII. hunt terre. quos vxor eius suis temporibus possidebat et post mortem vxoris apud nos permanebunt. pro anima eius. et illa IIII hunt sunt situata prope bona nostra in twilenulete. (*Andere Hand mit schwärzerer Tinte fügt hinzu:* iacencia bouen deme redweghe.)

[1]) *übergeschrieben.*

1313. Febr. 12. 264.

Ritter Otto von Rönnow einigt sich mit dem Kloster Reinfeld über die Grenzen des Dorfes Havighorst.

Universis praesentia visuris Iohannes dictus de Ronnowen miles, salutem in domino. Notum esse cupio tam praesentibus, quam futuris, quod controversia, quae

vertebatur inter Dominum Abbatem et conventum monasterii de Reynefelde ex parte una et me et filios meos parte ex altera super impetitiones terminorum abbatiae antiquorum terminis villae nostrae scilicet Haveckhorst placitantibus hinc et inde amicis utriusque partis taliter est sopita, videlicet, quod dominus abbas cum viginti quatuor fratribus de suo conventu iurare debent, se melius ius ad illos terminos habere, quam nos, quod iuramentum propter specialem amicitiam, quam ad praedictam ecclesiam semper habuimus, dimittere voluissemus, abbas noluit, sed solus iuravit, caeteris suis fratribus, quorum tredecim erant sacerdotes, reliqui conversi, consentientibus suo iuramento et clamitantibus, eum verum iurare ac se in quieta possessione illorum terminorum fuisse a tempore, cuius apud eos memoria non extaret, unde eos de consilio amicorum nostrorum cedimus in his scriptis et renunciamus omni impositioni, quam videbamur habere de terminis suprascriptis, volentes nihilominus amicitiam conservare cum praedictis viris religiosis permittimus, ut colles sive monticuli destructi reparentur et plures fiant, si necesse fuerit vel fossata, ne inposterum daemonum vel pravorum hominum instigatione discordia inter nos et eos de huiusmodi terminis valeat suboriri. Testes huius compositionis sunt Bartholdus longus de Rönnouwe, Otto de Glenbuke, Iohannes iunior de Ronnowe, Lambertus de Crempete, milites, Magister Conradus Notarius et Capellanus domicellarium in Segeberge, Marquardus de Horst Advocatus in Segeberge, Hartwicus quondam aduocatus et alii quam plures fide digni. In huius rei evidentiam sigillum meum cum sigillis praedictorum praesentium est appensum. Dabam in die beati Antonii Episcopi anno Domini M CCC XIII.

Hansen, Nachricht von den Holstein-Plönschen Landen S. 126.

1312. Febr. 25. **265.**

Adolf, Graf von Schauenburg, schenkt mit Zustimmung seiner Söhne, Adolf Gerhard und Erich, dem h. Geisthause zu Hannover eine Hufe in Velecede, *die ihm Gottfried von Lenthe, Bürger zu Hannover, abgetreten hat.* — „Noveritis."

Datum et actum anno Domini M⁰. CCC⁰. XIII⁰. dominica qua cantatur Esto michi.

Urkundenbuch der Stadt Hannover I. 113 nach dem Original im Stadtarchiv.

1313. März 5. **266.**

Lydwardus Nannesen, *Rat und Bürgerschaft in* Luttke Tunder *beurkunden, daſs* Nicholaus Lydichssen *seinen Besitz in* Kornetwed *auf dem Thing der* Tunderherret *dem Kloster* Loci dei *verschötet hat mit Vorbehalt einer jährlichen Kornrente und lebenslänglicher Wohnung.* — „Constare volumus."

Datum anno domini M CCC XIII tertio Nonas Martii.

Reg. Dan. 1772.

1313. März 12. **267.**

Erich, Herzog von Jütland, nimmt das Kloster Loci dei *in seinen Schutz und bestätigt dessen alte Freiheiten.* — „Vniuersa negotia."

Datum Norborgh Alsse in presentia nostra, Anno domini M CCC XIII. In die beati Gregorii Papae.

Reg. Dan. 1774.

1313. März 15. 268.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, beurkundet, dafs Heinrich Horsholt allen Ansprüchen auf drei Hufen und eine Hausstelle zu Jutsen, *welche er nach seiner Aussage von den Gebrüdern Balduin, Justazius und Heinrich von Vornholte zu Lehen hatte, die aber diese als nicht ihnen gehörig anerkannt haben, in seiner Gegenwart zu Gunsten des Klosters Loccum entsagt hat.* — „Omnibus presentia visuris.“

Actum et datum in Greuenalueshagen presentibus testibus etc. anno domini M⁰ CCC⁰ XIII⁰. ydus Marcii.

v. Hodenberg, Calenb. U. B. III. (Kloster Loccum) Nr. 639 nach dem Copiar des Klosters.

1313. April 9. 269.

Gerhard und Johann, Grafen von Holstein, Stormarn und Schauenburg, bestätigen die Freiheiten der Stadt Heiligenhafen.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Gherardus et Iohannes dei gracia Comites holtzacie stormarie. et scowenborch. salutem in domino. Nouerint vniuersi. quod nos omnes libertates. Iura. et priuilegia. quibus hucusque gaudebant ciues nostri in hilghenhauene auctoritate omnium progenitorum nostrorum ratificamus et integre confirmamus. volentes ipsos et quemlibet eorum in premissis et aliis quibuslibet promocionibus. omni diligencia confouere. et a quouis super omni iniuria que eisdem Ciuibus nostris irrogari poterit fideliter defensare. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum ploue Anno domini M⁰. CCC⁰. tercio decimo. In Crastino palmarum.

Transsumpt vom Jahre 1360 Mai 13 im Staatsarchiv zu Schleswig. Westfalen IV. 3213.

1313. April 24. 270.

Erich, Herzog von Jütland, bestätigt die Immunität des Schleswiger Kapitels.

Ericus dei gracia dux Jucie omnibus ad quos presens scriptum peruenerit Salutem in omnium saluatore Volentes non immerito predilectum nobis capitulum ecclesie Sleswicensis liberaliter gaudere omnibus libertatibus quas a progenitoribus nostris liberius dinoscitur habuisse dimittimus eidem vniuersos villicos colonos et inquilinos suos habitos et habendos ab omni grauamine expedicionis Innæ stuuth impedicione exactione Ceterisque solutionibus et oneribus iuris nostri tam in villis forensibus quam in rure liberos pariter et exemptos Statuentes firmiter ut dicti villici coloni atque garsat super forefactis suis et excessibus nulli exactorum nostrorum ex Iure nostro quicquam respondeant Nec super aliqua causa conueniri debeat nisi tantum coram capitulo vel eius procuratore ad hoc specialiter Instituto sub gracia nostra districtiue prohibendo Nec quis aduocatorum nostrorum uel eorum officialium villicos colonos inquilinos aut aliquos de familia dicti capituli presumat indebite molestare. quod si quis ausu temerario attemptauerit nostram non effugiet vltionem, In cuius emunitatis efficientiam presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam dicto capitulo contulimus in memoriam presencium et noticiam futurorum. Datum Sleswick in presencia nostra anno domini M⁰. CCC XIII, Crastino georgii martiris.

*Transsumpt des Bischofs Nikolaus von Schleswig vom Jahre 1437 Februar 27 im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Reg. Dan. 1778. *1021.*

1313. Mai 13. **271.**

Die Ritter Heinrich und Hasso, Brüder von Wedel, verkaufen dem Hamburger Kapitel und dem Pleban zu Rahlstedt ihre Mühle zu Ost-Steinbeck.

Nos Hinricus et Hasso fratres dicti de wedele milites. omnibus presens scriptum uisuris cupimus esse notum. quod de consilio et consensu omnium heredum nostrorum ac amicorum molendinum nostrum in Osterstenbeke cum omni iure et proprietate quo nos ipsum possedimus. vendidimus capitulo hamburgensi et plebano in radoluestede qui pro tempore fuerit quiete et pacifice perpetuo possidendum. ita uidelicet quod molendinarius eiusdem molendini. det dicto plebano singulis annis. quolibet festo michaelis. XVIII solidos monete vsualis. reliquum censum eodem festo. videlicet XIIII solidos ad memoriam cuiusdam de capitulo ministrando et ipsius warandiam prestabimus infra diem et annum secundum terre consuetudinem plenarie duraturam. Super qua warandia vna nobiscum. Hinricus de wedele iunior. Io. frater suus. Reymbernus de wedel et Thetleuus de wensyne milites fide data promiserunt fideliter obseruanda. Si vero dicto capitulo et plebano in predicta warandia aliquid deperiret. nos et predicti milites hamborch intrabimus ad iacendum inde non exituri. nisi sepedicto capitulo et plebano fuerit satisfactum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum hamborch. Anno domini. M°. CCC°. XIII°. Dominica qua cantatur cantate.

Lib. cop. cap. fol. 130 b im Hamb. Archiv.

1313. Mai 26. **272.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, überträgt dem Kloster Harvstehude zur Verlegung desselben einen Platz beim Dorfe Ottensen.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Adolfus dei gracia Comes holtzacie et scowenborch. salutem in domino sempiternam. Cum ecclesia sanctimonialium in heruerdeshude a nostris progenitoribus sit fundata. et ab ipsis ad nos taliter deuoluta. quod ipsam in omnibus quibus poterimus defensare teneamur et promouere. Et quia dicta ecclesia de bonis suis in antiqua villa heruerdeshude. quibus primitus fuit dotata. propter ipsius ville destructionem et aquarum carenciam fructum debitum non percipiat. Nos ad instanciam domini Iohannis prepositi. et deuotarum uirginum in eadem ecclesia deo seruiencium. Ob honorem omnipotentis dei et gloriose matris eius uirginis Marie. ac ob salutem animarum nostre. et progenitorum et heredum nostrorum. cum bona uoluntate. et vnanimi consensu ipsorum dimisimus et contulimus liberaliter iam dicte ecclesie spacium quoddam iuxta villam nostram Tottenhusen. construendi domos habiles et sufficientes ad culturam dictorum agrorum in heruerdeshude. cum proprietate. Iudicio maiore et minore. Iuribus et vtilitatibus quibuscumque. nullam nobis vel nostris successoribus in eisdem domibus iurisdictionem reseruantes. sed ad defensionem terre que lantwere dicitur cum aliis nostris hominibus tenebuntur. Concedimus eciam predicte ecclesie. vt homines in predictis domibus morantes. in pascuis. lignis et cespitibus fodiendis vtantur eadem gracia. qua et alii homines nostre terre. et ne huiusmodi nostra donacio tempore procedente a quoquam infringatur. presens scriptum sepedicte ecclesie contulimus Sigilli nostri munimine roboratum. Datum in ualle uirginum. presentibus Domino Bertrammo kulen Aduocato. et Iohanne riken militibus nostris. Ac Iohanne nostro notario plebano in petessen. atque aliis fide dignis. Anno domini M°. CCC°. tercio decimo. In crastino beati vrbani martiris.

Cop. Harvstehud. fol. 42 b im Hamb. Archiv.

1313. Juli 26. 273.

Der Rat der Stadt Crempe bezeugt, daſs sich sechs Ansässige im Kirchspiel Süderau vor ihm zur Zahlung des Acker- und Kleinzehnten im Betrage von 2 Pfd. Pf. jährlich an die Hamburger Kirche durch ihr Zeugnis verpflichtet haben.

Omnibus hoc scriptum uisuris, Nos Consules ciuitatis in Crimpa notum facimus quod constituti coram nobis‖ Nicolaus vette. Gherbrant. willemer. et filius suus Meyner. minor Gûriz. de gronlande. parro‖chie Suderow, pro testimonio obligauerunt se coram nobis sub pena dupli quolibet anno inperpetuum dare‖ ecclesie hamburgensi duo talenta denariorum in nostra ciuitate Crimpa procuratori ipsius ecclesie infra octauam‖ beati martini in Odinggo perpetuo pro decima minuta et agresti. XX^ti^ IIII^or.^ iugerum que ipsi dinoscuntur pos‖sidere. Quod si non fecerint in crastino ipsius octaue duplum soluent et pro eodem duplo inciuitate‖ nostra sufficiencia pignora presentabunt eidem procuratori sine querimonia iudicii secularis, aut scultetus‖ qui pro tempore fuerit sine iudicio ipsum duplum pandabit iure suo sibi inpandando reseruato, Pro quorum‖ obligacione pro eis et eorum heredibus seu successoribus inperpetuum facta humiliter rogati Sigillum nostrum presentibus‖ est appensum. Datum et actum incrastino beati Iacobi. Anno domini. M^o^. CCC^o^. tercio decimo.

Original im Hamb. Archiv. Siegel der Stadt Crempe am Pergamentstreifen.

1313. Aug. 1. 274.

Testament des Propsten Christian in Hardsyssel.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego prepositus Cristiarnus in harthsysæl, sanus mente et corpore, volens anime mee prouidere testamentum meum condo‖ in hunc modum, a primo do et lego, ducentas marchas denariorum vsualium pro ornamentis ecclesie beate virginis Ripensis, emendis, Item racione vnius misse, quolibet‖ die in dicta ecclesia perpetuo dicende, confero. et si michi aliquid humanius interim contingerit, extunc scøto, omnia bona et immobilia in hors‖haaghæ, in parochia skragh, Item omnia bona mobilia et immobilia, in hygingmark, in parochia nybæl, fratri meo Nicholao dicto haac, et michi communia‖ et indiuisa, ita quod ipse, de bonis nobis communibus in parrochia bork, Recompensacionem recipiat, quod si forte pro parte sua, de dictis bonis, in skraghæ et hyging Ratificatum non fuerit, extunc, quod extunc addo ad partem meam, in predictis bonis, terris viginti marcharum auri, in nørbork, de bonis nobis communibus‖ et indiuisis, Item ad anniuersarium meum, per canonicos in dicta ecclesia beate virginis, perpetuo tenendum, omnia bona mea in kiærgarth, Item ducentas‖ marchas denariorum, ad emendum bona, quorum redditus annuatim in anniuersario meo pauperibus per cantorem Ripensem perpetuo distribuantur, Item Domino meo‖ Cristierno, Ripensi episcopo, vas argenteum cum pede, deauratum, secundum valorem suum computandum, Item monialibus in Guthum, ad mensam earum sex‖ marchas denariorum, Item ad mensam monialium Ripensium, tantum, Item fratribus minoribus ibidem tantum, Item fratribus maioribus ibidem tantum, Item infirmis in domo sancti spiritus‖ Ripensi, quatuor marcas, Item leprosis ibidem tantum, Item cuilibet sacerdoti parochiali Ripensi duuas marcas, cuilibet ministro ibidem, duas oras. Item cuilibet ecclesie parochiali Ripensi‖ vnam marcam, Item Iohanni stabulario domini Ripensis, vnum polidrum, Domino Iohanni archidiacono Ripensi, vnum polidrum, Domino petro cantori Ripensi, vnum polidrum,‖

magistro astrato canonico Ripensi, vnum polidrum, Item domino Iacobo preposito in warwithsysæl, vnum polidrum Item Nicholao fratri meo dilecto, partem meam‖ de bonis in hawang, et in bonis emptis nørbork, de domino, N. erik sen, Item cuilibet ecclesie in nørbyholm, duas marcas, Item ecclesie norbork,‖ marcam, item ecclesie ykost tantum, cuilibet sacerdoti dictarum ecclesiarum duuas marcas, Item domino michaeli sacerdoti qui mecum fuerat decem marcas, Item haski,‖ procuratori meo viginti marcas, et vnum polidrum, Item thordoni filio suo decem marcas, Item domino N. dicto prior nunc officiali in harthsysæl, vnum‖ polidrum, Item pauperibus scolaribus in pukhus decem marcas, pro hiis autem omnibus adimplendis, obligo omnes fructus omnium bonorum meorum‖ vbicumque sitorum, Ita. quod nichil de eis, leuetur, antequam de premissis omnibus, in hoc testamento contentis, fuerit, satisfactum, Exequtores‖ autem huius testamenti facio, et constituo dominum meum Ripensem, et et Dominos Iohannem archidiaconum, et petrum cantorem, Ripenses‖ et Iohannem stabularium, dicti domini Ripensis, supplicans, vt coram deo, hec fideliter et efficaciter exequantur, In quorum omnium testimonium,‖ presens scriptum, sigillis dictorum exequtorum, et capituli Ripensis, Rogaui, et feci, vna cum sigillo meo, consignari, Actum et datum,‖ anno domini, M⁰. CCC⁰. decimo. III⁰. Kalendis Augusti.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Sechs Siegelfragmente am Pergamentstreifen.

1313. Aug. 9. 275.

Erich, Herzog von Jütland, schliefst Frieden mit König Erich von Dänemark.

Obligatio Erici Ducis Sunder Jutiae, qui Valdemaro fratri in ducatu successit, Erico regi facta proximo anno post Eiusdem ducatus acceptationem anno 1313, ex vetustissimo codice hinc inde, ut pleraque alia sequentia, magno studio collecta, ac de verbo ad verbum transcripta.

Omnibus praesens scriptum Cernentibus, Ericus dei gratia dux Jutiae salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi quod anno domini M CCC XIII vigilia B. Laurentii, inter magnificum principem dominum Ericum dei gratia Danorum Sclauorumque regem illustrem, ex parte vna et nos ex altera infra 15 dies proxime sequentes destrui faciemus nec nos aut homines nostri aliqua castra aut munitiones prope vel ante Ciuitates et Castra ipsius domini regis construi faciemus, nisi quae fuerant ab antiquo.

Item Episcopos, Capitula, Canonicos, Clericos, et laicos ipsius domini regis in ducatu nostro vti permittemus omnibus libertatibus, quibus vsi fuerant ab antiquo.

Item quod domino nostro regi seruiemus Contra quoscunque, vbicunque necesse habuerit, Cum quinquaginta armatis hominibus, sub expensis nostris propriis atque damnis. Ac eidem obligati esse velimus cum omnibus nostris munitionibus ad suum seruitium atque nutum.

Item ipse dominus rex nos debet fouere et tueri contra quoslibet nos oppugnantes, ac defendere sicut quilibet dominus teneatur suos dominos et vasallos per placitationes ante supradictas. Omnes impetitiones et controuersiae inter ipsum dominum nostrum regem et non [1]) hactenus habitae et motae, esse debent sopitae integraliter et sedatae, quam diu vita durauerit vtriusque. Et nos omnia bona Coronae, quae nunc in possessione nostra habemus, ad dies nostros debemus libere retinere. Ita tamen quod si in bellum cum domino rege venerimus, intra regnum

vel extra, lucra cum ipso capiemus, secundum numerum armatorum, hoc saluo, quod terra et castra, siue munitiones, si quas lucrati simul fuerimus, et captiui ab ipso domino rege conuicti. aut ipsius domini regis notabiles et publici inimici, cedant principaliter dicto domino regi soli. Pro promissis omnibus per nos promissis, firmiter obseruandis, nobiles viri domini, Iohannes dominus de Verle, Henricus comes Suerinensis, nos ac milites et armigeri infrascripti promisimus fide data, Comites Holsatiae quos ad hoc habere poterimus et homines nostros. Si autem nos in aliquo promissorum excedere vel deficere contigerit, dicti homines et caeteri compromissores, dicto domino regi adhaerebunt, nos derelinquentes, et omnia placitata praemissa debent esse totaliter irrita et dissipata, in Cuius rei testimonium etc.

[1]) *l.*: nos.

Aus: Alte königl. Sammlung 4⁰. Nr. 2899 in der grofsen königl. Bibliothek zu Kopenhagen, von Svanings Hand. s. Reg. Dan. 1782. 1783.

1313. Aug. 15. **276.**

Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, überträgt auf Wunsch der Gebrüder Burchard und Helmich von Bennigsen eine von diesen zu Lehen besessene Hufe zu Volmersen an das Kloster Wennigsen.

Nos adolfus dei gracia. Comes Holtsacie. Stormarie. et in Scowen‖burg. presentibus recognoscimus publice protestantes. quod ad peti‖cionem burchardi et Helmici fratrum. famulorum dictorum de Bennekes‖sen. principaliter vero pro salute animarum nostrarum. vnum man‖sum in volkermisse situatum. quem ipsi a nobis hucvsque in pheudo te‖nuerant. proprietate et omni iure ad ipsum pertinente. sicut nos ipsum‖ antiquitus habuimus. damus et dimittimus ecclesie et conuentui‖ in weningessen perpetuis temporibus obtinendum. Renunciamus igitur‖ omni iuri quod nos vel heredes nostri de eodem manso possemus inposte‖rum suscitare Dantes eidem ecclesie et conuentui presens scriptum‖ nostro sigillo auctentico munitum intestimonium super eo.‖ anno incarnacionis dominico. Millesimo. Trecentesimo. decimo.‖ tercio. infesto assumpcionis beate Marie virginis gloriose.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Reitersiegel des Grafen am Pergamentstreifen.

1313. Aug. 29. **277.**

Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, überträgt dem Kloster Obernkirchen auf Wunsch seines Kastellans Burchard zwei Häuser zu Hülsede, *die bisher Heinrich Bloc von ihm zu Lehen getragen hat.* — „Constitutus."

Anno Domini M⁰. trecentesimo. decimo tercio. in festo decollationis beati Johannis babtiste.

Wippermann, Urkundenbuch von Obernkirchen 133.

1313. Septbr. 8. **278.**

Johannes Frisæ *verkauft dem Abt Heinrich und dem Kloster* Löghum *seine Güter in* Imberschæth Mark *für 260 Mark Pf., von denen 43 Mark bereits bezahlt und 107 Mark zu St. Andreas (November 30) fällig sind, und verpflichtet sich zur Schötung auf dem nächsten Thing der Tonderharde* (proximo placito Tunderensi)

vor dem 2. Februar (ante purificationem beate virginis) *nach Auszahlung des Restes von 110 Mark.* — „Quoniam vnusquisque.“

Datum anno domini M CCC XIII in die natiuitatis beate Marie virginis gloriosae.

Reg. Dan. 1784.

1313. Octbr. 16. **279.**

Johann, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, zeigt den deutschen Fürsten an, daſs er, selbst zur Königswahl zu kommen verhindert, seinen Bruder, Herzog Erich, für sich bevollmächtigt habe.

Reuerendis in cristo patribus ac dominis archiepiscopis. nec non Illustribus Principibus Regis alemannie electoribus‖ Iohannes dei gracia dux saxonie. angarie et westfalie. cum affectu sincero promptam ad beneplacita voluntatem. Quia‖ obstante nobis defectu virium corporali, ac quibusdam arduis causis pro defensione terre nostre nobis incumbentibus‖ ad electionem veniendi nobis ad presens optio non suppetit nec facultas, Illustri principi fratri nostro dilecto domino‖ Erico duci saxonie, ista vice eligendi regem alemanie damus et concedimus plenam ac liberam potestatem.‖ gratum et ratum habentes quidquid per eundem fratrem nostrum circa electionem predictam fuerit ordinatum ac si ibidem‖ exhibere possemus presentiam personalem In cuius rei euidenciam presens scriptum dedimus sigilli nostri robore‖ consignatum Datum Molne anno domini M°. CCC°. XIII°. In die beatorum Galli et lulli confessorum.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel fragmentarisch. Sudendorf, Registrum II. 90 s. 91, 92.

1313. Octbr. 27. **280.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem Kloster Loccum eine Hufe bei Rinteln.

Nos Adolfus dei gracia Comes holtzacie et in Schowenborg Notum facimus vniuersis cristi fidelibus per presentes Quod accedente nobis consensu et voluntate nostrorum quorum inter est heredum donauimus religiosis viris domino Iordano abbati et Conuentui in lucka Cysterciensis ordinis et Mindensis diocesis vnum mansum quem in campis dancwordissen et stedere villarum prope opidum nostrum Rintelen situm Johannes famulus dictus pape de nyenstede a nobis attenus iure tenuerat pheodali. volentes et constituentes vt Idem abbas et conuentus predictum mansum cum duabus areis suis in dancwordissen et in nortdorpe sitis ac cum omni alii iuris integritate tamquam rem propriam inperpetuum pacifica possessione possideant et quieta In cuius donacionis testimonium presentes litteras eis dedimus nostri sigilli munimine roboratas Actum et datum in castro nostro Schowenborg Anno domini M° CCC° XIII° In vigilia apostolorum Symonis et Jude.

Aus dem Rintelner Kopiar im Staatsarchiv zu Münster. v. Hodenberg, Calenb. U. B. III (Kloster Loccum) Nr. 646.

1313. Octbr. 29. **281.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem Kloster Loccum drei Hufen zu Cersne, *welche sein vormaliger Lehnsmann Hartmann von Benessen*

dem Hamelner Bürger Amelung Hoe *verkauft und dieser dem Kloster übertragen hat.* — „Recognoscimus."

Datum in Schowenburg. Anno domini M⁰. CCC⁰. XIII⁰. In crastino Symonis et Jude.

v. Hodenberg, Calenb. U. B. III. (Kloster Loccum) Nr. 647 nach dem Kopiar des Klosters.

1313. Novbr. 28. **282.**

Bertold und Nikolaus Knope verkaufen dem Kloster Harvstehude ihren Zehnten in Hafsfleth (auf Billwärder) für 219 Mark Hamb. Pf.

Nos Bertoldus et Nicolaus dicti knope. Omnibus cristi fidelibus presentibus et futuris. tenore presentium facimus manifestum. quod cum consensu heredum nostrorum et voluntate prepositi. abbatisse. et conuentus monasterii porte celi. vendidimus et dimisimus. abbatisse et Conuentui Monasterii vallis virginum prope ciuitatem hamborgh bremensis dyocesis. Decimam ville in halstenvlete. quam a dicto preposito et conuentu in pheudo tenemus et vnum iuger ibidem pro ducentis Marcis. et decem et nouem Marcis hamburgensium denariorum. tali interposita conditione. quod nos ac heredes nostri Decimam et iuger reemere possumus pro eadem summa pecuuie quandocumque nobis placuerit. Dummodo id. prenominatis abbatisse et conuentui monasterii vallis virginum predicti ad tres menses ante Natiuitatem beate Marie virginis. Intimauerimus sicut in litteris Reuerendi patris. Domini Ghiselberti. quondam archiepiscopi Bremensis felicis recordationis. necnon prepositi. abbatisse. et conuentus porte celi super hoc prius confectis plenius continetur quas fatemur de nostro consensu processisse. nec tamen nos et nostri heredes de sepedicta decima et Iugere aliquatenus intromittere nisi prius ducentis marcis. et X. et nouem marcis integraliter restitutis. Ceterum cum abbatissam et conuentum monasterii vallis virginum. speciali amplectimur affectu. conferimus et donamus. predicte abbatisse et conuentui quod de perceptis seu percipiendis in reemptione dicte decime et iugeris nichil computabunt sed omnia et singula que perceperunt. uel adhuc percipere poterunt. pro salute animarum parentum nostrorum. fratrum. ac nostra. eisdem liberaliter erogamus. vt autem hec nostra venditio et donatio in posterum non possit a nobis et a nostris heredibus siue ab aliquo inmutari. sigilla nostra. vna cum sigillis. bertoldi sculten et hermanni fratris et conradi de Iorke militum. ad maiorem euidentiam premissorum presentibus litteris sunt appensa. Datum et actum in noua ciuitate buxstehudhe Anno domini M⁰. CCC⁰. XIII⁰. feria quarta post diem katerine virginis et martiris.

Cop. Harvsteh. fol. 13a im Hamb. Archiv.

1313. Decbr. 6. **283.**

Jacobus Apeldgaarth *verkauft seinen Besitz in* Imbersche marck *an das Kloster* Loci dei *für 60 Mark Pf. und bestätigt die* in placito Thundher *geschehene Verschötung.* — „Notum facio."

Datum anno domini M CCC XIII. In die sancti Nicholai Episcopi et confessoris.

Reg. Dan. 1787.

1313. **284.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt den Zehnten in Tysenhusen *den er von Gottfried, Bischof von Minden, zu Lehen trug und seinerseits an Hermann von Bichofhausen, Willekin und Johann von Woldendorf verlehnt hatte, an das Kloster Loccum.*

In nomine domini amen Nos adolfus dei gratia Comes holtsatie et in Scowenborg omnibus presentia‖ visuris salutem et veritatem cognoscere subscriptorum Ad brauium salutis pro futura vita expectatum‖ festinare modis quibus possumus cupientes decimam in Tysenhusen quam nos areuerendo pa‖tre et domino Godefrido Mindensis Ecclesie Episcopo Inpheudo tenuimus Quamque decimam Herman‖nus de bischopeshusen Willekinus et Johannes de Woldendorp famuli a nobis inretropheudo‖ tenuerant et de nouo inmanus nostras libere resignarunt. In remissionem peccatorum nostrorum monasterio‖ in lucka Cysterciensis ordinis et predicte Mindensis dyocesis assignamus et donamus. Quatinus predictam‖ decimam cum omni iure quo ad nostros progenitores et nos ac predictorum famulorum progenitores ab‖ antiquo pertinuerat Idem monasterium perpetua possessione possideat et quieta Nos enim et nostri heredes legitimi iam dictam decimam prephato monasterio auctorizabimus et warandabimus quan‖tocumque et vbicumque fuerimus requisiti Et vt predicta omnia prenominato monasterio rata et firma‖ permaneant presentes litteras eidem dedimus nostri Sigilli munimine roboratas Datum‖ anno domini M°. CCC°. XIII°.

Original im Archiv des Klosters Loccum. Siegel des Grafen am Pergamentstreifen. v. Hodenberg, Calenb. U. B. III. (Kloster Loccum) Nr. 641.

[1313—1326.] **285.**

Volquin, Propst, Friedrich, Dekan, und das Domkapitel zu Bremen ersuchen den Hamburger Propst Leo, dem Kleriker Heinrich, welchen der Vogt zu Arnsfelde gefangen genommen und geplündert hat, zur Erlangung von Schadenersatz behülflich zu sein.

Volquinus dei gratia prepositus, fredericus Decanus, et Capitulum Ecclesie Bremensis, Honorabili viro domino‖ Leoni, preposito Hamburgensi, salutem et sincere Dilectionis affectum, Sua nobis Hinricus clericus presen‖cium ostensor, natus de nostra Dyocesi, graui querimonia demonstrauit, quod cum ipse racione‖ studii per partes Holtzacie se transferret, ocurrit eidem . . aduocatus in arnesuelde, ipsum‖ dei timore postposito rebus suis et libris ablatis hostiliter captiuando, Cumque ipsum sic‖ captum crudeliter detineret, superuenerunt quidem viri deum timentes, ipsum a dictis vinculis exre‖diderunt promittentes ipsum restituere vel decem marcas denariorum persoluere pro eodem, Quare cum‖ eidem clerico de tantis iniuriis non immerito compati debeatis, Rogamus affectuose quatenus‖ dictum aduocatum ad hoc legitimis monicionibus inducere curetis, nostre dilectionis intuitu, vt‖ eundem clericum de dicta captiuitate, restitutis ablatis et fideiussores suos de promisso‖ dimittat liberos et solutos, alioquin contra detentores dicti clerici prout de iure tenemini‖ quanto acrius possitis per vestram sentenciam procedatis.

Original im Hamb. Archiv. Aufgedrücktes Wachssiegel.

[1313—1327 oder 1369—1388.] **286.**

Johann, Bischof von Ripen, bestätigt die Freiheiten des Klosters Lygum. — „Quia labilis est.“

*Reg. Dan. *1049.*

1314. Jan. 9. **287.**

Heinrich, Herr von Mecklenburg und Stargard, verbindet sich mit Wizlav, Fürsten von Rügen, Erich, Herzog von Sachsen, Claus, Grafen von Schwerin, Nikolaus und Johann, Herren von Werle, Gerhard und Hennekin, Grafen von Holstein, Heinrich, Grafen von Schwerin, unter dem Schutz des Königs von Dänemark.

In godes namen Amen. we Hinrik van der ghodes ghenade here to Mekelenburgh‖ vnde to stargarde. bethůghen vnde bekennen opeliken in dessen breuen. Dat we‖ vntrwen hebben gheloueth. dar up. dat we. bi deme vorsten van Rugen hern wiz‖slaue. bi deme hertoghen van sassen. Erike. bi greuen Clawese van zwerin. bi‖ hern Nicolause vnde hern Johanne van werle. bi greuen gherde vnde greuen henneken van holsten. bi greuen hinrike van zwerin. eweliken en bliuen scholen‖ bi to stande in alle eren reghten saken we scholen nen orleghe an gripen. ane‖ alle disser herren rath. dede we dat, dat dede we up vs, were dat desser heren ienigh‖ worde vor vanghen van iemande deme schole we helpen minne oder rechtes. mit dessen anderen heren binnen ver weken, dedde we des nicht, so schole we‖ eme helpen mit aller maght, vnde mit slothen vnde mit mannen vnde scholen‖ eme senden vse man in sin negheste sloth. up vse kost. queme it eme to eme‖ ridenden orlighe, so schole we eme helpen. up sine kost. de dinghenisse scholde‖ he up bŏren. venghe man over vanghene oder ẘnne man slothe. de scholde‖ man delen na mantalen. bestallede man siner slothe ienigh oder bůwede man‖ in sin land so schole we eme helpen up vnse kost. up ghe win. vnde up vnse‖ vorlust. worde en schelinghe tuischen vnser iemande. dat schal stan uppe den‖ van Ruyen vnde up vs dat reght to sprekende vnde to vndschedende. sche‖lede de van Ruyen vnde we vnder tuischen dat hefd vser en up den anderen‖ lathen to vndschedende. binnen allen dessen reden, scholen wesen. hertoghe Otto‖ vnde wardzslaff von stetin vnde greue adolf van schowenburgh oft se willen‖ desser rede vnde alle vnser reghten sake schal vnse here de koningh van denemarken en ouer here wesen vns bi to stande. vppe dat we desse rede‖ vaste holden dat hebbe we vntrẘen up ghelouet. vnde vnse ingheseghel hir to ghehenghet, Desse breue sint ghegheuen vnde ghescreuen to grewes‖molen. na der bord ghodes dusent iar drehundert iar in deme verteyneden iare, des midwekens na den twelften.

*Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel am Pergamentstreifen fragmentarisch. Daselbst auch die Ausfertigungen der beiden Herren von Werle und des Grafen Nikolaus von Schwerin. s. M. U. B. VI. 3670 und die Note dort. Reg. Dan. *1051.*

1314. Febr. 2. **288.**

Hermann von Raboysen und seine Erben bezeugen, daſs Heinrich Rughe und seine Erben unter ihrer Zustimmung drei Viertel Landes im Kirchspiel Seester im Dorfe Hahnenkamp dem Hamburger Bürger Johann Sperling zur Stiftung einer Vikarie verkauft haben.

Vniuersis presens scriptum uisuris et audituris. Nos Hermannus verique nostri heredes dicti de raboysen. salutem in eo qui neminem wlt perire. Quia ea que fiunt inter presentes a memoriis hominum persepius elabuntur. nisi scripturarum testimonio perhennentur. Huius rei gracia presentes scire cupimus. et ad posterorum certam noticiam deuenire. quod Hinricus dictus rughe et heredes sui proximi tria frusta agrorum qui uertel dicuntur. mediante nostra libera voluntate.

ac heredum nostrorum consensu et arbitrio accedente sita in palude parrochia cestere. in loco qui honrecamp dicitur. Iohanni dicto sperlingh ciui hamburgensi cum omnibus attinenciis et proprietatibus. quibus ad eos iure hereditario pertinuerant libere uendiderunt ad quandam perpetuam uicariam per eundem Iohannem dictum sperlingh. ob salutem anime sue. ac suorum amicorum in ecclesia sancte katherine in hamborch dotatam. Coram nobis eciam et in nostro iudicio. necnon vniuersis terre nostre ciuibus prout iuris et consuetudinis est publice resignantes. et nos dictorum bonorum perpetuam warandiam prestantes in perpetuum obseruandam. Testes huius sunt. Io de monte. bertrammus luscus. alardus vnvoruerde. bruno de glouessin. Iohannes filius domine alene. wolderus. bernardus godekini. et alii quam plures fide digni. Vt autem hec rata permaneant et inuiolabiliter obseruentur. sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum et actum hamborch. Anno domini M⁰. CCC⁰. XIIII⁰. in die purificacionis beate marie.

Lib. cop. cap. fol. 135b im Hamb. Archiv.

1314. Febr. 22. **289.**

Adolf, Graf von Holstein nnd Schauenburg, bestätigt unter Zustimmung der Grafen Adolf, Gerhard und Erich dem Kloster Fischbek den Zehnten zu Haddessen.

Adolfus dei gracia Comes holtsacie et in Scowenburg, omnibus presens scriptum visuris seu audituris salutem in domino. ad‖ vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod cum honorabilis domina . . abbatissa et conuentus Monasterii in visbeke, decimam‖ villule haddessen, a Iohanne holtgrauio, a suo cognato Iohanne dicto Bodingdorpe et Lippoldo fratre suo et eorum iustis heredibus vel coheredibus, pro triginta quatuor marcis bremensis argenti exemissent et ipsi eam coram nobis‖ et nobis liberaliter resignassent Nos cum consensu omnium heredum nostrorum videlicet adolfi Gerhardi et Erici‖ dicto conuentui dedimus presentibus et donamus ob honorem sancti Iohannis Baptiste, pro salute animarum nostrarum ius pheudi eiusdem decime quod ad nos pertinebat et omne ius quod in ipsa actenus habuimus vel in futurum habere poteramus ir‖reuocabiliter perpetuo possidendum, et in quocumque tempore predicte videlicet abbatissa et conuentus proprietatem memo‖rate decime sibi poterunt comparare, tunc nos aut nostri heredes, ipsam decimam, ecclesie Mindensis a qua eam dinoscimur habuisse, ore et manu aut scriptis volumus vt vt iure debemus beniuole resignare omni occasione post-‖posita et remota huius emptionis simul et nostre cossacionis testes sunt, Iohannes de bardeleue˙ Conradus de winningehu‖sen, Tidericus holtgrauius, Richardus Lodhe, Liborius de wlbeke Ludolfus de Thunderen Ludolfus de Mandeslo, Bodo Om,‖ milites Bodo de vninge, Iohannes de bardeleue famuli, et plures alii fide digni In quorum omnium firmitatem et testimonium‖ presentem paginam dicte ecclesie nostro Sigillo dedimus roboratam. Datum Greuenalueshagen anno Domini M⁰. CCC⁰ XIIII⁰. in Cathedra sancti petri.

Original im Archiv des Klosters Fischbek. Siegel am Pergamenstreifen fragmentarisch.

[1314. März.] **290.**

Erich, Herzog von Jütland, ersucht den Grafen Robert von Flandern, auf Klage etlicher Friesen aus seinem Gebiet (Frisones nostri): *des* Liteke Ova, Sywaldus Vacquer, Tede Alveric, *deren Brüder und zehn anderer nicht Genannter, denselben,*

welche zur Zeit der Fehde des Grafen mit dem König von Frankreich in seinem Gebiet von Leuten des Königs überfallen und ihrer Waren im Werte von 2000 Grofstgulden beraubt sind, zur Wiedererlangung behülflich zu sein, zumal da jetzt Frieden geschlossen sei, und droht ev. mit Repressalien. — „Conquesti sunt.“

Scriptum Sleswic nostro sub secreto.

Hans. U. B. II. 243.

1314. April 2. 291.

Johann, Bischof von Ripen, überträgt die vom Propsten Christian in der dortigen Kirche gestiftete Altarpräbende dem Priester Michael Tuly.

Omnibus presens scriptum Cernentibus, Iohannes dei gracia Ripensis Episcopus salutem in domino sempiternam,|| Ne acta in tempore fluxus deleat temporis, ipsa veneranda antiquitas scipturarum testimonio|| prouide statuit perhennari, Hinc est, quod constare volumus vniuersis, nos viro discreto. Domino Micha||eli sacerdoti. dicto tuly, Exibitori presencium. altare. quod prepositus Cristianus. filius domini N. lændi in Ecclesia nostra|| Ripensi. ob remedium anime sue. racione vnius misse. perpetue tenende. in testamento suo constituit et do||tauit, cum omnibus attinenciis et obuencionibus suis, videlicet, duabus curiis, in parochia syndernybæl. in|| warwythsysel. et vna curia, nomine horshagh, in parrochya scraaghæ, cum colonis ibidem. eidem. adia||centibus, que omnia, in memorato testamento. ab eodem, ad idem altare. racione dicte misse sunt|| legata. ad presentacionem Nicholai haac. fratris, prepositi memorati, tunc, bone mentis, presentis et consenci||entis. in Capitulo nostro rite et canonice contulisse. jure perpetuo possidendum, peticione tamen. ipsius|| N. haac. admissa. seu concessa. quod si sibi visum fuerit. curiam horshagh. dicto altari. adiacentem, cum|| vna alia curia. marcham annone. in redditibus. annuatim valente, licite posset liberare, In Cuius|| rei testimonium et euidenciam pleniorem. eidem super hac collacione. literas nostras contulimus. sigillo nostro et|| sigillo capituli nostri roboratas. Actum. Anno domini. Millesimo Tricentesimo, quarto decimo, IIII°, Nonas Apriles.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei Siegeleinschnitte.

1314. April 5. 292.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft dem Kloster Harvstehude eine Anzahl Ländereien für 600 Mark Hamb. Pf.

Nos Adolphus dei gracia Comes holtsacie. Stormarie. et in Scowenborch. Omnibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit. volumus esse notum. quod Nos . . preposito Domino Iohanni et abbatisse et conuentui in valle virginum vendidimus in pallude wedele. XXI. iugera ad Curiam que pomerium nuncupatur. et duos mansos in arido. In molendino in eadem villa. XI. Marcarum redditus annuatim. cum situatione que hop dicitur. Ghest. adiacens ville Ghemedeshude. cum curia Iohannis Spirland. Sex iugera adiacentia ville Lith. et vnum chorum auene. cum XIIII. hemeten. Grunthure. in eadem villa. et piscaturam quam emimus de Reymaro Milite. et hassone fratribus dictis de wedele. pro Sexcentis Marcis denariorum hamburgensium. quiete et pacifice possidenda. tali addita conditione. quod predicta bona. in festo beati Johannis baptiste pro pecunia tanta. videlicet pro Sexcentis Marcis denariorum reemere poterimus. dum nobis visum

fuerit expedire. Quam reemptionem si ullo modo in festo prenotato. non faceremus. extunc dicta ecclesia censu et fructu sequentis anni integraliter perfruetur. Et si defectum aliquem in bonis predictis habuerint. vel receperint. huiusmodi defectum. in aliis bonis nostris eis supplebimus. ad quod nos tenore presentium obligamus. Huius rei testes sunt. Bertrammus kule. Iohannes dictus Ryke. fratres et Milites. et alardus rector ecclesie in wedele et alii quam plures fidedigni. Datum et actum in valle virginum anno domini M⁰. CCC⁰. XIIII⁰. Sexta feria parasceue.

Cop. Harvstehud. fol. 10b im Hamb. Archiv (durchstrichen), wiederholt fol. 29a.

1314. April 14. 293.

Landesteilung der Grafen Adolf von Schauenburg, Gerhard und Junker Henneke.

In godes namen amen. Vmme gud dhat Greue Alf van Scowenborch, Greve Gerhart, vnde Junchere Henneke vndertwischen noch delen scolden, is ghedheghedingget, also hir na gescreven is. Dhat Greve Alf van Scowenborch aflet van aller dele vnde van aller ansprake, dhe he hadde vnde dhe eme bören mochte in der Nygenstad to dher Crempen, in dheme torne to Trauenemunde, vnde in dhem Kerspelde, wat he dar an hadde, echter in dhem Kerspelde vnder dhem torne to Sunte Nyclawese to Lubeke, echter wat he hadde in dheme tollende vppe dher Travene, echter wat he hadde in dheme Kerspelde to dheme Sconenbornen, echter wat he hadde in deme Kerspelde to Oldeslo, echter wat he hedde in dhem hus vnde in dhem gude to Arnesvelde, echter wat he hadde in deme Vrwolde vnde in dhem verdhendele dher heyde to Segheberghe vnde van dhem vi echter wat he hadde in dhem Böle. Vorthmer to dhessen voresegheden stucken hevet Greve Alf ghelaten sinen Vedderen Greven Gerharde vnde Juncherren Henneken, vnde eren rechten eruen van sinem eghenen gude, dhat vore sin allene was, dhre dorp in dhem Kerspelde to Odeslo, Nuttekow, Blomendhorpe, vnde Vosberghen, vnde in deme Kerspelde to Berchstede veer dhorp, Woldehorne mit aller schedhe, Smalenbeke mit siner schedhe, Wlueldestorpe also it sin was, Bunningstede ane ene hove dhe io to dhem Woltorpe lach, Woldehorne wor vore dhat vtesteyt, dhat scal Greve Alf ledich vnde vry antwerden sinen voresegheden vedderen, vnde dhar enboven scal Greve Alf in geuen twehundert marc Hamborger penningge vor dhit vorbenomede gut, so hevet Greve Gerhart vnde Juncherre Henneke ereme vedderen Greuen Aluen van Scowenborch vnde sinen rechten erven wedder ghelaten dhit gut, dhat hir na bescreven is. Wat se rechtes hadden in dhem Kerspelde to Wedele, dhat Kerspel to Rellinge mit dhem More ganzliken also it ere was. Wat oc Greve Gerhart de dhar dot is, dheme Got ghenadich si, edder dhesse sine sone in deme Kerspelde laten edher utgheset hebbet, dat scolen se Greuen Alue erem vedderen ledich vnde vry antwerden. Vorthmer latet se ereme vederen Greuen Alue dhat dhorp to Lemsole, Mellingstede, Duuentstede, also dhe dhre dhorp in eren schedhen beleghen sin, vnde also se ere weren, vnde vorth vp dhe Alstere, dat schal dhe schedhe dher herscop wesen, men wat mallic in holte vnde in erve hadde dhes scal he bruken also he vore dede. Vortmer dhat dhorp to Wokendhorp, also it an siner schede beleghen is, were dhat se in dher schedhe dhesses dhorpes gicht scheleden, so scolde Greue Alf vnde Greue Gerhart vppe de schedhe komen vnde scolden dhe vntwerren, also it vruntlich vnde lic were. Vorthmer so hebbet se sich ghescheden vmme dhe ghestliken len

aldus, dhat Greue Alf van Scowenborch vnde sine eruen scolen lenen eweliken dhe kerken to Sullevelde vnde dhe kerken to dhem Sconenbornen. Dhar wedher scal Greue Gerhart vnde iuncherre Henneke vnde ere erven eweliken lenen dhe kerken to Odeslo vnde to Trauenemunde, vnde beholden dhat recht in dher provenda to Hamborch, dhe Mester Pelegrine nu hevet. Hir mede sint se vruntliken vnde lefliken schedhen vmme alle ansprake dhe mallic vppe dhen anderen hadde, van erves vnde van gudes weghene. Weret oc also, dhat erer genich gvt laten wolde dhat ne scolde he nicht don, hene heddet sinem negesten erst gheboden. Wolde dher binnen veer wekenen van dher tit, also he io erst ghemanet wert, nicht also vele gheven also en ander man. so mach he na dhen veer wekenenen sin gut laten vnde vorcopen weme he wel. Were oc dhat ir genich ervelos storue, dhes gut scolde erven vppe den neghesten. Dhesse dhing sint ghedheghedingget in dhessem beschedhe, oft se iuncherren Henneken lef sin. Weren se eme nicht lef, so scolde Greue Gerhart mit sineme dele wulvaren, also hir ghescreven is. Queme he dhar van gemende in geneghe worren edher in genich beswar vmme, dhes scal eme Greue Alf helpen vnde bistan, dhat he dhar af come. Dhesse dhingge dhe hir ghescreuen sin, tuge sint, Her Hinric Breyde, Herr Bertram Kvle, Her Johan Bot, Her Johan dhe Rike, Her Reymar van Wedele, Her Johan van Gortz, Her Johan van Eyslingge, Herr Johan van deme Berghe, vnde Marquart Kattescroch, vnde mannichman anders. Dhesse bref is ghegheven to Hamborch Dhruteyn hvndert iar in dheme vertegheden iare na godes bort in dheme achtedhen daghe na paschen, vnde is beingheseghelet mit inghesegelen Greuen Alues vnde Greuen Gerhardes, dher twyger vorghesegheden herren.

S. H. U. S. II. S. 32 angeblich nach dem Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen.

1314. April 20. 294.

Ludwig, Propst, Bertram, Dekan, und das Kapitel zu Hamburg beurkunden den Erwerb der Wedeme St. Petri.

Lodewicus dei gracia prepositus, Bertrammus decanus, Totumque Capitulum Ecclesie Hammenburgensis. vniuersis presencia visuris vel audituris‖ in domino salutem. Cum Curia, quondam Gerhardi Seghewini, sita prope Ecclesiam beati Petri, ad orientem, quam post hec possedit Magister‖ Ludolfus bone memorie, Ecclesie nostre perpetuus vicarius et Cripte deseruiens, ad dotem ipsius Ecclesie beati Petri, licet non fuerit empta,‖ tamen antiquitus deputata, Et eadem Ecclesia dote carere non possit, nos considerantes commodum et voluntatem amicorum nostrorum‖ dilectorum, Consulum videlicet, et omnium parrochialium, dicte Ecclesie, Cum eisdem, de consensu et beneplacito vniuersorum consulum, super dicta Curia‖ concordauimus in hunc modum, videlicet quod eandem, pro Sexaginta Marcis denariorum comparauimus, et ad dotem donauimus, vt sit et perpetuo‖ maneat, Dos, ipsius Ecclesie sancti Petri. Quam eciam nos, et nostri successores, vendendi, siue quocumque alio modo a dote alie‖nandi, nullam habebunt penitus potestatem, hac tamen condicione adiecta, vt curati, et parrochiales dicte Ecclesie, qui pro tempore‖ fuerint, ipsam Dotem seu Curiam, qualitercumque destructam siue desolatam, edificent et reedificent quandocumque et quociuscumque‖ fuerit oportunum. In premissorum vero testimonium et signum perpetuum, presens scriptum est, sigilli nostri, et Ciuitatis Hamburgensis‖ munimine roboratum. Testes eciam huius facti sunt. Bruno Cantor, et Henricus thesaurarius nostre Ecclesie, necnon Iohannes

dictus|| ridder, et Bruno de glouescin, consules Hamburgenses, et plures alii fidedigni. Actum et Datum, anno domini, M°. CCC°. quarto|| decimo. Sabbato post, Quasi modo geniti.

Original im Hamb. Archiv. Siegel der Stadt und des Kapitels an grünen Schnüren.

1314. April 30. 295.

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, entscheidet, dafs mit Zustimmung der Erben geschehene Veräufserungen nicht von später Geborenen oder sonst Hinzutretenden angefochten werden können.

Ericus dei gracia Dux Saxonie angarie et westfalie recognoscimus publice per presentes quod in presencia nostra quidam ventilatus fuit. cuius tenor talis erat. Quidam nobilis cum consensu filiorum suorum vendidit proprietatem aliquot mansorum. quesitum est coram nobis utrum filii filiorum illorum quorum consensu factum est possint inpetere de iure proprietatem venditam ab auo. Nos igitur matura deliberacione prehabita cum nostris vasallis huic questioni duximus respondendum quod quidquid de bonis hereditariis venditur siue donatur cum consensu heredum tunc existencium. per alios postremo natos uel in quacunque linea succedentes. nequaquam poterit retractari. Sentenciam predictam per nostros vasallos approbatam. nostro sigillo duximus protestandam. Datum anno domini. M°. CCC°. XIIII°. In vigilia walburgis.

Aus dem Kopiar des Klosters Amelunxborn (1439—1464) im Archiv zu Wolffenbüttel.

1314. Juni 7. 296.

Gerhard, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, verkauft seinem Bruder Hennekin seinen ganzen Besitz in Holstein, Stormarn und Schauenburg, seine Güter in Warwithsyssel, in Staverby und in ganz Dänemark für 7000 Mark Silber Kölnischen Gewichts, wogegen ihm dieser seinen bisherigen Besitz für 3000 Mark verpfändet, ihm ein Witthum für seine Frau bestellt und eine Anzahl anderer einzelner Berechtigungen gewährt.

Omnibus presens scriptum cernentibus Gerardus dei gracia holzacie, stormarie, et de scoghenborgh comes Salutem in domino sempiternam, nouerint vniuersi nos illustri iuueni fratri nostro karissimo hennechino ea||dem gracia holzacie stormarie et de skoghenborgh domicello totum dominium nostrum in holzacia stormaria et skoghenborgh predictis et vbicunque alibi, post patrem nostrum karissimum nos contingens, nec|| non et bona nostra in warwithsysel, stauerby, et omnia alia bona nostra in dacia sita, cum vasallis, ciuitatibus castris, et singulis municionibus in dictis dominiis existentibus, bonis omnibus cum omni|| iure maiore et minore, ac ipsorum attinenciis vniuersis et quocunque nomine censentur pro septem millibus marcharum argenti coloniensis ponderis, vendidisse, Ita quod idem frater noster|| soluere debeat omnibus creditoribus patris nostri, et debita exigere, que eidem debebantur, et sint sua. Pro cuius summe tribus millibus marcharum argenti idem frater noster nobis obli||gauit bona infrascripta videlicet omnia bona sua in warwithsysel, stauerby et owerby in dacia sita valencia ducentas decem marchas argenti in redditibus annuatim, Et in|| holzacia, in villis

infrascriptis, bona sua, videlicet, byltun, brode, dodow, brochne, brekceghegel, valencia ducentas quadraginta marchas denariorum monete lybicensis, in redditibus annu‖atim, cum omni iure maiore et minore, sicut ea tenuit idem domicellus, libere retinenda, donec a nobis ex parte sua legaliter redimantur, Que si minus valuerunt annuatim, idem‖ frater noster nobis vsque ad dictam summam superaddere tenebitur, et si plus valuerunt, illud sibi restituere obligamur, Ita quod pro quolibet centenario marcharum argenti non solito, an‖nuatim leuabimus de dictis bonis decem marchas argenti, in sortem principalis debiti minime computandas. Residua vero quatuor millia marcharum argenti nobis solui debent‖ videlicet duo millia in festo beati martini sub anno domini Millesimo. C⁰C⁰C⁰. quinto decimo, Et duo millia marcharum argenti etiam in festo beati martini, anni post illud festum proximum subse‖quentis, Si vero nos predicta bona vel aliqua predictorum alicui inpignorare contingat, hoc Idem frater noster gratum debet habere atque ratum, Ita tamen, quod si ea carius exposuerimus‖ hoc de predicta summa tenebimur defalcare. Si eciam aliqua de predictis bonis a nobis euincantur, vel causa fratris nostri peiorentur, seu destruantur, de hoc tenebitur facere nos indemp‖nes. Item si dictum fratrem nostrum, quod absit, absque prole legitima mori contigerit, dimidietas supradicti dominii supradicti, ad nos libere redibit, et dimidietatem a domino nostro Erico Rege dacie‖ vel suis heredibus, aliisque heredibus dicti fratris redimere, seu emere tenebimur pro septem millibus marcharum argenti, ponderis supradicti, Si vero mortuus fuerit habens prolem generis femini‖ni Iure holzacie diuinetur, ad quem dictum dominium tunc spectabit, Item concedit nobis frater noster predictus ad dies nostros, et vxori nostre ad dies suos, si nos mori con‖tigerit ipsam curiam iuxta aldenborch cum molendinis aereis et aquaticis, stagno, agris, pratis et ceteris attinenciis, Item duos mansos in klennow, Item curiam in‖ helmesthorp cum molendino maiore et omnibus utilitatibus curie antedicte, Item habere debemus ligna cremalia, et ad edificia pro dictis curiis de siluis dicti fratris nostri, et pro aliis bonis nos‖tris, prout est completum, Ita tamen, quod de dictis siluis nichil dare vel vendere debeamus, Si vero nos mori contigerit, dictis fratre et vxore nostris superuenientibus, iam dicta bona ad‖ predictum fratrem nostrum libere redibunt, Ita tamen, quod vxori nostre de dictis bonis ad dies suos soluat, sicut nunc de eis soluitur redditus annuatim Item frater noster predictus nobis‖ dare debet licenciam emendi redditus quadringentarum marcharum denariorum libicensium in suo dominio, a quibuscunque eos poterimus optinere,‖ Item frater noster antedictus de predictis bonis nobis inpigno‖ratis et concessis precarias nullas petat, Item nos tenebimur resignare predicta bona eque bona, cum a nobis redempta sunt, sicuti eadem dinoscimur recepisse, Item de predicta summa‖ argenti, de tribus primis millibus marcharum argenti centum marchas argenti ponderis dicti nos recognoscimus habuisse, Item omnes litteras et priuilegia dictum dominium seu loca predicta, quo‖cumque modo tangencia promittimus fratri nostro predicto restituere, et integraliter resignare, et per fidem nostram promittimus premissa ex parte nostra inuiolabiliter obseruare, In cuius Rei testimonium‖ sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum in villa kaldyng, anno domini Millesimo, C⁰C⁰C⁰, quarto decimo, feria sexta proxima post dominicam trinitatis.

*Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegel am Pergamentstreifen fragmentarisch. Reg. Dan. *1060, s. *1061.*

1314. Juni 8. **297.**

Gerhard, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, beurkundet, dafs der Verkauf aller seiner Besitzungen in Holstein, Stormarn und Schauenburg an seinen Bruder Hennekin freiwillig und nicht gezwungen erfolgt ist.

Omnibus ad quos presentes littere peruenerint Gerardus dei gracia holzacie stormarie et skoghænburgh‖ comes salutem indomino. sempiternam Notum per presentes facimus vniuersis quod nos dominium nostrum in‖ holzacia. stormaria et skoghenburgh bonaque nostra omnia ibi vbicumque sita. quocunque nomine censen‖tur. que predilecto fratri nostro. hænnekyno eadem gracia. holzacie. stormarie et skoghenburgh domicello‖ iusto vendicionis titulo vendidimus, sibi sponte propria et libera voluntate, non metu nec vi‖ quacumque coacti. alienauimus, sed Respectu habito ad sinceram fraternalem dilectionem. quam speramus ob‖ hoc inter nos inperpetuum sincerius obseruari, Renunciantes quantum ad alienacionem predictam in quacunque‖ sui parte, omni decepcioni, circumuencioni, violencie coaccioni nec non omnibus excepcionibus statutis, consti‖tucionibus, priuilegiis, et graciis iuris communis. consuetudinarii. canonici vel ciuilis nec non omnibus aliis‖ excepcionibus que contra premissam vendicionem. seu quamcunque partem sui obici poterit inposterum siue‖ dici. In cuius Rei Testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum kalding. anno‖ domini. Millesimo. CCC° quartodecimo. sabbato proximo post dominicam sancte trinitatis.

*Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegeleinschnitt. Reg. Dan. *1062.*

1314. Juli 9. **298.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, überträgt die halbe Mühle zu Hemeringe *und ein halbes Haus zu* Warendale, *welche der Knappe Friedrich von Heilbeke an das Nonnenkloster zu Rinteln verkauft hat, an dasselbe.*

Omnibus presens scriptum cernentibus siue audientibus Nos adolfus dei gracia Comes Holtsacie et Schowenborch notum esse volumus et constare. quod fredericus de heylbeke famulus in Castro Scowenborch in nostra et in omnium castellanorum nostrorum ibidem constitutus presencia. cum voluntate et consensu heredum suorum vendidit ecclesie sanctimonialium in Rintelen. dimidium molendinum in villa hemeringe et dimidietatem vnius case in warendale cum dimidio manso ibidem. que bona dictus fredericus a nobis inpheodo tenebat. et pro nostra voluntate ipsa in manus nostras ad manus dicte ecclesie libere dimisit et resignauit. Qua resignacione voluntarie facta, nos proprietatem dictorum bonorum dicte ecclesie cum voluntate et consensu heredum nostrorum omnium dedimus et libere dimisimus propter deum perpetuis temporibus possidendam. In quorum omnium premissorum testimonium et euidenciam Sigilla nostrum. et castellanorum nostrorum predictorum. presenti littere sunt appensa. Testes sunt Iohannes de bardeleue. wilikinus de holte Richardus post. Iohannes deckere milites. fredericus dhame Iohannes et Gerhardus fratres de bardeleue Iustacius de oldendorpe et bodo de vningge famuli. ac alii quam plures fide digni. Datum et actum Schowenborch. anno domini M° CCC°. quarto decimo in crastino beatorum martyrum[1]) kiliani et sociorum eius.

[1]) *von späterer Hand am Rande nachgetragen.*

Aus dem Rintelner Kopiar im Staatsarchiv zu Münster.

1314. Octbr. 23. 1335. Aug. 24. 299.

Heinrich, Bischof von Lübeck, transsumiert den Schuldbrief König Ludwigs (des Baiern), in welchem dieser dem Kurfürsten Johann und dem Herzog Erich von Sachsen 2200 Mark Silbers für die Kosten der Königswahl zu zahlen verspricht.

Nos dei gracia hinricus Lubicensis ecclesie episcopus. Tenore presencium publice protestamur quod vidimus‖ et examinauimus litteras infrascriptas, nobis per illustrem principem dominum Ericum ducem Saxonie porrectas‖ non abolitas non cancellatas. nec in aliqua parte rasas. Tenor vero prime et vnius littere erat talis‖ Ludowicus dei gracia Romanorum Rex semper augustus vniuersis presens scriptum cernentibus salutem et omne bonum‖ Cum Illustris princeps Iohannes dux senior saxonum imperii princeps et elector pro negocio electionis ad diem as-‖signatam frankenuort cum aliis electoribus accessisset tandem electione de persona nostra celebrata eidem‖ principi Io. duci predicto pro expensis circa electionem factis duo milia marcarum cum ducentis puri argenti dare‖ decreuimus in quibus sibi et fratri suo duci erico nos recognoscimus obligari. Cuius Summe medietatem‖ ipsis dabimus in festo natiuitatis cristi in anno proximo futuro, Reliquam vero medietatem in eodem natiuitatis‖ festo in anno immediate subsequente ipsis finaliter persoluemus. Ad obseruanciam premissorum nos vna‖ cum dominis infrascriptis videlicet de troninge, de nife. andrea de brunecke. Conrado de honlo, eueh[ardo]‖ de bruberch. Rodolfo de wirtheym, euehardo pincerna domino de stralenberch, euehardo de brunecke‖ fidem prestitimus manualem, quod si dictam pecuniam suis temporibus ut premittitur non soluerimus, quilibet dominorum‖ predictorum pro se vnum famulum ydoneum et nobilem magunciam mittet adiniacendum quemlibet cum duobus‖ equis non exituros quin dicta pecunia modis premissis plenius persoluatur, quicumque autem famuli ad‖iniacendum primo intrauerint, hii nequaquam exibunt, qui si exierint domini ipsorum personaliter iniacebunt‖ In cuius rei euidentiam sigillum nostrum huic scripto duximus apponendum. Datum frankenuort anno‖ domini M⁰. CCC⁰. XIIII⁰. X⁰. kalendas Nouembris: Tenor vero alterius littere erat talis‖: *Folgt König Ludwig's Brief vom 27. Septbr. 1320*[1]) et nos hinricus Lubicensis ecclesie episcopus‖ predictus in euidenciam examinacionis et visionis dictarum litterarum sigillum nostrum presentibus‖ duximus apponendum. Datum Lubeke. Anno domini M⁰. CCC⁰. XXXV⁰ in die beati bartholomei apostoli‖.

[1]) *Lüb. U. B. II. Nr. 391.*

Originaltranssumpt im Geheimarchiv zu Kopenhagen, ein andres gleichlautend vom Bischof Volrad von Ratzeburg.

1314. Octbr. 25. 300.

Der Overbode Eler Friese vergleicht sich mit dem Kloster Ütersen über den Wald von Halenbeke.

Vniuersis presentia visuris Elerus de Overbode, dictus Frese, frater suus Volradus, salutem in Domino. Ratione interesse dignoscitur, vt facta hominum scriptis memorie commendentur. Hinc est, quod notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod inter Prepositum, Priorissam et Conuentum Sanctimonialium in Utersen ex vna, et inter nos parte ex altera, super distinctione lignorum, seu nemoris ville Halenbeke, taliter exstitit concordatum, videlicet quod nos pro parte nostra tertiam partem lignorum seu nemoris quae est sita ad

sinistram manum, vbi incipit distinctio, scilicet a Papensike per viam que tendit vsque Dangmorsrode, et a Dangmorsrode vsque Gronerode, et a Gronerode vsque Holvenrode, et a Holvenrode vsque Thyderichsrode, et a Thyderichsrode per viam quae tendit vsque Holtrode, et a Holtrode vsque in Oldenhorst, et ab Oldenhorst vsque Kake, et a Kake vsque ad fluvium Suale, sicut patet per cuniculos ibi factos. Hanc quidem partem secundum sortem nobis datam pro nobis et pro nostris legitimis heredibus deliberatione matura praehabita elegimus et de beneuola acceptauimus voluntate Relique vero due partes lignorum seu nemorum, que sunt site ad dextram manum dicte distinctionis, predictis Preposito, Priorisse et conuentui in Utersen perpetuis temporibus permanebunt, adiecto, si que essent rubeta aut virgulta aratrum impedientia, tum Coloni Dominorum Prepositi Priorisse et Conuentus in suis agris, quam coloni nostri in suis agris, praeter quercus et fagos et fraxinos, id est Eschen, pro sua vtilitate extirpare poterunt, nulla tamen penitus noualia attentantes. Praeterea dicte ville colonis omnibus porcorum et pecorum pascua et loca graminaria erunt communia, preter fructus quercuum et fagorum, quibus quilibet nostrum in sua parte nemoris perfruetur. Ceterum in loco, qui dicitur Niendele, nos molendinum construemus ad quod secundum situm loci illius restagnationem habebimus, priori tamen seu antiquo molendino, quod situm fuit iuxta fluvium Suale, cum suis restagnationibus superioribus, que dicuntur Overdike, omnino deletis, ita quod nullas inter dicte ville terminos restagnationes habeamus vel faciamus, preterquam in Niendele, et in huius recompensam sepe dictis Preposito, Priorisse et conuentui tertiam partem vnius mansi dimisimus cum omni iure et vtilitate, prout ipsi etiam possederunt ipsam prius. Vt igitur omnia et singula premissa sub robore firmo permaneant, sigilla honorabilis viri domini Conradi, Segebergensis Prepositi, et Domini Ott de Golenbeck, necnon Bertholdi longi dicti de Rennowe, militum, vna cum sigillis nostris presentibus sunt annexa. Testes sunt Dominus Otbernus Prior, Dominus Didericus, custos ecclesie segebergensis, Bertoldus de Wensine, Lampertus de Cremptze, milites, Iohannes Cremptze, Nicolaus Smalenstede, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Segeberg, anno Domini M CCC X IIII, in die Crispini et Crispiniani martyrum beatorum.

Noodt, Beiträge I, S. 589 nach einer Kopie des Notar Anthonius Steinhauss.

1314. Novbr. 1. **301.**

Erich, Herzog von Jütland, bestätigt der Stadt Flensburg (Flensborch) *ihre Freiheiten und ihr Stadtrecht mit Ausnahme von drei Artikeln.* — „Scire volumus."

Datum Flensborgh in presencia nostra, anno domini M° CCC° quarto decimo, in die omnium sanctorum, presentibus dominis Thoma Alsing, dapifero nostro, Paulo Pæterson, Thoma Hak, militibus et Nicholao dyacono, cancellario nostro, ac aliis quam plurimis fide dignis

*Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Seydelin, Dipl. Flensborg. I. Nr. 9. Reg. Dan. *1797.*

1314. Novbr. 2. **302.**

Waldemar, Markgraf von Brandenburg und der Lausitz, beurkundet, den Herzögen Johann und Erich von Sachsen 70 Mark Silber, zahlbar am nächsten 2. Februar, schuldig zu sein.

Nouerint vniuersi quibus exhibebitur presens scriptum. Quod nos. woldemarus. dei gracia|| Brandeburgensis et lusatie marchio. obligamur Inclitis principibus. dominis. domino Iohanni|| necnon domino Erico. Ducibus Saxonie in septuaginta marcis. puri ar||genti et Brandenburgensis ponderis, in festo purificacionis Beate marie virginis proximo|| finaliter persoluendis. Presencium quas sigillo nostro sigillari fecimus testimonio|| litterarum. Datum Quedlingborch. Anno domini. Millesimo. Trecentesimo|| Quartodecimo In crastino. Omnium sanctorum.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel fragmentarisch. Sudendorf, U. B. VII. 13.

1314. Decbr. 13. 303.

Die Gebrüder Heinrich und Johann, Ritter von Wedel, verkaufen der Hamburger Kirche sechs Hufen in Tonndorf für 200 Mark Pf.

Omnibus hoc scriptum visuris, Nos Hinricus et Iohannes. milites dicti de we||dele. fratres. Notum facimus, quod de maturo consilio et vnanimi consensu.|| et de uoluntate dilecte matris nostre domine Mechtildis, vendidimus domino Nicolao|| dicto decani et ecclesie hamburgensi sex mansos in villa nostra todendorpe apud radeluestel||de in fine eiusdem ville ad occidentem, cum hura, cum iudicio maiore et minori|| cum terminis eorum cultis et incultis, cum pratis. pascuis. arbustis. mor. aquis. et|| aquarum decursibus. ac fructu et vtilitate. sicut eos hactenus possedimus. et|| prius predecessores nostri possederunt, pro quibus omnibus persoluit ducentas marcas denariorum|| tali condicione, si infra sex annos sibi proprietatem iudicii optinuerimus, nobis addet. XX. marcas|| Si autem per se ipsum optinuerit a comite. emptio iudicii cum mansis stabilis[1]) perseuerat, In quorum|| omnium testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa, Datum in die beate lucie virginis, Anno|| domini, M°, CCC° XIIII°.

[1]) iudicii — stabilis *auf Rasur mit schwärzerer Tinte nachgetragen.*

Original im Hamb. Archiv. Zwei Siegel am Pergamentstreifen.

1314. Decbr. 14. 304.

Heinrich von Wedel der jüngere verkauft der Hamburger Kirche sechs Hufen in Tonndorf für 140 Mark Pf.

Vniuersis hoc scriptum visuris, Ego hinricus de wedele iunior, miles cupio|| notum esse, quod ego de pleno consensu matris mee domine Mechtildis, et de maturo consilio|| fratris mei domini Iohannis ac proprio, et etiam aliorum meorum amicorum et heredum legitimorum, ven||didi hereditario iure domino Nicolao decani perpetuo vicario hamburgensi sex mansos in uil||la mea todendorpe apud radeluestede pro centum et quadraginta marcis denariorum monete vsua||lis, ab occidente ad orientem ascendendo numerandum quatuor[1]) in australi parte ville et duos[1]) in aqui||lonari parte, soluentes annuatim in quolibet festo beati Martini tres choros siliginis perpetuo pos||sidendos cum agris cultis et incultis, siluis, arbustis, pratis, paschuis, Mor, aquis, et earum decur||sibus, terminis et anschot, ac omni fructu et vtilitate, sicut nos et nostri predecessores tamquam heredi||tatem propriam hactenus possederunt pacifice et quiete, Et idem dominus Nicolaus ac possessor|| vicarie, ad quam deputauerit ipsos mansos, destituendi colonos et instituendi alios, ac huram pan||dandi habebit liberam facultatem, Et ipsi coloni lignis ad eorum strvcturam et ad usus necessarios cum|| paschuis lignorum vtentur sicut alii ciues hactenus

vti consueuerunt, Item alia dimensio cum funi‖culo quod wlgariter hofslach nominatur ammodo non fiet per nos nec per nostros heredes, vel per sucesso‖res, si qui iudicium ipsius ville emerint vel possederint infuturo, Item dicti coloni licite possunt‖ inculta et anschot infra terminos eorum redigere ad culturam pro mansis eorum emendandis, Item plures‖ exactiones non dabunt nec plura seruicia facient quam eorum conciues, prouiso tamen quod iudicium eorum‖ mansorum, quod a nobili viro domino meo Adolpho comite holtsacie et de scowenborg tenemus[2]) in‖ feodo mihi in aliis preter prescripta reseruo, Huius uenditionis et emptionis testes sunt, Iohannes frater me‖us supradictus, hinricus senior, Reybernus et hasso frater eius, mei patrueles, Bertrammus kule‖ et Iohannes rike frater eius, Rauen de hummersbotle et wollenbeke, Milites, et alii plures fidedigni‖ vt autem hec vendicio a me et meis heredibus ac successoribus, in toto et in omnibus suis partibus stabi‖lis perseueret et seruetur, sigillum meum huic scripto duxi appendendum, Acta sunt hec in hamborgh‖ Anno domini, M⁰, CCC⁰, quarto decimo in crastino beate Lucie virginis.

korrigiert. [2]) *2.:* teneo.

Original im Hamb. Archiv in zwei Ausfertigungen. Siegel des Ausstellers gut erhalten am Pergamentstreifen.

1314. Decbr. 15. **305.**

Heinrich und Johann von Wedel über denselben Verkauf.

Vniuersis hoc scriptum visuris, Nos Hinricus et Iohannes, fratres, Milites dicti de wedele cupimus esse‖ notum, quod de maturo nostro consilio, et pleno consensu dilecte matris nostre domine Mechtildis, et omnium ali‖orum nostrorum heredum et amicorum vendidimus hereditario iure Domino Nicolao decani perpetuo vicario‖ Hamburgensi sex mansos in villa nostra todendorpe apud Radeluestede pro centum et quadraginta marcis denariorum mi‖nus duobus monete vsualis, ab occidente ad orientem ascendendo numerandum, quatuor in australi parte uil‖le. et duos in aquilonari parte, soluentes annuatim in quolibet festo beati Martini tres choros siliginis perpetuo‖ possidendos cum agris cultis et incultis, siluis, arbustis, pratis, paschuis, Mor, aquis et earum decursibus‖ terminis et anschot, ac omni fructu et vtilitate sicut nos et nostri predecessores tamquam hereditatem propriam hac‖tenus possederunt, Et idem dominus Nicolaus ac possessor vicarie ad quam deputauerat ipsos mansos, destitu‖endi colonos et instituendi alios, ac huram pandandi habebunt liberam facultatem, Et ipsi coloni lignis‖ ad eorum structuram et ad usus neccessarios cum pascuis lignorum utentur, sicut alii ciues hactenus vti consueuerunt‖ Item alia dimensio cum funiculo quod wlgariter hofslach nominatur ammodo non fiet per nos, nec per nostros heredes vel per successores si qui iudicium ipsius ville emerint vel possederint in futuro. Item dicti coloni licite possunt‖ inculta et anschot infra terminos eorum redigere ad culturam pro mansis eorum emendandis, Item plures exactiones‖ non dabunt, nec plura seruicia facient quam eorum conciues, Prouiso tamen, quod iudicium eorundem mansorum, quod a No‖bili viro Domino nostro Adolpho Comite holtssacie et de schowenborg tenemus in feodo, nobis in aliis preter‖ prescripta reseruamus, Huius venditionis et emptionis testes sunt, Hinricus senior, Reybernus et hasso‖ de wedele[1]) nostri patrueles, Bertrammus kule et Iohannes rike frater eius, Rauen de hummersbotle et wollen‖beke, Milites et alii plures fide digni, vt

autem hec uenditio a nobis et nostris heredibus ac successoribus‖ in toto et in omnibus suis partibus stabilis perpetuo perseueret, [2]) Sigilla nostra huic scripto duximus‖ appendenda, Acta sunt in hamborg, Anno domini M°, CCC°, XIIII°. In crastino beate Lucie virginis.

[1]) 2: hasso frater eius nostri patrueles. [2]) 2.: et seruetur.

Original im Hamb. Archiv in doppelter Ausfertigung. Siegel verloren.

1314. Decbr. 20. **306.**

Ludwig, König der Römer, bestätigt Margarethe, der Witwe des Herzogs Albrecht von Sachsen das ihr von diesem verschriebene Leibgedinge: Schlofs Ratzeburg, Schlofs Dutzow, Land Darzing, Neuen-Gamme, Kirchwärder mit dem Kraucl, den Zoll zu Efslingen. — „Etsi cunctorum."

Datum Moguntie. XIII kalendas Ianuarii. Anno domini M° CCC° Quarto decimo. Regni vero nostri anno Primo.

Sudendorf U. B. 63 nach dem Original, jetzt im Archiv zu Schleswig.

1314. Decbr. 25. 1315. Jan. 1. **307.**

Johann, Bischof von Ripen, das dortige Kapitel und der Rath der Stadt beurkunden die Vergabungen des Johannes Woltersen.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Iohannes dei gracia Ripensis Episcopus. Totumque Capitulum ibidem nec non et Consules. Ceterique Ciues. eiusdem‖ Ciuitatis in omnium saluatore. Notum facimus vniuersis. quod constitutus coram nobis personaliter vir discretus. Dominus Iohannes wolter sen Ciuis iam dicte‖ Ciuitatis. Recognouit se. ad Capellam suam. Redditibus subscriptis dotasse. videlicet in Meyaldern march. Octo solidata terre. que emit a domina‖ gvthe Tvuis. soluencia annuatim quatuor solidos siliginis. et tantum warkorn. cum duabus ancis et sex pullis. Item emit de domino preposito kanuto‖ scleet in scarbec march octo marchas auri in terris soluentes octo solidos siliginis et tantum de warkorn. Item emit a iam dicto preposito in eodem‖ iam nominato. soluunt annuatim decem solidos siliginis. et duos solidos ordei. vnum plaustrum feni. vnum arietem. sex antas. et decem pul‖los. Item quinque marcas auri in terris. cum dimidia in gesing march a siuenone lille de normenstedhe soluentes an-‖nuatim duas oras siliginis cum duabus marcis danorum item vnum atting in gasi march situm quod emit a kanuto et Thucone aggi søner.‖ soluens annuatim quinque solidos siliginis. Item emit terras in Manø soluentes quinque solidos sterlingorum quinque antas cum decem pullis Item vnum‖ atting cum dimidio in burger march, situm. soluens annuatim quinque oras ordei. item vnum atting quod emit de tocki Roch soluentem annuatim v solidos ordei. Item vnum atting. quod emit de Cristina bvndis. scilicet dimi‖dium in bvnigs bool situm et dimidium in terris asceri mardsen situm. et istud ating iam dictum soluit annuatim dimidiam marcam annone. Item‖ vnum pratum in widhesteed situm. quod soluit tria plaustrata feni. De Redditibus premissis. dabuntur singulis annis ad fabricam Ecclesie‖ beate virginis quatuor marce denariorum. Cuilibet autem Tutorum dicte ecclesie. qui pro tempore fuerint dabitur marca denariorum. ad vnum par Cali-

garum. vt ipsi Tutores|| eo diligencius aduertant. ne dicta Capella in edificiis, et ornamentis pro lapsu temporis deficiat. sicut in diebus dicti domini Iohannis consuetum fuit. sine defectu per||petuo teneatur Dabuntur etiam Canonicis ibidem de eisdem redditibus sex marce denariorum. nec non et vicariis eorum due marce denariorum ad annuersarium me||morati Iohannis et dilecte vxoris sue Elene. quolibet anno faciendum. Item due marce ad candelam in eadem capella habendas. Ordinauit|| eciam prefatus Iohannes. vt dominus Cantor eiusdem ecclesie annuatim habeat vnam marcam denariorum. ad vnum paar caligarum. vt cum per sacerdotem ibidem|| officiantem requisitus fuerit. sæpedicta capella in suis necessariis eo cicius provideatur. Insuper confert idem dominus Iohannes de Redditibus predictis|| decem marcis denariorum post obitum suum. inter pauperes singulis annis. distribuendas. scotauit etiam stupam suam in aggere molendini. iuxta|| portam lapideam sitam. vt dictis pauperibus octies in anno de balneo prouideatur. que si per incendium uel alio infortunio deuastata fuerit. ni||chilominus de Redditibus eiusdem fundi. vt premissum est de balneis alibi in Ciuitate ordinetur. Ceterum uero cum consensu dicti domini episcopi. et|| Canonicorum statutum est. quod sepe fatus dictus Iohannes wolter sen. diebus vite sue. de sacerdote et Redditibus sue Capelle. pro sua ordinet volun||tate. post obitum vero eiusdem Iohannis heredes sui ius et liberam habeant auctoritatem. sacerdotem pro eadem Capella officianda. quemcunque vo||luerint presentare. In Cu[ius rei] testimonium sigilla nostra vna cum sigillo memorati domini iohannis presentibus sunt appensa. Datum|| anno domini Millesimo CCC quartodecimo. infra Octauas Natiuitatis domini saluatoris.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Drei Siegel an Seidenschnüren.

1314. 308.

Ludwig, Propst, Bertram, Dekan und das Kapitel zu Hamburg beurkunden, daſs ihr Natural-Zehnte aus Grevenkop in eine Geldleistung von jährlich 90 Mark Hamburger Pfennige verwandelt ist.

Nos Lodewicus dei gracia prepositus. Bertrammus decanus. Totumque capi tulum ecclesie hamburgensis notum esse volumus vniuersis tam presentis temporis quam futuri. quod nos decimas nostras tantum tam maiores quam minutas quas ecclesia nostra in uilla Greuencop possidet et hactenus possedisse dinoscitur. ciuibus eiusdem uille et eorum veris heredibus sub titulo contractus qui wlgo dicitur oding in perpetuum locauimus. videlicet pro nonaginta marcis denariorum hamburgensium. nobis in ciuitate hamborgh sine diminucione qualibet annis singulis persoluendis. Cuius pecunie medietatem in festo beati feliciani et aliam medietatem in die beati petri ad cathedram quolibet impedimento postposito soluere tenebuntur. Ita quod si dicti ciues siue coloni qui pro tempore fuerint in ipso die feliciani medietatem et in ipso die beati petri aliam medietatem prout premittitur non persoluerint. in crastino eiusdem diei siue termini. quo in solucione defecerint, soluent duplum illius termini et insuper in opcione nostra erit in crastino vtriusque termini predictum contractum condicionem siue locacionem que oding dicitur reuocare vel si magis voluerimus obseruare. In cuius rei perpetuam memoriam sigillum ecclesie nostre presentibus est appensum. Datum et actum anno domini M°. CCC°. XIIII.

Lib. cop. cap. fol. 67b im Hamb. Archiv.

1314. **309.**

Das Hamburger Kapitel kauft Ländereien zu Grevenkop.

Lodewicus dei gratia prepositus ecclesie Hamburgensis ac consules oppidi Crempe notum facere cupimus universis, quod Nanno filius Hermanni, Hermannus filius Rodolfi, Ropertus, Albertus Hane et Iacobus Marquardi cives in Grevencop in presentia nostra constituti recognoverunt, se agros infra scriptos secundum situm infra annotatum ecclesie Hamburgensi in perpetuum vendidisse, de quibus Nanno filius Hermanni predictus III iugera in quartali Hermanni patris sui, in quo domus est constructa, vendidit, que quidem iugera ab aggere qui Oudik dicitur, usque ad domum se extendunt. Hermannus Rodolfi unum iugerum cum dimidio, dimidium iugeri in proprio quartali sui, et aliud iugerum integrum in quartali Roperti a minori Wetheringe ad orientem situans, Ropertus quatuor iugera, quorum duo in quartali domus sue et alia duo in quartali humulario cum decem agris sunt sita, Albertus Hane unum iugerum in quartali domus sue ab aque decursu, que Ou dicitur usque ad minorem Wetheringe, ultra procedetur, donec mensura unius iugeris integraliter habeatur. Iacob Marquardi unum iugerum in quartali ad orientem, ubi domus Iohannis Syfridi constructa fuit, de aqua, que Ou dicitur, ad minorem Wetheringe procedendo, et si defectus fuerit ab ista parte minoris Wetheringe, ulterius procedetur, donec mensura debita unius iugeris habeatur. Scilicet ecclesia predicta iam dictis civibus predictos agros pro octo solidis denariorum annis singulis in octava pasche sub pena dupli integraliter persolvendis, reservans solam facultatem, quod post mortem predictorum civium predictos agros uni de heredibus singulorum civium sine aliorum heredum contradictione locare possit, quotiens et quum fuerit oportunum. Et si predicti cives vel eorum heredes seu quicumque alii, quibus dicti agri locati fuerint, in predicto termino sub penis predictis non satisfecerint, ex tunc agri predictum censum non solvencium ecclesie libere vacabunt, ita quod dicta ecclesia Hamburgensis dictos agros sic vacantes aliis locare possit, ipsosque nihilominus colonos destituendi et alios substituendi pro sue voluntatis libitu et qualibet contradictione postposita habebit plenam et liberam voluntatem. In cuius rei testimonium ad instanciam predictorum ecclesie et civium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum et actum anno domini M. CCC. XIIII.

Archiv f. Staats- u. Kirchengeschichte V. S. 69 nach dem Original in Breitenburg.

1315. Febr. 24. **310.**

Die Ritter Volrad von Tzule, Detlef Wulf, Ludolf Scharfenberg und der Knappe Johann von Lasbek bezeugen, dafs der Letztere dem Kloster Reinbek eine halbe Hufe in Billwärder verkauft hat.

Uniuersis presentia visuris seu audituris, Volradus de Tzule, Thetleuus Lupus, Ludolphus scarpenberch, milites et Iohannes de lasbeke famulus in vero salutari salutem. Tenore presentium recognoscimus et fatemur, Iohannem de Lasbeke predictum Sanctimonialibus in Reynebeke dimidium mansum situm in Billenwerdere apud Bilnam cum decimis et omni iure, sicut ipsum sui predecessores possederunt, pro quinquaginta Marcis denariorum Hamburgensium vendidisse, ita videlicet, ut si ipsum in spacio quatuor annorum subsequentium pro iam dicta pecunia reemere decrevit, in cathedra beati Petri apostoli, et non in alio termino, ad suos proprios et non aliorum vsus, sibi vel suis veris heredibus, si Deo disponente eundem

Iohannem e medio migrare contigerit, reemendi facultas libera relinquatur. Quod si neglectum fuerit, iure hereditario, quiete ac pacifice non obstante contradictione aliqua, perpetuis temporibus possidebunt. Preterea si memoratis Sanctimonialibus in prefixo quatuor annorum spacio in predicto manso aliqua impugnatio, seu nocumentum et praecipue ex parte Willekini ruschen ac suorum heredum quomodolibet oriretur, de huiusmodi impugnationis nocumento ipsas indempnes eripere volumus et debemus, et si non fecerimus, civitatem Molne intrabimus non exituri, quoadusque de dampno sive nocumento sanctimonialibus illato, fuit integraliter satisfactum. Ceterum si premisse sanctimoniales, aliquos sumptus fecerint erga dictum mansum in edificiis, dictorum sumptuum recompensationem sepedictus Iohannes eisdem amicabiliter ministrabit, vel gratanter admittet. ut sua edificia ibidem constructa penitus inde tollant. In quorum omnium testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa, Datum et actum anno Domini M⁰. CCC⁰. quintodecimo, in festo beati Mathye apostoli.

Kopie auf Papier im Staatsarchiv zu Schleswig. Westfalen IV. 3422.

1315. März 23. **311.**

Johann, Graf von Holstein, bestätigt dem h. Geisthause in Kiel Ländereien in Kronshagen.

Iohannes Dei gratia Comes Holsatiae omnibus praesens scriptum visuris salutem in Domino sempiternam. Ad notitiam omnium et singulorum pervenire cupimus protestantes quod nos consideratis multis serviciis, pietatibus seu operibus misericordiae pauperibus et debilibus a domo Sancti Spiritus in Kyl receptis et eisdem ibidem impensis, de bona nostra voluntate non ab aliquibus inducti, sed pietate moti ad emendationem et incrementum praedictae domus et ad solamen pauperum ibidem colligendorum dedimus proprietatem dictam Egendom perpetuam super quibusdam bonis pro trecentis marcis Lubicensibus denariorum ex parte Cifridi clerici ex nouo monasterio comparatis et eidem domui assignatis, videlicet super sex mansis sitis in villa Kronshagen, emtis a Gotscalco de Porsfelde et suis filiis Iuan(?) et Nicolao militibus; item super quatuor mansis et dimidio cum suo prato, et quinque aliis, sitis in villa iam dicta, perpetue possidendos. Volentes ut dicta bona seu coloni ab omni exactione violenta vel precaria sive Greuenschath, ut bona propria perpetue sint immunes, excepta generali expeditione terrae communis Landwer vulgariter nuncupata. In cuius testimonium sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum. Testes huius sunt honorabilis vir Dominus Hinricus Canonicus Ecclesiae Lubicensis, praepositus in Poretze ac plebanus in Kil; Capellanus noster dilectus Timo de Godendorp, Otto Splyth, Iohanne de Gorece milites, ac Albus Detlev de Rutze, famulus, et quam plures fide digni. Datum Bramhorst anno Domini 1315. decimo calendas Aprilis.

Westfalen IV. 578.

1315. April 10. **312.**

Nikolaus und Johann, Herren zu Werle, schliefsen ein Bündnis mit Herzog Erich von Sachsen gegen Markgraf Waldemar von Brandenburg.

We Nicolaus vnde Johan Herren van Werle bekennen openbarliken dat we vnsem leven herren hertogen‖ Erike van Sassen. dar vp truwen ghelovet hebben.

dat we eme bistan scoln. vnde helpen truwéliken|| mit aller macht. tghegen margreuen woldemere van brandenborgh vnde al sine helpere. vnde dat we|| siner nicht afstan enscolen. he en hebbe weder dat lifgedinge siner sustere sines broder wif. hertogen|| albrechtes. dat er gemaket was van deme hertogen van kalis. also se bewisen mach mit breven.|| oc en scole we nine sone oder efninge mit then de dar vor gesproken sin an gan. it en si mit|| vnses heren hertogen Erikes volkomenem willen vnde volbort. To eneme thuge desser dinge|| hebbe we vnse ingesegel henget laten to dessem breve. Desse bref is gescreven na der|| bort godes dusent iar. drehundert iar. in deme viftheyndende iare. des dunredages naghest|| vor deme dridden sunnendaghe na paschen.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel am Pergamentstreifen. Sudendorf, U. B. VII. S. 13.

1315. April 28. 313.

Johann, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, bestätigt den mit seinem Bruder, dem Grafen Gerhard, geschlossenen Vertrag.

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes dei gracia Holtzacie stormarie et de skowenborgh domicellus Salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi Nos Nobili viro fratri nostro domino G. eadem gracia|| holtzacie Comiti Toto dominio suo in holtzacia et stormaria predictis et vbicumque post patrem nostrum ipsum contingente, necnon et bonis suis in warwithsysæl et omnibus aliis|| bonis suis in dacia sitis cum vasallis, ciuitatibus, castris et singulis municionibus in dictis dominiis Existentibus bonis omnibus cum omni iure maiore et minore, ac ipsorum attinenciis vniuersis|| quocunque nomine censentur, que nobis vendidit Septem milia marcharum puri argenti ponderis Coloniensis soluenda sibi promisisse, Ita quod nos soluere debeamus omnibus creditoribus patris nostri|| et debita exigere que eidem debebantur. et sint nostra. pro cuius summe Tribus milibus marcharum puri argenti Nos eidem fratri nostro obligamus bona infrascripta videlicet omnia bona nostra in war||withsysæl, stauerby et ouerby in dacia sita valencia ducentas decem marchas argenti in redditibus annuatim et in holtzacia in villis infrascriptis bona nostra boltin brode|| dodowe brodne et brekteheyl valencia ducentas quadraginta marchas denariorum lubicensium in redditibus annuatim cum omni iure maiore et minore sicuti ea, nos Tenuimus, libere retinenda, donec ab|| ipso ex parte nostra legaliter redimantur, que si minus valuerint annuatim Nos sibi vsque ad dictam summam superaddere Tenebimur et si plus valuerint illud nobis restituere predictus frater noster obligatur Ita|| quod pro quolibet centenario marcharum argenti non soluto ipse frater noster leuabit annuatim de dictis bonis decem marchas argenti in sortem principalis debiti minime computandas Si vero predictum fratrem|| nostrum predicta bona vel aliqua predictorum, alicui inpignerare contigerit gratum habere debemus atque ratum. Ita quod si carius ea exposuerit, hoc de predicta summa Tenebitur defalcare Si etiam aliqua de predictis bonis|| ab ipso euincantur. vel causa nostri peiorentur seu destruantur de hoc Tenebimur ipsum indempnem conseruare. Item si nos absque prole legitima quod absit mori contigerit dimidietas dominii predicti ad ipsum|| ipsum fratrem nostrum G. libere redibit et dimidietatem a domino nostro et fratre karissimo domino Erico rege dacie vel suis heredibus aliis que nostris heredibus redimere seu emere Tenebitur predictus frater noster pro septem milibus|| marcharum argenti ponderis supradicti. Si vero

nos mortui fuerimus habentes prolem generis feminini iure holtzatico Terminabitur ad quem dictum dominium Tunc spectabit Item concedemus nos fratri nostro‖ predicto ad dies suos et vxori sue ad dies suos si eum mori contigerit ante ipsam Curiam iuxta Oldenborgh cum molendino Aereis et aquaticis stagno pratris agris et ceteris suis attinenciis Item duos‖ mansos in clenowe Item curiam in helmerstorpe cum molendino maiore et omnibus vtilitatibus curie antedicte. Item habere debet frater noster ligna cremalia et ad edificia pro dictis curiis et pro aliis bonis‖ suis prout est consuetum de siluis nostris Ita Tamen quod nichil dare vel vendere debent de siluis supradictis. Si vero ipsum mori contigerit nobis et vxore sua superuiuentibus Iam dicta bona ad nos libere‖ redibunt ita tamen quod vxori sue predicte de dictis bonis ad dies suos soluemus sicut nunc de ipsis soluuntur redditus annuatim Ita quod predicto fratri nostro dare debemus licentiam emendi red‖ditus quadringentarum marcharum denariorum lubicensium in nostro dominio vbicunque eos poterit optinere Item nos de predictis bonis sibi impigneratis et concessis precarias nullas petere debeamus Item‖ Idem frater noster Tenebitur resignare predicta bona eque bona cum ab ipso redempta fuerint sicut eadem dinoscitur recepisse Item de predicta summa, de primis Tribus milibus marcharum argenti solua‖mus fratri nostro centum marchas argenti ponderis supradicti Item omnes litteras et priuilegia dictum dominium seu bona predicta quocunque modo Tangentia Idem frater noster restituere promisit nobis et integraliter‖ resignare Super residuis vero quatuor milibus marcharum puri Argenti soluendis vna cum fratre nostro et domino Karissimo, domino Erico rege dacie fecimus caucionem prout in litteris‖ super hoc confectis plenius continetur. In testimonium premissorum omnium sigillum nostrum cum sigillo magnifici principis domini Erici danorum sclauorumque regis dicti fratris nostri karissimi qui nobiscum‖ super premissis omnibus promisit presentibus est appensum Datum Ribbenize anno domini. M° CCC°. quinto decimo, die beati vitalis martiris.

*Original im Schweriner Archiv. Ein Siegel am Pergamentstreifen, ein anderes fragmentarisch. Reg. Dan. *1098.*

1315. Mai 1. **314.**

Erich, Herzog zu Sachsen, Engern und Westfalen, bestätigt der Stadt Bergedorf das Recht von Mölln.

Erick vann godes gnadenn Hertoge tho Sassen, tho Engerenn vnnde westualenn, enbedenn aldenn Iennen de desse schrifften sen, Ewigenn heyl in gode weten schollen alde ghenen de iegenwardich synt vnnde hir namals kamenn werdenn, dat wy mit gudenn vrigenn willenn geuenn tho ewigen tiden denn wichbeldes ludenn in deme wygbelde to Bergerdorppe nu wanafftich vnnde in tokamenden tiden dar inne to wanende kamenn werdenn, dat recht dat de borger hebbenn to Mollne, vnde willenn ock dat dit recht van nemende vnnsse vogede vnnsser man effte vann nakomelinghe nenerleyge wyss werdenn brokenn, wy willenn ock dat vnsse knechte weret dat der welcke werenn schullenn antwardenn vnde tho rechte stan dessenn vorscreuenn wichbeldes ludenn vor vnssenn vogede vmme anklaghe der schuldt, we dat nicht en dede de mogen se mit vnssem orloue anholdenn weret dat se quemen in wychbelde hinderen, also lange dat se syck lossenn vann deme sakewoldenn mit rechte effte mit fruntschop, Ock de genenn de ene vor vnnsem [ri]chter schult hebbenn bekant, schullenn nenerleyghe wyss wardenn tho gelatenn sick to entschul-

digende vann dersuluenn schuldt In ene vorschuldinghe desser vrigheidt de se hebbenn gehadt vann vnssem vader tho vestende vnde vornigende scholenn se vns geuenn alle iar tho Sunte Martens dage Teyn marck hamberger peninge alsso se alduslange pleghenn tho geuende, In ene tuchnisse desser vrigheidt so hebbe wy ihme hetenn geuenn desse schriffte de getekent is mit der vestinghe vnnsses ingesegels gegheuenn tho leuenborch in denn iarenn der borth vnnsses herenn dussent drehundert in deme voffteynden iare in deme dage Philippi vnnde Iacobi der hilgenn apostole vor myddelst der hant vlrici des schriuers vnnsses haues.

Auschultata et collacionata est presens Copia per me Christopherum de wynthem clericum Bremensis diocesis auctoritate apostolica Notarius et concordat cum suo vero Originali Sigillato de verbo ad verbum quod attestor manu mea propria et subscribo.

Kopie s. 16. im Hamb. Archiv. Klefeker X. 356.

1315. Mai 25. **315.**

Das Kloster Segeberg verkauft dem Hamburger Domherrn Hermann von Heiligenstedten zwei Mark Rente aus dem Zehnten zu Neuenbrook.

Universis presens scriptum visuris Conradus dei gratia prepositus et prior totusque conventus ecclesie Seghebergensis salutem in omnium salvatore. Ad noticiam omnium et singulorum cupimus pervenire, quod nos de maturo consilio et unanimi consensu domino Hermanno de Hillighensteden, canonico Hamburgensi, capitulo ibidem seu cuicunque idem Hermannus legare decreuerit, decimam, quam a fratribus videlicet Swyn et Woldero racionabiliter emimus, sitam in fine Nigenbroke, cum omni iure, quo hactenus habuimus eam et pluribus annis possedimus, que quidem decima singulis annis duas marcas denariorum Hamburgensium sub odinghe solvit in redditibus, vendidimus et dimisimus pro viginti marcis denariorum Hamburgensium quiete et pacifice possidendam. Testes sunt dominus Bruno cantor, dominus Hinricus custos, magister Peregrinus, dominus Iohannes Goritze et plures alii fide digni. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum hamborch anno domini M CCC XV in die beati Urbani martyris.

Archiv für Staats- und Kirchengeschichte V. S. 135 nach dem Original im Archiv zu Breitenburg.

1315. Aug. 1. **316.**

Johann, Graf von Holstein, bestätigt die Schenkung des Dorfes Wellingdorf mit dem Bruch seitens des Kieler Bürgers Konrad von Bremen an das h. Geisthaus in Kiel.

Nos Johannes Dei gratia Comes Holsatiae tenore praesentium recognoscimus publice protestantes, quod villam Belendorp, quam Conradus de Brema dilectus noster burgensis ad perpetuam Vicariam in domo sancti Spiritus nostre ciuitatis Kil ad officianda cum omnibus conditionibus in suis priuilegiis per nos datis perpetue dedit voluntarie resignando, eandem villam nos predictae vicariae humiliter et devote servandae ratificamus firmiter approbando; dantes etiam Villae praedictae totum nemus dictum Brok, quod in suis terminis circumiacet Villae praedictae. In cuius testimonium nostrum sigillum praesentibus est appensum. Testes sunt Dominus Henricus, Canonicus Lubicensis ac Rector Ecclesiae in Kyl, quondam

praepositus in Poretze, Marquardus de Santberch, Timmo et Iohannes de Godendorp, Otto Splyt, Hinricus Splyt, Iohannes de Goritze, Iohannes Swaff, milites ac consules universi cum pluribus fide dignis. Acta sunt haec anno M. CCC. XV. in festo ad vincula beati Petri Apostoli.

Westfalen IV. 577.

1315. Aug. 11. 317.

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen gewährt dem Kloster Reinbek das Recht, vierzehn Hufen in Sadelbandia zu erwerben mit Ausnahme bestimmter Dörfer.

Ericus dei gratia dux saxonie Angarie et westfalie omnibus presens scriptum visuris vel audituris salutem in omnium saluatore, Cvm et plantari sacram religionem‖ et plantatam protegi expediat et foueri nos zelo ducti diuino Claustrum et personas sanctimonialium in Reynebeke a grauamine et dampno quod ex parte nostri‖ per inundationem aggeris molendini bergerdorp se recepisse conquerendo asserebant eripere et indempnes conseruare curantes. dabimus et daturos nos pro-‖mittimus libertatem et proprietatem quatuordecim mansorum quando et vbi in terminis nostris sadelbandie duxerint comparandos. exceptis hiis villis‖ in quibus ipsis emere non licebit. scilicet Botowe. Houwarde. Seveneken. Sabenniz. Elmhorst. Tramme. et in palude que dicitur mersch. Cum autem dictos‖ mansos emerint. ipsis proprietatem dare et nostris litteris patentibus debebimus confirmare. Insuper ne aqua dicti aggeris molendini bergerdorp per inundationem ultra‖ crescat neque statum et metas in quibus nunc est transcendat vel excedat. duo signa siue statuas ligneas vnam in bergerdorp et aliam in hunzekendorp in villam‖ figi et poni faciemus ad quorum signorum vel statuarum mensuram et non vltra aqua debeat eleuari. Ceterum si predictos prepositum et Conuentum villam woltdorp emere‖ aut comparare contingeret. annuemus et promittemus. vt inundationem que dicitur stowinge in villa ibidem faciant pro vtilitate sua sicut ipsis videbitur‖ expedire. piscationem vero non habebunt ibi nisi usque ad siluam nostram. vbi nos cum preposito conueniemus. et signum siue metam ibidem perpetuam fieri faciemus. Si‖ vero tantummodo emerent in woltdorp inundationem que dicitur stowinge et alibi in dominio nostro mansos quatuordecim vt premittitur compararent. quid pro‖inde nobis facturi sint et exhibituri. hoc duobus de vasallis nostris et duobus de amicis et fautoribus claustri committetur. quorum ordinacioni in hoc‖ articulo standum erit. Ad euidentiam premissorum presens scriptum nostro sigillo consignatum dicto claustro iussimus presentari. Et nos Iohannes dei gratia dux‖ saxonie angarie et westfalie omnia premissa grata et rata habentes ea appensione sigilli nostri duximus confirmanda. Datum Lovenborgh anno domini‖ Millesimo. Trescentesimo XV. in crastino beati Laurentii martiris.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegeleinschnitte S. H. U. S II. S. 35.

1315. Octbr. 14. 318.

Thomas, Abt des St. Michaelsklosters in Lüneburg, beurkundet, dafs die Geschworenen der Kirche zu Hitbergen dem Herzog Erich von Sachsen anderthalb Hufen zu Bullendorp für 20 Mark Hamb. Pf. verkauft haben.

Nos Thomas dei gracia abbas Ecclesie sancti Michahelis in Lvneborgh vniuersis‖ presentem litteram vis[uris] cupimus esse notum quod accedente nostro bene-

placito|| et consensu. Iurati sev pro[uiso]res Ecclesie in hydberghen illustri principi domino Erico|| du[ci] Saxonie vnum mansum cum dimidio situm in Bullendorp ipsi Ecclesie in|| hydbergen pertinentem pro viginti marcis denariorum eo iure quo dicta|| ecclesia possederat rite et racionabiliter vendiderunt, In cuius vendicionis|| testimonium presens sriptum nostro sigillo duximus roborandum. Datum|| Lvneborgh anno domini M⁰. CCC⁰. XV⁰ In die Calixti pape.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Ein Siegelstreifen.

1315. Octbr. 15. **319.**

Gerhard und Junker Henneke, Grafen von Holstein und Stormarn, schliefsen Frieden mit Graf Johann und der Stadt Kiel.

In Godes namen amen. We Gherard und jungher Henneke van der gnade Godes greven to Holsten und to Stormern bekennet des und betuget dat in desseme breve, dat we uns mit unseme veddern, greven Iohan to Holsten und tom Kyle und sinen mannen und der stat to dem Kyle gentzliken verenet und sonet hebben umme al de schelinghe und tweinghe de da wesen hemt twischen en und uns umme der herschop unses veddern und umme greven Aleve sinen sonen, de dar dot blev, und bekennet en und al eren helpern beide mannen und der stat tom Kyle und al den de dar ane bedacht synt ener ganzen sone vor uns und vor al den de dar uns icht don und laten willen. Unse vedder greue Johan hefft ok oppe laten uns al de herschop de he hadde in den landen to Holsten mit godem willen, und schal uns se ok upladen vor unsem heren dem hertogen van Sassen of he ene hebben mag. Were des nicht, so scal he id don mit sinen openen breven, wan we dat van em hebben willen. Mer he scal be, holden sine levedage dat huss to deme Kyle unde de stat alse id belegen is, unde darto de lenwar der gestliken lehen binnen der stat und de lenwar der prövene to Hamborg und dat botergeld to Vressland und wes gudes iss in der stat to Hamborg unversad, dat scal he hebben sine dage, und wat vorsad iss dar hebbe wi de losinge an, und wat he gudes hefft in Dennemark, dat scal he beholden, dar schole wy ene to vorderen so we best mogen. Hir en bauen scal he hebben sine dage 600 mark geldes mit allem rechte in der herschop tom Kyle, wor id eme aldar beste behaget, als id screven steit an sinen breven. Van den 600 mark geldes scal he leggen 50 mark geldes to ener vicarien oder to twen oder to Godes denst wen und wo id em behaget, und 50 mark geldes scole we egenen und he scal beholden darower de lenwar sine dage. Wat hir boven gudes iss in der herschop tom Kyle, dar scole we mede gelden den riddern und den knapen, de unsem veddern wunnen hebet und vor ene lovet hebben, und den ratmannen to dem Kyle 12000 mark penninge. Se scolen ok nemen 5 mark geldes mit allem rechte vor 100 mark. Mer we mogen dat gut losen oder weme we id gonnen, umme de sulven penninge, twischen hir und sunte Mertens dage de nu kumpt vort over en iar. Wat we des nicht losen binnen der tyd oder weme we des gonnen, dat scal bliven er rechte lengut der borgeren like den riddern und knappen. Und wor se id setten oder verkopen, dar schol we id lenen mit willen. De penninge de dar boven sint unberet van dem gude, der sind 2000 mark und 600 mark penninge; vor de summen hebbe we twe herren mit 24 riddern und knechten en truwen lovet to beredende de helffte nu to sunte Martens dage vort over en iar, de ander helffte van dem sunte Martens dage

Vniuersis presencia visuris Iohannes. ekehardus. et Marquardus fratres dicti solder. salutem in|| domino sempiternam. Ad hoc acta digna memoria conscribuntur ne in tempore contingencia simul cum|| tempore ab hominum euanescant memoria. sed pocius eorum congnicio seu sciencia scripturarum testimoni||o posteris innotescat Noscant igitur tam posteri quam presentes. quod nos amicorum nostrorum|| vsi consilio. cum honorabilibus viris. domino preposito. priore. totoque capitulo seu ecclesia nouomonasterio. amicabilem composicionem inierimus. super dissensione seu controuersia inter prefatam ecclesiam, ex|| parte vna et nos ex parte altera. ortam seu motam ex lesione seu cruris confractione fratris nostri.|| hinrici. que eidem casualiter contigit in ecclesia sepedicta. Et ne eadem ecclesia pro lesione predicta|| de cetero vllatenus infestetur vel aliqualiter inpetatur. conposicionem predictam. inter predictam ecclesiam et|| nos factam. consenciente predicto fratre nostro hin[rico] leso. vna cum amicis nostris nominatim subscriptis.|| manuali fide data confirmauimus. appensis sigillis eorum et nostris. a nullo nostrorum fideiubencium seu quorum|| libet aliorum. nostri causa quicquid facere seu dimittere volencium. vllatenus irritandam seu aliqualiter infrin||gendam. Nomina fideiubencium sunt hec. Hartwicus smith. dictus. emekinus dictus hako. ekehardus|| et ywanus fratres de visczowe wlf de brocowe. et Iohannes de wluerstorpe. militum. famulorum autem: ekehardus de visczowe. Iohannes de syra volradus solder. luderus stokelet eke||hardus solder. Iohannes solder Marquardus solder et Detleuus lichus hako. Testes vero sunt bertol||dus longus de segeberg. Otto de golenbeke. Iohannes de rennowe. lambertus de crempesce. Io. de slamers||lo luderus storm Ditbernus wluerstorpe et quam plures alii fidedigni. Datum et actum plone anno domini M°. CCC. XVII° sabbato ante carnispriuium.

Original im Altnordischen Museum zu Kopenhagen. Spuren des Siegelstreifens. Westfalen, Mon. ined. II. 78.

1317. Febr. 26. 346.

Junker Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, befreit die Kaufleute von Zoll und Accise in Hamburg.

In omnipotentis nomine Amen Eiusdem gracia Nos Domicellus Adolphus Holtsacie Stormarie et Schowenborch Comes Vniuersis ad quos in perpetuum peruenerit presens scriptum salutem in domino cum noticia veritatis. Modicus error in principio quisque maximus sit in fine Nos igitur ad futuri erroris materiam abdicandum pie recordacionis Progenitorum nostrorum sufficient scriptis et piis actionibus informati fideliumque vasallorum nostrorum maturis rationibus et consiliis premuniti. tenore presencium declaramus et irrevocabiliter arbitramur. quod omnes et singuli mercatores in nostris ciuitatibus et opidis commorantes nunquam dabunt in nostra Ciuitate Hammenborch theolonium vel Vngheldum sed ab omni per-

solucione talium perpetue sunt exempti Attamen inter signa theolonii vt moris est noster Theolonarius qui ibidem pro tempore fuerit eisdem ciuibus nostris absque omni difficultate benevole debebit utique ministrare et porrigere sine mora et quandocumque et quocienscumque per aliquem illorum fuerit requisitus, quatenus cum suis mercimoniis quocumque voluerint pergant libere et quiete Huius facti testes sunt fideles nostri Iohannes Busghe Ludolfus de Tunderen Lodewicus et Rychardus Posth Ludolfus de Mandeslo Arnoldus de Bardelebene Milites et consiliarii nostri In euidenciam et munimen sigillum nostrum huic littere est appensum Datum et actum Greuenalueshaghen in nostra presencia predictorum. Anno domini Millesimo CCC° decimo septimo sabbato post quadragesimam.

Aus Capauns Kopie im Archiv zu Bückeburg. Hans. U. B. III. 633. s. v. Löher, Archivalische Zeitschrift VIII. S. 225.

1317. Juni 5. 847.

Johann, ältester Sohn des Herzogs zu Lüneburg, Scholasticus und Verweser der Bremer Kirche, verspricht seinem Oheim, dem Grafen Gerhard von Holstein und Rendsburg, seine Vermittelung zu einem Ausgleich mit den Dithmarschen.

Nos Iohannes. domini ducis de Luneborch primogenitus, Dei gracia scolasticus et amministrator Ecclesie Bremensis,‖ tenore presencium recognoscimus, firmiter protestantes, Nobili viro, dilecto auunculo nostro. domino Gerhar‖do Comiti holtzacie et Reynoldesborch, fide data promisisse, quod de hominibus Ecclesie nostre, qui Thitmarci‖ dicuntur, de omni discordia et controuersia hactenus habita, composicionem condignam, et emendam, in amici‖cia vel in iure, de omnibus dampnis et iniuriis siquibus minus iuste illatis debemus ordinare. Cum vero conpo‖sitionem, adinplere poterimus iam dictam, diem placiti cum prefato auunculo nostro domino Gerhardo Comiti holtzacie‖ servabimus, in loco nobis vtrisque apto vt eam amicabiliter ad effectum perducamus. si autem in compositione predicta. soli‖ cum nostris consiliariis concordare non possemus, Tunc a die illo. ad sex septimanas. diem alium placitorum in villa. Er‖teneborch habebimus. et ibi ex parte nostri. Inclitum principem dominum Ottonem ducem de luneborch, et Nobilem virum ‖ dominum Iohannem comitem de Delmenhorst ducemus. predictusque auunculus noster, dominus Gerhardus Comes holtzacie ex parte sui‖ potentes viros et dominos, hinricum Magnopolensem et Ottonem Comitem de hoya. adducet. vt causas audiant. et tunc‖ quid diffinierint. in eo. partes vtrobique sint contente, si vero aliquis ex dominis iam dictis ad prefatum diem et locum‖ propria in parte venire non posset. ille Milites suos cum litteris creditoriis ad antedicta placita transmittet. auctoritatem‖ sui domini in omnibus habens plenam In super si domini. et Milites sepedicti propter absentiam alicuius vel aliam causam qualemcumque‖ concordare non valerent, Tunc ad quemcumque Maior pars declinarit. in eo ius et iusticia permaneant[1]), In super si aliquis‖ dominorum predictorum non aduenerit. nec pro se litteras, vel Milites. miserit. tamen qui presentes fuerint. habebunt ple‖nam potestatem, tamquam si omnes adessent. omnia terminare. Et in hoc. sepedictus, auunculus noster dominus Gerhardus‖ Comes holtzacie plenarie erit contentus. preterea. si contigeret, quod homines antedictos, videlicet‖ Thitmarcos adhoc inducere non possemus. vt sepedictum nostrum dominorum. et Militum prenominatorum consilium. composi‖tionem adinplere recusarent. tunc ipsis, nulla subsidia. a nobis vel ab Ecclesia Bremensi prestabuntur‖ Cum tamen

nulla. a dato presenti facere debeamus Ceterum. si aliquo in tempore nobis liberet, Castrum construere‖ siue municionem in Bonis Ecclesie sepedicte, in Terra haseldorpe edificare. In hoc antedictus auuncu‖lus. dominus Gerhardus Comes holtzacie, nullum dampnum. vel nullam resistenciam faciet nobis. nec a suis fieri‖ permittet qualemcumque. Et ex [2]) hoc castro nulla dampna a nobis, vel nostris. Nobilibus viris domino Gerhardo auunculo‖ nostro prenominato, et domicello Iohanni Comtibus holtzacie fieri permittemus Testes et fideiussores huius sunt dominus‖ franko Ecclesie Bremensis. dominus Rodolphus Ecclesie Ramesloensis canonici, heydenricus de kula. Wlf‖ de Westensey. dose Bloc. Nicolaus de Crummendike et zabellus de louenborch parte ex vtraque. In cuius‖ rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud vriborch. anno domini. M. CCC°. XVII Dominica infra octauam corporis cristi.

[1]) [2]) *übergeschrieben.*

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Rest eines Siegelstreifens. U. B. des Landes Ditmarschen Nr. 16.

1317. Juni 26. 348.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verleiht einen Werder bei Rinteln an das Kloster Wennigsen.

Dei gracia. Nos adolfus Comes Holtsacie et in Scowenburg. presentibus recognoscimus‖ publice protestantes. quod voluntate bona et consensu omnium coheredum nostrorum vi‖delicet Gherhardi et Erici. fratrum nostrorum. damus proprietatem cuiusdam insule‖ vicine opido Rinthelen situate aput villam Nesse, quam Bôsinghusen et pape de Nienste‖de. famuli. a nobis inpheodo tenuerant, cum omni iure et vtilitate quo nos et proge‖nitores nostri ipsam hucvsque tenuimus prosalute animarum quondam Comitis adolfi pa‖tris nostri pie memorie, ceterorumque parentum nostrorum ecclesie sanctimonialium in‖ weningessen perpetuis temporibus obtinendam. incuius donationis testimonium eidem‖ ecclesie presens scriptum nostro sigillo dedimus communitum. Datum Scowenburg‖ anno domini M°CCC° septimodecimo. infesto sanctorum martirum Iohannis et Pauli.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Reitersiegel am Pergamentstreifen. v. Hodenberg, Calemb. U. B. VII. (Kloster Wennigsen) Nr. 112.

1317. Juni 29. 349.

Das Kloster Harvstehude verkauft dem Kantor der Hamburger Kirche Bruno eine Hufe im Dorfe Schiffbek.

Conradus prouisor. Mechtildis abbatissa. totusque conuentus ancillarum cristi in valle uirginum omnibus ad quos presentes littere peruenerint volumus esse notum. quod nos ex vnanimi consensu omnium nostrorum, viro honorabili domino brunoni cantori ecclesie hamburgensis vendidimus mansum vnum in villa scibbeke situatum. cum omni iure ac vtilitate. ac distinctione terminorum suorum sicut eundem hactenus tenuimus, iure hereditario in perpetuum quiete et pacifice possidendum. recognoscentes nobis de precio eiusdem mansi. esse absque diminucione qualibet satisfactum. et nos secundum terre consuetudinem sepedictum mansum coram seculari iudice resignauimus. et dictum dominum cantorem in possessionem

duci fecimus corporalem. quod sub appensione sigilli conuentus nostri recognoscimus in hiis scriptis. Datum et actum hamborch Anno domini M⁰. CCC⁰. XVII⁰. in die beatorum petri et pauli apostolorum.

Lib. cop. cap. fol. 83a im Hamb. Archiv.

1317. Juli 31. **350.**

Ludolf und Heinrich von Scharfenberg vergleichen sich mit Leo, Propsten von Hamburg, und Nikolaus von Linow.

Vniuersis presencia visuris seu audituris. Nos Ludolphus miles. et. Hynricus famulus dicti de scarpenberch. volumus‖ esse notum. quod sopitis et terminatis omnibus et singulis discordiis. seu questionibus motis quomodolibet et mouendis, Inter honorabilem virum, nostrum‖ consangwineum, dominum .. Leonem prepositum hammenburgensem, parte ex vna, et Nos, ac Nycolaum de Lynouwe, parte ex altera, tam ex parte nostra, quam‖ ex parte dicti Nicolai, cum eodem domino, Leone, composicionem amicabilem fecimus in hunc modum. videlicet. quod preter. Centum marcas denariorum hammen‖burgensium quas dictus dominus Leo nuper nobis dederat, dabit ad huc Ducentas de quibus soluet in festo Petri ad vincula proximo futuro, Quin‖quaginta et in proximo sequenti festo assumpcionis Marie, Quinquaginta, Et in Octaua festi Martini tunc proxime sequentis, soluet Centum et‖ super soluendis vt premittitur in quolibet termino dabimus sibi postquam soluerit, apertas quitacionis litteras nostris sub sigillis. Omnis igitur inpeticio seu‖ actio iusta et iniusta, quam contra dictum dominum, Leonem et suos heredes, Nos cum prefato Nicolao vel sine eo habuimus, vel quocumque modo habere poterimus.‖ plena et inuiolabili securitate rerum et corporum perpetuo gaudebunt, pro nobis ac dicto Nicolao nostrisque ac suis heredibus, ac pro omnibus et singulis amo‖re nostri ac eiusdem Nicolai quicquam facere aut omittere volentibus, Omnesque et singuli qui racione predictarum discordiarum, ex vtraque parte quocumque modo suspec‖ti habentur, eadem securitate omnino gaudebunt. Et Nos promocioni et honori dicti domini Leonis et suorum publice et occulte perpetuo intendere volumus,‖ fideliter et sincere. et malum suum vbicumque poterimus efficaciter inpedire. Ceterum, ante festum Natiuitatis Marie proximo futurum, quandocumque dicto domino Leoni‖ placuerit, sibi cum Nicolao prefato et duodecim aliis de nostris melioribus amicis, Militibus et famulis quos idem dominus Leo ad hoc habere decre‖uerit, per manualem contractum fide prestita promittemus, quod predicta sona seu composicio in omnibus et singulis suis articulis vt premittitur perpetuo inuio‖labiter observabitur, super quo litteras apertas sub sigillis nostris ac dicti Nicolai et aliorum amicorum nostrorum, qui dicte composicionis obseruacionem nobiscum‖ promiserint, dicto domino Leoni, indubitanter ordinabimus requisiti. Si vero in premissis vel aliquo premissorum, quod absit, defectum fieri contigerit, extunc idem‖ dominus Leo vltimas Centum marcas de supradicta pecunia non dabit, Nos quoque sibi et suis heredibus omnibus. extunc tenebimur ad restauracionem pri-‖marum Ducentarum marcarum absque omni contradictione seu negandi occasione, cum per ipsum vel aliquando nomine suo fuerimus requisiti. Ad maiorem autem certitudinem‖ ego Ludolphus prefatus cum Syfrido de Borstle, dicto domino Leoni ac suis amicis videlicet Iohanni de Bilna, Hartwico de Distorpe, wedekino de hamme,‖ et visekino,[1]) per manualem contractum fide prestita promisi, quod omnia et singula predicta sic vt premittitur debent efficaciter adimpleri. et per-

petuo inuiola||biliter obseruari. In quorum omnium et singulorum Testimonium euidens, Nos Ludolphus, et Hynricus fratres supradicti, presentes litteras sigillis nostris duxi||mus roborandas. Datum Hammenborch Anno domini. M°. CCC°. XVII. II. kalendas augusti.

[1]) *Flecken.*

Original im Hamb. Archiv. Zwei Pergamentsiegelstreifen.

1317. Aug. 1. **351.**

Johann, Graf von Holstein, bestätigt die Freiheiten der Stadt Kiel.

Iohannes dei gracia Comes Holtzacie vniuersis cristi fidelibus presencia visuris, salutem in domino sempiternam. Iure naturali requiritur vt fideles in sue fidelitatis obsequio aliquo retribu||tionis premio fauorabiliter respiciantur, Hinc est quod ad noticiam singulorum tam presentium quam futurorum peruenire cupimus protestantes, quod propter assiduas fidelitates et obsequia a ciuitate|| kyl antiquitus nobis nostrisque progenitoribus viriliter exhibitas, et specialiter pro dampnis eidem nostre ciuitati kyl in nostrum preiudicium per Comitem Gherardum de rensborgh et suos complices per rapinas et in||cendium illatis, dimisimus et dedimus iam dicte nostre ciuitati kyl ex maturo consilio et consensu nostrorum consiliariorum fidelium, nostrum paruum molendinum situm ante ciuitatem predictam cum stagno dicto dik et|| eius vtilitate et omni iure libere perpetuis temporibus possidendum expedite. Ita quod nunquam nobis nostre curie vel nostris successoribus de predicto molendino ad aliquid faciendum teneantur. nec quicquam iuris|| de cetero in eodem habebimus molendino. Dantes eciam predicte nostre Ciuitati kyl eandem mensuram dictam matten et iusticiam seruandas in nostro nouo molendino et paruo et molendino kobergh. quas ciuitas lubeke|| in suis molendinis possidet et reseruat. Item damus eidem nostre Ciuitati kyl liberum Ius lubicense quale Ciuitas lubeke vtitur in sua ciuitate, approbantes confirmantes omnes libertates littera[1]) et priuilegia sibi a|| nobis et nostris progenitoribus et antecessoribus datas et confirmatas. Item quia Consules sub consweto iuramento ad iusticiam nostram nostreque ciuitatis exequendam specialiter obligantur. eis damus perpetue|| auctoritatem instituendi et destituendi aduocatum presidendum iudicio in ciuitate nostra quemcumque nouerint ydoneum et expeditum. Nos eciam nec turrim in castro nec pontem de castro nec aliqua edificia noua extra|| ciuitatem uel intra, in preiudicium Ciuitatis dudum dicte edificare et construere volumus nec debemus. Item ab omni dampno si quod nostra Ciuitas ob homagium et ius fidelitatis nobis factum inciderit, debemus|| reddere indempnem et solutam. Volentes omnem iusticiam, libertatem commodum et honorem eiusdem ciuitatis et omnium eorum inhabitantium, meliorare, ampliare et in omnibus tueri et defendere toto nostro posse.|| prohibentes ne quis prehabita et prescripta per nos voluntarie admissa et approbata presumat aliquatenus infringere vel perturbare sicut nostram nostrorumque successorum indignationem voluerit euidencius euitare.|| vt igitur hec singula et omnia pretacta licite per nos facta, firma perpetue maneant et illesa nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Huius sunt testes. Dominus Hinricus Canonicus lubicensis rector ecclesie|| in kyl quondam prepositus poretzensis. Marquardus de santbergh. Otto split. Timmo et Iohannes de godendorpe, Iohannes de goritze. Hinricus split. Iohannes swaf milites. Detlewus pockenwisch. Detlewus et Hinricus|| de wik.

timmo swaf. albus detlewus rusce. Detlewus de ho. Emekinus et ludolfus de santberghe famuli et quam plures fidedigni. Acta sunt hec. Anno domini. M°. CCC. XVII°. In festo ad vincula petri apostoli.

[1]) *l.:* litteras.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel, zerbrochen, an grün-rot-gelber Schnur. Niederdeutsche Übersetzung s. XV. auf Papier ebendort. Westfalen, Mon. ined. IV. 3217. S. H. U. S. I. 483.

1317. Aug. 14. 352.

Folquin, Propst, Friedrich, Dekan, und das Domkapitel zu Bremen beurkunden, dafs Ritter Daniel von Borch den an Wilkin Stocken für 250 Mark Hamb. Pf. verpfändeten Hof zu Grone *ihnen für diese Summe eingelöst hat, gewähren ihm zum Ersatz die Nutzniefsung desselben auf drei Jahre und überlassen ihm die noch nicht erhobenen Einkünfte des verflossenen Jahres zum Neubau seiner Burg* Haseldorpe. — „Noueritis."

Datum Bremis Anno domini Millesimo. CCC°. XVII°. In vigilia Assumpcionis beate marie virginis.

Sudendorf U. B. V. 128 nach dem Original im Staatsarchiv zu Hannover.

1317. Aug. 25. 353.

Adolf, Junker von Holstein und Schauenburg, bestätigt die Freiheiten der Stadt Hamburg.

Adolfus Dei gracia Domicellus Holtsacie et in Scowenborch, vniuersis presentia visuris‖ seu audituris salutem in domino iesu cristo. Nouerint vniuersi quod Nos cupientes dilectorum‖ et fidelium nostrorum Consulum et Ciuium in Hamborch multa et fidelia obsequia patri nostro‖ felicis memorie et nobis sepius impen[sa re]fundere aliquo dono gracie specialis fi‖delium et consiliariorum nostrorum diligenti prehabito consilio damus et ratificamus eisdem nostris‖ consulibus et ciuibus in hiis scriptis, omnes iusticias libertates et gracias, quas a patre‖ nostro domino Adolfo et aliis nostris progenitoribus Comitibus Holtsacie, Stormarie et Scowenborg‖ et nobis habent et hactenus habuerunt volentes dictas libertates iusticias et gracias‖ prefatis nostris Consulibus et Ciuibus ac eorum successoribus in nullo minui, sed inconuulsas ei integras perpetuo conseruari, Testes aderant strennui viri Thidericus holtgreue,‖ Conradus Dume, iohannes busch. Ludolfus de minden Milites nostri ac Marquardus‖ de horst famulus et aduocatus noster. No[s] Iohannes dictus Miles, iohannes de Monte, ber‖trammus luscus, bruno de glouecin, alardus vnuoruerde Consules Hambur‖genses et plures alii fide digni. Datum et actum Hamborch in Crastino beati bar‖tolomei apostoli, anno domini Millesimo CCC decimo septimo.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen an roter Schnur.

1317. Octbr. 31. 354.

Johann, Graf von Holstein, schenkt dem h. Geisthause zu Kiel das Dorf Wiek.

Nos Iohannes Dei gratia Comes Holsatiae recognoscimus et tenore praesentium constare volumus, quod ob salutem animae nostrae ac nostrorum parentum libere dedimus et dimisimus domui sancti spiritus nostrae ciuitatis Kil proprietatem,

dictam Egendom, super villam Wyck, sicut sita est in suis terminis cum omni iure ac libertate, pascuis, pratis, nemoribus, agris cultis et incultis, viis et inviis, nec non cum omni sua distinctione perpetue possidendam. Huius sunt testes Marquardus de Santberch, Timmo et Iohannes fratres de Godendorp, Iohannes de Gorece, Hartwicus Sten, Hinricus Splitt ac Iohannes de Trente milites. Ut igitur haec voluntaria nostra donatio perpetuis temporibus firma permaneat et illaesa nostrum sigillum praesentibus duximus apponendum. Datum Kil anno Domini M. CCC. XVII. in vigilia omnium sanctorum praesentibus pluribus fidedignis.

Westfalen IV. 578.

1317. Decbr. 20. 355.

Leo, Propst, Johann, Dekan, und das Kapitel zu Hamburg vergleichen sich mit Heinrich von Wedel dahin, daſs diesem die Vogtei über die Dörfer Sprenge und Todendorf auf Lebenszeit überlassen bleibt gegen Abtretung einer Hufe in Todendorf und der Einkünfte von fünf Hufen in Totendorf im Kirchspiel Rahlstedt.

Omnibus presencia uisuris et audituris Leo dei gracia prepositus Iohannes decanus. totumque hamburgensis ecclesie capitulum ac hinricus dictus de wedele miles cum affectu sincero in uero salutari salutem. Cum inter nos olim super manso quodam in villa nostra Todendorpe situato per me hinricum empto cum suis attinenciis. quem Todo magister ciuium ibidem quondam colebat orta fuisset hincinde dissensio et materia questionis. Nos prepositus. decanus et capitulum supradicti. ut dictam questionis materiam sopiremus et dissensioni predicte obuiaremus penitus in futurum. de maturo consilio et consensu omnium nostrorum quorum intererat vel interesse poterat iudicium maius et minus uillarum nostrarum sprenghe et Todendorpe cum attinenciis eorundem iudiciorum. predicto domino hinrico quoad uite sue tempora per modum amicabilis composicionis dimisimus possidendum. Ceteris omnibus prouentibus, censibus. vtilitatibus commoditatibus ac iuribus quibuslibet nobis et ecclesie nostre integraliter reseruatis. Quorum in recompensam huiusmodi dimissionis mansum predictum de quo agitur cum omnibus suis vtilitatibus et viginti octo modios siliginis qui borchepele dicuntur in uilla in parrochia radoluestede. de quinque mansis eiusdem uille annis singulis percipiendos. nobis viceuersa dimisit. Post cuius obitum si cum heredibus et suis successoribus ordinacionem predictam seruare velimus vel nolimus opcioni nostre tantummodo libere reseruatur. Si vero ipsam ordinacionem nobis reuocare placuerit quandocumque. eisdem heredibus vel successoribus pro manso supradicto et suis attinenciis centum quadraginta marcas denariorum hamburgensium dabimus. Qui quidem mansus cum omnibus suis attinenciis ac iuribus ecclesie nostre et nobis in perpetuum libere remanebit et viginti octo modios siliginis in quinque mansis dicte ville todendorp nobis dimissos restituemus eisdem. et ipsi iudicia predictarum villarum nostrarum absque omni impedimento et contradictione nobis restituent et dimittent. nullo penitus in eisdem bonis sibi retento. quandocumque fuerint per nos requisiti. Addito eciam quod censum nostrum et quoslibet prouentus nostros tam pro preterito quam futuro tempore debitos. a colonis villarum nostrarum Todendorp et Sprenghe supradictarum et a uillicis dictorum quinque mansorum in Todendorpe. sine alterius iudicis requisicione per nuncios nostros extorquere et sufficiencia pignora possimus capere ab eisdem quocienscumque et quandocumque fuerit oportunum. Ad quod memoratus dominus hinricus predictus colonis pre-

dictarum villarum iudex ero fauorabilis et non onerosus et terminos ac iura earundem villarum sine deteriacione. iuxta tenorem priuilegiorum super hoc confectorum. ad vsum dicte hamburgensis ecclesie in statu debito cum debita sollicitudine conseruabo. In cuius rei testimonium et memoriam futurorum Sigillum ecclesie nostre predicte. ac sigillum mei hinrici predicti. vna cum sigillis strennuorum militum dominorum Iohannis et reymari dictorum de wedele. ac hermanni dicti de raboysen pro filiis suis predicta omnia approbantibus et confirmantibus presenti pagine sunt appensa. Datum et actum hamborch anno domini M°. CCC°. XVII°. in vigilia beati thome apostoli.

Lib. cop. cap. fol. 72b im Hamb. Archiv.

1317. **356.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, entscheidet einen Streit zwischen dem Kloster Fischbek und der Witwe Mathilde Henighes über eine Hufe zu Wuylen.

Nos Adolphus dei gracia Comes holtsacie et in Scowenborch Recognoscimus tenore presencium publice protestantes‖ Quod quedam controuersia mota super vno manso in wuylen sito, inter monasterium in visbeke parte ex vna et Meitildam‖ viduam dictam hennighes parte ex altera, coram nobis et nostris militibus ac famulis sedata taliter extitit seu sopita. Quod iam dicta metildis vsufructum eiusdem mansi ad tempora vite sue sibi vendicare potuit iuramentis et fecit, quamuis‖ plerisque ministerialibus ecclesie in visbeke uideretur inconueniens quodammodo et iniustum, tamen venerabilis domina Sophya dicti claustri abbatissa id ipsum annuit propter instancias plurimorum, et maxime quod attendebat quod sepedicta mulier erat egens debilis‖ et grandeua. Hac vero defuncta mansus prenominatus claustro visbeke uacabit cum omni integritate, quia ipsius mulie‖ris filii videlicet Iohannes et sui fratres eo quod nobis iure proprietatis pertinere dinoscuntur uel iuris poterunt in prelibato manso extunc‖ retinere sicut a discrecioribus extiterat definitum. In cuius euidenciam nostrum sigillum presentibus est annexum. Testes quoque sunt‖ Iohannes de bardeleue. Lodewicus post de wuylen et lodewicus post. Milites Iohannes holtgrawus Hermannus de Bernessen‖ Bode de vninghe. hugo post famuli. et plures alii quorum nomina tediosum est enarrare. Datum et actum oldendorpe. Anno domini. M°. C°C°C°. XVII.

Original im Klosterarchiv zu Fischbek. Siegel am Siegelstreifen.

1318. Febr. 14. **357.**

Johann, Junker von Holstein, Stormarn und Schauenburg, bestätigt dem Hamburger Bürger Johann Miles und dessen Neffen die Verleihungen seines Vaters und seiner Oheime, insbesondere 60 Mark aus dem städtischen Zoll und Ungeld, acht Wispel Weizen und 7 Mark Pf. aus der alten Mühle.

Iohannes Domicellus dei gracia comes Holtsacie stormarie et scowenborch, vniuersis presencia visuris seu audituris‖ salutem in domino cum noticia veritatis. Quia nobiles viri domini Gerhardus pater noster dilectus, adolphus et‖ Henricus patrui nostri pie recordacionis quondam comites Holtsacie, Iohanni dicto Militi, suis fratruelibus, nostris‖ Ciuibus in Hammenborch ac ipsorum veris heredibus Redditus Sexaginta Marcarum denariorum Hammen‖burgensium, in nostro Theloneo

et vngeldo in Hammenborch quolibet anno percipiendos de prima pecunia‖ inde prouenien te et octo choros annone in antiquo molendino dicte ciuitatis videlicet duos tritici‖ vel triticei brasii, et sex siliginis, insuper redditus septem Marcarum denariorum Hamburgensium in‖ eodem Molendino insolidum iure pheodali porrexerunt, nullo tamen a predictis burgensibus et suis‖ heredibus de dictis bonis armorum seruicio requisito, quod Herevart wlgariter nominatur, sicut‖ littere super hoc confecte, lucidius protestantur, Nos predictorum Iohannis Militis et suorum fratuelium ciuium‖ dilectorum seruiciis inclinati dictam collacionem, vniuersas et singulas litteras patris et patruorum nostrorum, ipsis‖ datas ratificamus et presentibus confirmamus, necnon predicta bona eisdem iohanni Militi ac suis fratuelibus‖ videlicet Henrico et Iohanni ac eorum fratribus, necnon ipsorum iustis heredibus iure conferimus pheodali, Testes‖ aderant, honorabiles viri, Iohannes de Goriz, Iohannes Notarius ciuitatis canonici Hamburgensis Ecclesie‖ Daniel prepositus Monasterii in Reynebeke Iohannes Marute, Iohannes de Ratmersdorpe, Milites Eg‖gehardus brochdorp famulus, aduocatus noster, Iohannes de Monte, et Henricus de Hetfelde ciues‖ Hamburgenses et plures alii fide digni, In cuius rei testimonium sigilli nostri appensione presentia‖ iussimus roborari Datum et actum hamborch, In die beati valentini Martiris, Anno domini Millesimo‖ CCC° Decimo octauo.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen an roter Schnur.

1318. März 6. 1320. Septbr. 12. **358.**

Johann, Bischof von Schleswig, bestimmt, dafs die Präbenden seines Stifts vom Bischof und Kapitel gemeinsam besetzt werden sollen.

Omnibus praesens scriptum cernentibus Esgerus miseratione diuina Lundensis Archiepiscopus Swetiae Primas, salutem in domino sempiternam. Cum nos ex iniuncto nobis officio provinciam nostram ad reformationem coertionem et emendationem Ecclesiarum clericorum ac laycorum inibi degentium visitare volentes, visitationem ipsam in ecclesia et dyocesi Schlesvicensi inchoavimus, ac in Capitulo eiusdem Ecclesiae qvandam consvetudinem super collationibus praebendarum dictae Ecclesiae tam per collationes praebendarum dominis Canonicis praedictae Ecclesiae factas, quam per confessionem venerabilis in Christo fratris nostri domini Ioannis dei gracia eiusdem Ecclesiae Episcopi, necnon et per litteras ipsius non rasas, non abolitas non cancellatas, neque in aliqvo viciatas vel suspectas sub suo sigillo legitime confirmatam, quarum tenor talis est ut sequitur, diutius inuenimus obseruatam:

Universis praesentes litteras inspecturis Ioannes miseratione divina Episcopus Schlesvicensis salutem in domino sempiternam. Constare volumus tam praesentibus quam futuris Nos super provisione et collatione praebendarum Capituli Schleswicensis talem invenisse consvetudinem, a nostris predecessoribus Episcopis Schleswicensibus ab antiquo et longissimis temporibus obseruatam, necnon et in statutis Capitularibus seu in Registro ipsius Ecclesiae conscriptam, Ut dictarum praebendarum prouisio et collatio ad Episcopum Schlesvicensem qui pro tempore fuerit, et Capitulum Schleswicense communiter et indiuisim dignoscitur pertinere. Ita tamen quod Episcopus dictas praebendas non conferat sine Capitulo nec Capitulum sine Episcopo quoquomodo. Qvam consvetudinem tamquam laudabilem et iuri consonam laudamus ratificamus approbamus et praesenti scripto nostro confirmamus,

perpetuis temporibus valituram. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum. Actum et datum in Capitulo nostro Schlesvicensi anno domini MCCCXVIII pridie nonas Martii praesentibus testibus M. Ioanne dicto Bule Ecclesiae Lubecensis Thesaurario, et domino Karulo eiusdem Ecclesiae nostrae Schleswicensis Praeposito.

Unde nos auctoritate metropolitica dictam consvetudinem iuri consonam laudamus approbamus ratificamus et his scriptis confirmamus. In huiusmodi autem rei testimonium et evidentiam pleniorem praesentes litteras per infrascriptum Notarium scribi et publicari mandavimus ac nostri sigilli munimine roborari. Actum et datum in domo Capitulo Ecclesiae Schlesvicensis anno domini MCCCXX. XII. mensis Septembris Praesentibus viris discretis dominis Iacobo Esberni Decano nostro Lundensi et . . . . . Weghby Roskildensis diocesis et Svenone Rectore Ecclesiae Stoghby nostrae Lundensis diocesis Cappellanis nostris, testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis.

Et ego Marqvardus de civitate Arusiensi publicus auctoritate imperiali Notarius, anno mense die et loco praenotatis, Pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini d. Ioannis Pape XXII. anno VIII. [1]) praesentibus testibus supradictis, huiusmodi litterarum confirmationi praesens interfui ac eam ad mandatum dicti reverendi patris d. Archiepiscopi Lundensis in publicam formam redegi meoque signo consueto signavi rogatus.

[1]) *l.:* V.

Kopie auf der Universitätsbibliothek zu Kopenhagen in den Bartholinschen Tomen C. 275. 276.

1318. April 16. **359.**

Rudolf, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, Graf zu Brene und Markgraf zu Magdeburg, belehnt die Grafen Gerhard und Henneke von Holstein.

Wir Rudolph von der gnade Godes. Herzoghe zu Sahsen vnd zu Angheren zu westfalen Graue zu Bren. vnd‖ Purchgraue zu Meygdeburch. Bekennen in disme offene briue, vnd dün Witzlich al den di ne sen vnd‖ horen, daz wi den Edelen herren. Greuen Gherharde vnd‖ Greuen Henneken van holtzsten, haben re‖delichen geleghen mit samenderhant, vnd lighen in disem briue. al ir gůth, daz si von vns‖ zu rechte haben solen, vnd zu eynem orkunde desser dinghe habe wir disen Brif laten besigelen‖ mit vsern Insigele, Disser dinghe is tzuch Otto Slichting von Rozlauue. Otto von Glyne.‖ loser. Růle von drisule. Thyderich vnse scribere. disse Brif is gheben zu Tanghermunde nach‖ Godes bort dusent iar drihundert iar. in dem achtegheden Iare in dem palmedaghe.

Original in zwei Ausfertigungen im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Fragment der Siegelstreifen.

1318. April 20. **360.**

Junker Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, bestätigt dem Hamburger Bürger Johann Miles und dessen Neffen die Verleihungen seines Vaters und seiner Oheime, und insbesondere 60 Mark Einkünfte aus dem städtischen Zoll- und Ungeld, 8 Wispel Weizen und 7 Mark Pf. aus der alten Mühle.

Adolfus Domicellus dei gracia Comes Holtsatie, Stormarie et in Scowenborch, vniuersis inperpetuum presentia|| visuris seu audituris, Salutem in domino cum notitia veritatis, Quia nobiles viri, domini Adolfus noster pater|| dilectus, Gerhardus et Henricus patrui nostri pie recordationis quondam comites Holtsatie, Stormarie|| et Scowenborch, iohanni dicto Militi, et suis fratruelibus nostris Ciuibus in Hammenborch, ac ipsorum veris|| heredibus, Redditus Sexaginta Marcarum denariorum Hammenburgensium, in nostro theloneo et vngeldo in|| Hammenborch, quolibet anno percipiendos de prima pecunia inde prouenientе, et octo choros an||none in antiquo Molendino dicte Ciuitatis videlicet duos tritici vel triticei brasii, et sex siliginis, insuper|| Redditus septem Marcarum denariorum Hammenburgensium in eodem Molendino, insolidum iure pheodali por||rexerunt, nullo tamen a predictis burgensibus et suis heredibus de dictis bonis armorum seruitio|| requisito, quod hereuart vulgariter nominatur prout littere super hoc confecte, lucidius protestantur,|| Nos predictorum Iohannis Militis, et suorum fratruelium nobis dilectorum seruitiis inclinati, dictam Collationem|| vniuersas et singulas litteras patris et patruorum nostrorum ipsis datas ratificamus et presentibus confirmamus|| necnon predicta bona Eisdem iohanni Militi, suis fratruelibus videlicet henrico et iohanni ac ipsorum|| fratribus filiis quondam winandi necnon ipsorum iustis heredibus iure conferimus pheodali nullum|| ab ipsis vt premittitur seruitium quod hereuart dicitur requirentes, Testes aderant, famo||si viri, Conradus de winninghusen et busche Milites nostri Marquardus de Horst aduocatus noster|| dominus iohannes notarius Ciuitatis, et Canonicus Ecclesie Hamburgensis, iohannes de Monte bertrammus|| luscus, Heinricus de Hetfelde, Hartwicus de Hetfelde, Henricus blomenberch, iohannes de E||demiz, Nycolaus fransoyser et bertrammus perleberch Ciues Hamburgenses, fideles nostri, et plures|| alii fidedigni, in Cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum et|| actum Hamborch feria quinta ante festum pasche proxima anno domini, Millesimo CCC°, decimo|| octauo.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen an grün-roter Schnur.

1318. April 28. **361.**

Das Kloster Uetersen verkauft den Testamentarien des verstorbenen Hermann Hilghenstede 16 Mark Einkünfte aus dem Zehnten zu Elskopp für 200 Mark Hamb. Münze.

Uniuersis presencia uisuris. Iohannes prepositus dei gracia. alburgis priorissa. Totusque conuentus sanctimonialium in vtersten oraciones in cristo tam humiles quam deuotas. Notum esse cupimus quod nos ex consensu vnanimi vendidimus viris honorabilibus dominis Iohanni decano de campe dicto. brunoni cantori. Iohanni notario ciuitatis hamborch canonicis ecclesie ciuitatis eiusdem et nicolao decani dicto vicario perpetuo ibidem testamentariis domini hermanni hilghenstede pie memorie in decima nostra elzenkope sedecim marcarum redditus pro ducentis marcis hamburgensis monete singulis annis ad vsus vicarie perpetue. quam dominus hermannus de hilghenstede iam dictus pro remedio anime sue instituit pertinendos et infra octauam penthecostes finaliter erogandos. Si vero in eodem termino eosdem redditus vicarius dicte vicarie integraliter non perciperet. nos eandem decimam in elzenkope nobis vsurpare. nec de eadem nos intromittere debemus. nisi predicti redditus predicte vicarie plenarie fuerint persoluti. Saluo tamen iure, quod eosdem

sedecim marcarum redditus infra tres annos et non ultra a donacione presencium numerandos reemendi pro eadem pecunie quantitate. habebimus facultatem. Si vero infra eosdem tres annos de predicta summa ad supradictam vicariam centum marcas vsualis monete dederimus. illo anno et deinceps a supradictis sedecim marcarum redditibus octo marcarum redditus annis debent singulis defalcari. In cuius rei euidenciam sigilla nostra prepositi scilicet et conuentus presentibus sunt appensa. Datum et actum hamborch anno domini M⁰. CCC⁰. XVIII⁰. in festo pasce.

Lib. cop. cap. fol. 83b im Hamb. Archiv.

1318. Mai 6. 362.

Junker Henneke, Graf von Holstein und Stormarn, verkauft dem Kloster Reinbeck die Dörfer Oldenburg, Harighorst, Hanevalle und Ojendorf für 1000 Mark Lüb. Pf.

In Ghodes namen. amen. we Junchere henneke van ghodes gnaden. greue To Holzten vnde to stormeren. doth witlic. al|| den de dissen bref horet vnde set vnde be kennet. openbarliken. In dessem breue. dat we mit gudem willen vnde mit|| ganzer vulbort. vses leuen vedderen. Greuen. gherdes van Rendesborghe vnde mit vser bederuer ridder rade hebbet|| vor koft. vor dusent. Mark lubeker penninghe. de we rede vp ghe boreth hebbeth. vnde na vser riddere rade|| an vse nut hebbet ghe keret. Prouest danele priorinne alheyde. vnde deme menen Conuente der vrowen,|| to deme Reynebeke. al vse rechte. Dat hogheste vnde dat sideste an vsen dorpen de hir na be screuen|| sint. to der Oldenborgh. to der havechorst. to haneualle. vnde to odiggendorpe. vnde vort mer alde recthet||heyt. de we an dessen dorpen. hebbet. an holte. an mast. an velde. an ackere. an roden. an more. an watere|| an wischen. vnde an weyde. vnde dar mede al vse holt. grot vnde clene. dat mastbroc. efte afbroc het|| mit aller recthetheyt. vnde mit aller nut. vnde mit aller stede. alse we desse dorp vnde alle dit holt wente|| an dessen. dagh. be sethen hebbet. vort mer be kenne we des. vnde willet dessen prouest vnde desse vruwen|| de nu sint vnde nocg to komende sint. des waren. dat niweder guderhande man. eder husman. mersch||man. efte gheyst man. ner hande recht ene heft an alle dissem holte vnde an alle desser mast. mit so||daner recthecheyt. hebbe we vor koft dissen vor benomeden vrowen. disse dorp. vnde all dit holt to rec||theme kope. mit ganzeme eghendome eweliken to be sittende. ane wedersprake. wolde auer ginich vmmesetelink|| efte anders ghemen be werren over lanc ofte over cort desse vrowen an ieneghen dessen stucken. dat|| scole we ofte vse recthen erven. alle wis vnt werren vnde vnt sceden Dat alle desse dinck. stede. vast|| vnde ewich bliuen. dar vmme heft vse reddere vnde we vse Ingheseghele hegt to dessem breve. Over|| dessen saken hebbet ghe wesen vse riddere vnde vse knapen de dhit tughet. Her hinric van aluer||storpe. Her luder van plone. Her eler van walestorpe. Her Johan van Ratmerstorpe. Her Marquart|| vestense. Her. czabel van louenborch. Johan brocdorpe. vnde eckert sin broder. Marquart cartzowe. vse|| voghede vnde vele andere vser man den alle disse rede witlic sin. Disse hantvestinghe is ghe ghe||uen vnde ghe screuen, to plone na Ghodes bort. dusent Jar. dre hundert Jar in deme achteynden|| Jare na sunte Johannis daghe. na paschen al so he an deme olie soden wart.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegel an roter und rot-grüner Schnur. S. H. U. S. II. S. 38.

1318. Mai 11. **363.**

Hermann Bundo, Bürger zu Ripen, überträgt dem Kloster de loco dei *seine Güter im Kirchspiel* Abbyld. — „Certiora sunt omnia.“

Datum Ripis anno domini M CCC XVIII die beati Mamerti Episcopi et confessoris.

Reg. Dan. 1851.

1318. Juni 15. **364.**

Junker Adolf, Graf zu Holstein und Schauenburg, beurkundet, dafs Johann Rorekerse auf die an das Kloster Obernkirchen verkaufte Hufe zu Geldorp *keinen Anspruch mehr hat und auf jeglichen verzichtet.*

Zeugen; Bruningo decano Mindensi. Arnoldo de Riuo quondam preposito. Iohanne Bvschen. Ludolfo de Mandeslo. Richardo Post. et aliis militibus fide dignis. Anno domini M⁰ CCC⁰ decimo octauo. In festo sancti Viti.

Wippermann, Urkundenbuch von Obernkirchen 144b.

1318. Juli 13. **365.**

Ritter Hartwig Schmidt und sein Bruder Gottfried, Domherr zu Lübeck, beurkunden, dafs ihnen von Junker Johann, Grafen von Holstein, Stormarn und Schauenburg, für den von ihnen erlittenen Schaden im Betrage von 120 Mark Pf. der Hafen Crucehauene *verpfändet ist.*

Hart, miles dictus smith et Got, frater eius canonicus ecclesie lubicensis, Omnibus presencia uisuris‖ notum esse cupimus et constare Nobilem uirum domicellum nostrum Iohannem holsatie. stormarie‖ et in scowenborgh comitem nobis portum dictum crucehauene pro dampnis nostris que perpessa‖ fuimus in suis obsequiis ad ualorem. C. et XX marcas denariorum vt est computatum obligauit et‖ inpignorauit, quiete et libere possidendum, quoadusque nobis et nostris heredibus ipse‖ uel sui heredes protanta pecunia ut supradictum est duxerint integraliter persoluendum siue re‖dimendum, Ad cuius euidentiam sigilla nostra presentibus sunt appensa Datum et actum‖ luttekenborgh Anno domini M. CCC⁰. XVIII⁰. In die beate margarete virginis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei Siegel am Pergamentstreifen.
In dorso *(s. XV.)*: domini possunt reemere portum dictum crucehauen.

1318. Aug. 15. **366.**

Die Gebrüder Scharfenberg verkaufen dem Propst Daniel zu Reinbek zur Tilgung des ihm schuldigen Manngeldes von 60 Mark aus ihren Einkünften aus dem Hamburger Zoll 6 Mark jährlicher Rente.

Nos Ludekinus Miles Heynikinus famulus fratres dicti Scharpenbergh Recognoscimus tenore presencium publi‖ce protestantes quod pro Sexaginta Marcis denariorum Hamburgensium. quas domino Danieli preposito in Reynebeke‖ soluere tenebamur ex parte fratris sui ludolfi per amicos nostros heu occisi, vendidimus Eidem preposito rite et racionabiliter‖ redditus Sex Marcarum percipiendos expedite singulis annis de redditibus viginti Marcarum quas habemus in the‖lonio Hamburgh. ita videlicet, quod si aliquo vel aliquibus annis defectus esset pecunie. in toto thelonio.

ita quod [1])|| viginta Marcas nostras omnes tollere non possemus. ipse tamen prepositus in suis sex Marcis nullum defectum habebit sed ipsas in||tegraliter annis singulis primo tollet. et si quid residuum fuerit. vsibus nostris cedet. Si vero tantus esset defectus pecunie aliquo anno|| in thelonio quod idem prepositus easdem sex marcas. de his viginti marcarum redditibus. non omnes recipere posset. quicquid sibi|| in illo anno defecerit. hoc statim prius quam nos aliquid recipiamus, recuperabit in anno continue subsequente. predictus vero|| prepositus ob specialem fauorem quem ad nos habere dinoscitur dedit nobis graciam. et plenum posse eosdem sex marcarum|| redditus reemendi infra octo annos continuos. pro pecunia supradicta. quos si medio tempore non reemerimus. extunc antedictus|| prepositus eosdem sex marcarum redditus. iusto empcionis tytulo. et cum proprietate perpetuis temporibus libere possidebit, et|| sepedictus prepositus eosdem redditus licite poterit obligare, vendere vel legare cuicumque et quandocumque voluerit. sub condicionibus|| suprascriptis. et cuicumque istos redditus dimiserit. illi presentes littere cum omni vigore suo et robore. tantum valebunt|| quantum preposito supradicto et non est opus vt aliqualiter innouentur. In quorum omnium euidens testimonium Sigilla nostra cum|| sigillo. eckehardi brocdorpen. qui omnia ista inter sepedictum prepositum et nos placitauit presentibus sunt|| appensa. Datum Reynebeke anno domini M⁰ CCC⁰ XVIII⁰ in assumpcione beate Marie virginis.

[1]) *folgt* non *durch Unterpungierung deliert.*

Original im Hamb. Archiv. Siegel des Brockdorf fragmentarisch. Zwei Pergamentsiegelstreifen außerdem.

1318. Aug. 30. **367.**

Johann, Junker von Holstein und Stormarn, überläßt dem Heinrich, Thesaurar der Hamburger Kirche zu kirchlichen Zwecken den Zehnten zu Kirch-Steinbek, Oster-Steinbek, Boberg und Hanevalle.

Omnibus presencia uisuris et audituris nos Iohannes dei gracia domicellus terre holtzacie et stormarie volumus esse notum. quod de maturo consilio fidelium nostrorum proprietatem quarundam decimarum soluentium quatuordecim modios siliginis in odingo vno hemptone minus. et dimidium top lini in uillis kercstenbeke dimidium chorum siliginis. osterstenbeke sex modios siliginis. bucberge decem hemptones siliginis, et haneualle vnum hemptonem siliginis et dimidium top lini situatarum. quas illi de hamme a nobis et nostris progenitoribus in feodo tenuerunt honorabili viro domino hinrico de hamme thesaurario hamburgensi dimisimus ex gracia speciali. ita quod ipse easdem decimas absque omni impedimento et contradictione legare et donare possit libere ad vsum diuinum quandocumque et vbicumque sibi uisum fuerit expedire. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum et actum anno domini M⁰. CCC. XVIII⁰. in die beatorum martirum felicis et adaucti.

Lib. cop. cap. fol. 120a im Hamb. Archiv.

1318. Septbr. 15. **368.**

Helene, Gräfin zu Holstein und Schauenburg verzichtet unter Zustimmung ihrer Söhne Adolf, Gerhard und Erich auf alle Lehnshoheit über die Dörfer Steinrade und Eckhorst und verleiht ihnen Lübsches Recht.

Omnibus presencia visuris Helena dei gracia Comitissa holtsacie et Scowenborch Salutem in domino sempiternam. Ne ea que fiunt in tempore, euanescant et pereant defluente tempore, solent scripturarum et testium memorie commendari. Nouerint igitur vniuersi presentes et futuri, nos cum consilio et consensu dilectorum filiorum nostrorum Adolphi Gherardi et Erici nec non omnium quorum consensus erant requirendi, in recompensam beneficiorum nobis multipliciter impensorum per honestum virum Thidericum de Alen burgensem Lubicensem contulisse videlicet ipsi thiderico et suis heredibus veris villas stenrodhe et echorst cum omnibus attinenciis eorum et terminorum distinctionibus vt nunc iacent cum omni iure proprietate libertate et fructu sine seruicio et exactione perpetuo possidendas et regendas Iudicio Lubicensi prout reguntur ville in marchia ipsius ciuitatis lubicensis, et renunciamus vna cum dictis nostris filiis omni Iuri nostro quod in hiis bonis nobis hactenus competebat aut competere posset in futurum, volentes ut ipsi thidericus et sui heredes hiis bonis absque cuiuslibet impeticione et absque actione contraria quacunque utantur perpetue pacifice libere et quiete, et si processu temporis decreuerint quod ea quacunque alienacione voluerint transferre valeant in personas ecclesiasticas aut seculares secundum quod sibi viderint expedire. Ut autem hec premissa rata inconuulsa permaneant presens scriptum nostro sigillo fecimus communiri. huius rei testes sunt Conradus de Wenninghusen Iohannes busche milites et hinricus de Wolseden nostri fideles et quam plures alii fide digni. Datum Anno Domini MCCC. decimo octauo. In octava natiuitatis beate marie virginis.

S. H. U. S. II. S. 39 nach dem Original im Gutsarchiv zu Steinrade. Das Siegel ist abgerissen.

1318. Septbr. 29. **369.**

Johann, Sohn des Emekin von Albrechtsfelde, genannt Mugzvelt, *verkauft der h. Geistkapelle zu Mölln das Dorf Albsfelde für 22 Mark Pf.*

Ego iohannes filius emekini de albertesuelde dictus Mugzvelt cum|| consensu et iussu matris mee. Elizabeth. ac patruelium meorum videlicet|| Iohannis Tymmonis et Emekini fratrum dictorum Mugzvelt vendi||dimus iusta et perpetua vendicione, dimidium pratum. cum agro. qui adia||cet. sicut Iohannes wullenpunt habuit in distinctione sua cum omni. iure maiore|| et minore et libertate seu proprietate sicut nos habuimus et possedimus. Domui|| sancti spiritus in molne et prouisoribus ipsius. Iohanni de treppa. Tyderico robelun. et|| alberto clerico pro. XXII. marcis denariorum perpetue possidendo, quod pratum|| et ager iacet in villa albertesvelde in nostra distinctione que resingnamus|| et ipsos investiuimus abrenunciantes omni iure quod in ipso habuimus perpe||tuis temporibus duraturum. et nos prefati fratres. Iohannes. Tymmo et Eme||kinus Mugzvelt in testimonio premissorum nostra sigilla presentibus sunt|| appensa Datum et actum molne in presencia consulum anno domini M⁰. CCC⁰. XVIII⁰.|| in die Mychahelis.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Drei Siegel am Pergamentstreifen. s. Sudendorf, U. B. IX. S. 111 (1321. Decbr. 21). U. B. d. St. L. II. S. 544. Nr. 2.

1318. Octbr. 15. **370.**

[illegible] und Junker Henneke, Grafen zu Holstein und Stormarn, schliefsen [illegible] Grafen Johann von Holstein und der Stadt Kiel.

In Godes namen amen, We Gherrad vnde juncher Henneke van der gnadhe godes Greuen to holsten vnde to stormeren, bekennet‖ des vnde betuget dat in desseme breue, dat we vns mit vnseme vedderen, Greuen Johan to holsten vnde tome kyle vnde sinen mannen vnde der stad to deme kyle, ganceliken vor euenet vnde sonet hebben, vmme alde scelinghe vnde tweinghe, dede swe‖sen heuet twischen en vnde vns, vmme de herscop unses vedderen vnde vmme Greuen Aleue sinen sonen, de dar dot blef,‖ vnde bekennet en, vnde al eren helperen, beide mannen, vnde der stad tome kyle, vnde al den, de dar ane bedacht sint,‖ ener gancen sone, vor vns, vnde vor al den, de dor vns icht don, vnde laten willen, vnse veddere Greue Johann heft ok oppe laten‖ vns, al de herscop, de he hadde in deme lande to holsten, mit gudeme willen, vnde scal se vns ok oplaten, vor vnsem herren,‖ dem hertoghen van sassen, of he ene hebben mach. wer des nicht, so scal he it don, mit sinen openen breuen‖ wan we dat von eme hebben willen, Mer he scal beholden sine leuedaghe dat hus to deme kyle, vnde de stad, also it‖ beleghen is, vnde dar to de lenwar der ghestliken len binnen der stad, vnde de lenware der provene to hamborch‖ vnde dat botergelt to vreslant. vnde wat gůdes is in der stad to hamborch vnuorsad, dat scal he hebben sine dage‖ vnde wat dar vorsad is dar hebbe we de losinghe ane, vnde wat he gůdes heft in denemarken dat scal he beholden‖ mit allem rechte in der herscop tome kyle, wor it eme alder best behaghet, als it screuen steit an sinen breuen‖ van den seshundert mark gheldes, scal he leggen vifticht mark gheldes, to ener vicarien, oder to twen, oder‖ to godestenet wor vnde wo, it eme it behaghet, vnde de viftícht mark gheldes scole we eghenen, vnde he scal beholden‖ dar ouer de lenware sine dage, wat hir bouen gůdes is in der herscop tome kyle, dhat scole we mede ghel‖den den rideren vnde den knapen, de vnseme vedderen wunnen hebbet vnde vor ene louet hebben, vnde den Ratmannen‖ to deme kvle twelf dusent mark penninghe, se scolen ok nemen vif mark gheldes mit allem rechte vor hundert‖ mark, mer we moghen dat gůt losen, oder weme we is gunnen vmme de suluen penninghe twischen hir vnde‖ sunte Mertins dage, de nu kumpt vort ouer en iar, wat we des nicht losen binnen der tit oder weme we des gun‖nen, dat scal bliuen er rechte lengůt der borgheren like den ridderen vnde knapen, vnde wor se it setten oder kopen‖ dar scole we it lenen mit willen, De penninghe, de dar bouene sint vmberet van deme gůde der sint twe dusent‖ mark vnde seshundert mark penninghe, vor de summen hebbe we twe heren, mit ver vnde twinthich ridderen vnde knechte‖ entruwen louet to beredende de helfte, nu to sunte Mertins dage vort ouer en iar, de anderen helfte van deme‖ sunte Mertins dage vort ouer en iar, Wer dat, dat we nicht denne gůlden also dar vorsproken is, so scole‖ we mit den ver vnde twinthich ridderen vnde knechten to den vorsproken tiden, in riden also we louet hebben vnde‖ nicht uth, dat ghelt si bereth, mit pande, oder mit penninghe oder mit minnen ouer to wesende, vordmer‖ de man de nu vnses vedderen helpere hebben wesen, de scolen sine man bliuen, vnde anders ne man, vordmer‖ scal ghewelk man de in desseme orloghe heft begrepen wesen sin gůth, vnde sine scult binnen vnde butenen vinden‖ vnde bruken ane bisprake, also he it leth, vor deme orloghe, vordmer de stad to deme kyle de scal bruken lubesches rech‖tes, also to lubeke en rechte is, se scal ok beholde alde vriheit, de se heuet ghehat bet an dessen dach. vnde alde‖ hantfestinghe, de se bewisen moghen, de se hebben hat van vnseme vedderen, vnde van sinen voruaren, de stedeghe we‖ mit dessen breuen, we scolen ok vnsen vedderen, vnde sin gůt, vnde sine man, vnde de stad tome kyle vnde

ere gůt, vre‖den vor al den, de dor vns icht don vnde laten willen, vordmer vnses vedderen man vnde de stad tome kyle, hebbet‖ huldet, mit vnses vedderen volbort, vns Juncher Henneken vnde entruwen louet, vnde oppe hilghen sworen, dat se vns‖ na vnses vedderen dode holden scolen, vor eren rechten heren vnde scolen vns dat slot tome kyle tor hand holden‖ vnde dat nicht vntferen bi vnses vedderen leuende, vnde scolen vns dat antworden vmbeworen na sineme dode‖ worde vns tokort, so scolen se it antworden deme it rechte boret, vnde we scolen vnses vedderen viande nicht werden‖ bi sinem leuende, vordmer worde desser dingh de indesseme breue screuen sint gicht to broken, so scal vnse veddere twe‖ sine riddere dar to sennen, vnde we twe riddere de ver riddere scolen riden in de stad tome kyle vnde scolen dar binnen‖ ver weken intwerren, also se ere recht dar to don willen, dat se it also wolden nemen vnde gheuen, kunden se des nicht‖ don, so scole we twe heren, Greue Ghert vnde Juncher Henneke vnde we verticht riddere vnde knechte der namen hir‖ screuen stad, in riden in de slote to Rindesborch vnde to Plone vnde dar nicht uth, de sake si vntworen, Oppe dat dat‖ alle desse dingh stede vnde vnghebroken bliuen, so hebbe we twe heren Greue Ghert vnde Juncher henneke vnde we vertícht‖ riddere vnde knechte der namen hir screuen stad, dar op entruen louet, vnde to ener orkunde vnse inghe-seghele‖ henghet, to dessen gegenwardeghen breuen, De namen der leuen sint dith. Her Hinrik van aluersdorp. her lude van plone‖ her Johan Marnæ. her volrad van ascheberghe. her Johan van Ratmerstorp, her Detlef van bocwolde, her Nicolaus van deme dorne her‖ detlef hornestorp, her Johan Ransowe, her Johan van sigghem, her Godscalk van ascheberch, her Otto van bocwolde, her otto‖ van kuren. her wlf van westense. her luder van Owe, her doso blok, her hartwik van reuetlo, her Eler van deme kyle‖ her hartwich van deme Crummendike. her arnold visbeke. her wlf van brocowe. her hartwich blok. we riddere Marquart‖ Carsowe. Hinrik van Rickelkesdorpe. Hinrik Luder vnde Eler de brodere storme Henneke van Plone, Make swaf‖ woleke van deme butle. Otto wensinen. Nicolaus Crummendike, Timmo blok. Nicolaus blok. vnde bertolt van deme borstele. we knapen, Desse bref is ghe gheuen van godes bort dusent iar drehundert iar, achtingh iar des‖ sonen daghes do it was sunte Gallen auent.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Von elf Siegeln noch zwei fragmentarisch vorhanden.

1318. Octbr. 22. **371.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, gewährt dem Kloster Scharembek Zugfreiheit für dessen Kolonen in Kirchwärder und Gamme, sowie ungehinderte Ausfuhr.

Ericus dei gratia dux Saxonie Angarie et Westfalie Omnibus presens scriptum visuris vel audituris‖ salutem in domino. Libertates quas de gratie nostre liberalitate sperantibus indulgere solemus ad commodum. sic nostrarum‖ muniri volumus testimonio litterarum vt contra quoslibet prauorum incursus. robur optineant et validum‖ firmamentum. Igitur tenore presencium recognoscimus et pupblice protestamur. quod quia viri religiosi abbas et‖ conuentus griseorum in Scermbeke. se ad subsidium redemptionis nostre liberales fructuosos et beniuolos‖ exhibuerunt et cum ipsis ad recompensam huiusmodi beniuolencie exmerito. obligemur. damus et concedimus‖ ipsis ex liberalitate gracie nostre. quod si quemquam colonorum aut

subditorum dicti conuentus in kerchwerder et in gamma commoran‖tium. ab ipso conuentu et bonis eiusdem cedere contingeret. edificia sua infringere et libere deducere possit quocumque placet‖ nec abbas aut conuentus ipsa edificia eisdem colonis soluere compelletur. Preterea annuimus et concedimus quod predictus ab‖bas et conuentus. censum ipsorum. qui ex dicta palude kerchwerder et gamma ipsis prouenerit quocumque ipsis placuerit de‖duci faciant. nostris aduocatis et officiatis irrequisitis. nisi nos ex mandato speciali euectionem annone siue census.‖ dicto conuentui duxerimus inhibendam Ad obseruantiam premissorum presens scriptum nostri sigilli, robore consignatum‖ ipsi conuentui iussimus presentari. Huic facto presentes fuerunt et testes sunt. Iohannes de Crummesse. Hinricus. Dethleuus, et Walricus‖ fratres de duuense et Bertoldus de Ritzerowe milites nostri et quam plures alii fide digni Datum anno domini M°CCC°.‖ XVIII°. In die Seueri confessoris. in Castro nostro Raceborgh per manum vlrici notarii nostri.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Reitersiegel des Herzogs. Sudendorf, U. B. IX. 182.

1318. Octbr. 31. **372.**

Junker Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, bestellt die Domherren zu St. Andreas in Verden zu seinen Caplänen und bestätigt ihnen den Zehnten aus Warwisch in Kirchwärder.

Wy Erik de Jungher van godes gnaden Hertoghe to Sassen, Enghern‖ vnde westfalen Bekennen vnde bethueghn openbar in dessem breue .. Dat wy‖ de eerhaftighen heren. her Merten den dēken hern Bernde van stheden‖berghe yeghenwardech vnde de menen canonike sunte Andreas to verden.‖ entphaet vnde hebbn entphaughn to vsen capellanen. vnde willt vnde‖ scolet se vor deghedinghn vnde vorbiddn. dar is em not is. Vnde‖ willt se nicht mer hindern oft hindern laten in erem Thegheden to War‖wysch in dem kercwerder. Men wy willt se vnd de eren vorderen mit‖ ghueden truwen wor wy móghet .. To ener bekantnisse is vse in‖gheseghel hir to henght. Na godes bort drutteynhundert Jar. in‖ dem achtensthem Jare. des dinxstedaghs vor alle godeshilghen daghe.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Ein Siegel am Siegelstreifen.

1318. Novbr. 10. **373.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, gewährt dem Kloster Lüne Mahlfreiheit für dessen Windmühle in Kirchwärder.

Ericus dei gratia dux Saxonie. Angarie et Westfalie, omnibus presens scriptum visuris. vel audituris. Salutem in‖ domino, Actiones hominum obliuionis scrupulus plerumque consumeret. nisi scripturarum aut testium fideli presidio mu‖nirentur. Igitur ad noticiam vniuersorum cupimus peruenire. quod quia honorabilis vir. dominus Gherlacus. prepositus Sancti‖monialium in Lune et .. priorissa totusque conuentus ibidem, se ad subsidium redemptionis nostre pro possibi‖litate sua liberales fructuosos. et beniuolos. exhibuerunt. et cum ipsis ad recompensam huiusmodi beni‖uolentie ex merito obligemur. damus et annuimus vt ad molendinum ipsorum aereum quod habent in kerkt‖werdere omnes volentes. licite molere possint, per quatuor annos in mediate sequentes. a presenti festo Martini‖ computandos. et quod idem prepositus et Conuentus de ipso molendino emolimentum et fructum

recipiant. sicut alias‖ generaliter recipi est consuetum. In optione tamen nostra erit vtrum finitis hiis quatuor annis. ipsis dictum Molendi‖num licentiare vlterius an prohibere velimus. Preterea concedimus eisdem preposito et conuentui vt censum ipsorum qui‖ ipsis de bonis ipsorum, que habent in terra nostra prouenerit quocumque ipsis placuerit deduci faciant irrequisitis‖ nostris aduocatis seu officialibus. non obstante si euectionem annone de terra nostra generali interdicto duxerimus‖ prohibendam. nisi ipsis preposito et conuentui ob aliquam causam prohibitionem et mandatum super hoc direxerimus‖ speciale. In cuius rei testimonium presens scriptum nostri Sigilli robore consignatum eisdem preposito et Conuentui iussi‖mus presentari. Datum anno domini. M⁰. CCC⁰. XVIII. In vigilia beati Martini confessoris.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Reitersiegel des Herzogs am Pergamentstreifen.

1318. Novbr. 10. **374.**

Johann, Graf von Holstein und in Kiel, gewährt der Stadt Kiel das Münzrecht.

Iohannes dei gracia comes holtsacie et in kyl omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Scire cupimus futuros et‖ presentes, quod nos consideratis assiduis seruiciis et fidelitatibus, nobis a dilectis et fidelibus nostris consulibus ciuitatis‖ nostre kyl exhibitis. eisdem seu predicte ciuitati, dimisimus et dedimus monetam dictam mūnte perpetuis tempo‖ribus libere possidendam. volentes ut singuli ac omnes in nostro dominio commorantes. indifferenter denarios‖ quoscumque et qualescumque predicti nostri consules fabricare fecerint recipiant omni impeticione et contradictione procul‖ mota. In cuius testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Huius sunt testes. Honorabilis vir dominus‖ Hinricus canonicus lubicensis plebanus in kyl. Timmo ac Iohannes fratres de godendorp. marquardus de‖ santberg. Helricus de wesenberg. Iohannes de ghoricze. Iohannes de kyl. Iohannes swaf. Hinricus split.‖ Hartwicus sten. milites. Ditleuus pockewisch. tymmo swaf. Nicolaus de torente. marquardus‖ celecowe ac albus titleuus rusce famuli et quamplures fide digni. Datum et actum in castro‖ nostro kyl. anno domini M⁰. CCC⁰. XVIII⁰. in profesto beati martini episcopi et confessoris.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Reitersiegel am Pergamentstreifen. S. H. U. S. I. S. 484.

1318. Novbr. 11. **375.**

Johann, Graf von Holstein und in Kiel, verleiht der Stadt Kiel alle Gerichtsbarkeit innerhalb des Weichbildes, bestätigt das Stadtrecht und giebt ihr das ius statuendi.

Iohannes Dei gratia comes Holsatie et in Kyl, vniuersis presentia visuris salutem in Domino sempiternam. Ad notitiam singulorum tam presentium quam futurorum pervenire cupimus publice protestantes, quod nos, consideratis assiduis obsequiis et fidelitatis servitiis nobis a dilectis et fidelibus consulibus ciuitatis nostre Kyl exhibitis, prehabito maturo nostrorum consiliariorum fidelium consilio et consensu, eisdem dedimus et voluntarie dimisimus omnem iurisdictionem infra et extra terminos civitatis qui wikbild dicuntur, quos a longis temporibus et hactenus possidere dignoscuntur, liberius et perpetuo possidendam; approbantes[1]) ut edificia civitatis ultra

extendant, ita tamen ut nostro castro inde nullatenus detrimentum inferatur. Volumus etiam pro eo affectu quo ciuitatis nostre iustitiam et commodum ampliare cupimus, ut iure oppidano suo,[2]) quo usi sunt ab antiquo, perpetuis temporibus libere perfruantur et facultatem habeant statuendi reliqua [ad][3]) incrementum et necessitatem ciuitatis secundum placitum commune, nobis tamen et nostris [heredibus][4]) salvis undiquaque iuribus et utilitatibus que terre causa ad nos et heredes nostros spectant. In obtenti huius beneficii et libertatis signum consules nostre civitatis 24 denarios monete Kiloniensis in singulis festis sancti Iohannis evangeliste ad prefectum castri nostri deferri curabunt expedite. Ut igitur hec omnia pretacta illesa perpetuo permaneant et inperturbata, nostrum maius sigillum presentibus duximus apponendum. Huius sunt testes: Dominus Hinricus canonicus Lubecensis plebanus in Kyl, Timmo et Iohannes fratres de Godendorp, Marquardus de Sandberch, Iohannes de Ghorize,[5]) Iohannes Swaf, Nicolaus Split milites; Detlevus Pockewisch, Timmo Swaf, Marquardus Albus Detlevus Rusce, famuli, ac plures alii fide digni. Datum et actum in castro nostro Kyl anno Domini 1318. in festo beati martini episcopi et confessoris.

[1]) *W.:* approbante. [2]) *W. fügt in Klammern hinzu:* Lubecensi. [3]) *Ergänzung von Waitz.* [4]) *W.:* heredibus. [5]) *W.:* Gloritz.

S. H. U. S. I. 485, nach Westfalen IV. praef. S. 150; verbessert.

1318. Novbr. 16. 376.

Johann, Graf von Holstein, beurkundet, dafs seinerseits keine Güter des Klosters Preetz an den Ritter Detlev Bot verkauft sind.

Nos Iohannes dei gratia Comes holtsatie, Recognoscimus per presentes, quod quedam domine Conuentus poretzensis|| ad nos venerunt, dicentes, Conuentum earum verius intellexisse, nos detlevo bot militi quedam bona|| eiusdem Conuentus vendidisse, Quare scire volumus singulos ac vniuersos presentes visuros, quod nulla|| bona predicti Conuentus vendiderimus, sed bona, que hactenus pacifice libereque possedimus, bona, inquam,|| pro nostris denariis rite et rationabiliter comparata, pro quadam summa denariorum dimisimus detleuo|| Bot militi supradicto, In Cuius testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum,|| anno domini M⁰. CCC⁰. XVIII⁰. In Quinta feria post festum beati martini episcopi et confessoris.

Original im Archiv des Klosters Preetz. Ein Siegelstreifen S. H. U. S. I. S. 229.

1318. Novbr. 30. 377.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, stiftet eine Kapelle vor der Stadt Plön.

In nomine domini Amen. Cum ab huius exulatus miseria Vniuersos ad celestem tendentes patriam tantum sequuntur opera. hos[1]) interitum. alios in|| salutem. expedit quoslibet fideles in hac lacrimarum valle superstites talia exercere operum studia. vt per eadem porcio. ipsis in terra viuencium|| largiatur. Hinc est quod nos iohannes dei gracia comes holtzacie et stormarie anime nostre et animabus progenitorum successorum. et omnium presencium|| nostrorum ab huiusmodi migrantibus exilio. salutare cupientes dirigere vestigium. de consensu nostrorum heredum et omnium quorum interest. et interesse po||terit in honorem dei omnipotentis. beate gloriose virginis marie et omnium sanctorum suorum necnon sancti helperici martiris. vnam capellam. seu vi||cariam ante oppidum plone per vnum sacerdotem ydoneum perpetuis temporibus officiandum vt non solum nostri eternalis

habeatur memoria verum eciam|| cui merito congaudemus vt cultus diuinus augeatur. decim . . . . . us instaurare fundare. creare et construere. et dotare. cum bonis infrascriptis|| cum duodecim frustis agri sitis apud[2]) altam montem. Insuper duo kroghe agri in campo sito. qui vocatur ywans koppele. Item decem|| et septem frusta agri ibidem situati cum duobus truncibus. eciam in antiqua karbe illas areas et curiam sancti spiritus cum paruo stagno prope|| capellam sito. Item duo frusta agri que dicuntur rode. apud der garden sita. ac apud sespitem sita. que dicitur mur. cum omnibus vtilitatibus fruc||tibus et emolumentis. que possunt exinde prouenire. Insuper volentes obuiare litibus, discernimus mandamus. et precipimus. quod quidquid offertur.|| ad struncos vbi reponuntur gazophilacia. in tres partes diuidatur. prima pars dabitur rectori ecclesie in plone. secunda pars ipsi vicario capel||le et tercia pars cedat pro fabrica siue structura capelle antedicte. Volentes eciam ibi esse duos iuratos pro reparacione capelle et illi iurati. qui|| pro tempore fuerint singulis annis. ipsi rectori ecclesie in plone et ipsi vicario capelle computabunt. obuenciones et oblaciones altaris sui in dicta capella|| quidquid sibi eciam pro missis peculiaribus. sev votiuis oblatum vel datum fuerit. suum non erit. sed rectori ecclesie sub iuramento per ipsum prestito si ab ipso per|| eundem rectorem requisitus fuerit, totum fideliter presentabit. Nisi forsan si qui fidelium in vita vel in morte extra parrochiam morantes vel existentes presbitero dicte capelle aliquid donauerint vel legauerint pro memoriis secrete habentes vel in missis legendis licite obtinebit. Verumptamen si aliquis|| presbiterum dicte capelle rogatum pro missa votiua vel peculiari, ipsam dicere aliis occupatus non posset. tunc idem presbiter tales petentes ad rectorem ecclesie in plone remittat sine fraude. Ceterasque oblaciones cereas et iumentorum et aliorum animalium viuencium quandocumque et rerum quarumcumque vicarius|| siue presbiter sepedicte capelle solus subleuabit. Vicarius siue idem presbiter omnibus horis diuino officio cantando et legendo intererit, religione|| indutus. nisi ex causis legitimis et necessariis fuerit occupatus. Inter matutinas et summam missam. suam missam leget vel cantabit, uel propter funeris|| presenciam vel propter memorias faciendas rectori ecclesie in plone, si incumbat, tenebitur subuenire. Insuper idem presbiter ad predicandum et confessiones audiendum ad infirmos visitandum generaliter ad sacramenta conferendum, non erit aliqualiter astrictus, nisi de communi rectoris memorate ecclesie et suo arbitrio processerit et|| consensu. Ceterum statuimus. quod ius patronatus presentandi dicte capelle seu vicarie ac altaris. apud nos nostrosque heredes legitimos in perpetuum debeat permanere. Ad quam quidem vicariam siue capellam sev altare dominum iohannem baren presbiterum, nobis dilectum pure propter deum presentauimus et in hiis scriptis|| presentamus. Vt hec singula suprascripta. incommutabili firmitate et robore inuiolabiliter obseruentur sigillum nostrum in euidenciam omnium premissorum et singulorum duximus apponendum. Datum et actum plone anno domini Millesimo trecentesimo decimo octauo ipso die beati andree apostoli.

[1]) *fehlt:* in. [2]) *doppelt geschrieben.*

Original im Staatsarchiv zu Schleswig, in zwei Hälften zerrissen. Reitersiegel an grüner Schnur beiliegend.

1318. Decbr. 20. 378.

Johann, Bischof von Schleswig, bestätigt die Wahl des Magisters Johann zum Verwalter des h. Geisthauses in Kiel.

Omnibus presens scriptum cernentibus Iohannes miseracione diuina Episcopus sleswicensis, necnon et vices gerens‖ domini Bremensis in sua dyocesi et prouintia salutem in domino sempiternam, Litteras prouisorum totiusque conuentus domus sancti‖ spiritus in kyl recepimus in hec verba, Reuerendo in cristo patri ac domino suo domino Iohanni sleswicensis Ecclesie Episcopo‖ prouisores totusque conuentus domus sancti spiritus in kyl debitam obedienciam, cum oracionibus in cristo deuotis, Noueritis‖ . . . . . nos, vnanimi et pleno consensu nostri et consulum nostre ciuitatis, dominum Iohannem‖ [exhibi]torem presentium in magistrum ac prouisorem nostrum rite et racionabiliter elegisse, Rogamus et‖ ipsum propter deum et partes nostras dignemini confirmare, Datum anno domini M⁰, CCC⁰ XVIII⁰ in die‖ beate lucie virginis, Nos igitur necessitati dicte domus misericorditer condolentes, electionem de dicto domino‖ Iohanni sacerdoti, vt premissum est factam, auctoritate eiusdem domini Bremensis ratificamus per presentes, eidem‖ curam animarum committentes, speramus enim, quod sepedictus dominus Iohannes, dicte domui tam‖ in spiritualibus quam in temporalibus esse debeat plurimum fructuosus, In quorum testimonium presen‖tes litteras sigilli nostri munimine mandamus roborari. Datum swauestath, anno vt supra, in‖ vigilia beati thome apostoli.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel des Bischofs am Pergamentstreifen.

1318. 379.

Johann, Junker von Holstein und Stormarn, beurkundet, dafs die Familie von Hamme zur Stiftung einer Vikarie 14 Mark Hamb. Pf. Einkünfte aus dem Dorfe Lüttjensee für 150 Mark verkauft hat.

Nos Iohannes dei gracia domicellus terre holtsacie et stormarie notum esse cupimus vniuersis. quod honorabilis vir dominus Hinricus de hamme thesaurarius ecclesie hamburgensis et fratres sui. Otto videlicet et marquardus. necnon et fratruelis ipsorum Hinricus dicti de hamme. vendiderunt de nostro beneplacito et consensu quatuordecim marcarum redditus denariorum hamburgensium pro centumquinquaginta marcis eiusdem monete. ad vicariam quandam in eadem ecclesia hamburgensi dotatam, cuius collacio ad illos de hamme dinoscitur pertinere. Quorum reddituum molendinarius in uilla Luttekense qui pro tempore fuerit, decem marcas denariorum. Hinricus vero dictus Coz. et Hinricus dictus pepsac et eorum successores. siue qui mansos. quos iidem nunc in eadem uilla Luttekense inhabitant coluerint. quatuor marcas denariorum annis singulis. infra octauam beati Martini. soluere tenebuntur. In quo molendinarius et coloni mansorum pretactorum si defecerint, minister et possessor vicarie pretacte qui pro tempore fuerit. pro dictis redditibus sufficiencia pignora capiendi ab eisdem. plenam habebit et liberam potestatem. Sed de speciali gracia dicto domino Hinrico et suis fratribus ab eo qui nunc possessor dicte uicarie esse dinoscitur extitit indultum. quod dictos redditus pro pecunia iam memorata. reemere valeant in festo purificacionis beate uirginis quandocumque eis uisum fuerit expedire. Ipsis vero redditibus in eodem festo et termino reemptis. dictus dominus Hinricus et fratres sui ad censum quo in festo beati martini anni sequentis tenebantur. minime sunt astricti. In cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo dicti domini Hinrici de Hamme. presentibus est appensum. Datum hamborch. anno domini M⁰.CCC⁰.XVIII⁰.

Lib. cop. cap. fol. 110a im Hamb. Archiv.

ca. 1318. **380.**

Hermann von Hamme beurkundet, dafs sein Vater die Zehnten aus Kirch- und Oster-Steinbek, Boberg und Hanevalle *an den Thesaurar der Hamburger Kirche verkauft hat.*

Ego hermannus dictus de hamme armiger, omnibus presencia uisuris notum facio. quod pater meus bone memorie dominus hermannus dictus de hamme miles cum consensu heredum suorum vendidit fratrueli suo dilecto. domino hinrico thesaurario hamburgensi. decimas villarum kerkstenbeke. osterstenbeke. bucberghe. haneualle. ipsum et filios suos contingentes. ita quod iam dictus thesaurarius dictas decimas obligare. uendere uel donare possit. cuicumque sue placuerit voluntati. In cuius rei euidenciam sigillum meum presentibus est appensum. Datum hamborch.

Lib. cop. cap. fol. 131a im Hamb. Archiv.

1319. Febr. 10. **381.**

Heinrich, Bischof von Lübeck, und das Kloster Preetz verkaufen dem Priester Johann Klinkeman 10 Mark Rente für 100 Mark Lf.

Vniuersis presencia visuris. Hinricus dei gratia episcopus ecclesie Lubicensis. Iohannes Hake canonicus ecclesie eiusdem et prepositus sanctimonialium in poretze. necnon elizabet priorissa‖ totusque conuentus sanctimonialium earundem, salutem in domino. Presentium testimonio Recognoscimus et constare volumus vniuersis. Nos rite et rationabiliter ob ineuitabilem‖ ecclesie nostre necessitatem Domino Iohanni dicto klinkeman sacerdoti, vendidisse redditus decem marcarum denariorum Lubicensium pro centum marcis denariorum eiusdem monete‖ nobis integraliter persolutis, quos redditus, eidem anno quolibet in festo sancti martini intra ciuitatem Lubicensem exsoluere tenemur et presentare sub nostris laboribus periculis et,‖ expensis, absque diminucione et occupacione seu arrestacione cuiuscunque hominis seu vniuersitatis, Quum dominus Iohannes temporibus sue vite quandocunque decreuerit vnam nobis po‖terit denominare personam, Cui persone sic denominate post ipsius domini Iohannis obitum. anno quolibet termino prenotato et condicionibus antedictis, quinque marcas denariorum prefate monete quam diu talis‖ persona vixerit ministrabimus expedite, qua persona denuo decedente, premissa singula vacant nobis, De quinque vero marcis nobis vacantibus post eius obitum memoriam in anniuersario‖ suo in vigiliis et in missis pro defunctis eternaliter peragemus, Hoc adiecto si non satisfecerimus domino Iohanni ut premissum est, ex tunc damus sibi plenam et liberam potestatem‖ in vniuersis bonis nostris pignora exigendi, et extorquendi necnon subditos nostros ubique locorum occupandi, quousque sibi satisfaciemus. Adiectum est etiam quod si predictum‖ dominum Iohannem aut eum cuius secundum premissa predictos redditus intererit recipere, a suo Episcopo, seu a quouis alio prelato seu iudice ordinario, uel delegato, quod absit, suspendi, interdici, uel‖ excommunicari, contingat, pro quocunque excessu, Nos nichilominus dictos redditus eo non obstante, eidem domino Iohanni seu illi cuius secundum premissa, intererit, eosdem redditus‖ percipere ministrabimus expedite, loco et tempore condicionibus prenotatis, Dedit nichilominus idem dominus Iohannes nobis et monasterio nostro ob fauorem et graciam specialem‖ opcionem et liberam potestatem eosdem redditus redimendi, et recuperandi, quandocunque nobis expedierit, et visum fuerit, pro eadem pecunia, videlicet centum marcis denariorum‖ lubicensium, quas centum marcas tempore reemp-

cionis in ciuitate lubicensi nostris laboribus periculis et expensis eidem domino Iohanni integre soluemus, et exhibebimus|| expedite, Acta et ordinata sunt hec, Coram nobis et testibus infra scriptis, videlicet, Magistro Seghebando decano lubicensi necnon hinrico, canonico ibidem. Magistro hinrico|| rectore scolarum in lubeke, necnon domino hinrico dicto de vechten, Magistro conrado de kilone, sacerdotibus. ad hec uocatis specialiter et rogatis. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum vna cum sigillo conuentus sanctimonialium in poretze necnon prepositi domini Iohannis Hakonis ibidem presentibus sunt appensa. Datum et Actum. anno domini. M°. CCC°|| XIX° In die scolastice virginis benedicte.

Original im Archiv des Klosters Preetz. Drei Siegelstreifen mit Wachsspuren. S. H. U. S. I. 229.

1319. Febr. 10. **382.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, beurkundet, daſs der Knappe Ludolf von Heſslingen der ältere dem Kloster zu Estorf vier Hufen in Heſslingen verkauft hat.

Nos Adolfus dei gracia comes Holtzacie et in Schowenburg Recognoscimus et in his scriptis publice protestamur quod cum Ludolfus famulus de Heslingen senior . . Priorisse et . . conuentui sororum in Esekesdorpe ordinis sancti Augustini et Mindensis Dyocesis Curiam quatuor mansorum in Heslingen sitam cum vsuagiis suis molendino casis pratis pascuis campis cultis et incultis aquis aquarumque decursibus rypis siluis et rubetis in alto et basso sitis et alio quocumque iure ad eum pertinente que omnia et singula a nobis in feodo tenebat vendidisset receptis nomine precii ab eadem Priorissa et Conventu Quadraginta marcis bremensis argenti in numerata et ponderata pecunia et pensione vnius plaustrate siliginis et vnius plaustrate ordei ad vitam suam sibi annuatim soluenda nec non receptione duarum filiarum filie sue Alheydis ad habitum et ad victum in eodem Monasterio prout ipse Ludolfus in nostra constitutus presencia recognouit supplicauitque ut eidem suo contractui siue vendicioni consensum et auctoritatem acclinare dignaremur Nos igitur communicato nobis consilio nostrorum attendentes etiam quod multis debitorum oneribus · pregrauati sumus receptis nomine precii Quadraginta Marcis bremensis argenti in numerata pecunia cum consensu karissimorum nostrorum Domine Helene matris nostre Gerhardi et Erici fratrum nostrorum Elyzabet et Helene Lutgard et Mechtildis sororum nostrarum vendidimus et ius proprietatis, quod ad nos pertinebat in eisdem bonis ipsis in proprium tradidimus cum omnibus utilitatibus et prouentibus suis ac iuribus premissis. sicut idem Ludolfus a nobis in pheodo tenuerat et resignauerat in manus nostras absolute promittentes bona fide quod eidem Priorisse et Conuentui predictorum bonorum omnium et singulorum plenam warandiam quando et ubi et quociens requisiti fuimus faciemus. In cuius rei testimonium ac robur firmitatis presencia scripta sigillis nostro et matris nostre karissime prefatis Priorisse et Conuentui perpetuo valitura dedimus fideliter roborata Actum et datum Scowenborg presentibus Domino Jordano Abbate in Lucka Rotgero Capellano ibidem Iohanne Baschen milite, Burchardo de Landesberge Iohanne et Gerhardo de Bardeleue fratribus Bodone de Vninge famulis Testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis Anno domini M° C°C°C XIX°. in die scolastice virginis.

Aus Capauns Kopien im Archiv zu Bückeburg.

1319. Febr. 11. **383.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, stiftet eine Memorie im Kloster Loccum für das Seelenheil seines Vaters und sein eigenes.

Nos Adolfus dei gratia Comes Holtzacie, et in Scowenburg Dilectis sibi in cristo Abbati et‖ Conuentui monasterii in Lucka. Cysterciensis ordinis et Mindensis dyocesis salutem et presens scriptum eis perpetuo va‖liturum Memoriam anime Patris nostri Comitis Adolfi bone memorie, cum deuocione gerentes, Damus‖ vobis cum Consensu Domine Helene Matris nostre, ac Gerhardi et Erici fratrum nostrorum ac aliorum nostrorum‖ quorum interest Heredum, Mansum vnum in lachem situm, cum proprietate, alio omni iure suo, nec non‖ et insulam in Ripa fluuii qui owe dicitur, cum suis attinenciis adiacentibus, Sitam prope Grangiam lodhe ad‖ orientem, sicut eandem Insulam Ludolfus Miles de Thunderen, ac Alheydis ipsa coniunx, eam ad vitam suam‖ a nobis tenent. Post eorum mortem per vos predictos Abbatem et Conuentum, vna cum Decima in Barchusen prope‖ Segelhorst sicut eam in villa et in Campis Iohannes quondam Miles de Bardeleue, ab nobis habebat, quam‖quam et Nos a venerabili Patre et Domino nostro Mindensi Episcopo, hactenus in feodo tenuimus, et exnunc presentibus litteris eam‖ in manus suas ad utilitatem omnimodam vestri. Abbatis et Conuentus libere resignamus, Iure proprio omnia premissa perpetuo‖ possidenda Quatenus de ipsis Manso Insula et Decima ob salutem animarum Patris nostri, ac nostre, In Die an‖niuersario obitus sui Conuentui luccensi consolacionem in Refectorio cum vino, bonis Piscibus, ac vno‖ bono pulmento et simila Triticea et Pipere procuretis. liberaliter amministrandam. Et vt Hec futuris temporibus‖ rata et inconuulsa permaneant, presens scriptum vobis dedimus, nostro ac matris nostre Dilecte Sigillis fideliter‖ roboratum Actum et Datum in Scowenburg, Anno domini, M⁰. CCC. XIX⁰. In crastino Scolastice virginis.‖ Nos vero prenominati Gerhardus et Ericus, nostrum Consensum, quem ad premissa viua voce dedimus, cum non dum‖ vtamur sigillis propriis eum addidisse expresse, Sub Sigillis Matris ac fratris nostri appensis dilucide profitemur.

Original im Archiv des Klosters Loccum. Zwei Siegel am Siegelstreifen. v. Hodenberg, Calenb. U. B. III. (Kloster Loccum) Nr. 681.

1319. März 1. **384.**

Leo, Propst, Johann, Dekan, und das Kapitel zu Hamburg beurkunden die Stiftung einer Vikarie durch Marquard Kattescroch.

Omnibus presencia uisuris et audituris. Nos Leo dei gracia prepositus Iohannes decanus. totumque capitulum ecclesie hamburgensis cupimus esse notum. quod discretus uir Maquardus dictus kattescroch laicus. ad honorem dei et pro anime sue salute de bonis sibi a deo collatis. vicariam vnam instituit in ecclesia nostra iam dicta perpetuis temporibus permansuram. Ad cuius dotacionem dimidium chorum salis in salina luneborch in domo quadam wlgariter Egedinge nuncupata. cum uiginti marcis denariorum hamburgensium in pecunia parata. ac medietatem ville Langelo cum iudicio maiore et minore ac distinctione terminorum suorum et cum omnibus vtilitatibus et prouentibus suis, sicut eandem hactenus pacifice possedit, deo et beate uirgini libere resignauit. ita videlicet si uilla iam pretacta per prepositum . . priorissam et conuentum sanctimonialium in reynebeke iuxta continenciam litterarum super hoc confectarum reempta fuerit tempore ad hoc

specialiter deputato. precium eiusdem ville. videlicet ducente marce cum predictis uiginti marcis in vsum dicte vicarie absque immutacione qualibet conuertetur. Et memoriam duarum marcarum minister vicarie predicte ex nunc et in perpetuum annis singulis dare tenebitur de bonis et redditibus supradictis. Quam tamen memoriam post obitum memorati marquardi iuxta mortis sue euentum deinceps volumus erogari. Prefatus vero marquardus collacionem eiusdem vicarie honorabili viro domino Hinrico de hamme nostre ecclesie thesaurario quoad uite sue tempora ex speciali amicicia et fauore dimisit. Qui quidem thesaurarius eandem vicariam hinrico clerico filio sororis dicti marquardi ad presens contulit propter deum. Et si ipsum Hinricum mori contigerit. dominus. thesaurarius vni de filiis alberti dicti de holdenstede, qui beneficii capax fuerit, de eadem nostro accedente consensu et beneplacito prouidebit. dictoque domino . . thesaurario ab hoc seculo emigrante eiusdem uicarie collacio ad nos et ad capitulum nostrum. saluo tamen iure filii dicti alberti si idem filius superuixerit libere transferetur. Verumtamen marquardus predictus quam diu uixerit dicti hinrici filii sororis sue ipso in minoribus ordinis existente tutor et fidelis prouisor, et personam ydoneam pro eo qui vices suas in choro et alibi sicut opportunum fuerit, debito modo suppleat, decano presentabit daturus eidem persone nomine salarii annis singulis decem marcas. quousque memoratum filium sororis sue ad gradum sacerdocii contigerit promoueri. Qua quidem persona si per displicenciam aliquam per nos reprobata fuerit, alia persona quam approbare decreuerimus subrogabitur seu presentabitur loco sui. Vt autem hec omnia rata et firma permaneant, nec de predictis omnibus immutetur aliquid in futurum sigillum ecclesie nostre vna cum sigillis predictorum. marquardi kattescruch. ac alberti de holdenstede presentibus est appensum. Datum et actum hamborch anno domini M°. CCC°. XIX°. feria quinta post dominicam qua cantatur Inuocauit.

Lib. cop. cap. fol. 72b im Hamb. Archiv.

1319. März 18. **385.**

Junker Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft den Hamburger Bürgern Heinrich Blomendal und Heinrich von Nesse die hohe und niedere Gerichtsbarkeit über Horn, Dale, Boyze, *den Wald Hamme und die Wiese Billehorn, den Hammerbrook nebst dem Deichbann für 200 Mark Hamb. Pf.*

Adolfus Domicellus, dei gracia Comes Holtsatie et in Scowenborch, vniuersis in perpetuum presentia visuris seu audituris‖ salutem in domino sempiternam, Tenore presencium recognoscimus firmiter protestantes, quod nos cum consensu dilecte‖ matris nostre domine Helene comitisse Holtsatie et Scowenborch, necnon Gerhardi et Erici fratrum nostrorum, fideliumque‖ vasallorum nostrorum maturo prehabito consilio, vendidimus dilectis nobis Henrico blomemberch et Henrico de‖ Nesse suo genero, Ciuibus nostris in Hamborch, et ipsorum veris heredibus iudicium nostrum maius et minus in Horne‖ Dale, Boyze, et silua dicta Hamme et prato dicto Billehorn, et in Hammenbroke, necnon bannum ag‖geris per idem Hammenbrok, cum omnibus suis iuribus, adiacentiis, prouentibus, emolumentis et pertinentiis, prout‖ frater noster bone memorie et nos predicta, iudicium et bannum possedimus multis annis, pro Ducentis‖ Marcis denariorum Hamburgensium, nobis integraliter persolutis, iusto emptionis titulo perpetuis temporibus quiete‖ et libere possidenda, dicti eciam Henricus blomemberch et Henricus de Nesse ac ipsorum

heredes possunt predicta‖ iudicium et bannum pro sua pecunia obligare, vendere vel donare Cuicumque vel quibuscumque sue voluntati pla‖cuerit saluis, sibi omnibus et singulis conditionibus et libertatibus supradictis, verumptamen iidem Henricus blo‖memberch et Henricus de Nesse nobis contulerunt ex gracia speciali, quod Nos aut heredes nostri eadem iudicium‖ et bannum reemere possumus pro eadem pecunie quantitate, infra viginti annos a data presentium continue‖ computandos, non tamen quolibet tempore dictorum viginti annorum. sed solum inter festum‖ beati Martini et festum natiuitatis domini nostri, reemendi habebimus facultatem, elapsis autem dictis viginti annis prefata emp‖tio et nostra venditio perpetue et irreuocabiles permanebunt, Huius rei testes sunt honesti viri dominus Iohannes‖ notarius, Canonicus Ecclesie Hamburgensis, Iohannes de Monte, albertus de holdenstede Ciues Hamburgenses‖ Marquardus stake, aduocatus noster, ac Hinricus de wilsede, fideles nostri, et quamplures alii fide‖ digni. In quorum testimonium, Sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum et actum Hamborch in dominica‖ Letare anno domini Millesimo, CCC°, decimo nono.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen am Pergamentstreifen. Hübbe, Hammerbr. Recht S. 174. s. Koppmann, Beiträge I. S. 137 f.

1319. März 21. **386.**

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, verpfändet dem Kloster Itzehoe für eine Schuld von 1350 Mark eine Anzahl Zehnten und andere Rechte.

Uniuersis presencia uisuris seu audituris Gherardus dei gracia comes holtsacie et sturmarie salutem in domino sempiternam Noue‖rint vniuersi tam presentes quam futuri nos teneri domino sixto preposito totique conuentui sanctimonialium in itzeho mille trecentas et‖ quinquaginta marcas denariorum usualis monete pro quibus iam dicto preposito et conuentui statuimus seu obligauimus decimam‖ nostram in wyllerscope et kuscope pro quingentis marcis denariorum cum curia adiacente in qua dicta decima colligetur et de‖cimam in villa eclake pro quingentis marcis plenam potestatem habentes dictam decimam colligendam deducendam seu ex‖ponendam prout eis uidebitur expedire et duo prata ibidem cum omnibus suis adiacenciis que decem marcas denariorum sol‖uunt annuatim pro centum marcis Iudicium in uilla quernstede supra quatuor mansos pro triginta marcis. Iudicium in duodecim‖ mansis et in molendino in villa berbeke pro ducentis et viginti marcis cum omni iure maiori et minore. hec omnia predicta idem‖ conuentus libere et pacifice possidebit quousqe memorata pecunia dicto conuentui a nobis uel nostris integraliter fuerit perso‖luta Tali interposita condicione quod predicta bona redimere possumus coniunctim uel diuisim quandocumque gracia diuina nobis in‖ pecunia prouidebit Testes huius rei sunt Nicolaus de crummendike. Borchardus de otzhude. Bertrammus de‖ dame milites. dominus Iohannes noster capellanus et notarius. Tymmo meinerstorpe notarius. Nicolaus notarius et quam plu‖res alii fidedigni. In cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum itzeho anno‖ domini millesimo trecentesimo decimo nono feria quarta post dominicam qua cantatur letare.

Original im Archiv des Klosters Itzehoe. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Noodt, I. 198. Zeitschrift Bd. VIII. Repertorien S. 3 Nr. 14.

1319. April 1. **387.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verzichtet auf die Lehnshoheit über Steinrade und Ekhorst.

In nomine domini amen. Nos Adolphus dei gracia domicellus Comes holtzacie et de Scowenborch constare cupimus vniuersis tam presentibus quam futuris scripto, quod nos auctoritate Reuerende domine matris nostre domine Helene et fratrum nostrorum karissimorum Gherardi et Erici atque nostra et plane cum consensu omnium qui fuerant requirendi, cessimus et donauimus pure et libere Thiderico de Alen ciui Lubicensi et filiis suis et eorum heredibus veris tam masculis quam femellis in recompensam beneficiorum matri nostre et fratribus nostris antedictis atque nobis per ipsum Thidericum multipliciter impensorum, duas villas Stenrodhe et Echorst ad habendum et possidendum iure proprio in perpetuum cum agris cultis et incultis pratis pascuis paludibus lignis rubetis aquis aquarumque decursibus ac earum instagnacionibus viis et inviis exitibus et regressibus terminorum distinctionibus vt ipse due ville iacent cum omni iure iudicio manus et colli et omnibus aliis iudiciis cum omni proprietate vtilitate commoditate seu fructu et plane cum omnibus que pertinent ant pertinere poterunt ad has duas villas cum plenissima libertate sic quod nec ipsi nec eorum subditi pro tempore residentes in hiis villis ad exactiones, prestaciones precarias violentas vel ad reliqua seruiciorum genera teneantur quomodolibet obligati. Habebunt insuper ipsi plenam et liberam potestatem has duas villas cum omnibus pertinenciis et condicionibus suis prescriptis transferendi quacunque alienacione decreuerint in quascumque personas tam ecclesiasticas quam seculares vbi et quando eis fuerit oportunum et regendi eas cum iudicio lubicensi, prout regi solent ville site contra marchiam ciuitatis Lubicensis, faciendique et dimittendi cum hiis duabus villis auctoritate sua propria in perpetuum quicquid velint pro quo nec nostrum nec alicuius alterius consensum seu licenciam requirere tenebuntur. Vnde concludendo sermonem declaramus et dicimus auctoritate suprascripta sepedictas duas villas ad ipsum Thidericum de Alen et filios suos ac eorum heredes ueros tam masculos quam femellas iure proprietatis perpetue totaliter pertinere. sic quod nullus alius quam ipse dumtaxat quicquam iuris retinent in eisdem. In testimonium et euidenciam premissorum omnium et singulorum sigillo nostro presens scriptum duximus muniendum. Huius rei testes sunt fideles nostri Conradus de Wenninghusen Iohannes busche Hinricus de Wolzede et quam plures alii clerici et layci fide digni. Datum et actum anno domini MCCC. decimo nono. In dominica Palmarum.

S. H. U. S. II. S. 40 nach dem Original im Gutsarchiv zu Steinrade. Das Siegel fehlt.

1319. April 4. **388.**

Ritter Zabel von Lauenburg beurkundet die Beilegung seines Streites mit dem Kloster Lüne über vierzehn Acker Landes in Kirchwärder.

Uniuersis in perpetuum presencia visuris, Ego. Zabel miles dictus de Louenborch. cupio fore notum, publice profitendo, quod anno domini‖ Millesimo. CCC°. duodecimo in die beati Siluestri pape, accedente consilio et consensu heredum meorum omnium legitimorum vendidi,‖ honorabili viro domino Iohanni preposito Totique Conuentui Sanctimonialium in Lune, quatuordecim iugera agrorum sita in insula dicta‖ kercweder ad occidentalem partem ecclesie ibidem pro Centum

viginti marcis Hamburgensium denariorum, titulo proprietatis in perpetuum‖ possidenda. Condicione tamen hac interposita, vt infra biennii spacium esset mihi facultas eadem iugera redimendi pro eadem‖ pecunie quantitate, pro quorum redempcione facienda, inter eundem dominum Iohannem prepositum ex vna, et me parte ex altera‖ dissensio nascebatur, que procedente tempore per honorabilem virum dominum Gherlacum successorem eiusdem domini Iohannis, prepositum‖ conuentus antedicti domini clementia, necnon Discretorum virorum Iohannis de monte et Ludolfi filii Volcekini ciuium Hamburgensium‖ consilio, est taliter ad concordiam reformata, videlicet quod idem dominus . . Prepositus et Conuentus lunensis, superadditis mihi‖ Triginta marcis Hamburgensium denariorum obtinebunt in perpetuum dicta Iugera hereditario iure, cum omnibus proprietatibus‖ emolimentis, et prouentibus, quibus ego a retroactis temporibus ea possedi, libere et quiete, reuocacione seu impeticione‖ qualibet procul mota. Ceterum volo omnia que in primo contractu decreta fuerant sub fide mea et Compromissorum meorum‖ prestita, per me et omnes Heredes meos natos et nascituros firmiter obseruari, Hoc solum excluso, quod nobis dictorum‖ iugerum reemptio non debetur, In cuius rei testimonium, meum, et Iohannis de monte. Ludolfi Volcekini predictorum, qui‖ prefatam dissensionem vt premittitur reformauerant, Sigilla, presentibus sunt appensa, Datum anno domini. M°.CCC°. decimo‖ nono In die beati Ambrosii confessoris.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Drei Siegel am Pergamentstreifen

1319. April 10. **389.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, beurkundet dem Knappen Walter von Serne und seinen Erben den ruhigen Besitz des Cropeshagen.

Vniuersis presencia visuris seu audituris nos adolfus dei gracia Comes Holsacie et‖ in Scouuenburg uolumus esse notum quod cum consensu . . . . domine Helene matris‖ nostre Gherardi et Erici fratrum et legitimorum heredum nostrorum [permisim]us et per‖mittimus data fide quod waltero de Serne famulo, conthorali sue legitime filiabus‖ suis non inclaustratis et heredibus suis iustis quam diu indaginem Cropeshagen pos‖sedunt nec non litoribus suis eandem indaginem colentibus neque nos neque nostrorum‖ officialium aliquis inpedimentum aliquod inferemus in lignis quibus ad usum ig‖nis indigent et structure. In cuius rei testimonium presentem cartulam nostri et‖ matris nostre sigillorum karactere dedimus communitam. Datum feria secunda post festum pasce, anno incarnationis dominice Millesimo, Trecentesimo, XIX.

Original im Archiv des Klosters Loccum. Ein Siegeleinschnitt, ein Siegelstreifen.

1319. Nach Mai 1. **390.**

Propst und Kapitel zu Ripen beurkunden, dafs der dortige Domherr Esger und sein Bruder Peter Brun ihren halben Hof in Meilbye, *sowie ihren Anteil aus der Erbschaft Johannes Nielsens demselben verkauft haben.*

Omnibus presens scriptum cernentibus. prepositus Ionas. bondo sacerdos Officialis domini prepositi. Petrus thorth sen. Iohannes Sacerdos. N. pæter sen.‖ dicti frost. Iohannes swmdærfsen. Petrus dictus smith. Iacobus pætersen, et Thorkillus thuts sen salutem in domino sempiternam. Noueritis quod‖ nos in proximo

placito hingæhæræt ante festum apostolorum philippi et iacobi presentes fuimus et audiuimus quod magister esger Canonicus‖ Ripensis scotauit Capitulo Ripensi Medietatem Curie quam possedit cum petro brun fratre suo in mæthælbymark nec non omnia bona que‖ habuit de N. aghisen cum domibus et omnibus attinenciis suis in eodem mark et colonatu in halkær quem habuit de heredibus iohannis‖ niclæssen sub condicionibus que sequuntur videlicet quod dictum Capitulum totidem redditus in bonis ipsorum in eodem mark ad dies ipsius assignare sibi teneantur annuatim, prout de dictis bonis poterint obuenire et post mortem ipsius si redditus predicti vel eciam alii redditus‖ per ipsum additi sufficere potuerunt ad sustentacionem vnius misse annuatim, ipsum capitulum vnam missam cotidie in remedium anime sue‖ et parentum suorum faciant perpetuo celebrari. Si uero redditus predicti in tantum se non extenderunt. Capitulum habeat pro labore suo quatuor‖ marchas denariorum cupreorum et Reliquos redditus partim in missis et partim in elemosinas pauperum domi residencium in stathæl distribui‖ faciant annuatim. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa Datum anno domini M⁰, CCC⁰ XIX⁰. die placiti supradicto.

*Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Acht Siegeleinschnitte. s. Reg. Dan.*1232.*

1319. Mai 6. 391.

Die Gebrüder Hummersbüttel verkaufen dem Hamburger Domvikar Nikolaus Decani eine Hufe im Dorfe Hummersbüttel für 21 Mark Hamb. Pf.

Nouerint vniuersi presentes litteras audituri vel visuri, quod nos Hinricus‖ lambertus et conradus fratres de hummersbotle dicti struz de maturo‖ consilio et vnanimi consensu vendidimus domino Nycolao decani perpetuo vica‖rio in hamborg altaris ante faciem in ecclesia beate virginis vnum mansum in villa hum‖mersbotle in quo Iohannes longus in prima vendicione morabatur. cum omni fructu‖ et vtilitate. cum pratis. pascuis. aquis et earum decursibus lignis. siluis. arbustis.‖ Mor. terminis et anschot. sicut nos et nostri progenitores possederunt pacifi‖ce et quiete, pro quo manso nobis viginti marcas et vnam denariorum hamburgensium inparato‖ numerauit, et idem mansus soluit annuatim quatuor modios siliginis et dimidium‖ qui dicuntur borchschepel. quatuor solidos et vnum pullum in quolibet festo beati Mar‖tini persoluendos, quem mansum cum suis prouentibus emit a nobis hereditario‖ iure. perpetuo et libere possidendum, et potest conuertere in omnes vsus seculares et‖ spirituales sibi competentes. Qui quidem mansus quondam dilecto fratri nostro Neue‖ling bone memorie pertinebat, et cum in sortem solucionis quinquaginta marcarum‖ quas nobis tenebatur acceptauimus et uendidimus sicut superius est expressum, Item‖ per Iohannem de monte. hinricum blomenbergh. Albertum de holdenstede et Ni‖colaum franzoisere consules in hamborg tunc iudicium parrochie eppendor‖pe et ville hummersbotle a comite adolpho de schowenborg tenentes‖ dicto domino Nicolao suisque successoribus pacem firmari procurauimus, et nomine‖ nostro duci in possessionem ipsius mansi fecimus corporalem, et ut hec uendicio a‖ nobis et nostris heredibus. et successoribus quibuscumque perpetua et irreuocabilis per‖seueret, sigilla nostra huic scripto duximus apponenda, Et ego Nico‖laus decani suprascriptus concedo, Hinrico. lamberto et conrado predictis famu‖lis, ut eundem mansum possint reemere pro XXI marca in quolibet festo beati‖ Martini, ita tamen quod mihi debent predicere in die beati Michahelis, quod uelint ex‖pedite numerare pecuniam. in die Martini subsequente, et hanc graciam‖

reemendi habebunt per quinque annos a data presencium et non ultra. Huius ven||dicionis et empcionis testes sunt, Iohannes de monte, hinricus blomenbergh. Al[bertus] de hol||denstede. Ni. franzoysere consules prescripti. Iohannes de hummersbotle. et|| lambertus famuli filii domini hartwici, et alii plures fidedigni, Datum|| et actum hamborg in die Sancti Iohannis ante portam latinam. anno domini. M⁰. CCC⁰. decimo|| nono.

Original im Hamb. Archiv. Ein Siegel fragmentarisch, zwei Siegelstreifen

1319. Mai 14. **392.**

Junker Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, beurkundet dem Grafen Otto von Hoya die Verpfändung der Vogtei Landsberg.

Nobili viro domino Ottoni Comiti in hoya adolphus dei gratia domicellus Comes|| holtsacie et in schowenborch obsequium beniuolentiam et honorem. Ordinationem quam Dominus . .|| Romele vobiscum placitauit ratum habebimus. arbitrantes bona et aduoca||tiam in landesberghe inquantitate Centum marcarum bremensium vobis per nos|| amplius obligatam quod secreto nostro presentibus apposito verius protestamur|| Datum anno domini M⁰. CCC⁰. XIX⁰ feria secunda in rogationibus.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Siegel am Pergamentstreifen. v. Hodenberg, Hoyaer U. B. I. 67.

1319. Juni 1. **393.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt der Kirche zu Obernkirchen zu einer Memorie für seinen Vater, den verstorbenen Grafen Adolf, Besitzungen zu Polde *und* Hülsede.

Uniuersis Cristi fidelibus presens scriptum videntibus et audientibus Dei gracia Adolfus Comes Holtsacie et in Scowenburg. nec non eadem gracia Helena mater eius Comitissa ibidem salutem in Domino sempiternam. Ne ea que geruntur in tempore simul labantur et euanescant cum tempore quia memoria hominum fragilis est oportet ea linguis testium et testimonio sigillorum firmiter perhennari. Nouerint igitur presentes et posteri quod nos pia sponte voluntate bona et consensu coheredum nostrorum videlicet fratrum nostrorum dilectorum Gerhardi et Erici ob reuerenciam beate Marie semper virginis. et pro salute animarum nostrarum. specialiter patris nostri quondam Comitis Adolfi bone memorie ceterorumque parentum nostrorum et omnium fidelium defunctorum. receptis a Burchardo capellano nostro quadraginta marcis bremensibus. cum omni iure et proprietate paterna hucusque ad nos deuoluta, dedimus bona subscripta videlicet curiam in Polde situatam que Gedendorf dicitur cum omnibus pertinentiis et iuribus suis integraliter et omnino Holtgravia tantum silue nobis singulariter reseruata. Molendinum in Hülsede cum agris suis quod situm est per medium Ibidem quatuor casas quarum una dicitur Hoec. cum quatuor agris alia: Rotenbule cum suis agris tertia Melckbergesworth. quarta ad valvam cymeterii cum earum iuribus Ecclesie beate Marie virginis in Ouerenkerken rite et racionabiliter perpetuis temporibus obtinenda ita quidem quod altare in cripta sub turri in honore beate Marie Magdalene. Iohannis ewangeliste et Iohannis Baptiste. consecratum. per prepositum et conuentum cum predictis bonis et adhuc adhoc comparandis specialiter conferri debet sacerdoti. qui de propriis redditibus debet uiuere et singulis septimanis

missam pro defunctis in memoriam patris nostri quondam Comitis Adolfi cum fiducia celebrare. Vt autem hec donatio dicte ecclesie et altari a nobis et nostris posteris firma et immobilis obseruetur presentem litteram sigillo nostro et matris nostre Domine Helene nobis dilecte ex parte fratrum nostrorum et sigillo castellanorum nostrorum Iohannis de Bardeloue Iohannis Buschen Iohannis de Dekbere Willekini de Holte Richardi Post Frederici Dhumnen Militum Iustacii de Redhern Bodonis de Vninge Adolfi de Holte Iohannis et Gerhardi fratrum de Bardeleue famulorum eisdem dedimus communitam in testimonium super eo Actum et datum in Scowenburg Anno incarnationis dominice Millesimo Trecentesimo nono decimo infra octauas festi Penthecosten feria sexta.

Aus Capauns Kopien im Archiv zu Bückeburg. Wippermann, Regesta Schauenburgensia Nr. 284 (zu 1309 Mai 24). Urkundenbuch des Stifts Obernkirchen 145b.

1319. Juli 3. 394.

Johann, Bischof von Ripen, transsumiert die Urkunde des Bischofs Christian für Kloster Lygum von 1298 feria tertia infra octauam domini *(Decbr. 30)*. — „Nouerint vniuersi."

Datum Ripis anno domini M CCC XIX, quinto Nonas Iulii.

Reg. Dan. 1869.

1319. Juli 24. 395.

Ritter Erich Marschalk und sein Sohn Seghedodo verkaufen dem Kloster Harvstehude den Zehnten in Oster-Twielenflet und vier Acker Landes in Borsflet.

Nos Ericus marschalcus miles. et Seghebodo filius eius. Omnibus presencia uisuris et audituris. cupimus esse notum. quod obtinuimus per multas et varias preces quorundam amicorum nostrorum et fautorum. Quod honorabilis Dominus willekinus. prepositus sanctimonialium in valle uirginum emit a nobis Decimam nostram In Ouerentwilenulete. et quatuor Iugera in Bartesulete. Pro Ducentis marcis denariorum stadensium. cum quibus procurauimus lucrum. et commodum et vtilitatem nostram. Nam recuperauimus bona nostra alibi grauiter obligata. Nos itaque hoc attendentes. si ipsam decimam et Iugera secundum graciam nobis datam aliquo tempore recuperare fortassis non[1]) contingeret. quicquid medio tempore longo vel breui Dictus dominus prepositus et suum cenobium commodi vel vtilitatis habere vel consequi poterunt. immo totum vsufructum. decime et iugerum predictorum eis in remedium animarum nostrarum. et nostrorum progenitorum et parentum donamus pure propter deum et in eos transferimus per presentes. Ne aliquis successorum nostrorum vel heredum possit sinistre aliquid suspicari. sigilla nostra presentibus sunt appensa.[2]) Datum anno domini M° CCC° XIX°. In vigilia beati Iacobi Apostoli.

[1]) *übergeschrieben.* [2]) sigilla — appensa *am Rande nachgetragen.*

Cop. Harvstehud. fol. 32b im Hamb. Archiv.

1319. Juli 26. 396.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schlichtet einen Streit zwischen dem Kloster Loccum und dem Ritter Ludolf von Tunderen über einen Wasserlauf und eine Fischereigerechtigkeit.

Nos Adolfus dei gratia Comes holtzacie, et in Scowenburg in hiis litteris recognoscimus, Quod cum controuersia magna,|| et longa inter Religiosos viros Dominum . . Abbatem et . . Conuentum de Lucka, ex vna, et ludolfum militem de Thunderen|| parte ex altera, coram nobis super aqua, que Ov dicitur et descendit de Molendino sanctimonialium lacus sancte Marie, quod est situm supra|| Curiam lodhe, ac de iure piscandi in eadem aqua, ac eciam de iure secandi salices et alia lingna, in eiusdem aque ripis,|| In quibus omnibus et singulis Idem Ludolfus miles sibi ius conpetere dicebat, ex Iure bonorum nostrorum in vrigelede et Insule site,|| prope ripam eiusdem aque, Tandem ipsi . . Abbas et Conuentus pro se et suo Monasterio, et ludolfus pro se et Domina Alheydi coniuge|| sua huiusmodi controuersie causam per illos decidendam, compromittere in Nos decreuerunt, Nos vero, vt eorum liti finem imponemus|| Causam in Nos suscepimus terminandam, Visis igitur et examinatis instrvmentis que idem Abbas et Conuentus super iure predicte|| aque habebant, ac eciam examinato populo villarum vicinarum, qui Cunt scoph dicitur, Cum consilio dilecte Matris nostre Domine|| Helene ac, Militum, ac aliorum hominum, nostorum sentenciauimus, ac pronunciauimus, et in hiis litteris sentenciamus et pronunciamus, aquam|| et Ius piscandi, ac in ripis secandi predictorum Abbatis et Conuentus esse, et nichil iuris in ipsis ad Nos uel Ludolfum, pre||dictum aut Dominam Alheydim penitus pertinere, In huius nostre summe et pronunciacionis testimonium, et robur perpetuum, presentes litteras, conscribi fecimus et Matris nostre, ac nostro Sigillis fecimus fideliter roborari, Acta sunt hec, presentibus nobiscum Rotgero|| Cappellano nostro, Conrado de Wynnegehusen, Iohanne buschen, Richardo dicto Post, militibus Bodone de vnin||ge famulo et aliis quam pluribus fide dignis. Datum Scowenburg, Anno domini M°. CCC°. XIX. In crastino Iacobi apostoli.

Original in zwei Ausfertigungen von gleicher Hand im Archiv des Klosters Loccum, die erste mit zwei Siegeln, die zweite mit einem Siegelfragment. v. Hodenberg, Calenb. U. B. III. (Kloster Loccum) Nr. 685.

1319. Aug. 20. **397.**

Johann, Graf ven Holstein, verpfändet dem Bürgermeister der Stadt Lütjenburg eine Rente von 20 Mark Lübsch für 209 Mark mit Vorbehalt des Wiedereinlösungsrechts. — Am Tage nach St. Magnus.

Regest in der Zeitschrift der Gesellschaft Bd. VI. Repertorien S. 102, nach dem Original im Archiv der Stadt Lütjenburg.

1319. Septbr. 8. **398.**

Gerhard, Johann und Adolf, Grafen von Holstein, Stormarn und Schauenburg, verkaufen den Zehnten aus dem Dorfe Sommerland an die Hamburger Domherren, den Notar Johann und Nicolaus Wolseke.

In nomine Domini Amen. Gerhardus Iohannes et Adolphus Dei gratia, Comites Holsatiae Stormariae et Schauwemburgk, universis praesentes visuris vel audituris salutem cum notitia veritatis, Propter hominum labilem memoriam, expedit acta quae fiunt in tempore voce testium et scripti patrocinio perhennari, Idcirco ad notitiam tam praesentium quam futurorum cupimus lucide pervenire, Nos de consensu nostro unanimi et in solidum ac consilio nostrorum fidelium

Vasallorum Iohanni Notario filio Bertrammi Canonico Hamburgensi atque Nicolao filio Volsekonis de ponte molendino dictae Ecclesiae perpetuo Vicario dimisisse resignasse et vendidisse pro legitimo praetio, quod ab eis recepimus in numerata pecunia Decimas nostras totius villae dictae Sommerlanndt cum toto censu butyri, eiusdem villae sitae in parochia Suderouw, et in palude Krimpenn, pro quibus quidem Decimis singulis annis dantur temporibus ad hoc statutis triginta duae marcae denariorum Hamburgensium ratione census perpetui quod Odingk dicitur, iure haereditario ac vigore proprietario, libere et absque ullo impedimento perpetuo possidendas, Is vero census medius dabitur in festo Walburgis Virginis, et medius in festo Sancti Iacobi subsequente, Damus etiam praedictis Iohanni et Nicolao omnem libertatem, proprietatem usumfructum, utilitatem ac iustitiam, quas nos in eisdem Decimis hactenus habuimus et in ipsos earundem Decimarum proprietatem quae Egendhom dicitur, similiter et omne Ius quod nobis et nostris successoribus competit, et in futurum quomodolibet competere poterit, in totum et integraliter transferentes. Insuper adiicimus uti praedicti vel diuisim vel coniunctim in parte vel in toto has Decimas et earundem Decimarum reditus, ac etiam dictum censum butyri licite haereditare vendere, donare seu obligare poterunt, pro omni sua uoluntate et utilitate cuicumque vel quibuscumque eis visum fuerit expedire, etiam Ecclesiis, personis Ecclesiasticis siue Secularibus Iure et proprietate superius annotata, Praeterea haec proprietas et libertas apud quemlibet, vel quoslibet harum Decimarum et censuum possessores perpetuo permanebit, quibus etiam praesens scriptum, in omnibus articulis volumus suffragari, nec a nobis et nostris successoribus instrumento alio indigere super istis. Item istarum Decimarum seu redituum, ac censuum butyri, tertia pars ad Iohannem praedictum, et duae partes ad Nicolaum etiam praedictum aequaliter pertinere noscuntur, Si vero quisquam has decimas seu censum, aut possessores earundem vel eiusdem impetierit, occupauerit vel imbrigaverit, nos ab omnibus deoccupare deliberare et disbrigare volumus et debemus. In praedictorum vero testimonium et signum perpetuum praesentem litteram sigillorum nostrorum munimine roboramus. Huius etiam rei testes sunt Iohannes Decanus, Hinricus Thesaurarius, Bruno Cantor Ecclesiae Hamburgensis, Marquardus de Westenshe, Borchardus de Otteshude, Dethleus de Bochwoltt Sabellus de Lowenburgk et Ludowicus Post milites nostri, Ludeke Volsekens, Bertramus, Tollenere et plures alii fide digni, Actum et datum Hamburgk Anno Domini M°. CCC°. decimo nono, in nativitate beatae Mariae Virginis.

Neuere Kopie im Staatsarchiv zu Schleswig. s. Staphorst, Hamb. Kirchengeschichte I. 2. S. 235.

1319. Septbr. 21. 399.

Johann Schacko verkauft dem Herzog Erich von Sachsen eine Hufe zu Artlenburg für 50 Mark Hamb. Pf.

Ego iohannes. dictus scacko. tenore presencium recognosco publice et protestor. quod‖ de consensu et bona voluntate omnium heredum meorum. vendidi illustri principi domino‖ erico duci saxonie. vnum mansum in ertneborg liberum ab omni exactione et seruicio‖ et cum omni iure tam decimali quam iudiciali. qui mansus wlgo dicitur mansus scackonum‖ pro quinquaginta marcis Hamburgencium denariorum iure hereditario perpetuo possidendum.‖ In cuius contractus robur

et euidenciam presens scriptum sigillo zeghebandi. famuli. dicti|| de monte. vna cum sigillo proprio roboraui. Datum anno domini. M⁰. CCC⁰. XIX⁰. In vigilia beati mathei apostoli.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Zwei Siegel am Pergamentstreifen.

1319. Novbr. 2—4. **400.**

Papst Johann (XXII) *bestätigt dem Kloster* Loci dei *seine Privilegien.* — „Cum a nobis."

Datum Avinion V Nonas Nouembris pontificatus nostri anno primo.

Reg. Dan. 1874.

1319. Novbr. 16. 1339. Decbr. 7. **401.**

Johann, Bischof von Schleswig, überträgt seinem Kapitel eine Anzahl Zehnten.

Universis praesentes litteras inspecturis Petrus miseratione divina Lundensis Archiepiscopus Swecie primas salutem in domino sempiternam. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor aequitatis quam ordo rationis exigit, ut illud per officii nostri sollicitudinem ad effectum debitum perducatur. Sane dilecti filii Praepositus et Capitulum Schlesvicensis Ecclesiae litteras quasdam patentes veris sigillis pendentibus domini Ioannis quondam Episcopi Schlesvicensis et Capituli ibidem praedicti, ut prima facie apparebat, sigillatas, non rasas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas, vel suspectas, tenoris et continentiae subseqventis, nobis per nuncios et procuratores eorundum praesentari fecerunt, confirmationem contentorum in eisdem litteris a nobis humiliter postulantes. Quarum tenor seqvitur in haec verba:

Universis praesentes litteras inspecturis, Ioannes miseratione divina Episcopus Schlesvicensis, Salutem in domino sempiternam. Pontificalem decet sollicitudinem Ecclesiarum invigilare utilitatibus et earum necessitatibus consulere, qvantum potest, maxime tamen ipsius, cuius honore praefulgeat pontificali. Hinc est quod cum nos ad benefaciendum omnibus sumus debitores, potius tamen illis tenemur, qui nobis et Ecclesiae nostrae Schlesvicensi magis coniuncti et familiares existunt. Exilitatem et tenuitatem Praebendarum ecclesiae nostrae ac paupertatem considerantes, pietate moti ibidem deservientium dominis Canonicis qui pro tempore residentiam in dicta Ecclesia nostra fecerint personalem, decimas nostras Episcopales Ecclesiarum Slabenhaugen, Getthorp, Jelenbeke, Sestede, Hytte, Kroppe et Haddeboche, necnon et bona cum sylva Rothmethsyo empta videlicet in Ruddorp pro viginti quatuor libris sterlingorum in Quekenbul pro quatuordecim libris sterlingorum, in Bierndorp pro duodecim libris sterlingorum, et in Husebuy pro quinque libris sterlingorum cum omnibus iuribus suis, de voluntate et unanimi consensu capituli nostri dilecti, donamus irrevocabiliter possidendas. Tali tamen praemissa ordinatione, quod dictae decimae in triticum, per unum de residentibus quem ad hoc duxerint eligendum, convertantur, et panes ex ipso fiant secundum numerum residentium ibidem, inter ipsos qualibet septimana in sabbato et quarta feria, circa elevationem corporis Christi in summa missa, aequaliter distribuendi. Ita videlicet quod qvilibet ibidem residens, qualibet die, sive per se sive per alium Canonicum, tamen ex pensione percipiat duos panes. Huic autem nostrae ordinationi poenam adiicimus, statuentes, ut quicumqne residens die sabbathi, etiam in servitio vel negocio dominorum Regis ducis Episcopi Capituli sive alterius cuius-

cumque necnon et proprio existens, in summa missa non fuerit, nisi infirmitate detentus, dictorum panum, quantum ad distributionem diei illius, careat perceptione. Quod et de quarta feria similiter observetur. Praeterea quicumque residens locum Capituli, dum Canonici ibidem congregantur vel Ecclesiam nostram praedictam, tempore dum in summo choro celebrantur divina, sine religione et habitu chorali introeant, a perceptione dictorum panum per unam septimanam sit privatus, volentes, ut portio chorum in summa missa dictis diebus non visitantibus, et tempore Capituli vel divinorum sine habitu ut premittitur Capitulum vel Ecclesiam intrantibus indebita, inter alios Canonicos qui dictis diebus in summa missa fuerint aequaliter distribuatur. Si autem qvis Canonicorum nostrorum donationi et ordinationi praedictis contradicere praesumpserit et suspectas mulieres in domibus suis vel alibi detinuerit et procaverit, a iure percipiendi dictos panes, qvamdiu ipsas detinuerit et procaverit, cadat ipso facto. Nos igitur dictis dominis Canonicis super dicta donatione et ordinatione nostra aliqva, in posterum poterit per nostros successores, vel alios quoscumque, cuiuscumque conditionis vel status existunt, contradictionis oriri materia. eis praesentes litteras sigilli nostri et capituli nostri praedicti munimine dedimus roboratas. Actum et datum in Capitulo nostro anno domini Millesimo CCC decimo nono, Kl. Decemb. XVI.

Nos ergo precibus devotis Praepositi et Capituli praedictorum inclinati, supradicta omnia et singula prout rite et rationabiliter facta sunt, matura deliberatione praehabita, auctoritate metropolitana ratificamus approbamus et praesentis scripti patrocinio communimus. In quarum ratificationis approbationis et confirmationis evidentiam, sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum. Datum Lundis anno domini Millesimo CCCXXX nono, crastino beati Nicolai Episcopi et Confessoris.

Aus den Bartholinschen Abschriften Tom. C. S. 277, 278 auf der Universitätsbibliothek zu Kopenhagen.

1319. Decbr. 22. 402.

Papst Johann (XXII) *nimmt das Kloster* Loci dei *in seinen Schutz und bestätigt demselben seine Besitzungen.* — „Cum a uobis."

Datum Avinion X, Kall. Decembris pontificatus nostri anno primo.

Reg. Dan. 1877.

1319. Decbr. 31. 403.

Heinrich von Dame überträgt zwei und ein drittel Hufen an das Kloster Itzehoe zu einer Memorie.

In Goddes Nahmen Amen. Ick Hinrick von Dame, bekenne dis mit minen rechten Erven, in dessen gegenwertigen Breve, dat wy witlicken laten von tween Hofen, und van einem dridden Deel von einer Hofe, dat Oldeland höret hadde, de in dat Closter to Itzehoe vorgeven syn dorch Herr Bartrammes und myner Seele willen, wannt it von ihm kompt, und Her Bartrammes Wives seele willen, wannt it von er kompt, also bestädeliken, dat vorseggende Closter schall uns plichtig wesen, enes Presters to holdende, de vns alle Dage ene Misse sprecke. Den Prester schölen de Provisorn und de Jungfrowen an dissen benömeden Closter nu to allermaten vaste beholden, Herr Bartrams Wives Sone to denckende, und synes Wyves, wan it van er kompt, und myner, alse hier vorsproken iss. Over dissen Dingen hebbe wy Graf Gerhard gewesen, dai betüge wy mit unsem Inge-

segel, urkunde und tor Warheit disser Dinge, und Herr Hinrick von Dame betüget it mit synem Ingesegel, dat to dissen Brefe is gehenget. Disse Breef is geschreven nach Gottes Bord 1319 in sunte Sylvesters Dage.

Ditt vorsprokene Gut is togedeelet denen Closter Jungfrowen. De edele Herr Grefe Hinrick van Holstein vnd syne Riddere und syne Knapen, Herr Marquard von der Wisch, Claus von der Wisch, Herr Hinrick von Revenclo, Herr Hinrick von der Wisch, Dettleff Walstorp, Johan von der Wisch, Riddere, dar was over und iegenwardig und syne Riddere und Rede, na de verschreven sind, de dat vundem un detden.

Noodt, Beiträge I. S. 200 nach unbekannter Quelle.

1320. Febr. 16. **404.**

Johann, Graf von Holstein, bestätigt dem Scholasticus Heinrich de Culmine *Schule und Pfarrei in Kiel.*

Iohannes dei gracia Comes holsatie. Omnibus presencia uisuris et audituris salutem in domino. Cum magistro Hinrico de culmine nunc scolastico in kyl de scola seu scolastria in kyl in via permutacionis iam du||dum prouisum fuerit per honorabilem virum Magistrum zeghebandum lubicensis ecclesie decanum. cui plene|| et libere contulimus auctoritatem nostram faciendi quicquid in hac parte personaliter facere ualeremus|| Nos partibus eiusdem magistri hinrici beniuole inclinati. eidem magistro hinrico ob fauorem et graciam|| specialem concessimus ut racione predicte scole seu scolastrie. ad sacros ordines ac ad personalem re||sidenciam nullatenus teneatur. volumus tamen ut semper de persona ydonea prouideat. ibidem pro informacione debita paruulorum. Amplius, ut diuina offitia in ecclesia parrochiali in kyl. eo sollempnius pera||gantur. eidem magistro hinrico concessimus. ut in ciuitate nostra kyl. nulla alia scola preter predictam|| scolam Magistri Hinrici aliquatenus. erigatur. Huius rei testes sunt. Dominus rotherus rose. Dominus petrus dictus paues sacerdotes ac nostri capellani dominus Iohannes de Godendorpe ac dominus Iohannes|| de gortze milites. ac Iohannes raphun et Hinricus raphun nostri famuli, et alii quam plures|| fidedigni ad hoc specialiter uocati ac rogati. In Cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est ap||pensum. Datum in castro nostro kyl. anno domini M°. CCC°. XX. dominica qua cantatur Inuocauit.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Reitersiegel am Pergamentstreifen fragmentarisch. Ein Siegeleinschnitt. Westfalen IV. 3281.

1320. Febr. 16. **405.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen schenkt die von dem Knappen Johann Schack gekaufte Hufe zu Artlenburg dem Kloster zu Marienbek.

Ericus dei gracia dux Saxonie angarie et westfalie Omnibus presens scriptum visuris vel audituris salutem in domino sempiternam|| Cum et plantare sacram religionem. et plantatam fouere pro posse nostro modis omnibus teneamur Igitur ad notitiam vniuersorum cupimus|| peruenire, quod pro remedio animarum progenitorum nostrorum et nostre, vnum mansum inter campos agrorum in Erteneborgh situm. quem|| a Iohanne scacken famulo. filio domine ysolde de lvneborgh comparauimus. Damus liberaliter et mera voluntate. viris religiosis. abbati|| conuentui et ecclesie ordinis Cysterciensis. in Rivo sancte marie. cum omnibus pro-

uentibus iuribus et proprietatibus. cum iudicio maiori et minori et pror||sus cum omni commoditate et vtilitate nunc in ipso existentibus et que in posterum ex ipso poterunt prouenire, ad emendationem et restaurum|| si nos aut nostri progenitores in aliquo aliquando contra iusticiam lesimus aut offendimus in bonis suis aut subditis ecclesiam vel monasterium ante||dictum In cuius donationis recompensam dictus abbas et conuentus, nostram et vxoris nostre memoriam anniuersariam. cum diem nos con||tigerit claudere extremum, in vigiliarum et missarum sollempnitatibus in perpetuum peragere tenebuntur. vt autem iidem dies anniuersariorum nostrorum|| ab ipsorum fratrum memoriis non labantur et vt ad ipsas memorias peragendas eo magis beniuoli reddantur, quatinus ex nostra gracia[1]) cor-|| poraliter sentiant se refectos. redditus et prouentus seu pensio dicti mansi. in anniuersariis nostris et vxoris nostre. ad fratrum consolacionem et|| refectorium perpetuo pertinebunt Ne autem predicta donatio a successoribus nostris aliquatenus valeat irritari. presens scriptum nostri|| sigilli robore consignatum. predictis abbati et conuentui fecimus presentari Datum Louenborgh anno domini. M⁰. CCC⁰. XX⁰ In do||minica quadragesime qua cantatur Inuocauit.

[1]) *nach* gr.: se *deliert.*

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Reitersiegel des Herzogs am Pergamentstreifen.

1320. Febr. 22. 406.

Heinrich, Abt, und das Kloster zu Reinfeld, verkaufen dem Hamburger Ratsherrn Bertram Schele ein Stück Acker auf dem Gorrieswerder für 30 Mark Hamb. Pf.

Vniuersis presens scriptum visuris, Nos frater hinricus abbas totusque conuentus in reyneuelde, tenore presencium protestamur, virum discretum et honestum, dominum bertrammum dictum schele, consulem in hamborg, a nobis emisse vnum stucke, agrorum in gorgeswerdere, pro triginta marcis denariorum hamburgensium, vt ipse, et vxor sua margareta, percipiant inde fructum, tempore vite ipsorum, post mortem amborum, hoc ipsum stucke, agrorum, et vnam marcam singulis annis in grimmeken stucke occidentali tollendam, idem dominus bertrammus contulit conuentui nostro, ad seruicium refectoriale, quolibet anno in festo beati Nycolay episcopi, ministrandum, ut per hoc ipsorum memoria, apud nos, in deuocione, iugiter habeatur, Similiter et memoria, domini Nycolay filii domini Iohannis militis pari deuocione celebretur, Ceterum predictam marcam, ipse dominus bertrammus et vxor eius pro tredecim marcis denariorum, reemere possunt, quando hoc ipsorum placuerit voluntati, et tunc cum eisdem XIII. marcis, denariorum, redditus debent emi, quanto plures possunt et apponi ad dictum stucke, et haberi memoria de eisdem vt superius est expressum, datum anno domini M⁰, CCC⁰XX⁰. in kathedra sancti petri apostoli.

Lib. contract. fol. 27b: Exscriptum priuilegii domini abbatis de reyneuelde quod tangit bertrammum luscum et vxorem suam in hunc modum *im Hamburger Archiv.*

1320. März 17. 407.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schließt Frieden mit seinem Oheim, Herzog Otto von Braunschweig und Lüneburg.

In godes namen Amen. We alf van der gnade godes. greue to holtzaten vnde to scowenborgh. betughet in desseme|| opennen breue. dat we mit vseme leuen ome. hertogen otten van brunswic vnde van luneborgh. ene rechte sone ghedeghedinghet|| hebbet. Aldus dane wis also hir na gescreuen is. Aller erst vmme de klostere dar we schelaghtegh vmme waren dar ne verwillekoret|| user nen sin recht an. vmme de gografscop to gherdene. Willet dat ses erfexen eder vere. de eres rechtes vnbesproken sin vnde binnen || der gografscop wonaftegh sin. beholden mit ereme rechte. dat it en mene kore si. dar mede scolle we van der gografscop laten|| vnde bliuen en erfexe in deme kore also en ander. vorth mer vmme den tegheden to honstede den late we vnde use brodere vnde use rechten| eruen vseme ome. vnde sinen rechten eruen eweliken to besittende. vmme de wendesschen lude. wel des vse om nicht vntberen. dat wil||le we beholden als en recht is. dat use vader greue alf. de lude hadde koft. ene rechten kop. er wen de herscop to der welpe ie an usen|| olden om den hertoghen queme. vorthmer so vare we an uses omes denest vnde scollen eme helpen uppe alle de dar leuet. sunder up|| usen heren van der lippe, vnde up usen heren den bisscop van hildensem. vnde. vppe greuen hermanne van deme polle. des nimt us use om in|| sinen vrede thegen dat stighte van mynden. vnde nimt vs an sine beschermenisse weder alle de leuet. sunder dre dhe he ut nemen|| wel. vnde scal mynne vnde rechtes an vs weldegh wesen ofte us yenegh man sculdeghen wolde. de an sineme deneste were. were|| ok dat use vorsprokene om. ricklinghe wunstorpe. eder boclo. vnde des greuen nye hus. bestallen wolde. dar scolde we eme hunderth|| ors to voren verteynaght up use eghene kost. worde dar gight ghewunnen an vangenen eder an dingetal. eder an yenegherleye nut.|| dat scolde men na mantale delen. also malk de sine dar mede hedde. so wenne de verteynaght vmme komet. ne kan use om dar|| bynnen sines willen mit den sloten nicht erweruen. so scolle we eme vorth sestigh ors holden vor den sloten uppe use kost. also lang||he bet he sinen willen irkrighe. vnde wanne use om de slote irkright. it si mit leue eder mit lede. swat use om denne. mit rik||klinge. mit wunstorpe vnde mit des greuen Nye hus. deyt eder maket, dat holde we alstede. men dat boclo. dat scal [1]) men io breken. vnde wan he stallen wel. dat scal he us enen manet vore weten laten. vnde swanne use om dar sinen willen irweruet. so ne scal he|| vandeme velde nicht dat boklo. vnde de reborgh. de ne sin ghebroken. eder he ne do it an usen minnen. dar mede so scolle we ok|| de kranenborgh breken. were ok dat use om sinen willen mit deme stighte vnde vmme de [2]) slote de hir uore benomet sint. ane orleghe|| vnde ane stallinge irdeghedinghede. so scolde we eme bereden. drehundert mark bremessches silueres to honouere. nu to sunte iacobes|| dage vorth ouer en iar. eder sweme he se hebben wolde. so scolde he de reborgh breken. vnde we. de kranenborgh. sunder yenegherleye|| vortogh, vnde so ne scolde use om noch we. twisschen deme mere vnde deme langendamme nene borgh bywen. were ok dat dar yenegh|| ander man buwen wolde. he were ok we he were. dat scolde we beyde weren. mit alle vser maght. were ok dat schelinge vnde vyant||scop vnder vs worde. dar us got uore beware so moghte malk buwen wor he konde. vorth mer so scolle we usen heren van der|| lippe then in de helpe uses omes. of we yeneghe wis moghen. moghe we nicht. so scolle we dat beydent sit vormoghen. dat malk|| vor dem anderen ueligh si. de wile dat use om. mit deme stighte van mynden orleghet. vppe dat alle desse vorscreuenen|| dink stede vnde vast bliuen. so hebbe we use yngheseghel to desseme

breue gehanghen. Desse bref is ghescreuen vnde ghegheuen. to honouere. Na godes bort dusent iar. drehundert iar. in deme twintegesten jare. An sunte Ghertrude daghe.

[1]) s *auf Rasur.* [2]) de *übergeschrieben.*

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Reitersiegel des Grafen am Pergamentstreifen. Sudendorf, U. B. I. 334. Preufs u. Falkmann, Lippische Regesten II. 654.

1320. April 7. **408.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem Kloster zu Rinteln eine Hufe bei Heslingen.

Nos adolfus dei gracia Comes Holtsacie et in Schowenburch vniuersis presencia visuris seu audituris notum esse volumus et constare quod domina Helena matre nostra Gherardo et Erico fratribus quod legitimis heredibus nostris arbitrantibus et vnanimiter consentientibus Conuentui monialium in Rintelen super mansum iuxta Heslinghen sito proprietatem et libertatem condonauimus perpetue duraturam In cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus appendimus ad cautelam Datum feria secunda post octauam pasche anno incarnacionis dominice M⁰. CCC⁰. X⁰X⁰.

Aus dem Rinteler Kopiar im Staatsarchiv zu Münster.

1320. April 8. **409.**

Christof, König der Dänen und Wenden, schliefst ein Bündnis mit Herzog Erich von Sachsen.

Nos Cristophorus Dei gracia danorum sclauorumque rex recognoscimus presentibus litteris protestantes quod inter nos Ex vna parte et magnificum principem dominum Ericum ducem Saxonie ex altera placitatum fuit in hunc modum‖ primo videlicet quod ipse dominus dux Ericus debeat nobis liberis nostris et coadiutoribus nostris seruire ab ista parte salsi stagni cum‖ sexaginta armatis armis et dextrariis expeditis, Ex illa vero parte salsi stagni cum centum hominibus expeditis hoc adiecto quod ullam [1]) gwerram inchoare debeat nisi de nostro mandato speciali. Item si capitaneus et vasalli nostri vel coadiutores nostri vel etiam ipse dominus dux de iussu nostro‖ municiones ipsius domini ducis intrauerint ad nocendum inimicis nostris debemus nos eidem domino duci tot mansos inimicorum ad depigrandum siue talliandum assignare quot in dominio suo fuerint compu‖tati, Item si in gwerra ipso domino duci per nos iniuncta aliquam municionum suarum perdiderit in qua de suis vasallis aliquis fuerit per nos [2]) capitaneus institutus vel in qua ipse vel dux de mandato et iussu nostro fuerit‖ capitaneus deputatus ad huiusmodi municionem ob hanc causam amissam recuperandam Debemus nos sibi esse coadiutor Item promittit memoratus dominus dux per nos nostros liberos et coadiutores contra quoslibet‖ nostros inimicos iuuabit ita tamen quod dominos comites zwerinenses Nicholaum videlicet et henricum et ipsorum homines intra terrarum suarum limites non debeat vllatenus molestare sed extra limites rex vbique in omni ge‖nere gwerrarum eos et ipsorum homines hostiliter impugnare Item si ipse dominus dux de iussu nostro circa dictos centum armatos nobis seruientes in municionibus suis expensas fecerit vel dampnum pertulerit ab hiis‖ nos

ipsum faciemus liberum et indempnem, Racione autem huiusmodi seruicii sui nos sibi dabimus mille marchas puri argenti quingentas videlicet marchas puri in crastino beati nicholai confessoris proximo venturo ‖ in worthingburgh sine iniacencia persoluendas Reliquas vero quingentas marchas puri festo beati martini sub anno domini M°. CCC°. vicesimo primo similiter worthingburgh persoluendas Et si pro hiis quin‖gentis marchis aliquod dampnum possibiliter fecerit a festo pasche proximo venturo vsque ad predictum sequens festum beati martini de hoc ipsum indempnem faciemus Item dominus dux wartzlaws memorato domino E. duci saxo‖nie racione dicti seruicii sui nomine nostro promisit mille marchas puri argenti in festo beati michaelis quod erit sub anno domini M°. CCC vicesimo primo similiter persoluendas quod si argentum tunc solutum non fuerit ‖ ipse dominus dux wartzlaws gripswaldis intrabit non exiturus donec dictum argentum sit solutum si autem quod deus auertat ipse dominus dux wartzlaws ante solucionem ipsius argenti mortuus fuerit, extunc post ‖ assignatum solucionis terminum nos et filius noster senior worthingburg intrabimus non exituri ante solucionem argenti supradicti Item si quod absit idem dominus dux saxonie in gwerra nostra captus fuerit, nos ipsum a tempore ‖ sue captiuitatis infra dimidium annum, homines vero suos si in gwerra nostra captiuati fuerint infra annum integrum tenebimur liberare preterea super predictorum dextrariorum equorum armorum seu aliarum rerum faciemus ‖ sicut circa ceteros principes et dominos nostros adiutores fuerit faciendum Item debemus pro iustis causis suis prout potuerimus fideliter placitare In cuius rei testimonium sigillum nostrum Presentibus est appensum ‖ Actum et Datum worthingburgh anno domini millesimo trescentesimo vicesimo feria tercia proxima post dominicam quasi modo geniti Presentibus dominis Laurencio jøns son dapifero Ingwaro hyort alberto ‖ albert son thordone amring consiliariis nostris qui vna nobiscum pro premissis placitacionibus obseruandis fide media promiserunt.

[1]) *l.:* nullam. [2]) per nos *übergeschrieben.*

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel des dänischen Königs fragmentarisch. Reg. Dan. *1262.

1320. April 19. 410.

Daniel, Propst, Adelheid, Priorin, und das Kloster zu Reinbek verkaufen aus ihrem Allod zu Reinbek dem Hamburger Bürger Ditmar 3 Mark Einkünfte für 50 Mark Pf. Kapital zu einer Memorie.

Omnibus presencia uisuris et audituris. Nos daniel prepositus. alheydis priorissa totusque conuentus ancillarum cristi in reynebeke volumus esse notum quod discreto uiro dithmaro laico ciui hamburgensi ad vsum ecclesie hamburgensis vendidimus trium marcarum redditus pro quinquaginta marcis denariorum vsualium in allodio nostro reynebeke de agricultura eiusdem allodii. annis singulis in uigilia beati martini in ciuitate hamborch. omni impedimento postposito persoluendas. Quos quidem redditus sicut expediti sumus. prefatus Titmarus tantum ad uite sue tempora percipiet. eoque ab hoc seculo decedente. memoria sua de vna marca. ac memoria patris eius de vna. necnon et matris sue memoria de vna marca similiter. dabitur in choro hamburgensi in anniuersario eorundem presentibus in uigiliis et in missa. De speciali tamen gracia obtinuimus quod prefatos trium marcarum redditus in die beati michaelis pro quinquaginta marcis denariorum reemere pote-

rimus. quandocumque nobis uisum fuerit expedire. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum reynebeke. anno domini. M°. CCC°. XX sabbato post dominicam misericordia domini.

Lib. cop cap. fol. 84 b im Hamb. Archiv.

1320. April 23. **411.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, entscheidet, dafs minderjährigen Söhnen gegen Rechtshandlungen ihres Vaters ein Einspruchsrecht nach erlangter Mündigkeit nicht zustehe.

Nos Er[icus] dei gratia dux Saxonie Angarie et westfalie Tenore presentium protestamur‖ quod vir religiosus. dominus abbas in Lücken coram nobis et vasallis nostris questio‖nem quandam proposuit et per nostros vasallos petiit sentencialiter diffiniri que talis‖ est vtrum patris factum. vel alienatio bonorum vel contractus. facta eo tempore antea fili[i] ad annos discretionis perueniant, vel filiis in etate minori constitutis stabilis et r . . .‖ debeant permanere vel filii ea possint cum ad annos discretionis peruenerint reuoc . . .‖ et reclamare Nos igitur vsi nostrorum consilio vasallorum dictam questionem taliter‖ diffinimus, quod ea que pater sana mente donauerit vendiderit aut quolibet alio modo‖ alienauerit aut ordinauerit filiis in minori etate constitutis nullo vmquam . . .‖ . . . . debebunt aut poterunt retractare In cuius testimonium Sigillum nostrum duximus‖ [presen]tibus apponendum Datum anno domini M°. CCC°. XX° In die Georgii martiris.

Original im Archiv des Klosters Loccum, beschädigt. Siegel am Siegelstreifen. v. Hodenberg, Cal. U. B. III. (Kloster Loccum) 691.

1320. Mai 1. **412.**

Johann, Junker von Holstein und Stormarn, bestätigt den Verkauf von 30 Mark Einkünften aus den Dörfern Sasel und Bergstedt seitens Heinrichs von Wedel an das Hamburger Kapitel.

Omnibus presencia visuris et audituris Nos Iohannes dei gracia Domicellus terre Holsacie‖ et stormarie, salutem et bone voluntatis affectum. Noueritis quod cum strennuus Miles‖ Dominus Hinricus piguis dictus de Wedele pro se et heredibus suis vendidit honorabilibus‖ viris dominis . . preposito . . decano totique Capitulo Ecclesie Hamburgensis Triginta marcarum‖ Redditus in villis Sasle et Bergstede in certis mansis vtriusque ville‖ iure hereditario pacifice possidendos, Nos ob fauorem memoratorum . . prepositi‖ . . decani et Capituli prefatam vendicionem per dilectum fratuelem nostrum Adolfum‖ domicellum dicte terre Holsacie et in Scowenborch ratificatam, pro nobis eciam et‖ nostris heredibus ratificamus, et tenore presencium confirmamus. Quod sub appensione‖ Sigilli nostri recognoscimus in hiis scriptis. Datum et actum Arnoldesfelde Anno‖ domini. M°. CCC°. vicesimo in festo beatorum philippi et iacobi apostolorum.

Original im Hamb. Archiv. Schildrandsiegel am Pergamentstreifen fragmentarisch.

1320. Mai 8. **413.**

Albert Zabel von Lauenburg, Ritter, verkauft dem Hamburger Bürger und Geistlichen Rothmar seine Einkünfte aus dem Dorfe Lottbek.

Coram vniuersis in perpetuum presentia visuris uel audituris. Ego albertus zabel de louenborch Miles. profiteor presentibus et protestor quod verorum heredum meorum accedente pleno consensu vendidi et resignaui. Honesto viro domino rothmaro presbitero filio quondam Godekonis. Ciuis hamburgensis bone memorie. redditus et censum tocius uille mee lotbeke videlicet Censum et redditus trium Chororum siliginis et duodecim solidorum hamburgensis monete iure hereditatis libere perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendos pro centum quadraginta marcis denariorum hamburgensium michi integraliter persolutis hac addita conditione quod idem dominus rothmarus poterit dictam uillam siue redditus. obligare[1]) vendere uel donare cuicumque sue placuerit uoluntati. ipse etiam aut ille cui iidem redditus obligati venditi uel donati fuerint poterint Colonos et agrorum cultores instituere uel destituere quocienscumque sibi visum fuerit expedire Censum quoque predictum per impigneracionem dum necesse fuerit licite poterunt extorquere. Ceterum quod absit coloni dicte ville per me uel meos heredes exactionibus seruiciis vel aliis angariis in tantum grauati fuerunt, quod dicto domino rothmaro vel cui obligauerit vendiderit, aut donauerit non possint annis singulis soluere debitam pensionem tunc ego et heredes mei de aliis nostris bonis quicquid defecerit ipsis dabimus expedite. Super omnibus eciam et singulis premissis. Ego prestabo sibi pro natis et nascituris warandiam debitam atque iustam ad quam quidem warandiam ipsis prestandam et inuiolabiliter obseruandam Honesti viri dominus elerus de rowedelstorpe miles Marquardus stake et iohannes de hummersbotele famuli se vna mecum et ego cum ipsis. nos eidem domino rothmaro presentibus obligamus in solidum fide data. Testes huius rei sunt. Honesti viri dominus henricus de wedele miles. bertrammus luscus. iohannes de holdenstede. hinricus winandus iohannes de edemiz. nicolaus fransoyser. et nicolaus de colonia. Ciues hamburgenses et plures alii fide digni. In cuius rei testimonium meum et marquardi staken ac iohannis de hummersbotele confideiussorum meorum sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum hamborgh. In festo ascensionis domini anno eiusdem Millesimo CCC⁰. vicesimo.

[1]) *hier setzt eine andere Hand ein.*

Cop. Harvstehud. fol. 28a im Hamb. Archiv.

1320. Mai 11. 414.

Hartwig von Herslo und sein Sohn Hartwig verkaufen den Zehnten von 44 Morgen aus dem Dorfe Heiligenstedten.

Ick Hartwich van Herslo her hartwiges sone van herslo des Ridders vnd hartwich des vorbynombden hartwighes Sone don wiik[1]) allen de dessen breff seen effte horen, Dat wy mid willen vnnd mit volbort aller vnser eruen hebben vorkofft tho rechtem erue Cope, Deme byschedenen manne Lutken houemanne vnd Johanne vnd Marquardt sinen bruderen, vnd eren rechten erfnamen, den teghedenn ouer druttich morgen der Zu steeiw by loghenn sint an dem dorpe tho hilgenstede dar Reymer dorn Wonet, vnd verteyne by der Wintmolen wonet an dem suluen dorpe dessen tegheden scholen se by seden mit al der nuticheit vnd friheit vnd sunderlicken also vhrey vnd vnbyworren, also vnse elderen vore vnde wy na den vhryest byseten hebben, betke all dis lange vnd se gheweldiget In den tegeden midt handt vndt midt munde vnd hebben en dar tho dan allent des ehme van rechteswegen darmit . . hn is darumb scolle wy mit vnsenn eruenn, en vnd eren

eruen dat leen dessuluen tegeden tho truer handt holen unverbracht betke se dat van vns eschen, vnd wy schollen vnd willenn en alle ding dar ane tho gude keren sunder Jenigerleye argelist, Dit loue wy en guden truen mit sambter handt, Ludeke houemanne, Iohanne vnd Marquardt synen kyndern, vnd tho ener truen handt, Claus koke Johanne Clouen heneken haken Marquarde van Campe hennigke vnde hartwigke sinen kindern vnd Borcharde plessen allen desse vorschreuene stucke stede vnd vest tho holdene Dit bytuge wy mit vnsen Ingesegelen de hir tho hangen sindt Na godes bort Drutteinhundert Jar an deme twentegsten Jare des Sontages vor pfingstenn.

[1]) *l.:* witlik.

Copie s. XVI. im Staatsarchiv zu Schleswig.

1320. Mai 14. 415.

Albert Zabel aus Lauenburg verkauft dem Hamburger Bürger Rothmar seine Einkünfte aus dem Dorfe Lottbek.

Vniuersis presencia visuris. Albertus Zabel de louenborch Miles. salutem in domino. Quia ego cum consensu meorum heredum vendidi honesto viro domino Rothmaro filio quondam Godekonis Ciuis hamburgensis. bone memorie Totum censum ville mee Lotbeke. videlicet tres choros siliginis. et XII solidos denariorum. hamburgensium annuatim Iure hereditario perpetue possidendos. Prout in litteris super hoc confectis plenius inuenitur. et quia nunc quidam de agris dicte ville colonis deficientibus sint inculti. Ne dictus dominus Rothmarus ex hoc in aliquo defraudetur. aut careat sub debita pensione. Ego cum plena uoluntate meorum heredum. obligo sibi Molendinum meum in Volquardistorpe. Vt ex ipso Molendino singulis annis recipiat. quicquid in prefata villa sibi defecerit de redditibus supradictis. Potest eciam licite molendinarium instituere et destituere. et Censum suum de molendinario pignoribus dum necesse fuerit extorquere. Donec dicta villa talibus cultoribus inhabitetur et colatur. qui possint ipsi singulis annis et debito tempore soluere suos redditus memoratos. et tunc iste littere mihi restituentur. nec habebunt ulterius aliquam roboris firmitatem. Primis tamen litteris semper integris manentibus et saluis. Testes aderant honorabiles viri. domini iohannes decanus. Henricus thesaurarius. Magister pelegrinus canonicus ecclesie hamburgensis. Iohannes de monte. Nicolaus de luneborch. Rychardus wrak. Iohannes de edemet. Nicolaus franzoyser. consules ciuitatis hamburgensis. et plures alii fide digni. In cuius rei testimonium. sigillo meo presencia roboraui. Actum et Datum hamborch. feria quarta infra octauas ascensionis domini. Anno domini M°. CCC°. vicesimo.

Cop. Harvstehud. fol. 40 a im Hamb. Archiv.

1320. Mai 25. 416.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt der Stadt Crempe das Lübsche Recht.

Omnibus presentia visuris seu audituris Iohannes dei gracia comes Holtzacie et Stormarie. Notum esse volumus quod nos dilectis nostris ciuibus in Crympa ius Lubicense dedimus quo libere frui debent perpetuo et omnem libertatem quam autenticis litteris ipsorum demonstrare poterint evidenter sicuti eisdem a nostris

progenitoribus est concessum inhibentes districte ne quis ipsos contra ordinem et modum dicti iuris impetere presumat et gravare quoquomodo. In cuius testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum anno domini M⁰ CCC⁰ XX in Castro nostro Steinborch Dominica Trinitatis.

Kopie im Archiv der Stadt Wilster auf Papier des Transsumpts von 1363 Novbr. 7. Corpus constit. Holsatie III. S. 278. Westfalen IV. 3217. Zeitschrift der Gesellschaft Bd. VIII. Repertorien S. 54.

1320. Mai 30. 417.

Junker Adolf, Graf von Schauenburg, Stormarn und Holstein, beurkundet einen Erbvergleich mit Junker Johann, Grafen von Holstein.

IN nomine sancte et indiuidue trinitatis. Adolfus Dei gratia domicellus, Comes in Scowenborch. Stormarie. ac haltsacie. vniuersis presencia visuris uel audituris‖ salutem in eo qui est omnium salus. De multa prouidencia a viris sapientibus credimus ordinatum vt ea que geruntur in tempore. ne simul labantur cum lapsu temporis‖ litterarum assertionibus muniantur. vt cum certis indiciis veritas cognoscitur. fauces malignancium obstruantur. Nouerit igitur presencium etas nec non futurorum posteritas‖ quod diuisio terre quam comes adolfus noster progenitor et comes Gherardus quondam prepositus Ecclesie Lubecensis diuiserunt incorrupta manebit‖ Ita quod parrochia Rellinghe cum omni iure ad nos pertinere dinoscitur. sicut in litteris supra predictam diuisionem conscriptis clarius continetur. Insuper vt pretacta‖ diuisio nouis quibusdam firmetur condicionibus. nos de maturo consensu nostrorum fratrum dimittimus domicello Iohanni Comiti halsacie nostro patrue‖li parochiam Rensvelde cum omni iure et attinenciis. videlicet. videlicet cum vasallis. pratis et pascuis. agris cultis et incultis. nemoribus. siluis. et aquarum‖ decursibus simpliciter in omnibus quibus nos hucusque sumus vsi. Item prefato domicello Iohanni dimittimus. Benedictum de aleuelde. Hinricum de ghudo‖we. Hartwicum stein. milites. ac eorum heredes sub forma tali quod bona sua pheodalia a predicto domicello Iohanne inpheodo recipiant et sibi homagi‖ prestent sicut nob[is hucusque] prest[iterunt. Item] villam Eyleckestorpe prelibatus domicellus Iohannes absque omni contradictione nostra uel nostrorum‖ perpetuo possidebit. In quorum dimissorum recompens[am] sepedictus domicellus Iohannes nobis parochiam wedele cum omni iure et ceteris attinenciis ad‖ eandem parochiam pertinentibus libere dimit[ti]t. videlicet sub eodem modo quo sibi parochiam Rensuelde dimittimus optinendam, Item nobis‖ dimisit pretactus domicellus Iohannes quod villam Smalenbeke redimere poterimus ad nostros vsus si eiusdem reempcio nobis placuerit. quod si a nobis‖ dictam reempcionem visum fuerit expedire. eo modo quo ipse predictam villam habuit redimendam. Ne igitur inposterum huiusmodi condiciones‖ talis concambii ab aliquibus emulis poterunt annullari. presens scriptum super hoc nostri sigilli munimine duximus roborandum. Testes sunt qui pla‖citis dictarum condicionum interfuerunt Hinricus de wedele, Thetleuus de boecolde. Zabele de louenborch. milites. Otto de Raboysen. Mar‖quardus Stake famuli. et alii plures fide digni. Datum hatesborch. Anno domini. M⁰ C⁰C⁰C⁰. XX. feria sexta ante dominicam qua cantatur‖ factus est dominus.

Original, beschädigt, im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Rest eines Siegelstreifens. Ergänzt aus S. H. U. S. II. S. 42.

1320. Juli 1. **418.**

Papst Johann (XXII) *gewährt dem Kloster* Loci dei *das Recht in den Nachlaſs seiner Mönche.* — „Deuotionis vestre."

Datum Avinion Kall. Julii, pontificatus nostri anno primo.

Reg. Dan. 1883.

1320. Juli 3. **419.**

Junker Johann, Graf von Holstein und Stormarn, verpfändet an den Ritter Doso Blok, dessen Neffen Nicolaus und die Söhne Johanns von Meynerstorpe 22 Mark Rente aus der Mühle zu Kerzenhaghen für 220 Mark Lübsch.

Uniuersis presencia visuris et audituris . . Iohannes domicellus dei gratia. Comes holtsatie et stormarie . . Notum esse|| cupimus. tenore presencium publice protestantes, quod nos honesto militi domino Dosoni ac Nycolao, suo pa||trueli dictis bloc, ac filiis Iohannis dicti de Meynerstorpe. ipsorumque veris et legitimis heredibus in molendino|| nostro kerzenhaghen quod in annua pensione soluit. Triginta marcarum redditus denariorum Lubycensium. XXII.|| marcarum redditus obligauimus pro ducentis et viginti marcis denariorum Lubycensium nobis integraliter persolutis pro||testantes quod nec ipsos nec quemlibet eorum in dictis redditibus quos eis cum omni vtilitate. vsu. et iure obli||gauimus quo nos dictos redditus hactenus habuimus, aliqualiter inbrigare uel litem inferre debemus usque|| in diem. quo memoratos denarios ipsis restituemus ex tunc ipsi prefati redditus ad nos cum eisdem vtilitati||bus vsibus. et iure quibus ipsos ante habuimus libere reuertentur. Nobis tamen in prefato molendino ius|| extorquendi residuos octo marcarum redditus si per molendinarium suo debito tempore soluti non fuerint,|| per nostrum aduocatum nostro nomine reseruantes. Datum anno domini. M⁰. CCC⁰. XX⁰. proxima quinta feria post|| festum petri et pauli apostolorum nostro sub secreto.

Original im Archiv des Klosters Preetz. Rest eines Siegelstreifens. S. H. U. S I. S. 231.

1320. Juli 17. **420.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft unter Zustimmung seiner Brüder Gerhard und Erich dem Kloster Loccum den Zehnten in Alekesdorpe, *den bisher die Gebrüder Heinrich, Reynbern und Rotger von Rotdorpe von ihm zu Lehen trugen.*

Actum et datum in Scowenburg. Anno Domini. M⁰. CCC⁰. XX⁰. XVI. Kalendis Augusti.

Scheidt, vom Adel II. 523 Wippermann, Regesta Schauenburgensia 303 s. 302.

1320. Aug. 3. **421.**

Junker Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet den Verkauf des Dorfes Smusekendorp *seitens des Schweriner Domherrn Iwan, des Segeberger Domherrn Poppo, der Ritter Otto und Emeko und der Knappen Toke, Detlef und Johann Wasceke an das Kloster Cismar für 1200 Mark Lüb. Pf.*

[I]N. dei nomine amen. Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit. Iohannes domicellus dei gracia comes holtsacie et stormarie|| salutem in domino. Humanarum uarietatem et multitudinem actionum uarii rerum comitantur effectus.

necessarium|| igitur perspeximus ut ea que sortiri debent inuiolabilem firmitatem stilo uiuaci et testium memorie commendentur.|| Hinc est quod ad noticiam omnium tam presencium quam futurorum peruenire cupimus quod fideles et dilecti nostri vasalli y||wanus canonicus zwerinensis. poppo canonicus. segebergensis. Otto et emeko milites, toke. detleuus. et iohannes armigeri fratres|| dicti wasceken. in presencia nostra constituti. de liberato consensu omnium ipsorum et suorum heredum. pro se ac he||redibus suis uendiderunt rite ac racionabiliter de nostro ac nostre vxoris ac heredum nostrorum consensu et be||neplacito ac uoluntate religiosis uiris domino abbati totique conuentui sancti iohannis ewangeliste in cyscemer ordinis|| sancti benedicti lubicensis dyocesis villam suam smusekendorp cum omnibus attinenciis et terminis suis. quam|| a nobis tenebant in feodo pro mille et ducentis marcis lubicensium. denariorum cum omni iure et utilitate. sicut|| eam hactenus possederunt et habuerunt tam in campis quam in aquis in pratis. in pascuis terris cultis et in||cultis. lignis. aquarum decursibus. piscationibus et generaliter omnibus iuribus iurisdictionibus uidelicet iudicio|| colli et manus. Nos uero qui dicte ecclesie cismariensi sumus congaudentes in prosperis. et tristibus condolen||tes ad ipsius profectum et commodum facilius inclinamur. proprietatem et omne ius. quam. uel quod in|| prescripta villa habuimus uel habere potuimus vel habere poterimus infuturum pro nobis et heredi||bus nostris et successoribus legitimis. eidem abbati et conuentui et ipsi monasterio cysmariensi dimisi||mus et ex nunc donamus expedite. quod ipsam uendicionem dicte ville a predictis fratribus wasceke legaliter|| factam gratam et ratam habentes pro nobis et successoribus nostris de uoluntate et consensu predictorum|| nostrorum heredum approbamus. renunciantes omni iuri quod nobis aut dictis heredibus et successori||bus nostris in predicta villa conpetit in presenti uel conpetere posset quoquomodo in futurum. ita quod|| abbas et conuentus monasterii cysmariensis in sepedicta villa smusekendorp libere et absolute ordinent|| et disponant quidquid ipsis utilius uidebitur expedire. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem pre||sentem paginam conscribi fecimus et sigillo nostro fideliter communiri. Testes huius rei sunt. Hinricus de|| aluerstorp. Iohannes de rathmerstorp. emeko de santhberg. friso et nicolaus de spina milites marquardus karthsowe|| noster aduocatus et alii quam plures. Datum et actum plone per manus cristofori nostri notarii. anno domini|| M°. CCC°. XX°. in die inuencionis sancti stephani prothomartiris.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Eine Seidenschnur. In dorso *(von einer Hand des 14. Jahrhunderts):* Ista priuilegia de grobeniz et smucekendorp non ostendantur, quia non concordant cum aliis. *S. H. U. S. II. S. 43.*

1320. Aug. 5. **422.**

Marquard von Westensee und seine Söhne treten dem Kloster Neumünster den Zehnten aus sechs Dörfern im Kirchspiel Nortorf ab.

Nos Marquardus Necnon Wlff et marquardus filii eius milites dicti de westense demonstratione presencium recognoscimus|| quod nos concorditer et beniuole Decimam quarundam uillarum. in parrochia Norttorpe scilicet. Gnuthese. Borctorpe. Lope|| Tymmenaspe. Crochaspe et Scullebe quam aliquando occupaueramus ecclesie nouimonasterii absque omni impeticione nostra uel|| heredum nostrorum liberam dimisimus perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium Sigilla nostra

presentibus duximus|| apponenda Datum wlensborg Anno domini M⁰. CCC⁰. XX⁰. In die oswaldi regis et martiris.

*Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel verloren. Cop. Bordesh. fol. 59a. Westfalen II. 80. Reg. Dan. *1278.*

1320. Aug. 5. 423.

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt die Abtretung der Westensees an das Kloster Neumünster.

Omnibus presencia audituris seu uisuris Gerhardus Dei gracia Comes Holtzacie et sturmarie salutem in domino. Discretorum humane|| sagacitatis prouidencia circumspecta constituit ut per presentia litterarum sigillorumque instrumenta acta preterita incommutabiliter conseruentur|| Ad noticiam igitur vniuersorum cupimus peruenire. quod famosi milites. Marquardus et wlff dicti de westense et eorum patrueles|| in nostra constituti presencia decimam quarundam uillarum. in parrochia Norttorpe scilicet Gnuttese, Lope, Borctorpe, Tymmenaspe, Crogh||aspe et Scullebe quam nomine hereditarie successionis impetebant ecclesie nouimonasterii liberam dimiserunt. Nos igitur volentes pre||fate ecclesie de turbatione huiusmodi in posterum precauere hanc uoluntariam eorum resignacionem et dimissionem predicte decime in hiis litteris|| confirmamus. Et pro remedio anime nostre parentumque nostrorum Ius pheodale in dicta decima quod ad nos. nostrosque heredes pertinere|| dinoscitur. eidem ecclesie in ius proprium et hereditarium perpetuo commutamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus|| est appensum. Testes huius sunt Strennui milites Doso dictus bloc. Nicolaus de crummendike et Hartwicus de Reuitlowe|| Datum vlensborg. Anno domini M⁰. CCC⁰. XX⁰. In die oswaldi regis et martiris.

*Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Rest eines Siegelstreifens. Cop. Bordesh. fol. 59a. Westfalen II. 80. Reg. Dan. *1277.*

1320. Aug. 16. 424.

Christof, König der Dänen und Wenden, gewährt den Bürgern in Flensburg (Flensburgh) *den alten Zollsatz im Reiche und insbesondere auf den Märkten zu* Skanör. — „Noueritis."

Datum Otthonie anno domini millesimo trescentesimo vicesimo in crastino assumpcionis beate virginis, teste domino Laurencio Jønssun dapifero nostro.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Sejdelin, Dipl. Flensborg. I. 10. Reg. Dan. 1887.

1320. Septbr. 4. 425.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, beurkundet, daſs das Kloster Fischbek eine Hufe zu Odendorpe *für 27 Pfund üblicher Münze von Arnold Frei gekauft hat.*

Nos Adolphus dei gracia Comes holtzacie et in Schowenborg vniuersis ad quos presentes peruenerint notificamus publice protestantes Quod|| venerabiles in cristo. videlicet domina . . Abbatissa et conuentus Monasterii in visbeke cum consilio et consensu nostro ac fratrum nostrorum Gerhardi et|| Erici, emerunt vnum Mansum situm in campo Odendorpe, qui ad bona libertinorum nostrorum olim pertinebat, ab arnoldo dicto cognomine|| vrighe pro viginti septem talentis denu

riorum monete vsualis. Qui imquam arnoldus iam dictum mansum cum suis omnibus pertinenciis, cultis et‖ incultis, cum omnibus suis iuribus, coram hermanno dicto knost qui erat tunc temporis vrigreue, et pluribus aliis qui dicuntur vrighen, iuris‖ ordine quod wlgo vrighedinch, more suo rite celebrato, cum consensu suorum verorum heredum ac omnium quorum intererat ad manus Dominarum.‖ scilicet abbatisse et Conuentus in visbeke libere Resignauit. Et iam dictus hermannus vrigreue, de potestate sue iurisdictionis transtulit euidenter‖ mansum iure suo prius penitus cassato, in possessionem claustro visbeke cum omnibus que ad eundem pertinere dinoscuntur irreuocabiliter‖ possidendum. hoc quidem fecit cum iure et sentenciis circa talia ex debito requirendis. Nos uero adolphus comes predictus, dimisimus, et‖ donauimus supra nominato claustro in visbeke cum consensu ac vnanimi volumptate fratrum nostrorum predictorum Ger. et Erici ac omnium heredum‖ nostrorum, ob reuerentiam sancti Iohannis Baptiste ibidem patroni omne ius quod habuimus seu consequenter habere poteramus in eodem manso, facientes eum qui prius fuerat libere proprium. Apropriamusque in hiis scriptis supra tactum mansum sepedicto claustro visbeke pacifice et quiete iugiter possi‖dendum, et hoc nichilominus ratione decem marcarum bremensis argenti quas et pro consensu vendicionis ac proprietatis cassacione rece‖pimus ab eisdem. preterea promittimus in hiis fide data quod volumus et debemus sepepositum conuentum protueri efficaciter, et indempne conserua‖re ab omni peticione que circa pluries dictum mansum posset a malorum hominum machinationibus suboriri. Et nos Gerhardus et Ericus fratres ante‖ dicti comitis adolphi quia propria sigilla non habemus. hec omnia et singula sub sigillo eiusdem fratris nostri conscripta, ratihabentes approbamus‖ cupientes ac volentes ea inviolabiliter perpetuo obseruari, Datum et actum Oldendorpe Anno domini M° C°C°C°. vicesimo pridie‖ Nonas Septembris.

Original im Archiv des Klosters Fischbek. Siegel am Pergamentstreifen.

1320. Septbr. 8. **426.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, quittiert dem Grafen Gerhard von Holstein über 1150 Mark Lüb. Pf.

Nos Ericus dei gracia dux Saxonie Angarie et westfalie tenore presentium pupblice pro‖testamur, quod virum nobilem dominum Gherhardum Comitem holtsacie et suos compro‖missores, de Mille et C et quinquaginta marcis denariorum Lubycensium pro quibus nobis‖ fidem prestiterant manualem, de quibus Bertoldo de Ritzerouwe militi nostro, nomine‖ nostro satisfecerit, dimittimus presentibus liberos et solutos, nec a nobis nec a quoquam‖ alio per eosdem monicionem pacientur ammodo aliqualem In cuius rei testimonium presens‖ scriptum Sigillo nostro duximus consignandum Datum Louenborgh anno domini‖ M° CCC°. XX°. In die Natiuitatis beate Marie virginis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel verloren.

1320. Octbr. 18. **427.**

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt den Verkauf des Zehnten aus 44 Morgen in Heiligenstedten.

Wy Adolff [van] der gnade godes Greue tho Holstein vnnd Stormarnn, bytugen vnde by kennen openbare an dessem breue, dat wy vnnde unse rechten

eruenn mid by radenem mude, hebben geuenn vnde geuenn ahnn desser schriefft sunder jenicherley argelist, Vnnseme truen knechte, Ludeken houemanne ene borgere tho Itzeho vnd synenn rechten eruenn, Dat leen ouer Druttich marken tegedenn, den desulue Ludeke Cofft hefft van Hartwiche van Herslo, de by leghen sindt, an deme dorpe tho Hilghenstede, vnd sunderliken seesteyn iegen de . . . . icken tho hilligenstede, dar Reymar dorn . anet, vnde verteyne by dem ende des dorpes Inn dat westen dar die Wintmole wort is, Vnnde beden, all vnsen vogden, vnde Ambtleutten, dat se ene vnde sine erfnamen, dar nicht ahne hinderenn, Men vorderen ene vnde de syne van vnnser wegene, Wor dat us en nodt is, Dit bytuge wy Mydt vnseme Ingesegele dat hir tho hangen is, mid vnseme hete na goddes bort, Drutteinhundert Jar an deme Zwentigsten Jare, des hilligen dages sancte Lucas des Apostels vnnd Euanngelisten.

Kopie des 16. Jahrhunderts im Staatsarchiv zu Schleswig.

1320. Novbr. 8. 428.

Die Gebrüder Ludekin und Heinrich von Scharfenberg verpfänden dem Kloster Harvstehude 4 Mark Einkünfte aus dem Hamburger Zoll für 40 Mark Hamb. Pf.

Vniuersis presencia visuris vel audituris. Nos Ludekinus miles et hinricus famulus fratres dicti scarpenberch, eorundem|| tenore cupimus fore notum. quod monasterio sanctimonialium in valle virginum obligando ponimus. quatuor marcarum|| redditus quos habemus in telonio in ciuitate hamburgensi pro quadraginta marcis denariorum hamburgensium|| quam quidem pecuniam. Ego Ludekinus suprascriptus eidem monasterio soluere teneor pro expensis|| sumptuum quos mee filie ambe in eodem monasterio racione discendi mores et virtutes consumerent|| atque consumpserunt. hiis tamen condicionibus duabus inclusis. quarum vna hec est. Si predicte mee filie ad plenum|| quatuor annis in prefato monasterio non persisterent, tunc quantus defectus et diminucio in annis deficeret|| tantum nobis prouisores dicti monasterii recompensiue complere tenerentur in marcis quadraginta. Altera|| hec est. si prefate mee filie annis quinque in dicto monasterio persisterent tunc predictos quatuor marcarum|| redditus eidem monasterio pro marcis quinquaginta poneremus ex hoc vsque in diem quo nobis placeret|| pro tanta pecunia reemptio reddituum predictorum. Insuper si interim prelibato monasterio in predictis red-||ditibus aliquod grauamen vel impedimentum ingrueret, tam a dominis terre quam a ciuibus ciuitatis hamborch|| vel saltem a quocumque, ab eo nos pretactum monasterium eripere deberemus liberum et indempne. Testes|| huius sunt. Leo prepositus Ecclesie hamburgensis. Iohannes de Monte. Alardus inperterritus. hinricus de hetuelde. hinricus|| blomenberch consules hamborgenses. et alii quam plures fidedigni, In cuius euidentiam nostra sigilla presentibus sunt|| appensa. Datum Linowe anno domini M°. CCC°. XX°. in die wellehadi episcopi.

Original im Hamb. Archiv. Zwei Pergamentsiegelstreifen.

1320. Novbr. 10. 429.

Junker Johann, Graf von Holstein und Stormarn, verpfändet seinem Lehnsmann Johann Mildehovet seinen Hof in Billwerder für 450 Mark Lüb. Pf.

Uniuersis presencia visuris et audituris. Iohannes Domicellus dei gracia Holtzacie stor||marieque Comes, salutem in omnium saluatore. Ad noticiam omnium

tam presencium|| quam futurorum deducere cupimus per presentes presencium tenore publice recognoscentes quod|| nos matura deliberacione atque sanis consiliis nostrorum consiliariorum et fidelium preha||bitis. dilecto nobis vasallo Iohanni dicto Mildehouet Curiam nostram in Pallude que|| dicitur billenwerder sitam. Pro Quadringentis et Quinquaginta marcis denariorum|| lubycensium obligauimus. Nobis tamen facultatem liberam dictam Curiam pro memo||rata summa pecunie redimendi quandocumque nobis oportunum fuerit reseruantes. Si|| uero prefatus Iohannes autedictam Curiam alteri pro suo commodo et vtilitate pro memora||ta pecunia obligare proposuerit et decreuerit, Dummodo conuenienti et vtili nobis et dicte|| terre billenwerdere dictam Curiam cum suis attinenciis obligauerit illi recognicio||nem cuiusdam obligacionis que in wlgari dicitur weddescath facere debemus et tene||mur. Protestamur insuper et recognoscimus. quod si dictus Iohannes uel aliquis suo|| nomine in dicta Curia aliqua Edificia que et qualia existant, preter edificaciones propugna||culorum quas in dicta Curia facere minime debet de nouo preter edificia in Curia ad pre||sens existencia edificauerit et construxerit, cum quibus dictam Curiam emendauerit ipsa|| tempore redempcionis dicte Curie secundum Estimacionem virorum discretorum plena||rie persoluemus, In horum omnium et singulorum euidens testimonium sigillum nostrum|| quod secretum dicitur presentibus duximus apponendum. Datum in Castro nostro|| stenborch anno domini M^{0}. CCC^{0}. XX^{0}. Proxima secunda feria ante Martini presenti||bus dominis, Daniele preposito in Reynebecke. Detleuo de bochwolde milite ac aliis|| pluribus fide dignis ad hoc vocatis specialiter et rogatis.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen in zwei Teller gespalten nebenliegend.

1320. Novbr. 21. **430.**

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt der Stadt Hamburg die Verleihungen seines Vaters und seiner Oheime, insbesondere die Einkünfte aus dem städtischen Zoll und Ungeld und der alten Mühle.

Gerhardus dei gracia. comes Holtsacie et stormarie, vniuersis in perpetuum presencia visuris seu audituris|| salutem in domino cum noticia veritatis. Quia nobiles viri domini Henricus pater noster dilectus, Ger||hardus et Adolfus patrui nostri pie recordacionis quondam comites Holtsacie, stormarie et Scowen||borch Iohanni dicto Militi et sui fratruelibus nostris ciuibus in Hammenborch ac ipsorum veris heredibus, red||ditus sexaginta Marcarum denariorum Hammenburgensium in nostro Theoloneo et vngeldo ;in Hammenborch,|| quolibet anno percipiendos, de prima pecunia inde proueniente, et octo choros annone in antiquo Molen||dino dicte ciuitatis, videlicet duos tritici vel triticei brasii et sex siliginis, Insuper redditus septem|| Marcarum denariorum Hammenburgensium in eodem Molendino, insolidum iure pheodali porrexerunt|| nullo tamen a predictis burgensibus et suis Heredibus, de dictis bonis, armarum seruicio requisito,|| quod herevart vulgariter nominatur, prout littere super hoc confecte lucidius protestantur. Nos|| predictorum Iohannis militis et suorum fratruelium nobis dilectorum seruiciis inclinati dictam collacionem,|| vniuersas et singulas litteras patris et patruorum nostrorum, ipsis datas. ratificamus et presentibus confirmamus|| necnon predicta bona Eisdem Iohanni Militi suis fratruelibus videlicet Henrico et Iohanni ac ipsorum fratribus|| filiis quondam winandi, necnon ipsorum iustis heredibus iure conferimus pheodali nullum

ab ipsis ut|| premittitur seruicium quod herevart dicitur requirentes, Testes aderant famosi viri Dominus|| Daniel prepositus in Reynebeke, Marquardus de westense, bertoldus de rennowe, Iohannes de|| Slamerstorpe, et thetleuus de wensyne Milites nostri et plures alii fidedigni, necnon Hinricus|| de Hetfeldt et Henricus blomenberch fideles nostri. Datum et actum segheberghe, in profesto|| beate cecilie, anno domini, Millesimo, CCC°. vicesimo.

Original im Hamb. Archiv. Siegel des Grafen (ein Gewappneter stehend) an grüner und gelber Schnur.

1320. Decbr. 6. **431.**

Die Bewohner der Insel Fehmarn beurkunden ihre Zugehörigkeit zur Krone Dänemark.

Vniuersis presentes litteris[1]) inspecturis Incole terre ymbrie vniuersi Salutem in domino sempiternam|| Recognoscimus per presentes quod obligamus Nos omnes et singulos et successores nostros ad adherendum|| perpetuo corone Regni dacie necnon ad seruiendum et ad impendendum Magnifico principi do||mino nostro domino Cristophoro danorum sclauorumque Regi. Liberis et successoribus suis Regibus|| dacie Eadem seruicia in omnibus fideliter et constanter, que nos et patres siue antecessores nostri|| Eiusdem[2]) Domini nostri Regis progenitoribus Regibus dacie dinoscimur impendisse In cuius|| Rei testimonium sigillum vniuersitatis terre nostre presentibus duximus apponendum datum ymbrie anno domini millesimo trescentesimo vicesimo die beati Nicholai Episcopi confessoris.

[1]) *l.:* litteras. [2]) *l.:* eiusdem. *Stand vielleicht im Konzept:* cuiusdam?

In dorso (*s. 16.*): de Incolis terre hjmbre quod adherent terre dacie.

*Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegelstreifen. Reg. Dan. *1290.*

1320. **432.**

Bunno Bundissen *tauscht vom Kloster* Löghum *ein Grundstück in* Aabeling, *auf dem bisher* Nicholaus Trulssen *gewohnt hatte, gegen eines in* Löghtwedt, *auf dem der Schuster* Tordo *sitzt und das ihm jährlich eine halbe Mark Rente einbringt, ein und bevollmächtigt* Peter Bruun *zur Schötung.* — „Noueritis."

Datum anno domini M CCC XX.

Reg. Dan. 1894.

[1320—1321.] **433.**

Fehmarnsches Landrecht.

Iste sunt leges Terre Imbrie quas[1]) acceptauerant pociores illius Terre si dominus Rex consensum suum|| ad hec voluerit adhibere videlicet.

Quicuncque humicidium commiserit conuictus emendabit domino Regi L. libras lubicenses et ex||actori. LX. marcas infra diem et annum. Item pro violacione, pacis, domorum ecclesiarum et pla||citorum, conuictus amittet vitam et omnia bona sua si vero composuerit cum aduo||cato emendabit exactori quatuor libras cum dimidia Item quicumque mulierem violen||ter suppresserit amittet vitam conuictus et omnia bona. Item quicumque pro incendio vel|| spolio conuictus fuerit similiter vitam et omnia bona amittet. Item quicumque alicui vio||lenciam intulerit, conuictus, regi XX libras lubicenses et exactori. XC. solidos emendabit.

Item quicumque alicui paruam nauem suam que cimba vel kane dicitur violenter|| desumpserit vel ipsum in ea verberauerit vel in aquam proiecerit conuicti regi XX. li||bras et exactori. XC. solidos emendabit, Item quicumque alicui in maioribus nauibus vi||olenciam fecerit vitam conuictus et omnia bona amittet, Item quicumque bona de|| naufragio deuoluta ad litus maris, subtraxerit vel aliud furtum commiserit|| conuictus vitam et omnia bona amittet, Item quicumque siluam domini regis succiderit|| vitam et omnia bona amittet. Item quicumque hominem infra Treugas vel post|| sonam et concordiam factam interfecerit vitam et omnia bona amittet, Item quicumque|| pace priuatum scienter hospitauerit, vitam et omnia bona amittet, Item quicumque ali||cui oculum eruerit vel manum vel pedem amputauerit vel perpetuam lesio||nem de qua homo ad dies suos destructus est Regi XX. libras et exactori|| XXX marcas emendabit, Item pro ambobus oculis erutis ambabus manibus|| vel ambobus pedibus amputatis Regi L. libre et exactori. LX. marche|| emendabuntur. Item quicumque alteri policem vel nasum vel aurem vel maiores|| pedicas amputauerit Regi XX. libras et exactori pro aure XV. marcas pro po||lice tantum pro maioribus pedicis tantum et naso triginta marchas, conuictus emen||dabit Item quicumque alicui minores digitos vel minores pedicas vnum|| vel plures amputauerit conuictus Regi X. libras et exactori pro indice XV.|| marcas et pro auriclari tantum et pro duobus mediis vel ipsorum altero VII. marcas|| cum dimidia emendabit Item pro simplici wlnere conuictus regi. III. libras et exactori|| XXX. solidos emendabit Item pro wlnere penetrato vel pro wlnere de quo ossa sumun||tur conuictus Regi quatuor libras et exactori. XC. solidos emendabit. Item|| pro sicco verbere vel alapa conuictus regi. I. libram et exactori. VIII. solidos emendabit|| Item quicumque aliquem verberauerit ossa sibi comminuendo conuictus regi XX. libras|| et exactori. XV. marcas emendabit|| Item si aliquis alium iuxta proprium aratrum vel|| in proprio agro vel prato verberauerit vel wlnerauerit Regi XX. libras et exacto||ri. XC. solidos emendabit, Item si aliquis alium pro wlnere quod sibi ipsi inflix||erat causa malicie incausauerit et ad hoc conuictus Regi. X. libras et illi quem|| incausauit tantum emendabit. Item pro rapina annone feni glebarum equorum peco||rum vel aliarum quarumcumque Rerum conuictus Regi. III. libras et exactori tantum e||mendabit, Item si aliquis equos, vel pecora alterius in agro vel pratis suis receperit|| dicti equi vel pecora per possessorem eorundem a recipiente secundum leges prius con-|| swetas euincantur et si per receptorem eorum vlterius teneantur conuictus ad hoc|| regi. III. libras emendet. Item quicumque inique interfecerit equum vel pecus alicuius|| conuictus solum exactori dampnum et Regi. XX. libras et exactori tantum|| Item quicumque in communi platea edificauerit vel viam communem impedierit, conuic||tus destruat edificium et Regi tres libras emendet et villanis omnibus. I.|| libram, Item pro fossatis et sepibus debito tempore non constructis conuictus|| tres libras regi emendabit,|| Item incausatus pro aliquo istorum antedictorum|| nichil de bonis suis alienabit antequam se purgauerit vel conuictus emen||dauerit tam Regi quam eciam exactori. Item omnis hereditas tam in|| terris quam in mobilibus semper cedat cognato propinquiori seu cognate. Si|| vero aliquem mori contigerit veros heredes non habentem in terra, hereditas|| eius stabit ad diem et annum et si tunc nulli veri heredes cum sufficienti|| racione venirent ipsa hereditas regi cedat perpetuo possidenda|| Item pro his omnibus et aliis causis quibuscumque incausatus, si negauerit tres fidedignos. proprias terras habentes quos aduocatus duxerit nominandos|| se purgabit, quorum trium testimonium in omnibus

et singulis ratum et stabi||le permanebit nisi tota communitas terre contra eos publice reclamauerint|| et tunc stabunt iudicio domini Regis et ipsa causa coram ipso terminetur|| Item predicti tres per aduocatum nominati pro humicidio, violacionibus pacis|| domorum placitorum ecclesiarum et maiorum nauium predictorum spoliis wlneribus et|| membrorum mutilacionibus reum semper vnum exponant vel plures. Item|| si aliquis alium pro debitis impetierit et si impetitus tres fidedignos nominabit|| qui superdictis debitis discernere debeantur, conuictus vero pro debitis ipsa debi||ta exsoluat impetenti infra. XV. dies et emendent regi. I. libram|| et si tunc non soluerit[2]), alia quindena sibi per aduocatum prefigatur|| et si tunc non soluerit iterum regi. I. libram emendet et sic deinceps|| donec dicta debita exsoluantur Item incausatus pro insolencio[3]) si negauerit|| purget se cum tribus in eodem placito nominatis, conuictus emendabit Regi|| octo solidos Item si familia alicuius ab eo discesserit iniuste[4]) discedens|| conuictus emendabit Regi VIII. solidos et exactori tantum Item si aliquis|| pace priuatus fuerit quacunque de causa alia, amittet vitam et dimidi||etatem omnium bonorum tam vxoris sue quam suorum tam in terris quam in|| mobilibus vniuersis Item si aliquis pace priuatus vel pro aliqua alia causa|| conuictus fugam dederit similiter dimidietatem omnium bonorum tam vxoris|| sue quam suorum tam in terris quam in mobilibus vniuersis Rex habebit. Item|| in tota terra duo placita tantum tenebunt vnum videlicet in burghæby|| et aliud in peterstorp. Tercium ante castrum quando per aduocatum fuerint re||quisiti. Item quicumque incausatus fuerit in placito, in sequenti placito aduo||catus tres predictos ad discernendum super dicta causa nominabit, qui in sequen||ti placito postquam nominati fuerint prout verius intellexerint discernant eciam|| de quacumque causa. Si autem aliquis in dictos tres vindicauerit pace|| sua conuictus sit priuatus.

Nos autem henricus potgarden Nicholaus bullæ Sywardus de|| stoberdorp. N. aben sen. Elardus de potgarden Tanko hedden sen zag||ge, dyræ de zyarnestorp bolekæ de damtestorp nanne skow art|| sone. N. ringe sporæ, Elarus, sywerus de zyartendorp, wittæ skelæ|| døre, hasso, wolderus, Cristiernus, Tanko, ouen, Tydemannus de go||lendorp. sighir de go||lendorp. Ianike de potzen Ierre riquartsen ier||re de kopendorp Edde van kopendorp, boye de kopendorp pe||trus fruh eylen sen, bole peter sen et N. de denskendorp, notum facimus|| vniuersis quod nos, leges prescriptas acceptauimus et in huius testimonium|| sigillum Terre nostre presentibus duximus apponendum.

1) *übergeschrieben.* 2) *zuerst geschrieben:* soluitur. 3) *anfangs:* insolenciam. 4) *übergeschrieben.*

In dorso (*s. XVI.*): Leges terre Imbrice.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegelstreifen. Suhm, Historie of Danmark XII. 332—336. Staatsbürgerliches Magazin IV. S. 710—715. s. Zeitschrift der Gesellschaft B. X. S. 71—95. Reg. Dan. 1893.

[Um 1320?] 434.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, überläfst der Stadt Crempe einen Wasserlauf.

Nos Iohannes dei gracia comes Holtzacie et Stormarie recognoscimus per presentes publice protestando quod nos de bona voluntate et maturo consilio nostrorum fidelium contulimus et dimisimus nostris fidelibus consulibus ac communitati ciuitatis nostre Crempe in palude foueam nostram, que descendit a curia nostra quam habemus in dicta ciuitate versus cimiterium eiusdem ciuitatis ad usus

suos libere et quiete perpetuo reseruandum. Datum vero feria secunda post Dominicam Inuocauit.

Kopie des Transsampts von 1363 November 7 auf Papier im Archiv der Stadt Wilster. Corpus constit. Holsatie III. S. 278. Zeitschrift der Gesellschaft VIII. Repertorien S. 54.

1321. Jan. 3. **435.**

Helena, Gräfin von Schauenburg, genehmigt, daſs der Abt von Loccum bestimmte Güter in Hoiersen zu Lehen verleiht.

Nos helena dei gracia comitissa in scowenburg in hiis scriptis recognoscimus protestantes, quod bene‖ est de voluntate, arnoldi et odelrici fratrum dictorum de sassenhaghen. quemadmodum ab‖ ore ipsorum audiuimus, quemcunque vel quoscunque, Dominus abbas de lucka, ex iussu Lodewici‖ militis dicti post inpheodat, cum bonis quibusdam sitis prope villam hoyersen. In cuius‖ testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Anno domini, M°, CCC°, XXI°, In die octauo beati Iohannis euangeliste.

Original im Archiv des Klosters Loccum. Rest eines Siegelstreifens. Regest: von Hodenberg, Calenb. U. B. III. (Kloster Loccum) 699.

1321. Januar 24. **436.**

Erich, Herzog von Jütland, gewährt der Stadt Flensburg (Flænsborgh) *das Recht der* Wilkoor. — „Noueritis."

Datum anno dominico M°. CCC°. vicesimo primo in profesto conuersionis beati Pauli apostoli.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Sejdelin, Diplom. Flensb. I. 11. Reg. Dan. 1897.

1321. Febr. 4. **437.**

Junker Johann, Graf von Holstein und Stormarn, verpfändet der Stadt Oldenburg für eine Schuld von 150 Mark Lüb. Pf. eine jährliche Rente von 14 Mark aus den Tabernen der Stadt.

Omnibus presencia visuris seu audituris. Iohannes Domicellus dei gracia Comes Holtsacie et stormarie salu‖tem in domino sempiternam. Recognoscimus tenore presencium protestantes. Nos teneri. dilectis nobis Con‖sulibus et communitati Ciuitatis nostre Oldenborgh. In Centum et quinquaginta marcis denariorum‖ Lubicensium. primo de expensis. nobis amicabiliter et beniuole per eosdem Consules et communitatem. pro‖curatis et missis. ad expedicionem quam habuimus in thitmarcia. secundo de expensis nobis per eosdem‖ procuratis et missis duobus vicibus. quando equitauimus cum armatis post auunculum nostrum. dominum Magnopo‖lensem. et tercio de expensis per predictos nobis procuratis et missis ad congegracionem quam aduersus ym‖briam habebamus. pro hiis ergo Centum et quinquaginta marcis. nobis et officialibus nostris‖ racionabiliter computatis. obligauimus predictis Consulibus et Communitati quatuordecim marcarum redditus‖ percipiendos pacifice et sine omni obstaculo in tabernis nostris Oldenborgh. singulis annis. donec ipsos‖ pro predicta pecunia redimamus. Insuper tenemur eisdem Decem marcas denariorum lubicensium. quos in‖ diebus purificacionis sancte Marie et sancti Blasii. personaliter. Oldenborgh, cum nostris. consumpserimus in pabulo

et‖ expensis pro quibus Decem marcis. obligauimus eisdem redditus vnius marce, quam solebant nobis dare‖ de quodam prato prope dhotem oldenborgh sito. cuius hereditatem predicti consules et communitas a Iohanne spo‖ren. pro viginti quinque marcis emerant de nostro beneplacito et consensu. In quorum omnium euidens‖ testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Oldenborgh in presencia nostra. et pre‖sentibus dominis. frederico de Crempa. Emikino de santbergh. Emikino wszeken. Nicolao de dhorne‖ Militibus. et marquardo kartzowen aduocato. Consiliariis nostris fidelibus testibus in premissis. Anno‖ Domini M⁰. CCC⁰. XXI⁰. In crastino sancti Blasii martiris.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegelstreifen. S. H. U. S. II. S. 157.
Regest: Fehmarnsche Urkunden und Regesten (S. H. U. S. III. 2) Nr. 1.

1321. Febr. 11. **438.**

Johann, Junker von Holstein und Stormarn, präsentiert dem Hamburger Kapitel für eine Präbende, deren Besetzung er beansprucht, seinen Kleriker Christof von Karzow.

Honorabilibus viris dominis canonicis ecclesie hamborgensis Iohannes dei gracia domicellus Holzacie et stormarie cum omni affectu voluntatem‖ obsequiosam, Honestati vestre secundum meritorum vestrorum exigenciam graciarum actiones reddere non sufficimus, eo quod preces nostre apud vos semper commen‖dabilem sorciuntur effectum, Nunc autem quia vir discretus magister Pelegrinus vester concanonicus sicut scimus vos non latere, religionem‖ dicitur subintrasse, in cuius prebenda merum habemus ius conferendi, nam hereditarie ad nos deuoluitur ius patronatus seu collacio eiusdem,‖ prebendam ipsam si iam vacat, aut per permutacionem, aut per resignacionem, aut per quamcumque formam ipsa vacare poterit, conferimus eandem cristoforo‖ de karzowe clerico nostro pure propter deum, transferentes in eundem realiter et effectualiter omne ius quod nobis nunc vel in futurum competere‖ vel pertinere poterit in eadem presentantes nichilominus cristoforum predictum vestre communitati ad prebendam antedictam, rogantes omni qua valemus diligen‖cia, quatenus sicut nuper ipsum in canonicum ecclesie vestre ad preces nostras fauorabiliter recepistis, ita nunc ad hanc prebendam amore nostri‖ ipsum recipere non negetis, quod apud vos perpetuo volumus promereri, prouiso, quod si dampnum vel molestia aliqua racione predictorum vos incurrere con‖tingeret, saluos et indempnes vos reddemus indubitanter, verum, si magister pelegrinus de iure poterit aliquid in primo anno in‖ prefata prebenda optinere. quantum in nobis est, iuri quo nolumus in aliqua parte derogari, In premissorum omnium euidenciam‖ presentibus sigillum nostrum est appensum, Actum et datum plone anno domini. M⁰. CCC⁰. XXI⁰. in crastino sancte scolastice virginis.

Original im Hamb. Archiv. Siegel ausgerissen?

1321. März 13. **439.**

Junker Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs Hermann von Hamme acht Hufen im Dorfe Sconenborne *für 200 Mark Lüb. Pf. an den Pleban Hermann daselbst verkauft hat, der die Hälfte des Ertrages dem Kloster Reinfeld schenkt.*

Iohannes domicellus dei gracia . . Holtzacie stormarieque comes . . Ad vniversorum noticiam deducimus per presentes‖ publice protestando, Quod Her-

mannus de hamme vir discretus noster vasallus, de voluntate et consensu omnium suorum|| heredum ac omnium et singulorum quorum intererat. vendidit. et assignauit. honesto viro domino Hermanno plebano|| in sconenborne presbitero. Octo mansos in prenominata villa sconenborne. viginti marcarum redditus haben||te pro ducentis marcis lubycensium denariorum Quam pecuniam prefatus Hermannus de hamme venditor se recepisse|| et habuisse coram nobis confessus est excepcioni non numerate pecunie. non habite. non solute plenius pro se et|| suis heredibus renunciauit. Prenominatos enim Octo mansos vendidit. cum omni vtilitate et commodo cum iu||dicio maiori et minori manus et colli cum omni libertate et prouentu. cum agris cultis et incultis. pascuis. pra||tis. palludibus. siluis. rubetis. aquis. aquarumque decursibus. uiis inuiis. exitibus et regressibus ac cum omni iure|| quo dictus hermannus memoratos Octo mansos possedit libere et pacifice perpetuis temporibus possidendos. Et|| quia hec vendicio sine nostro consensu et ratihabicione stare non potuit. precibus dictorum, venditoris et Emptoris in||clinati ipsam approbamus et consentimus. plenam et liberam potestatem in sepedictum dominum Hermannum Emptorem|| dictos redditus. vendendi obligandi. donandi. ac in quamlibet personam ecclesiasticam vel temporalem transferendi ac|| cum ipsis pro suo commodo et vtilitate disponendi plenius transferentes. Est tamen. sepefato hermanno de hamme|| per dominum Hermannum emptorem data plena et libera facultas memoratos mansos, cum eorum prouentibus et vtili||tatibus pro antetacta summa pecunie. infra octo annos a data presencium numerandos reemendi. quibus annis|| reuolutis et finitis reempcio omnis per dictum Hermannum cessabit. et apud prefatum dominum Hermannum perpetue permane||bunt sicuti superius est narratum. Protestamur insuper quod coram nobis constitutis iam dictis domino Hermanno et|| Hermanno accedente nostro consensu dictus hermannus. pro salute anime sue. assignauit et donauit religiosis|| viris. Abbati. totique Conuentui. in Reyneuelde. decem marcarum redditus. de prenominatis viginti marcarum reddi||tibus perpetue possidendos quousque hermannus de hamme ipsos reemere possit prout per dictum Hermannum emptorem|| sibi libere est concessum. Vt igitur ista robur perpetue firmitatis optineant sigillo nostro presentem litteram|| iussimus roborari. Datum anno domini. M°. CCC°. XXI°. proxima sexta feria ante dominicam Reminiscere.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel am Siegelstreifen.

1321. April 16. 440.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft dem Hamburger Bürger Heinrich Blomenberg fünf Wispel Weizen aus der alten und neuen Mühle zu Hamburg.

Adolfus dei gracia Comes holsacie et in Scowenborch. Omnibus presencia visuris seu audituris. Salutem in domino|| Cum gesta temporalia ab humana memoria faciliter elabantur. que nec testium voce nec litteris eternantur nostris actibus|| sic precauere uolumus. vt robur debite valetudinis non amittant. Noscat igitur in perpetuum etas presencium et futura|| quod de matura nostra prouidencia et heredum nostrorum consensu ac fidelium nostrorum consilio dilectis nobis hinrico blomen||berch ciui nostro in hamborch ac suis pueris filiis et filiabus. nec non filiorum filiorumque heredibus omnibus nunc natis|| et perpetuo nascituris Quinque choros siliginis wyshel wlgariter dictos videlicet duos in nouo molendino et tres in|| antiquo molendino in hamborch Qui quondam fuerant fidelium nostrorum

Marquardi et Iohannis staken et progenitorum suorum‖ donauimus et contulimus liberaliter et sine cuiuslibet contradictione pheodali iure perpetue statutis temporibus percipiendos‖ et pacifice possidendos. Verum cum bene rationi congruat vt digni dignis respiciantur premiis propter multa grata ob‖sequia. patri nostro bene memorie et nobis a dicto hinrico cum fidelitate exhibita et amplius exhibenda. Eisdem hin‖rico. ac suis pueris filiis et filiabus necnon filiorum filiorumque heredibus omnibus perpetuam facere volumus libertatem ipsos ab armorum‖ seruiciis que heruart. dicuntur ab omni expedicione et simpliciter vt nichil excludatur a cuntis seruiciis que de bonis phe‖odalibus nunc et inposterum fieri solent, liberos esse volumus a nobis et nostris successoribus. et solutos, Damus insuper et conce‖dimus sepedicto hinrico, et eius pueris filiis et filiabus nec non filiorum filiarumque heredibus omnibus plenam et liberam potestatem‖ vendendi. obligandi. seu donandi, prenominatos Quinque choros siliginis cuicunque seu quibuscunque voluerint in parte vel in toto, Et nos‖ Eidem vel eisdem cui vel quo sic venditi obligati fuerint vel donati, eosdem pheodaliter conferre tenebimur, omni occasione‖ negandi exclusa, qui tunc ipsis libere perfruentur. prout prefatus hinricus aut eius heredes, ipsos possiderunt iure nichilominus pheodali. vt igitur hec omnia suprascripta, inuiolabiliter conseruentur, presentes litteras cum posicione testium videlicet‖ domino Zabel de louenborch milite, Marquardo Staken aduocato nostro et Iohanne fratre suo Iohanne de hummersbutle ac iohanne de‖ monte fidelibus nostris et aliis quam pluribus fidedignis Sigilli nostri robore communimus, Datum et actum hamborch‖ In Cena domini anno eiusdem Millesimo Trecentesimo XXI°.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Doppelsiegel an grüner Seidenschnur. S. H. U. S. II. S. 45.

1321. April 19. 441.

Johann, Bischof von Ripen, überweist der Kantorei daselbst die Gerichtsbarkeit über die Frösharde und die Kalslundharde, sowie die Insel Manø.

Uniuersis presentes litteras inspecturis. Iohannes dei gracia Ripensis episcopus salutem in domino sempiternam, Reprehen‖sibile debet non iudicari. si propter temporum varietates statuta variantur humana, potissime cum ea. que‖ racionabiliter sunt statuta. racionabilius et vtilius immutantur. quapropter cum prepositura quam habuit‖ prepositus Iacobus dictus cantor. bone memorie. ad tantam exilitatem et paupertatem deuenerat. quod per se non sufficiat‖ alicui probo uiro. Nos habito super hoc tractatu et deliberacione diligenti cum capitulo nostro vna cum consensu dicti‖ capituli taliter duximus ordinandum. de eadem. videlicet. quod frøøshærith. et kalflundhærith. vna cum mannø‖ cantorie perpetuo sint annexa. Ita quod qui pro tempore cantor Ripensis fuerit iuridicionem sine compoto[1]) libere habeat de eisdem. In cuius Rei Testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo capituli nostri presentibus est‖ appensum Actum in parasceue anno domini M° CCC°. XX primo.

[1]) *Rasur.*

*Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei Siegeleinschnitte. s. R. D.*1302.*

1321. Juni 2. 442.

Petrus de Nogareto, *Domherr zu Bordeaux, päpstlicher Dekan u. s. w., publiziert einen Befehl Papst Johann XXII., nach welchem der zwischen dem Kloster Cismar*

und dem Hamburger Kapitel anhängige Prozefs dem Abt von St. Michael in Lüneburg, dem Dekan zu Bardewik und dem Propsten zu Altbuxtehude zur Entscheidung überwiesen wird.

. . . . . ns inspecturis Petrus de Nogareto Canonicus Burdegalensis domini pape Capellanus ac ipsius Audiencie litterarum Contradictarum Auditor‖. . . . . ueritis quod cum inter Magistrum Matheum viterbiensem procuratorem Religiosorum virorum . . Abbatis et Conuentus Monasterii‖ [Cisma]riensis ordinis sancti Benedicti lubicensis diocesis pro ipsis infrascriptas litteras apostolicas impetrantem, ex parte vna et Magistrum Gos‖[w]inum de lole procuratorem venerabilium virorum Brunonis cantoris, Henrici Thesaurarii, Hartwici de Hersse et winneri de Hamborch‖ Canonicorum ecclesie Hamburgensis Bremensis diocesis pro eis eisdem litteris Contradicente ex altera in nostra foret presencia super conuencio‖ne loci et Iudicum diucius litigatum, Tandem prefatus Matheus venerabilem patrem . . Abbatem Monasterii sancti Michaelis in lunen‖borch, et dictus Goswinus venerabilem virum Decanum ecclesie Bardwicensis verdensis diocesis pro suis partibus Iudices elegerunt et nos ex‖ officio nostro venerabilem virum Prepositum Monasterii in Oldenbuxtehude per Prepositum soliti gubernari eiusdem diocesis tan‖quam medium et communem Iudicem dictis partibus causa huiusmodi duximus deputandum ad quos littere apostolice diriguntur sub hac forma‖ Iohannes episcopus etc. Dilectis filiis . . Abbati sancti Michaelis in Lunenborch et . . Preposito in Oldenbuxtehude pro Preposi‖tum soliti gubernari Monasteriorum verdensis diocesis ac decano ecclesie Braduicensis verdensis diocesis salutem etc. Conquesti sunt nobis dilecti‖ filii . . Abbas et Conuentus Monasterii Cysmariensis Ordinis sancti Benedicti Lubicensis diocesis, quod Bruno Cantor, Henricus The‖saurarius, Hartwicus de Hersse et wimerus de Hamborch Canonici ecclesie Hamburgensis Bremensis diocesis super quibusdam‖ pecuniarum summis, frumenti quantitate, et rebus aliis iniuriantur eisdem, Ideoque discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus‖ quatenus partibus conuocatis audiatis causam, et appellacione remota fine debito decidatis, facientes quod decreueritis, per‖ censuram ecclesiasticam firmiter obseruari Testes autem etc. Quod si non omnes etc. Datum Auinone. XIIII. kalendas Iunii Pontificatus nostri‖ anno quinto. In cuius conuencionis testimonium presentes litteras fieri fecimus et Audiencie Contradictarum Sigillo muniri Datum Auinione‖ IIII. nonas Iunii, Pontificatus domini Iohannis pape XXII. anno quinto Anno vero domini Millesimo CCC. XXI°.

Original im Hamb. Archiv. Siegel verschwunden.

1321. Juni 4. 1311. Jan. 3. 1278. 443.

Esger, Erzbischof von Lund, Primas von Schweden, transsumiert ein Vidisse des Bischofs Johann von Schleswig von einer Urkunde des Bischofs Bondo, in welcher dieser der St. Marienkirche in Hadersleben den Bischofszehnten aus dem Kirchspiel Aller überträgt.

Litera donacionis decimarum in Alver Reverendi patris Domini Bundonis Episcopi Sleswicensis et confirmacionis earundem etc.

Vniuersis presentes literas inspecturis Esgerus permissione diuina Lundensis archiepiscopus, Swecie primas, salutem in domino sempiternam. Noueritis nos literas venerabilis fratris nostri Domini Iohannis eadem gratia Sleswicensis Epi-

scopi omni suspicione et vicio carentes, vidisse et legisse, tenorem, qui sequitur de verbo ad verbum continentes.

Omnibus presens scriptum cernentibus Iohannes diuina miseracione Episcopus Sleswicensis Salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, nos vidisse literas Venerabilis patris antecessoris nostri Bundonis eiusdem Ecclesie Episcopi non cancellatas non abrasas nec in aliqua parte sui viciatas in hec verba.

Bundo Dei gracia Sleswicensis Episcopus Baryathsysæl inhabitantibus salutem in domino sempiternam. Quandoquidem decimam Episcopalem in parochia Aluer in subsidium seruicii Ecclesie beate Marie virginis in Hadersløff erogauimus, in partes quatuor equaliter diuidendam, quarum vnam Cantor illius ecclesie, alteram Dyaconus et Subdyaconus ibidem seruientes, terciam Campanarius percipiat annuatim, et cum parte quarta augeatur in eadem ecclesia illuminacio cereorum, statuimus et volumus, vt dicte ecclesie Cantor, qui nunc est et qui deinceps fuerit, successiue dictam decimam disponendi liberam habeat facultatem, ita quod vnicuique predictarum personarum sua porcio assignetur. Vnde prohibemus districte sub pena excommunicationis, ne quis se de predicta decima ordinanda sine ipsius consensu aliquatenus interponat. Datum Anno Domini M CC L XX III.

Nos igitur huius donacionis et concessionis literam confirmamus in hiis scriptis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in curia nostra Kyodholm Anno Domini M CCC XI in festo beati Petri martyris. Nos igitur huiusmodi donacionis et concessionis graciam et confirmacionem de ipsa prius vt rite et canonice factam approbamus, ratificamus et tenore presencium confirmamus. In cuius confirmacionis testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Ripis Anno Domini M CCC XXI. in octaua ascensionis Domini.

*Kopie auf der Großen Königl. Bibliothek zu Kopenhagen: N. königl. Sammlung fol. 594 b: Ex registro capit. Hadersleb. in arch. Canc. Germ. 1762. s. R. D. *1305.*

1321. Juni 15. 444.

Ritter Johann von Homore und seine Söhne, Marquard und zwei Timmos verkaufen an Marquard Katteskruch und seine Neffen Timmo und Mako von Overenfelde das Dorf Fischbek.

Vniuersis cristi fidelibus presencia visuris seu audituris, Iohannes de homore Miles, Marquardus Tymmo || et Tymmo, sui filii, Salutem in domino, Tenore presencium recognoscimus publice protestantes, quod ho||nesto viro Marquardo Katteskruch, et sue sororis filiis, Tymmoni et Makoni, de Øuerenvelde, || et eorum veris heredibus natis et nascituris, mediante omni nostrorum heredum consilio et consensu, vendidimus || et resignauimus villam nostram, visbeke, pro quadam summa pecunie nobis integraliter persoluta, cum omnibus suis || iuribus prouentibus et emolumentis, videlicet pratis, pascuis, aquis, aquarum decursibus, agris cultis et || incultis, siluis virgultis, terminis, terminorum distinctionibus, iudicio maiore ac minori, et prorsus cum || omni vtilitate et fructu, sicut nos multis annis possedimus, quiete ac pacifice perpetuo tempore possi||dendam, Poterunt eciam predicti Marquardus katteskruch, Tymmo et Mako de Øuerenvelde dictam || villam, vendere, donare seu obligare, cuicunque vel quibuscunque voluerint, in parte vel in toto prout || ipsis visum fuerit expedire, Et nos debemus eidem ville, et ipsius incolis preesse fideliter, || et ipsos ab impugnatione quorumlibet efficaciter defensare,

tamquam nobis personaliter pertinerent, In cuius|| rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa, Datum et actum in die sancti viti Martiris, Anno|| domini M⁰. CCC vicesimo primo.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei Siegel, zwei Siegelstreifen.

1321. Juli 22. 445.

Das Kapitel zu Ripen transsumiert eine Urkunde des Bischofs Johann von Schleswig über das Drittel des Zehnten zu Bulethorp, *das dem Kloster Lygum zugehört.*

Datum Ripis anno domini MCCCXXI. in festo S. Mariae Magdalenae.

*Reg. Dan. *1309.*

1321. Juli 25. 446.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, vergleicht sich mit seinem Neffen, Graf Adolf von Holstein, Stormarn und Schauenburg über das Kloster Uetersen.

Nos Iohannes domicellus dei gratia, Comes holtsacie et Stormarie, vniuersis presencia visuris, cupimus esse notum,|| presentibus firmiter protestantes, quod nos cum dilecto Patruele nostro, Adolfo Comite holtsacie, Stormarie|| et Scowenborch, nobili, super castro vtersten et eius prouentibus concordauimus in hunc modum videlicet, quod di||midietas dicti castri cum dimidietate omnium emolimentorum, prouentuum, et pertinencium sibi, et altera dimidietas nobis|| cedet ipse etiam suos Officiales et familiam et nos nostros, quiete et concorditer habebimus in eodem, Ceterum|| si quod absit, inter ipsum ex vna, et nos parte ex altera, discordiam contigerit suboriri, in dicto castro nichilominus|| concordes esse debebimus et amici, et de ipso castro, et in ipso, per nos aut per nostram familiam, dicti|| nostri patruelis, malum agere non debebimus neque scire, Quod nobis faciet viceversa, Preterea si nostra|| et sua, familie inter se discordant, quoquo modo, per hoc nostra amicicia et prenotata concordia, inter ipsum|| et nos non debet aliquatenus esse rupta, seu argui violata, Insuper si nostram dimidietatem prefati castri, di||mittere volumus alicui, hoc ipsum patruelem nostrum per vnius mensis spacium ante faciemus prescire, id ipsum|| nobis faciet e conuerso. Testes aderant honesti viri, domini, Daniel prepositus in Reynebeke, et iohannes de|| Gorze, Canonici hamburgensis Ecclesie, Iohannes de monte et marquardus stake, fideles, nostri et plures alii fide|| digni, In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum et actum hamborch in die beati|| iacobi apostoli, Anno domini Millesimo. CCC⁰. XX⁰. primo.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegelstreifen. Graf Adolfs Gegenurkunde in Kopie im Staatsarchiv zu Schleswig. Westfalen IV. 3503. S. H. U. S. II. 46.

1321. Juli 27. 447.

Jakob, Abt und das Ruh-Kloster verzichten auf alle Ansprüche aus den von der Stadt Schleswig ihrem Kloster vor langer Zeit verkauften und jetzt abgetretenen Ländereien zu Stubbe.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Iacobus Abbas Ruris Regii totusque Conuentus ibidem Salutem in omnium Salvatore. Ex quo Consules Sleswicenses ceterique cives ibidem quasdam terras inter Sleswic et Gottorp sitas, que Stubbæ vocantur, per ipsorum antecessores et postmodum per ipsos multis annis minus

iuste occupatas, nobis spontanee et bona voluntate resignaverint, libere in postmodum et pacifice habendas, nos ipsorum antecessores ac ipsos necnon ipsorum successores ratione fructuum de predictis terris perceptorum usque dictum Diem istum coram Deo et hominibus, qvantum in nobis est, liberos dimittimus, et penitus excusatos. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum 'Anno Domini M CCC vicesimo primo, feria secunda post festum beati Iacobi Apostoli.

*Kopie auf der Grofsen Königl. Bibliothek zu Kopenhagen: N. königl. Sammlung fol. 886. Reg. Dan. *1903.*

1321. Aug. 7. **448.**

Johann, Luder und Hermann, Gebrüder von Hagen, beurkunden, dafs die Gerichtsbarkeit in den Dörfern Klempau, Koselstorpe *und Sarau dem Herzog Erich von Sachsen wieder zustehen soll, sobald er ihnen 480 Mark bezahlt hat.*

Nos Iohannes Luderus et hermannus fratres dicti de haghene. recognoscimus in hiis scriptis publice protestantes|| quod quando dominus noster magnificus princeps ericus dux saxonie. nobis pagare poterit. quingentas marcas|| denariorum minus viginti uel pagabit. ex tunc Ius superius in villis scilicet klempowe koselstorpe et sarowe|| similiter et in nostris curiis ad ipsum dinoscuntur pertinere sicut prius. In cuius rei testimonium nostra|| sigilla presentibus sunt appensa. Datum raceborg anno domini M⁰ CCC XXI⁰ in die donati episcopi et martiris.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Drei Siegelfragmente am Pergamentstreifen. Sudendorf, U. B. VIII. S. 342.

1321. Aug. 20. **449.**

Johann, Herzog von Sachsen, Elisabeth, seine Gemahlin, und Albrecht, sein Sohn, schliefsen Frieden mit der Stadt Mölln.

In ghodis namen amen. we Johan van der gnade ghodis hertoghe in sassen. vnde we Elsebe van der suluen gnaden hertoghinne|| vnde vse leue sone albrecht. bekennit des vnde betughit dat in desseme openen breue. dat we ghedeghedigit hebbit, mit|| vsen leuen borgeren, vnde der ghanzen stat to molne. ene ghanze sone mit alle den de dar an verdacht weren in beyden siden. also|| also hir na bescreuin steyd. we scolen laten, vse leuen borgheren. bi alleme rechte. vnde aller vriheyd, de se vore hadden, buten der stat,|| in holte, in velde, in watere, in wische, in aller scede, alse sed bewisit hebbit in eren breuen, de se hebben, van vsen voruaren usen|| olderen. vnde binnen der stat, vnde buten der stat, eris lubischen rechtis to brukende vrigliken alse set ye hadden. vnde en leuer|| to beternde wenne to krenkende. Des hebbit vse borghere vnde de stat vs wedder ghewissit, mit eren openen breuen, vnde de|| olde rat van der stat, vnde de nye rat, hebbit vs hir vp intruwen gelouit vnde in den hilghen suoren, unde hebbit vs ok achte riddere|| vnde knechte dar vore louit laten. dat de borghere vs vnde vsen rechten eruen scolen de stat vnde slot, ewichliken tor hant holden vppe|| alle de de leuit, vnde scal vse opene slot wesen, to allen tiden. vnde scolen des weldich wesen, wannye, oder wo dicke, oder wo stark,|| we willen, vnde se scolen vns don allent dat, borghere to rechte, erme rechten heren plichtich sin, vppe

alle de leuit, vnde we scolen ere|| holde heren wesin, vnde scolen se vorstan. in al eren rechten saken, alse en here to rechte sine bedderuen borghere vorstan scal vnde vorwesen.|| vortmer hebbe we hertoghe Johan vulbort dat to gheuen mit godeme willen. wanne vse vruwe oder vse sone volk willen hebben|| in de stat der si luttik oder vele, de scolen vse borghere in laten sunder yenegher hande vnderschod vnde wedderrede. vnde wanne de lude in de stat komit|| wat se verdoht dat vser borghere is, dat scole we en |wissen, vnde lefliken gelden, vnde scolen vsen leuen borgheren, nene wold don in || liue noch in ghode binnen der stat oder butene, Dit heuit greue Gherd. van holsten ghedeghedingit van vser weghene, mit vseme willen|| vnde mit vseme hete. vppe dat desse vorbescreuene ding, ewich vnde stede bliuen, so heuit greue gherd, sin ingheseghel, mit vsen inghe||seghelen hengit to desseme breue. hir weren ouer desse riddere. her dethlef wlf. her otto van gholenbeke. her marquard van westense, her dethlef van der wensin. her Johann|| van Ronnowe. her Johan van slamerstorpe. her hermann van wedele. her hartwich blok. her doso blok. her borchard van otshude. her dethlef van bocwolde. her eggert vnde her ywan van dissowe. her|| emike van wysulete. her volrad van reuitlo. her luder van den borstele. Desse bref is ghegheuen vnde screuen to der werborch na gkodes bort dusint iar|| drehunderd iar in deme envnde twintichsten iare in deme neghisten daghe. sunte magnus des martelers.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Vier Siegel an grün-roten Schnüren. v. Meyern, Gründl. Nachricht von der Herrschaft und Vogtey Möllen Beil. Nr. 22.

1321. Aug. 29. **450.**

Daniel, Propst, Adelheid, Priorin, und das Kloster zu Reinbek beurkunden, dafs, nachdem sie vom Grafen Johann von Holstein und Stormarn das Dorf Steinbek gekauft haben, ihnen auch über die Hufe des Nikolaus Dekani die Gerichtsbarkeit zukommt.

Omnibus presens scriptum visuris et audituris, Nos daniel prepositus, Aleheydis priorissa, et totus|| conuentus cenobii in reynebeke recognoscimus, et cupimus esse notum, cum nos emere||mus uillam stenbeke a nobili domicello Iohanne, comite holtsacie et stormarie, quod dominus|| Nicolaus dictus decani perpetuus vicarius altaris ante faciem in ecclesia beate virginis hamburgensis, nobis|| emit ab eodem comite sibi ipsi vnum mansum in ipsa villa stenbeke soluentem annuatim quatuor mo||dios siliginis, infra quamlibet octauam beati Martini persoluendos, pro quo dedit in prompto decem et octo mar||cas denariorum monete usualis, ita tamen, quod deprerogatiua speciali iudicium dicti mansi apud nos et|| ecclesiam nostram reynebeke perpetuo permanebit, sed idem dominus Ni. et omnes sui successores et possesso||res eiusdem mansi perpetuo habent destitucionem institucionem colonorum, et pandandi huram, si|| serui nostri vel officiales inpandacione fuerint negligentes, litteras proprietatis dicti domicelli ipsius|| empcionis uille nostro claustro asscriptas, duplices habemus, quarum vnum par habet capitulum hamburgense tam|| pro suis nouem marcis in eadem uilla emptis, quam eciam huius mansi, pro cautela, Datum Anno|| domini, M°, CCC°, XX°, primo, in die decollacionis sancti Iohannis baptiste, sub sigillis nostris|| que huic|| littere sunt appensa.

Original im Hamb. Archiv. Zwei Pergamentsiegelstreifen.

1321. Aug. 29. **451.**

Daniel, Propst, Adelheid, Priorin, und das Kloster zu Steinbek beurkunden, dafs gemeinsam mit ihnen das Hamburger Kapitel vom Grafen von Holstein und Stormarn das Dorf Steinbek gekauft hat.

Omnibus presencia uisuris et audituris. Nos daniel prepositus. alheydis priorissa. totusque conuentus ancillarum cristi monasterii in reynebeke notum esse volumus et constare quod honorabiles viri Leo prepositus. Iohannes decanus ac capitulum ecclesie hamburgensis villam Stenbeke a nobili domicello holtsacie. stormarieque comite. emerunt vna nobiscum. In qua quidem uilla comparauerunt pro centum et viginti octo marcis ac dimidia marca denariorum hamburgensium. nouem marcarum redditus. quorum reddituum octo marce ad vsus seruicii refectorialis et quarundam memoriarum domini Lupi eiusdem hamburgensis ecclesie quondam canonici. et vna marca ad memoriam thiderici dicti stuthen dyaconi. deputantur. infra octauas beati martini confessoris. de primis redditibus seu fructibus qui de eadem uilla prouenire poterunt, quomodolibet annis singulis absque contradictione qualibet persoluendos. hac tamen prerogatiua nobis specialiter reseruata. quod tantum iudicium dicte ville et seruicium rusticorum apud nos et ecclesiam nostram in perpetuum singulariter debeat pertinere. Et nichilominus si per colonos seu rusticos memorate ville stenbeke. de prefatis nouem marcis in prehabito termino satisfactum non fuerit canonicis supradictis, nos sufficiencia pignera pro huiusmodi censu per nostros famulos eisdem presentari faciemus, quandocumque et quocienscumque fuerimus requisiti. In quo si negligentes fuerimus et remissi. iidem canonici per se uel per suos nuncios sufficiencia pignera a predictis colonis seu rusticis vsque ad summam nouem marcarum predictarum capiendi. aut in ciuitate hamburgensi eosdem arrestandi habebunt plenam et liberam quandocumque opportunum fuerit potestatem. In cuius rei euidens testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum et actum reynebeke Anno domini M°. CCC°. XXI. in die decollacionis sancti Iohannis baptiste.

Lib. cop. cap. fol. 84a im Hamb. Archiv.

1321. Septbr. 8. **452.**

Junker Johann, Graf von Holstein und Stormarn, verkauft dem Kloster Reinbek für 800 Mark Hamb. Pf. das Dorf Kirch-Steinbek.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Iohannes domicellus dei gracia comes holtzacie et stormarie salutem in domino. Nouerint vniuersi tam presentes quam futuri quod nos habito diligenti consilio fidelium nostrorum vendidimus ecclesie sanctimonialium in reynebeke rite et racionabiliter pro octingentis marcis denariorum hamburgensium nobis in numerata pecunia solutis totam uillam kercstenbeke possidendam perpetuo. cum omnibus iudiciis. et iuribus suis. libertatibus et proprietatibus. lignis. aquis. aquarum decursibus. pascuis. pratis. agris cultis et incultis. sitis in arido uel palude. cum omni iudicio aggeris quod diicban dicitur. cum molendinis constructis et construendis. piscariis in billa et alibi. cum vniuersis redditibus. prouentibus. vsibus et commoditatibus ac cum distinctionibus terminorum predicte uille. eo modo. quo dominus hinricus de wedele senior. pie memorie. ipsam venerabili uiro domino Hinrico lubicensis ecclesie Episcopo. tunc ibidem preposito existenti vendiderit, non obstante eo, nec preiudicium aliquod generante dicte ecclesie in reynebeke, quod nos huiusmodi distinctionibus termi-

norum ut iam premittuntur aliquando contradiximus seu fecimus contradici. Renunciamus insuper omnibus et singulis attinenciis predicte uille qualescumque eciam fuerint. nobis aut nostris successoribus competere potentibus. nichil in eadem uilla nobis et nostris heredibus penitus reseruaturi. In cuius quidem ville recompensam dimisimus predicto episcopo lubicensi bona nostra paterna videlicet villam subbestorpe sitam apud oldenborch prout in suis litteris inuenitur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt strenui uiri dominus hermannus de wigersrode. Thetleuus de bocwolde. parkentin holtzatus. milites. Hinricus scharpenberch. Iohannes brocdorpe. Marquardus kartzowe et plures alii fidedigni. Datum et actum arnsuelde. Anno domini M^{0}. CCC^{0}. XX. primo. in natiuitate beate marie uirginis gloriose.

Lib. cop. cap. fol. 119 b im Hamb. Archiv.

1321. Septbr. 14. 453.

Die Gebrüder Wensien, Marquard von Westensee und Ritter Johann von Slamerstorpe verbürgen sich für den aus dem Gefängniſs des Klosters Neumünster entlassenen Mönch Volquin.

Omnibus presencia uisuris Bertoldus. Detleuus milites. et Hartwicus famulus fratres de wensyn. Marquardus miles de westense‖ et Iohannes miles de slamerstorpe salutem in domino. Recognoscimus et tenore presencium protestamur. Quod dum honorabiles viri‖ Dominus prepositus. prior. Totusque conuentus in nouomonasterio. volquinum eorum confratrem aliquo tempore incarceratum pro suis excessibus‖ manifestis ad peticionem nostram decarcere eriperent nos promisimus data fide. quod idem volquinus seruare debeat‖ infrascripta. primo inclusus debet esse per annum vnum consuetudine in hoc seu disciplina ecclesie obseruata. Item nec‖ prepositum nec aliquem de conuentu nec fratres nec seruos in hac parte suspectos. odio. uerbo uel facto. quovsque aduixerit‖ molestabit. Item nullum genus armorum presumat habere nec in sui custodia detinere. Si autem hec non seruauerit. uidelicet‖ penitenciam debito modo non peragendo. aut aliquem aut aliquos. uerbo facto nutibus uel signis odii uerisimilibus offendendo‖ aut arma quomodolibet ferendo. uel habendo. per nos statim ut requisiti fuerimus [mediante] dominorum suorum consilio‖ in eundem a quo ereptus est retrudetur carcerem perpetuo permansurus. Item si apostatauerit uel claustrum‖ illicite exierit ipsum tamquam inimicum prosequemur sub nostris expensis et laboribus, donec in pristinum carcerem‖ reponatur. Et deinceps pro sui liberatione per nos uel per alios nullas precum instancias faciemus. In euiden‖ciam igitur et testimonium predictorum Sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno domini M^{0}. CCC^{0}. XXI^{0}.‖ In die exaltacionis sancte crucis.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Fünf Siegelstreifen. Zwei Siegel beiliegend. Westfalen II. S. 81.

1321. Septbr. 15. 454.

Junker Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs Otto von Hamme und sein Neffe Hincekinus 2 Mark Einkünfte aus einer Hufe in Lütjensee für 20 Mark Pf. dem Pleban in Trittau verpfändet haben zur Abhaltung einer Messe.

Omnibus presencia visuris et audituris. Nos Iohannes dei gracia domicellus Comes‖ Holsacie et stormarie, volumus esse notum, quod otto de Hamme famulus

ac Hince‖kinus eius fratruelis in nostro constituti presencia, recognouerunt se obligasse‖ de consensu domini Hinrici de Hamme Thesaurarii ecclesie Hamburgensis, duarum marcarum‖ redditus in vno manso in villa Luttekense, quem quidem mansum Gotschalcus‖ Magister Ciuium colit, ad vsum plebani in Trutowe, pro eo ut idem, plebanus‖ qui pro tempore fuerit, vnam missam singulis septimanis in eadem villa Luttekense‖ celebrari procuret pro viginti marcis denariorum eisdem datis, et in pecunia‖ numerata persolutis, hac condicione adiecta, quod ipsi, otto et hincekinus, seu‖ heredes sui dictum mansum pro XX. marcis redimere valeant, quandocumque‖ eis visum fuerit expedire, Quam obligacionem seu impignoracionem‖ gratam et ratam habentes, eandem pro nobis et nostris heredibus tenore‖ presencium confirmamus, et in testimonium premissorum, has litteras‖ nostri sigilli munimine fecimus roborari, Datum et actum Anno‖ domini. M⁰. CCC⁰. XI⁰. in octaua Natiuitatis beate virginis.

Original im Hamb. Archiv. Siegel des Grafen fragmentarisch.

1321. Octbr. 31. **455.**

Ritter Johann von Crumesse und Bertold von Ritzerau entscheiden den Streit zwischen den Herzögen Johann und Erich von Sachsen über den Nachlaſs des Herzogs Albrecht.

— na ghodes borth dusent iar. vnde drehundert iar. In deme enentuingteghesten iare In alle ghodes hillighen auende.

Sudendorf, U. B. VII. S. 218, Note, nach dem Original, jetzt im Staatsarchiv zu Schleswig.

1321. Novbr. 1. **456.**

Erich, Herzog von Sachsen, verpfändet dem Ritter Johann von Crumesse die Wedde in den Dörfern Crumesse und Niemark für 100 Mark Lüb. Pf.

Nos Ericus Dei Gratia Dux saxonie presentibus protestamur. Quod Iohanni de Crumesse militi.‖ et suis veris heredibus. Obligauimus pro Centum marcis denariorum lubecensium. Excessus et bannos‖ qui dicuntur wedde wlgariter. si quos ipsius subditos de villis Crumesse et nygemarke facere‖ contingeret. pro eo quod ad iudicium et plebescitum. quod dicitur wlgariter landding vocati et citati venirent. vel si eciam venirent. et pro aliqua causa excessum et bannum qui dicitur‖ wedde paterentur. hos excessus et bannos. Dictus Iohannes de crumesse et sui heredes tollent quousque ipsis. Centum marcas denariorum lubecensium persoluemus. In Cuius rei testimonium sigillum‖ nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini. M⁰. CCC⁰. XXI In die omnium sanctorum.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegelstreifen mit Wachsspuren. v. Meyern, Gründliche Nachricht Beilage S. 126. Sudendorf U. B. VIII. S. 342. s. U. B. d. Stadt Lübeck II. S. 397.

1321. Decbr. 5/6. **457.**

Heinrich, Herr von Mecklenburg, entscheidet den Streit des Herzogs Erich von Sachsen mit seinem Bruder, dem Herzog Erich, und dem Grafen Gerhard von Rendsburg.

Vmme de tweyunge de is twischen hertoghen iohanne van sassen vnde hertoghn Erike sinen brodere, de vp vs hinrike heren to Mekelenborgh ghe‖laten

is van beydent siden, to vntschedende an minne eder an rechte. went wi der minne nicht vinden enkunnen So spreke wi na erer beyder rede|| dat recht is na beschreuenen keyser rechte vnde nen rechteren weten noch beuraghen nekunnen Na deme dat in lene hertogdomes vnde mark||greueschop de van me rike to lene gan, dat kint in sins vaderlene nene volghen heft It ne beholde dat len van me rike binnen rechter tit|| vnde hertoghe Johan sprekt dat he dat len vntfangen hebbe alse he to rechte scholde vnde hertogh erik also danes lenes sic dar ane nicht|| enberomet Mach hertoghe Johan des vulkomen also recht is, dat he dat len dar se vmme tweyen, vntfangen hebbe van dem rike na sines vader|| dode also he to rechte scholde hertogh erik schal it eme to rechte volghen laten, vnde wederleggen eme al dat, dat he dar vt ghe nomen heft|| na der tit dat it redeliken anghesproken is. vmme dat hertoch erik sprikt, dat dat gut dar se vmme tweyet sin rechte to de si van herto||ghen albertes weghene sines broder, vnde dat gud mid eme mit samender hant beholde, vnd erer twer del ne scheden worde Dat spreke|| wi alsus to Na beschreuenen keyser rechte Dat in vaderlikem lene, dar brodere volghinge ane hebben, en iewilk broder volghinge behalt in sins|| broder lene de vor sterft ane sone, vnde dar ne mach dat nicht ane schelen vft de vorstoruene bruder bi sinem leuende, ok mit vulborde|| sines lenheren de volghinge des lenes sines broder vntferen wolde, in welker wis it were. vmme de were de hertogh Erik sprikt in deme|| gude, dat he dat in sinen weren hebbe ghe hat teyn iar vnde lenk ane rechte wedder sprake Dar spreke wi alsus tu Na beschreuenen keyser|| rechte Swelk man in len gude de were heft sunder len druttich iar ane rechter wedder sprake vnde binnen des sinen lenhere plichtich denst dar|| van deyt de lenge vnde de voriaringe der druttich iar ghift eme recht dat gud to beholdende vor en recht len weder alle ansprake hir|| vmme went hertogh erik sine were nicht en tut vppe druttich iar so en is se eme nicht helplik. vmme de schulde de hertogh erik ghift greuen|| gerarde van rendesborgh, dat he sin land rouet vnd brand, vnde vor dinget hebbe vnd eme slote af ghewunnen hebbe bynnen der sone de he eme|| ghelouet hadde vnd eme nicht vntsechde also he sin vnuorseghde man is vnde na greue gherdes antworde spreke wi dat recht is vnde|| nen rechteren weten noch be vraghen kunnen, Mach greue ghert des vulkomen mit den sone breuen vnde mit den, de, de sone deghdingeden|| dat he de sone vul ghe holden hebbe sine tit al vt also he to rechte scholden he blift des ane schulde, bekant hes auer dat he de sone|| ghe broken hebbe, he shal wedder don vnde ghelden mit bote alden schaden de he ghedan heft. Woldeme den schaden grot rekenen,|| he magh ene minneren mit sinem ede vppen hilghen Mach ok greue ghert des vulkomen also recht is dat he hertoghen erike vntseghet|| hebbe also he to rechte scholde he blift des ane schulde bekant hes auer dat hem nicht vntseghet hebbe, he schal weder don vnde|| ghelden mit bote alle dan schaden also hir vor be schreuen is To be tughinge disses rechtes henge wi vnse inghesegbel to dissen breue Dit|| rechte hebbe wi ghe sproken to duzowe in sunte Nicolaus auende vnde dat is beschreuen to godebuze in sunte Nicolaus daghe|| Na godes bort dusent iar drehundert iar in dem en vnde twintighsteniare.

In dorso (*s. 15.*): littera ducis hinrici de mekelnborg super diffinicione litis inter ducem Iohannem et ducem ericum saxonie et comitem Gherardum holzacie.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Pergamentsiegelstreifen. Ein anderes mit einem Siegelstreifen im Staatsarchiv zu Hannover. Meckl. U. B. VI. 4311.

1321. Decbr. 21. **458.**

Die Knappen Johann, Timmo und Emeko Mugfeld verkaufen dem Kleriker Albrecht, seinen Schwägern und den Erben seiner drei Schwestern das halbe Dorf Albsfelde.

In nomine domini amen, Omnibus presencia visuris seu audituris Nos Iohannes, Tymmo et|| Emeko famuli. fratres dicti Mughvelth cupimus fore notum, quod vendidimus rite et racionabiliter|| alberto clerico filio alberti albi bone memorie. et soceris suis. iohanni dicti wigeschen|| Heynekoni horneman ac omnibus heredibus trium filiarum dicti alberti albi scilicet Geseken. Abelen|| et Taleken, dimidietatem ville nostre, albertesvelde, cum omni iure maiore medio et|| minore, vtilitate, libertate, proprietate. et seruicio sicut|| hactenus possedimus. et sicut iacet in sua distinctione cum omnibus prouentibus ac vtilitatibus seu fructibus agris cultis|| et incultis viis et inviis pascuis, pratis. siluis cum illo spacio campi integro et montibus|| in quibus lingna quercina steterunt et alia lingna que vendidimus et quicquid postmodum de|| lingnis aut de aliis fructibus aut frugibus creuerit in eisdem, cum qua vicaria|| prefati alberti dotata est et ad ipsam dictam dimidietas ville cum omnibus fructibus et prouentibus|| iacebit in perpetuo pertinebit et pro dictis bonis nobis dederunt. ducentas. marcas. denariorum lubicensium|| quos completo et integro numero exsoluerunt. Vt autem hec prenotata firma et stabilia permaneant et ne ab aliquo nostrum aut nostrorum successorum reuocentur Nos quidem sepe dicti fratres|| io. Ty. et Emeko super hiis obseruandis et omnibus inpetentibus et instanciis cassandis et dampnis re||ficiendis fidetenus et coniuncta manu promittimus ad intrandum Molne et ad iniacendum non inde|| exituri nisi omnis scrupulus erroris et dampni sit a nobis cassatus cedatus penitus|| et sopitus presentibus et testimonium peribentibus dominus hinricus de perkentin. Emekone haken Bertoldo|| de Ritzerowe. hinricus, walrauen detleuus de Duuencze fratribus et aliis quam pluribus fide dingnis|| que testimonio premissorum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Molne anno domini M⁰ CCC⁰.|| XXI⁰. in die Thome apostoli.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel, zwei Siegelstreifen. Sudendorf U. B. IX. 111.

1321. **459.**

Heinrich, Bischof von Lübeck, bestätigt dem Kloster Reinfeld die Zehnten in Badendorf.

Angeführt: Hansen, Nachricht von den Holstein-Plönschen Landen S. 127.

1322. Febr. 14. **460.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, verkauft der Stadt Plön drei Wurthen vor dem Thore.

Alle de dessen breff sehen edder horen lesen wy Johan van Gots gnaden Greue to Holsten, vnd Stormarn enbeden heil in Gode, vnd don witlik, dat wy mit gudem willen vnd mit vulborde vnser truwen man to rechtem kope vorkofft hebben de rathmannen vnd der menheit vnser Stadt to Plone dre wurde, dede gelegen sint vor deme dore vnser vorscreuen Stadt also men geit to der Molen, vor sostein mark Lubesch, de vns gantz vnd altomale betalet sind; de vorscreuen wurde zint merkliken geheten Oldeboemgarden; mit aller rechticheit vnd tobe-

horinge, also wy vnde vnse vorolderen de wendte heere to vrigest hebben gehat, schollen de Raedtmanne vnd maynheit vnser vorscreuen stadt vryliken mit aller bequemicheit de to ewigen tyden besitten, sunder weddersprake vnde arghe an vliginge vnser eruen edder amptluden. Oppe dat de Ratmannen vnde meenheit vorschreuen in tokomenden tiden neen twiuelinghe van dessen vorschreuen wurden anstande sy, so hebbe wy dessen vorscreuen kop stediget mit dessem iegenwardigen breue besegelt mit vnsem ingesegele. Geuen an deme iare vnses Heren dusent ihar drehundert iar an deme twe vnde twintigesten iare in sunte Valentinus Dage des hilligen Mertelers.

Aus dem Transsumpt König Christian III. vom Jahre 1542 im Stadtarchiv zu Plön. Nordalbing. Studien IV. 343.

1322. Febr. 19. 461.

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs sein Bruder, Junker Ghisekinus auf das Besetzungsrecht der Hamburger Dompräbende des Magisters Pelegrin Verzicht geleistet hat.

Honorabilibus viris dominis, preposito Decano Cantori Thesaurario Totique capitulo|| ecclesie Hamborgensis. Gherardus dei gracia comes holzacie et stormarie. bone voluntatis|| et fauoris continuum incrementum. Vniuersitati vestre commendabili notum esse cupimus|| per presentes. quod frater noster karissimus domicellus Ghisekinus sponte et voluntarie renunci||auit presentacioni prebende magistri Pelegrini in ecclesia vestra constitute. ad quam|| prebendam nos per litteras nostras presentauimus vobis Cristoforum de karzowe clericum|| habita a fratre nostro predicto in presencia quam plurimorum fide dignorum huiusmodi legitima re||nunciacione seu resignacione presentacionis. vnde confidenter nobis credatis quod frater noster sepedictus|| in prebenda prefata nullum ius sibi vendicabit vel[1]) vsurpabit, Cristoforo de|| karzowe antedicto viuente, presencium testimonio litterarum quibus in euidenciam Sigillum|| nostrum est appensum Datum Segeberghe Anno domini M⁰. CCC⁰. XXII⁰. feria sexta ante|| kathedram sancti Petri.

[1]) *vorher steht* nec *durchstrichen.*

Original im Hamb. Archiv. Schildrandsiegel des Grafen am Pergamentstreifen.

1322. Febr. 23. 462.

Papst Johann XXII. beauftragt den Erzbischof von Bremen mit der Regelung des Patronats über die St. Nikolaikirche in Kiel nach dem Wunsche des Klosters Neumünster.

Iohannes Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Archiepiscopo Bremensi salutem et apostolicam benedictionem. Petitio dilectorum filiorum, nobilium virorum, Gherardi et Iohannis, Comitum Holtzatiae et Stormariae nobis exhibita continebat, quod ipsi dudum de salute propria cogitantes, pro suarum et suorum parentum remedio animarum, ius patronatus quod in parrochiali ecclesia in Kyl tue diocesis obtinebant, et ad quam cum vacabat, tam ipsi, quam progenitores eorum proposito Monasterii Nouimonasterii per praepositum soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, praefatae diocesis, qui fuerat pro tempore ad quem institutio Rectoris in eadem Ecclesia pertinebat personam ydoneam in Rectorem

ipsius Ecclesiae consueverunt praesentare, in eandem, propositum et alios filios canonicos ipsius monasterii transtulerunt in perpetuum et etiam donaverunt. Quare praedicti conventus nobis humiliter supplicauerunt, ut quod per eos in hac parte factum est, gratum et ratum habentes, illud auctoritate apostolica confirmare, nec non ut parrochialis Ecclesia praelibata, quae consuevit hactenus per seculares clericos gubernari. ipsius Ecclesiae tenente vel decedente Rectore, qui nunc est, extunc in perpetuum per regulares canonicos ipsius monasterii gubernetur, qualibet constitutione in contrarium data seu consuetudine contraria non obstante benigniter concedere dignaremur. Quia igitur de praemissis noticiam non habemus Nos de tua super hoc inspectione plenius in domino fiduciam obtineremus, eorundem nobilium devotis supplicationibus inclinati, fraternitati tuae per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, si tibi constiterit ita esse, postulata per eosdem nobiles auctoritate apostolica non postponas. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Avinion. VII. Kal. Martii, Pontificatus nostri anno undecimo.

Westfalen II. 88.

1322. März 10. **463.**

Die Gebrüder von Raboysen verpfänden für eine Schuld von 175 Mark Hamburger Münze dem Hamburger Bürger Ludolf Volcekins Sohn ihre Dörfer Oldenfelde und Berne.

Nos, Otto, Lambertus, Hermannus et Hinricus fratres de Raboysen, famuli, recognoscimus et tenore presencium protestamur, quod‖ honesto viro, dilecto nobis Ludolfo volcekini Ciui Hamburgensi et ipsius heredibus tenemur ex causa mutui, in Centum‖ septuaginta quinque Marcis Hamburgensis monete, pro quibus ipsis villas nostras Oldeuelt et Berne, titulo pignoris firmiter‖ obligamus, ita videlicet quod ex eisdem villis nostris, redditus decem et septem Marcarum cum dimidia dicte monete, semper‖ in Crastino beati Martini recipient annis singulis expedite, hac tamen addita conditione, quod post cursum vnius anni, a‖ festo beati Martini proxime nunc venturo continue computandi, debemus eis persoluere suas Centumseptuaginta quinque Marcas, inte‖graliter, occasionibus quibuslibet pretermissis, et tunc dicte ville ad nos libere reuertentur, possumus eciam dictas Centum‖ LXXV Marcas prius persoluere et villas nostras redimere si nostre placuerit voluntati, Preterea conditionaliter interuenit, si dicti Ludolfus‖ aut ipsius heredes in collectione seu perceptione dictorum reddituum obstaculum vel impedimentum aliquod habuerint, tunc nos omnes‖ statim proxima die post octauam beati Martini continue subsequente et compromissores nostri quando eis fuerit significatum,‖ Hamborch intrabimus, et ibidem insolidum iacebimus, non exituri donec dictas XVII½ Marcas totaliter recepissent, Similiter si post‖ circulum vnius anni a festo beati Martini proxime futuro, vt predictum est continue computandi, memoratis ludolfo et suis heredibus sepedictis‖ CLXXV. Marcas in ipso festo vel in Crastino beati Martini non soluerimus, Tunc eciam nos omnes in octaua beati Martini, et com‖promissores nostri postquam moniti fuerint, Hamborch intrabimus, et ibidem vt premittitur insolidum iacebimus, nullatenus exituri‖ nisi dictis C. LXXV. integraliter persolutis, Ceterum est adiectum quod dictas villas nemini possumus obligare, vendere vel donare‖ nisi prius persoluerimus pecuniam supradictam, stabitque ad nostrum promissum si quod absit, medio

tempore, ex nobis aut nostris com||promissoribus quemquam mori continget, quod adeo certum fideiussorem loco defuncti subrogabimus infra mensem, ad hec autem omnia|| modo quo premittitur inuiolabiliter obseruanda dictis ludolfo et suis heredibus, strenui viri, dominus hinricus de wedele miles a||uunculus noster, Mainardus scake, et bertoldus kouoet famuli, se vna nobiscum, et nos vna cum ipsis, nos eisdem ludolfo || et suis heredibus presentibus obligamus insolidum fide data, Testes aderant honesti viri, Hinricus de Hetfelt, Nicolaus|| de luneborg, bertrammus Tolner, et Hinricus wrak Ciues Hamburgenses, qui et promissum nostrum ad manus dictorum ludolfi|| et suorum heredum a nobis omnibus receperunt, in Cuius rei testimonium, nostra et compromissorum nostrorum sigilla presentibus || sunt appensa, Datum et actum Hamborch feria quarta post dominicam Reminiscere, Anno domini Millesimo, CCC°, XX° Secundo.

Original im Hamb. Archiv. Sechs Siegel an Pergamentstreifen.

1322. April 1. **464.**

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, verpfändet dem Kloster Itzehoe für eine Schuld von 200 Mark Einkünfte aus den Dörfern Bramstedt und Weddelbrook.

Nos Gher[ardus] dei gracia comes holtsacie et dominus stormarie. Recognoscimus et tenore presencium publice protestamur volentes|| venire ad noticiam presencium et posterorum quod nos preposito et conuentui monialium in ythseho assignauimus pro ducentis|| marcis denariorum lubicensium ipsis debitis nec eis soluere valentibus vt expediret XIIII marcas. lubicensium denariorum redditus de mansis in villa|| nostra bramestede et III marcas dicte monete, de pratis ibidem singulis annis tollendos. et. I. marcam. prouentus. In villa nostra wedel||broke singulis annis similiter percipiendos. sine quolibet impedimento. quousque ipsis prefatas. CC. marcas. integraliter persol||uamus. Quibus persolutis ad nos vel heredes nostros libere memorati redditus reuertentur. preterea si prefatarum villarum a||gricole et censuales in debitis terminis non soluerent soluenda. per se et suos famulos absque nunciis nostris pandacionem facere|| poterunt pro dictis reditibus exibendis. In cuius rei testimonium et euidenciam expressiorem appensione nostri sigilli fecimus|| presentem litteram roborari. Datum segeberge. anno domini M°. CCC°. XXII. kalendis aprilis.

Original im Archiv des Klosters Itzehoe. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Noodt, Beiträge I. 200. Zeitschrift Bd. VIII. Repertorien S. 3 Nr. 15.

1322. April 4. **465.**

Johann, Graf von Holstein, überläſst dem Kloster Neumünster die Gerichtsbarkeit im Dorfe Bissee.

Vniuersis presencia visuris, Iohannes dei gr[acia com]es [holtzacie et] stormarie salutem in eo qui est|| omnium vera salus. Quoniam propter lab[ilem hu]mane condicionis memoriam summe necessarium || fore dinoscitur, acta presentis temporis litterali te[st]imonio confirmari. Hinc est quod ad noticiam omni||um tam futurorum quam presencium cupimus perveni[re] quod nos de salute nostra sollicit animarumque progeni||torum nostrorum mederi langworibus cupientes de bona vol[un]tate nostra ad emendacionem et incre||mentum ecclesie nouimonasterii nobis

in beneplacitis semper exposite [seu] parate. integritatem proprietatis‖ iudicii maioris et minoris ville bystikse in campis. siluis. pratis. pascuis. paludibus. stagnis.‖ agris. cultis. et incultis. aquis. aquarumque decursibus. viis. et inuiis. piscaturis. molendinis. et.‖ precise cum omni vtilitate. et prouentibus. qui in dictis ville terminis complectuntur. damus liberaliter‖ et resignamus presentibus prenominate ecclesie, eo si[mpliciter] iure quod ad nos uel heredes nostros pertinere‖ dinoscitur vel deuenire posset iure perpetuo pos[sidendam] nichilominus eciam seruicia et exactiones seu‖ peticiones in dicta villa et terminis eius ex[e]mp[ta] esse volumus, quibus communis terra terrarum dominis‖ obligatur. Preterea siquis prefatam ecclesiam [uel perso]nas eius in bonis predicte ville inquietare. di‖uestire. uel molestare. iniuriose presumpserit [nemini uel here]dum nostrorum erit ipsos [ex]pedire et ab iniuriis non solum illis verum eciam quibuslibet aliis [defen-]sare. vt autem hec nostra deuota donacio‖ rata et inconuulsa permaneat, nec a quocunque su[cesso]rum uel heredum nostrorum. [infring]atur in euidenciam et‖ testimonium omnium predictorum sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt hii. dominus Daniel. preposi‖tus. in reynebeke. Cristoferus dictus karzo[we] canonici hamburgenses. Hinricus et stephanus dicti de aluer‖storpe. Iwanus de reuetlo et volradus Segheberge. Iohannes de ratmerstorpe milites. heyn‖ricus dictus scarpenberch. Iohannes brucdor[ppe] ywanus de reuetlo. Marquardus kartzowe. Deth‖bernus de wuluerstorpe. ludolfus de kuren et quam plures alii fide digni. Datum plone. anno‖ domini. M°. CCC°. XXII°. in die palmarum.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen, beschädigt, ergänzt aus dem Cop. Bordesh. fol. 29 b. Siegeleinschnitt. Westfalen II. 84. s. 86.

1322. April 9. 466.

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, überläſst dem Kloster Neumünster die Gerichtsbarkeit über Bissee, Ludestorp *und sechs Wurthen in Brügge.*

Omnibus presencia visuris Gherardus dei gracia comes holtzacie et stormarie salutem in domino iesu cristo Ad hoc acta modernorum scripture testimoniis confirmantur ne lapsu temporis ab hominum memoriis euanescant Nouerint igitur tam posteri quam presentes quod nos pro remedio animarum progenitorum nostrorum et nostre ad emendacionem et incrementum ecclesie nouimonasterii que nobis et nostris assidue exposita et parata de bona voluntate nostra integritatem proprietatem iudicii maioris et minoris villarum bisticzee et ludestorp et sex arearum in brugge in campis siluis pascuis agris cultis et incultis pratis paludibus stangnis aquis aquarumque decursibus viis et inviis piscaturis molendinis et precise cum omni vtilitate et prouentibus qui in dictarum villarum terminis complectuntur damus liberaliter et resignamus presentibus prenominate ecclesie eo simpliciter iure quo ad nos uel heredes nostros pertinere dinoscitur uel deuenire posset iure perpetuo possidendam Nichilominus eciam seruicia exactiones et peticiones in dictis villis seu eorum terminis exempta esse volumus quibus communis terra terrarum dominis obligatur, Preterea si quis prefatam ecclesiam uel personas eius in bonis predictarum villarum inquietare diuestire uel molestare temerarie presumpserit uel voluerit nos uel heredes nostri ipsas de inbrigacionibus expedire et ab iniuriis non solum illis verum eciam quibuslibet aliis habebimus defensare Vt autem hec nostra deuota donacio rata inuiolabilis et sempiterna permaneat et a nullo successorum uel heredum nostrorum in euolucione alicuius temporis infringatur, In

euidenciam et testimonium omnium predictorum appensione sigilli nostri fecimus presencia communiri Datum et actum Anno domini M°. CCC°. XXII°. In die parasceues.

Cop. Bordesh. fol. 20a. Westfalen II. 82.

1322. April 10. 467.

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, schenkt dem Kloster Neumünster die Gerichtsbarkeit über die Dörfer Bissee, Luderstorppe *und Brügge.*

In nomine domini Amen Vniuersis presencia visuris Gerhardus dei gracia comes holzacie et stormarie salutem in domino sempiternam Ne res geste digne memoria obliuioni lapsu tradantur temporis, ipsas confirmare debet lingua testium seu perhennitas litterarum Ad noticiam igitur tam futurorum quam presencium cupimus peruenire quod nos salutis nostre memores animarumque progenitorum nostrorum mederi languoribus cupientes inspectisque multiplicibus seruiciis et curialitatibus nobis ab ecclesia nouimonasterii exhibitis et impensis de bona voluntate nostra ad emendacionem et incrementum prefate ecclesie integritatem proprietatis iudicii maioris et minoris villarum bisticzee luderstorppe et brugge in siluis pratis pascuis paludibus agris cultis et incultis aquis aquarumque decursibus viis et inviis piscaturis molendinis et precise cum omni vtilitate et prouentibus qui in dictarum villarum terminis complectuntur damus liberaliter prenominate ecclesie eo iure quo ad nos pertinere disnoscitur uel deuenire poterit iure perpetuo possidendam Nichilominus eciam seruicia et exactiones seu peticiones in villis dictis exempta esse volumus quibus communis terra terrarum dominis obligatur Vt autem hec nostra deuota donacio rata inviolabilis et inconuulsa permaneat nec a quoquam successorum uel heredum nostrorum infringatur sed perpetue firmitatis robur obtineat presentem paginam sigilli nostri appensione duximus roborandam Datum Anno domini M°. CCC°. XXII°. In vigilia pasche.

Cop. Bordesh. fol. 19b. Westfalen II. 85.

1322. April 15. 468.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, vergleicht sich mit Junker Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg.

In ghodes namen amen. We Junchere. Johan van Ghodesgnaden Greue tho Holtzaten vnde to Stormaren bekennet vnde betughet openbare in dessem breue alle de ene siet edder høret lesen. Dat vmme alle scelinghe|| vnde twidrach de we mit vsem vedderen Juncheren. Alue dem Greuen to Holtzaten vnde to Schowenborch, hadden vnde hat hebbet wente in dessen dach, eyn stede Sone aldus ghedeghedinghet is also hir na steyt bescreuen|| dat we mit ghudem willen vnde mit vryen Wilkore, na vser truwen manne rade dem vorbenomeden Junchere Alue vnde sinen rechten eruen . . vplatet vnde wedder gheuet, de helfte des huses vnde der herscop to vtersten|| mit allen rechten vnde mit aller scede also it vs to pande stunt ane dat del des Leydes twishen Lubeke vnde hamborch dat vse vorsprokene veddere Greue. Alf. vs mit deme vorbenomede huse to pande set hadde des|| let he vns weder dat hus to Woltdorpe to brekende vnde de herscop dar to leghet, vor seuendehafe dusent marc hamborgher penninghe, dar vs vtersten vore to pande stunt, de vorbenomede herscop to Woltdorpe, de vs

vse veddere Greue‖ alf to pande set, de is beleghen also hir na screuen is dat kerspel to den vulensyke vnde de man vnde lude dar inne wonet, dat kerspel to Radeleuestede vnde de man vnde lude dar inne wonet, Dat kerspel to Berchstede‖ ouer der Alster to arnesuelde wart, man vnde lude dar inne wonet vnde kortleken wat he ouer alstere heuet also dat de alstere de scede si want in de muren to hamborch dat is touernemende, wat he ouer der alster heuet to| arnesuelde wart, mit dessem vnderscede dat de dorp Lemsole. Duuentstede. vnde Melligstede. de vse veddere Greue alf ouer der alstere heuet to vtersten wart, scolen beholden wat se oldinghes gehebbet ghehad in erer scede‖ ouer der alstere, to arnesuelde wart, also scal ouch vsn dorp to den Roeden sine scede de it heuet oldinghes ghehat beholden wo se leghet, vortmer set he vs vor desse vorbenomede penninghe, dat kerspel to Jacope to‖ hamborch wat des buten der vtersten stat muren leghet, vnde de lude vnde man dar inne wonet, Dit vorbenomede ghot, man vnde lude heuet vs vse vedderen gheset also it nu sin was dat en iewelch man dar ane sines‖ rechtes bruken scal, vnde we greue Johan van holsten scolen vses vedderen greuen. Alues opene breue holden wor he se vppe dit vorsprokene ghoet ghegheuen heuet. Ouch be[kenne] we greue Johan. des vnde betughet it‖ in dessem openen breue, dat we greuen. Alue vsem vedderen hir vore nomet is vnde sinen rechten eruen, dit vorbenomede ghoet. leyde man vnde lude weder scolen to losend[de geuen alse he] it vns nu to pande set, vor de vorno‖mede seuedehalfdusent marc penninghe wann se it losen willen binnen dessen naghesten teyn Jaren vortmer is ouch ghedeghedinghet vnde mit oppenen breuen vnde mit [borgeren] vnde mit louere de hir nascreuen stat ghewis‖set, dat vse vedderen Greue Alf al de dor ene don vnde laten willet, vs nene vestinghe nagher buwen scollet wen se nu hebbet binnen dessen naghesten teyn iaren, it en si dat vse veddere greue alf. eder sine eruen de vornomede dit‖ ghoet wedder lose. vortmer vmme de scaden den vs vse veddere dan heuet scal he vs denen mit twintich mannen also als he vs sine breue gheuen heuet. Vortmer ift we vse veddere butenlandes voren wolden to deneste so scolde‖ ene bedeghedinghe also in sinen breuen steyt vnde in der sone sproken wart. Vortmer is ghedeghedinghet ift we mit vsem vorbenomeden vedderen oder he mit vns scelende worde oder vse ammetlude vdertwishen. dar scolde we binnen‖ ver wekenen malc vser man twe setten, de scolden vs binnen ver wekenen dar na dat se set weren. vmme de scelinghe untsceden na mine oder na rechte, als se it vp eren eet nemen wolden, vnde dar scolde vs an no‖ghen. hir mede scolen alle de ene stede sone veliken hebben de an dessem orloghe bi beyden siden begrepen oder vordracht weren, vnde alle vanghenen scolen wesen in beydent siden ledich vnde los. vppe dat desse sone, de hir‖ vore screuen ist stede vnde vast bliue. so hebbe we vsen vornomeden vedderen greuen. alue. van Schowenborch, ghehuldeghet laten vsen voghet heyneken mit vsem borch to der stenborch, ift we desser stucke‖ ienich de hir vorscreuen sint breken, dat he vsem vedderen greue. alue. mit der stenborch helpen scolde want in den dach dat we vns vruntliken likeden. Ouch vorbinde we us in dessen breue, weme dat hus‖ to der stenborch hir na beualet dat de na huldeghen scal also. heineke Scarpenberch vore dan heuet. vortmer hebbe we vsen vedderen greuen alue untruwen ghelouet ene stede sone mit dessen vsen loueren hir na‖ screuen sint. mit heren. hermanne van wiresroden heren Gotscalke van ashebergh. heren her. deme langen van Tralouwe. heren. Marquarde van wesenberghe. heren Otto van vresenborch. heren Jo. van deme kile hinrik

scarpenberghe. Egherd brocdorp || Jwane van reuentlo. pá. langhelo. Timmen dunkerdorp. Joh. Mugghele. Marquard molt. Luder de kurne. Ni. de vresenborch Thetl. meynersdorpe. Marquard Godelant. hartwicus aluersdorpe. Otten van Sletzen. To ener vesten || betughinghe al desser dig hebbe we, dessen bref mit vsem groten ingheseghele vestet laten. Desse sone wart vultoghen vnde desse bref ghegheuen to Odeslo na ghodesborth. dusent Iar vnde drehundert In deme || twe vnde twintighesten iare, des donrsdaghes na pashen.

In dorso *(s. 15.)*: Dat is de shedes bref greuen Johannes van holsten vnde greuen Alues van Scowenburch *(andere Tinte und Hand etwas jünger:)* dar vtersten ane to komet den heren van Schomborg ock vermeldet de dre dorppe. duuenstede lemsole vnde melligstede de Schowenborch to komet.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegel am Siegelstreifen. S. H. U. S. II. 48.

1322. April 15. 469.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, vergleicht sich mit dem Grafen Johann von Holstein und Stormarn.

In godes namen amen. We alefh van der gnade godes. Greue to Holtzsten vnde to Scowenborch, Be tûget vnde be kennet in desseme Openen breue || dath we vseme leuen vedderen Iohanne deme Greuen to Holtzsten vnde to Stormeren, vor Seuedehalfdusent Mark Lubeker Penninghe de we eme scul||dich sin. sath hebben vse hus tome woltdorpe mit vser herscop, mit vsen mannen, vnde mit alle vser rechticheyt de we hebbet in deme kerspele tome || vulensyke in deme kerspele to Radelstede, vnde in deme kerspele to Sunte Iacobe to Hamborgh bûten der mûren. Vortmer in deme kerspele to Berghste||de ouer der alstere to arns uelde wart. vnde kortleken wat we ouer der alstere hebbet to arnsuelde wart also dath de alstere de Scede si. Sunder al||lene dath holt dath de Celle heth vnde al de Scede de oldinghe tome dorpe tome rade leghen hefth de scal vse veddere Greûe iohan af desse sith der || alstere to vtersten wart beholden vnde de dorp de af desse sith de alstere sin to vtersten wart de scollen ere scede be holdden ganzliken alse Oldin||ghes ghy hefth ghe leghen. Vortmer vse del des leydes dath vsek an roren magh van deme hus to vtersten twischen Lubeke vnde Hamborgh hebbe vse||me vorbenomeden vedderen also wol sath vor dyth vorsprokene gelth. Desse kerspele, herscop, leyde, vnde manne, vnde alle dhe rechticheyt, de we || in desser vorsprokenen herscop hebben, de hebbe we vseme vedderen Greue Iohanne sath to eme pande to teyn iaren vor seuendehalfdusent mark Lube||ker penninghe. desse herscop to hebbedde mit al sulkeme rechte al so we se hat hebbet bet in dessen dagh, vnde alle man al sulk rechte hebbe al so he vn||der vs hadde, mit desseme vnderscede, kûnde we vseme vedderen eder sinen rechten eruen de seuedehalfdusent mark binnen dessen neghesten teyn || iaren. nich gheuen na erme willen. so scollen de kerspele. herscop leyde vnde manne, mit aller rechticheyt vses vedderen Greuen Iohannes vnde siner || rechten eruen eweliken bliuen, vnde scollen se eme eder sinen rechten eruen oplaten mit gûdeme willen vor vsen rechten len heren. Vortmer dath hus tome || woltdorpe scalmen breken vnde dath tymmer sculle we vs nûtte maken. Hir bouene we eder vse man vnde al dhe de dor vs dhûn. vnde laten willen vnscol||len. vseme vedderen Greue Iohanne nicht neghen buwen wanne dath to vtersten vnde de hatesborch. licht, Vortmer dath hus to der Stenborgh vnde || vses vedderen merslude van der kremppen scolen be holdden

dhe holtinghe de se oldinghes hat hebbet. Hir mede scal en stede sone bliuen eweliken vm|| alle sake twischen vseme vedderen, vs, vnde vsen helperen an beyden syden vnde al den de dar an beyden syden an vor dacht weren. Vmme vse erste vnde|| vmme vse anderen vangenscop. vnde vmme scaden vnde vromen den we an beyden syten beth an dessen dach vntfangen hebbet. de scal ganzliken bleuen.|| wesen. Sunder vor den scaden den we vseme vedderen Greue Iohanne deden an brande vnde an roue to arnsuelde vnde in sime lande. dar scolle we e||me vore denen mit twintich mannen op orsen en verdendel iares wan he dat esghet binnen teyn iaren. vnde he vsek dat ver weken leth vore wethen|| Da . . euest scolle we eme dūn binnen landes oppe vses vedderen kost vnde op vse eghene win vnde vor los, woldde he auer vsek voren na welkem he||ren buten landdes de scoldde wisnen vse vangenscop. vse vor lust. vnde vsen scaden. mer de solt de scoldde vsen vedderen Greue Iohanne to bate stan.|| Op dath alle desse dingk vast. stede, vnde vnghebroken bliuen So hebbe we vseme vedderen Greue Iohanne vntrŏwen louet, mit twintich ridderen vn||de knechten de hir na ghe screuen sin. here detleph van der wensyne. her helrich van wesenberghe. her Luder van dem borstele de riddere. Henneke|| Hummersbutle. Lamberth Hummersbutle. Hasso van dem Crumendyke. wendde van der Helle, Otto van der Raboysen, Marquard stake. Iohan stake. Myldeho||uet, Herman van hamme. Iohan van der wisch. Heyneke Struze, Mūtemedūuele, Iohan van den haghene, Hinrich van wilsede. Gerlagh oldehauere,|| Hir bouene scal Marquard stake vseme vorbenomeden vedderen Greuen Iohanne mit deme hus to der Hatesborch huldyghen vnde dath hus to siner hant holdden,|| vnde van deme hus nicht sceden eft we enen anderen voyt setten woldden de voyt en hebbe vseme veddere huldyghet na also marquard stake vore, eft we,|| desse vorbescreuenen sone breken, bet an den dacht, dat we vseme vedderen woldeden an minne eder an rechte. Vortmer eft we mit vseme vorsprokenen|| vedderen. efte vse ammethlude mit vses vedderen ammetluden scheleden. dat scoldde we op twe riddere. vnde vse veddere op twe riddere laten. de scoldden|| binnen ver weken to sammende komen vnde vsen vedderen vnde vs sceden. mit minne eder mit rechte. vnde in erer scedinghe scolle we vs an beyden sy||den ganzliken laten nūghen. Vor alle desse dingk hebbet de vor sprokenen riddere vnde knechte vntrŏwen louet, To ener be tūginghe alle desser ding|| hebbe we vse yngheseghel hengghet to desseme breue. Desse brefh is ghe screuen na godes bort dusent iar drehunder iar in deme tweentwinges||ten iare to Odeslo. des dondersdaghes na Paschen.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegeleinschnitt. In dorso: Nemini seruit uel seruire poterit.

[?1322. April 23.] 470.

Gerhard, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, beurkundet, dafs die Herren von Westensee dem Kloster Cismar das Dorf Grömitz und einige andre Güter verkauft haben.

In Dei nomine amen. Uniuersis present . . . . . seu audituris, Gherardus Dei gracia comes Holtzacie Stormarie et de Schowenborch salutem in Domino, Cum noticiis rei geste. Humanarum multitudinem et varietatem actionum vari rerum|| comitantur euentus Necessarium igitur perspex . . . . sortiri debent invio labilem firmitatem stilo viuali et testium memorie commendentur. Hinc est quod

ad noticiam omnium tam presencium quam futurorum uolumus pervenire quod fideles|| et dilecti nostri vasalli Marquardus de Westen[see] miles et Eggehardus fratruelis suus. filius domini. Wlf de Westensee, militis, felicis recordationis, in nostra presencia constituti nomine suo, heredum ac fratrum suorum et omnium quorum de iure|| intererat aut interesse poterit vendiderunt rite ac ..... nostro ac heredum nostrorum consensu beneplacito et voluntate Religiosis viris, dominis, Abbati totique Conuentui. sancti Iohannis ewangeliste, in Cyscemer, ordinis sancti Be||nedicti Lubicensis dyocesis, villas suas, et Molendin[a videlicet villam] Grobenitze. cum Curia et Castro. et omnibus edificiis et molendino, In Curia et indagine apud mare, cuius termini in dimidietate. parui stagni quod iacet inter indaginem Grobe et indaginem Grobenitze cuius dimidietas ipsius stagni pertinet ecclesie, et lignis faginis inter villam Grobenitze et Clokenhagen sitis Villam Corneke, dimidiam villam in Slemmyn, Molendinum Slemmyn tota||liter cum dimidio manso adiacente, et piscina superiori B[ecekendorp] totaliter que Swartebroch dicitur, Molendinum sukestorpe, cum piscina superiori prope villam Sukestorpe, que piscina si in posterum desiccaretur eandem piscinam su||periorem molendinarius arandi seminandi ..... metendi ..... habebit liberam facultatem. Addito etiam. vno manso. huic molendino quod prope ipsum est in terminis ville Syuardeshagen distincto saxis et aceruis cum om||nibus dictarum villarum et molendinorum attinenciis et terminis ..... hactenus habitis et obtentis quas uel que a nobis tenebant in feodo cum omni iure et vtilitate sicut eas uel ea hactenus possederunt et habuerunt tam in cam||pis quam in aquis .... pratis pascuis paludibus et specialiter cum omnibus pratis que sunt ex utraque parte riui Grobenitze usque ad indaginem excepto prato quod pertinet ad do||tem ville Grobenitze excluso eciam uno prato [ex ista parte riui predicti] versa ad Lendest quod solum pertinet, ad villam Lendest et non alia, prata, lignis, rubetis nemoribus riuis molendinis paludibus viis et inviis egressibus et regres||sibus iudicio maiori et minori colli scilicet et manus ... generaliter et specialiter cum omnibus emolimentis prouentibus. et redditibus infra terminos limites et distinctiones dictarum villarum et molendinorum comprehensis pro tribus|| milibus marcarum et sexcentis marcis denariorum lub. [monete] quas recognoscebant dicti venditores se a dictis, Abbate et Conuentu integraliter percepisse renunciantes coram nobis pro se suisque heredibus ac fratribus omni commodo et|| iuri quod ipsis in dictis villis molendinis et ..... uel competere poterit in futurum Renunciantes etiam exceptioni non numerate pecunie doli deceptionis, vltra dimidium iusti precii siue etiam minoris restitucionis in integrum literis priuilegiis a sede apostolica ..... gracie impetratis uel impetrandis et generaliter omni iuris beneficio et auxilio canonici et ciuilis quibus dicte vendicionis contractus in toto uel in parte in iudicio|| uel extra rescindi possit uel quomodolibet ..... in manus et potestatem dictorum abbatis et conuentus omnia et singula suprascripta facientes ipsos in possessione dictorum bonorum pociores et induci in possessionem corporalem promiserunt eciam antedicti ..... abbati et conuentui prefatis sollempni stipulacione interueniente litem et controuersiam eis uel eorum successoribus de dictis bonis et redditibus uel alicuius eorundem|| parte nullo tempore inferre ..... suisque successoribus ..... in ..... tate quam in possessione ab omni persona et vniuersitate legitime defendere auctorizare et expedire et predictam vendicionem ...... contra facere ..... se uel per alium aliqua causa uel ingenio de iure uel de facto Nos itaque Gherardus comes Holtzacie supradictus de consensu|| .... in feodo cum iudicio colli et manus .... mem tradicionem in dictis ..... nunciacione et

singula antedicta . . . . nostrorum dedimus|| . . . sumtibus eorundem compet . . .|| . . iurisdictio|| . . . . bus sanctionibus . . .|| nostrorum memoria deuote ind . .|| . . . ut . . seu quicumque . . . . . villam|| . . . odi homagia feoda seu fidelitatis obsequia imperpetuum sint astrict .|| . . . . . nostrorum de huiusmodi empcione ac vendicione habebunt requirere quia pie || dimisimus . . . et donauimus cum omnibus . . . . . et limitibus et terminis bonorum sepedictorum uel aliquas res seu bona vi et . . .||ns . . . . . mar . . . . . pelli in terminis eorundem bonorum . . . . . admodum de aliis ut predicitur cum effectu nichil omnino in dictis villis omni||bus molend . . . . . singulis terminis iuris dominii . . . . . et conuentus in villis et molendinis antedictis et omnibus suis terminis ordinent|| et disponent lib . . . absolute quicquid ipsis. . . . . . ipsis abbati et conuentui memoratis tradidimus nostro sigillo fideliter communitum. Testes . . . domini Daniel et Christophorus . . . . . . Dethleuus de Wensynen milites nostri Iohannes Brochdorp armiger Alui||nus Grope . . . . . gracia comes Haltzacie recognoscimus in hiis scriptis nos personaliter dicte vendi . . . mus in hiis scriptis renunciantes omni hereditarie successioni circa pre|| . . . . . duximus presentibus apponendum Et nos domicellus . . bertus dei gracia|| . . . . . empciones vendiciones domuum tradiciones et transla . . . .|| . . nostrorum confirmamus ratihabicione . . . . .|| roborantes Datum et actum . . . . . be . . . . . anuis nost . .||

Unter Zugrundelegung einer Abschrift des Herrn Registrators Mathiessen am Geheimarchiv zu Kopenhagen mit dem sehr fragmentarischen Original kollationiert. Ein Siegel an seidener Schnur.

1322. Mai 12. **471.**

Der Rat zu Stade schliefst Frieden und Urfehde mit dem Rat der Stadt Hamburg.

Coram vniuersis presencia visuris, seu audituris, Nos Consules Ciuitatis Stadensis, recognos||cimus et fideliter protestamur, quod super discordia que accidit in albia, inter nostros conciues, et eorum|| adiutores, ex vna, et Ciues hammenburgenses, Mercatores, nautas, et eorum coadiutores, ex par||te altera, placitauimus de consensu et bona voluntate dictorum nostrorum Conciuium, videlicet Luderi, et Iohannis|| dictorum de haghen, Hermanni broielant, Iacobi de Tetelem, Bernardi boc, hennekini de haghen|| Luderi filii Seghelekini, Nicolai de arena, hinrici de Lu, willekini filii willekini, hey||nekini albi, Danyelis de domo, bertoldi de Osta, heynekini de Engelscope, sociorumque e||orundem, cum dilectis amicis nostris, dominis Consulibus Ciuitatis hammenburgensis, perpetuam concordiam|| atque pacem, Ita, quod omnia sunt, et debent esse composita et sopita, et super hoc Ciues hammenburgenses,|| Mercatores, et naute, scilicet Gher. filius domini alardi vnueruerdhe. Stephanus busch, wil. brasche,|| wil. de wrut, Dauid de Itscheho, Got filius domini de bilna, Iohannes rupslagher, wil. de|| Solenbergh, Iohannes filius Iohannis riken, hey. busche, et Ni. de Haseldorpe, et eorum socii, promiserunt|| verum et merum Orueyde de non vindicando in perpetuum, nobis et nostris Ciuibus, et eorum adiu||toribus, et dictum orueyde, iuramentis suis firmiter uallauerunt. Quod presenti scripto cum ap||pensione Sigilli nostri publice protestamur. Datum Stadiis anno domini. M°. CCC°. XX. secundo. In die be||atorum martyrum Nerey et achilley.

Original im Hamb. Archiv. Siegel der Stadt Stade am Pergamentstreifen, fragmentarisch.

1322. Mai 27. **472.**

Wizlav, Fürst von Rügen, bekennt sich als Lehnsmann der Könige von Dänemark.

Omnibus cristi fidelibus. presentes literas inspecturis. Wizlauus dei gracia princeps Ruyanorum. Salutem in domino sempiternam Notum‖ facimus vniuersis. presentibus et futuris. quod nos omnia bona nostra et singula. que habemus. videlicet Terram Ruye. Terram grim‖mis. terram sundis. terram barth. Terram Tribusees. et terram lositze. cum omnibus ciuitatibus. municionibus hominibus ceterisque pertinenciis infra terminos earum Terrarum contentis. a Magnificis principibus. videlicet domino nostro Cristoforo danorum‖ sclauorumque Rege illustre. et filio suo domicello Erico quibus de dictis terris. homagium fecimus. iure feodali. quod‖ phaneleen nuncupatur. Recepimus et tenemus. nec alium de minimo preter ipsos Recognoscimus de dictis bonis nos habere.‖ ad quod similiter faciendum. heredes nostros si ipsas Terras. et bona Retinere voluerint Recognoscimus obligari promit‖tentes bona fide quod eisdem. domino nostro Cristoforo Regi Danorum et filio suo domicello Erico. in omnibus causis suis‖ contra quemlibet tamquam fidelis vasallus domino suo naturali firmiter astare. et pro viribus nostris fideliter seruire debea‖mus. ipsorum amicos. et inimicos. nostros reputantes. In Cuius facti testimonium. et euidenciam pleniorem. sigillum‖ nostrum. vna cum sigillis nobilium dominorum. wartizlai. ducis slauie. cassubie et pomeranie Iohan domini de winden‖ et domicelli hennekini comitis holtzacie. presentibus est appensum. Actum et Datum Worthingburgh. Anno domini M⁰.‖ Trecentesimo. vicesimo secundo. quinta feria proxima ante festum penthecostes.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Vier Siegel am Siegelstreifen. M. U. B. VII. 4351. Reg. Dan. 1913.

1322. Juli 11 oder 17. **473.**

Christof, König der Dänen und Wenden, schliefst ein Bündnis mit Gerhard, Grafen von Holstein und Stormarn.

Cristoforus dei gracia danorum sclauorumque Rex. Omnibus presens scriptum cernentibus. Salutem in domino sempiternam Notum facimus vniuersis presentibus et futuris quod sub anno domini millesimo. CCC. vicesimo secundo. sabbato proximo‖ ante diem beate margarete virginis stikæ in mønia. Cum Nobili domino. domino Gerardo dei gracia Comite holsacie et stormarie. in modum qui sequitur placitauimus videlicet quod idem dominus gerardus fide data promisit et promittit ad hoc se fideliter obli‖gauit quod nobis et liberis nostris perpetuo vbique in dacia et vbicumque alibi ex ista parte eydore et maris salsi cum triginta hominibus armis et dextrariis bene expeditis quociens et quandocumque ipsos habere voluerimus ab eodem contra omnes homines seruire debeat beniuole, fideliter‖ et constanter. Et castra eiusdem domini Comitis. Ciuitates et municiones singule nobis et liberis nostris parata esse debeant et aperta Ita quod nos et liberi nostri de dictis castris, ciuitatibus, et municionibus, cum necesse habuerimus inimicos nostros et hostes ledere, dampnificare‖ poterimus et odire.[1]) Ex alia vero parte maris videlicet in alemannia. cum toto posse suo videlicet, castris, ciuitatibus municionibus, et vasallis omnibus perpetuo vbicunque, quandocunque et quocienscunque a dicto domino Comite. Nos et liberi nostri seruitium habere voluerimus cum totis viribus suis, no‖bis vt premittitur seruire teneatur et castra

ciuitates et municiones singule dicti domini Comitis. Gerardi nobis et liberis nostris parata esse debeant et aperta quod nos et liberi nostri ex dictis castris, ciuitatibus, et municionibus, inimicos nostros ledere poterimus et odire[1])‖ Nobilibus dominis. domino Magnopolensi. henrico. et domino Iohanne comite holsacie exceptis. fautoribus et dicti domini magnipolensis exceptis quam diu guerram quam nunc habere contigerit perdurare. Ita tamen quod si dictus dominus magnopolensis vel dominus comes holsacie, no‖bis, liberis nostris, et fautoribus esse voluerit inimicus eisdem contra nos liberos nostros et fautores iuuamen seu subsidium in nullum debeat concedere vel prestare. Domino etiam Adulfo comiti de shoghenborgh, per tres annos continuos immediate subsequentes, excepto, et non‖ vltra. Itaque quod dictis tribus annis durantibus, ipsum dominum Comitem Adulfum. dictus dominus Comes holsacie. G. contra nos libe . . . nostros, seu fautores, in nullo iuuare debeat seu fouere, predictis vero tribus annis transactis nobis et liberis nostris, contra dictum Comitem dominum Adulfum sicut contra‖ alios idem dominus Comes. gerardus seruire teneatur. Triginta vero homines cum quibus dictus dominus Comes gerardus, nobis et liberis nostris seruire debet, Nos vel nostri, lybek. helgenhafn. seu sleswiik recipiemus vbi nobis vel nostris magis videbitur expedire. Quibus triginta hominibus,‖ et aliis omnibus. cum quibus nobis et liberis nostris dictus dominus comes gerardus in alemannia vel alibi seruire debet, equos paruos si quos in seruicio nostro perdiderint in eadem Reysa. et dextrarios quos in seruicio nostro se perdidisse racionabiliter docere poterint infra dimidium annum exsol‖uemus. Captos vero in nostro seruicio a captiuitate ipsorum et dampno infra annum Redimemus, prout ipsorum captorum bona facultates se extendunt. promisit insuper dictus dominus comes gerardus, et promittit bona fide quod omnes litteras, super debitis, obligationibus, seu promissionibus quibus‖cunque, super debitis eidem domino gerardo comiti suis[2]) antecessoribus suis a domino Erico quondam Rege danorum fratre nostro seu antecessoribus suis datas, nobis in presenti restituere debeat, Nos, liberos nostros ac homines, pro omnibus promissionibus fideiussionibus, et obligacionibus‖ super debitis ipsi domino Comiti gerardo comiti vel suis antecessoribus ex parte dicti domini Erici Regis fratris nostri seu antecessorum suorum factis pro se et heredibus suis dimittendo liberos, quittos et penitus excusatos. predictus etiam dominus Comes gerardus litteras omnes dicti domini. Erici Regis‖ seu antecessorum suorum super debitis, si que inuente fuerint post hunc diem, eidem vel antecessoribus suis datas cassare debeat adnichillare et in irritum reuocare. Promittimus insuper quod pro dicto domino gerardo Comite holsacie dilecto swagero nostro in causis suis veris, et iustis‖ fideliter placitare debemus requisiti. in Cuius Testimonium sigilla militum nostrorum. laurencii Jønæssen dapiferi et Iohannis niclæs sen de kaas, qui pro premissis vna nobiscum promiserunt vna cum sigillo nostro presentibus sunt appensa. Datum anno, die, et loco supradictis.

[1]) *so steht sicher da. Lies:* obire? [2]) *entschieden verschrieben für* seu.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Drei Siegeleinschnitte. Reg. Dan. 1916.

1322. Juli 11 oder 18. 474.

Christof, König der Dänen und Wenden, bekennt, dem Grafen Gerhard von Holstein 800 Mark Silber schuldig zu sein.

Cristoforus dei gracia danorum slauorumque rex. Omnibus presens scriptum cernentibus|| Salutem in domino sempiternam. Notum facimus vniuersis. Nos. Nobili domino|| domino Gerardo dei gracia comiti holtzacie. teneri in octingentis marchis puri argenti|| ponderis coloniensis obligatos, in terminis. et sub condicionibus infrascriptis. videlicet|| Trecentis marcis puri argenti dicte summe in festo beati martini proximo futuro, in an||nona vel argento. quod nobis magis placuerit. et quingentas marchas puri Residuas|| in festo beati martini sub anno domini M. CCC⁰. XX. Tercio in annona seu argento|| quod nobis magis placuerit integraliter deputandas, prout equale fuerit. et forum se|| tunc habuerit de eisdem. In Cuius rei testimonium sigilla dominorum laurencii|| Ionæs sun. dapiferi nostri. et Iohannis niclæs sun dictus kaas. qui pro predicto argento nobis||cum fide data promiserunt. vna cum nostro sigillo presentibus sunt appensa. Datum|| stikæ. anno domini M⁰. CCC⁰. XX⁰. secundo. dominica proxima ante diem beate margarete virginis|| in presencia nostra.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegel fragmentarisch, zwei Siegeleinschnitte. Reg. Dan. 1917.

1322. Juli 25. **475.**

Das Kapitel zu Hamburg transsumiert die Urkunden über die Gründung der Kalandskapelle zu Münsterdorf.

Nos Bruno cantor. Hinricus Thesaurarius. Totumque Hamburgensis Ecclesie Capitulum Recognoscimus tenore presencium publice protestantes Nos vidisse litteras|| infrascriptas, in nullo viciatas, personarumque subsequencium sigillis sigillatas, videlicet Nobilis domine heylwigis comitisse holtsacie filiorum suorum consensu mediante|| ottonis prepositi in Etzeho. et sanctimonialium ibidem, Lodwici prepositi hamburgensis. et Capituli eiusdem, nec non venerabilis patris domini Ghyselberti Archiepiscopi Bremensis|| Quarum tenor de verbo ad verbum erat talis.

Durch Absätze getrennt folgen die Urkunden:

1304. November 24. Itzehoe. Oben Nr. 88.
1305. Juli 7. Itzehoe. Oben Nr. 102.
1305. Februar 22. Hamburg. Oben Nr. 94.
1305. Mai 25. Hamburg. Oben Nr. 100.

In cuius rei euidenciam sigillum nostrum quo vtimur ad causas presentibus est|| appensum. Datum Hamburgh. Anno domini. M⁰. CCC⁰. XX⁰. II. octauo kalendas augusti.

Original im Archiv des Klosters Itzehoe. Ein Siegelstreifen. Zeitschrift Bd. VIII. Repertorien S. 3. Nr. 16.

1322. Aug. 3. **476.**

Heinrich, Rektor der Kirche zu Bargteheide beurkundet die aus seinem Kirchspiel dem Hamburger Kapitel schuldigen Zehnten.

Ego Hinricus rector ecclesie in Berchteheyl notum facio universis, quod decimas parrochie mee ad ecclesiam Hamburgensem pertinentes, quod vite mee tempora annis singulis pro XXX marcis denariorum in crastino Martini solvendis in civitate Hamborch in presencia infrascriptorum testium acceptavi, quarum XXX marcarum solucionem, si usque in octavam beati Martini negligenter distulero pene dupli propter huiusmodi negligenciam subiacebo. Itaque post octavam iam,

pretactam quocienscumque oportunum fuerit duplum dicte pecunie capitulo Hamburgensi persolvam absque contradictione aliqua loco et termino supradictis.

In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

Datum et actum Hamborch anno domini M°CCC° XX secundo in die inventionis beati Stephani prothomartiris, presentibus discretis viris Nycolao Decani, Frederico de Deseckendorp ac Iohanne de Dargentyn, presbiteris, testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis.

Moderne Kopie im Hamb. Archiv.

1322. Aug. 14. 477.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, überträgt dem Kloster Neumünster der Patronatsrecht über Kirche und Schulen in Kiel.

Omnibus cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit. Iohannes dei gracia Comes holtzacie et sturmarie salutem in perpetuum. Ad noticiam uestram Tenore presencium‖ perducimus quod olim ecclesiam nouimonasterii Canonicorum regularium Bremensis dyocesis in nostris sitam terminis diuersorum malignancium molestiis oppressam. in‖cendiis. rapinis. ac iniuriis plurimis lacessitam. nec non mensam conuentus ipsius ecclesie debitorum oneribus aggrauatam. et alias in temporalibus‖ nimis lesam et propter ineptitudinem loci et mansionis defectum victualium sepius pacientem pio compassionis iutuentes affectu. Ius patronatus ecclesie parochi‖alis in kil. et scolas ibidem. et quicquid [iuris] nobis. uel heredibus nostris in ipsis conpetebat uel conpetere potuisset de iure uel consuetudine. cum mansis‖decimis. curiis. areis. fructibus. redditibus. prouentibus. obuentionibus. commodis. vtilitatibus et omnibus iuribus. libertatibus. et pertinenciis suis‖ adiacentibus et annexis. eidem conuentui liberaliter et pure propter deum donauimus et donamus perpetuis temporibus possidendum. Cupientes ut‖ predicta ecclesia uidelicet et scola mense predicti conuentus per ipsum cuius interest perpetuo annectatur. incorporetur. et vniatur. et de fructibus reddi‖tibus et prouentibus iuribus et obuentionibus predictis. inopia predicte mense aliqualiter releuetur. et si deus prouidit vtilius fiat loci ipsius monasterii‖ ad locum aptiorem mutatio ubi dictus conuentus deo commodius famuletur. progenitorumque nostrorum et nostri memoria singulis annis cum missis et‖ uigiliis peragatur. Nostri specialiter memoria nominatim afratribus sepedicti conuentus. et aquolibet eorum insuis orationibus sed precipue in missis‖ omnibus. quam diu ecclesia durauerit habeatur. Vt autem hec nostra deuota donatio rata maneat et inconuulsa. nec aquoquam successorum uel‖ heredum nostrorum infringatur sigilli nostri munimine fecimus presencia communiri. Testes hii sunt. Marquardus de westense. Lu‖dolfus et hinricus dicti scarpenberg. Iohannes brocdorpe et Nicolaus dereuitlowe milites. Nec non eckehardus brocdorpe et Tymmo meynerstorp‖ famuli. et quam plures alii fide digni Datum anno domini M°. C°C°C°. XXII in uigilia assumptionis beate uirginis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegeleinschnitt. Westfalen II. 87.

1322. Aug. 16. 478.

Ritter Johannes Post und seine Frau Elisabeth überlassen dem Kloster zu Rinteln ihre Güter in Reynestorpe.

Nos Iohannes miles dictus post et ego elysabeth vxor eius vna cum veris nostris heredibus recognoscimus vniuersis ad quorum noticiam vel audienciam presens scriptum peruenerit publice protestantes quod conuentui sanctimonialium in rintelen bona in Reynestorpe sita dimisimus ab omni inpeticione libere et pacifice possidenda ab ipsis cessando penitus et omnino nec unquam super eisdem bonis aut nostri heredes impeticiones siue querimonias aliquas de cetero facientes quod sigillo nostro pro nobis et vxore nostra predicta ac pro omnibus nostris heredibus hiis scriptis apposito verius protestamur Vt autem istud quod per nos adolfum Comitem de Schowenborch et dapiferum nostrum fredericum dictum post militem tamquam per arbitrarios ordinatum est ipsi conuentui predicto ratum et inuiolabile vt premissum est obseruetur nostra sigilla ad peticiones partis vtriusque in maiorem huius rei euidenciam presentibus duximus apponenda Datum et actum welsedhe anno domini. M^{0}. CCC^{0}. XX^{0}II^{0} in Crastino assumpcionis marie virginis gloriose.

Aus dem Rinteler Kopiar im Staatsarchiv zu Münster.

1322. Aug. 24. 479.

Graf Adolf gewährt zur Erleichterung von Stadthagen (ne paupertatis pondere suppressa penitus desoletur) *den Kaufleuten der Städte Hannover, Wunstorf, Hameln, Lemgo, Minden und Nienburg bei dem Kauf und Verkauf von Waren daselbst freies Geleit in seinem Gebiet und Sicherheit im Falle eines Krieges mit den Landesherren jener Städte.*

Nach v. Löher, Archival. Zeitschrift VIII. S. 225.

1322. Aug. 24. 480.

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, erneuert der Stadt Hamburg den alten Zollsatz für Eßlingen rücksichtlich der Salzfrachten unter Vorbehalt der Rechte und Freiheiten von Lauenburg.

Ericus dei gracia Dux Saxonie, Angarie et westphalie, vniuersis presentia visuris|| salutem in domino, Cum vnusquisque benefactoribus suis ad beneficia et antydota || non immerito obligetur, ad vniuersorum noticiam peruenire cupimus presentium testi||monio litterarum, quod propter multimoda beneficiorum et obsequiorum genera, nobis|| et nostris per consules et ciues Hamburgenses sepius gratanter impensa, damus|| innouamus et confirmamus ipsi ciuitati hanc graciam et libertatem specialem, perpe||tuis temporibus obtinendam, quod ciues predicte ciuitatis dabunt in Eys||linghe de quolibet Luneburgensi choro salis, pro Theoloneo et vngheldo|| quinque denarios Luneburgenses et non magis, quantumcumque salis deduxerint|| et quocienscumque et quandocumque predicti ciues, aut eorum nuncii ibidem cum sale|| duxerint veniendum, nec ad asscendendum versus Louenborch aut alias con||tra voluntatem eorum per nos aut nostros successores, vel officiatos aliquatenus|| artabuntur, per hanc autem innouacionem seu confirmacionem nostram, non inten||dimus nec volumus aliis priuilegiis et libertatibus quas dicta ciuitas| a progenitoribus et fratribus nostris habet, in aliquo derogare aut preiu||dicium generare, vt autem hec omnia et singula pro nobis, heredibus et suc||cessoribus nostris robur obtineant perpetue firmitatis, presens scriptum, nostri|| sigilli robore consignamus, Huic facto presentes fuerunt et testes sunt,|| vlricus prothonotarius

noster, wasmodus, ludolfus, et iohannes dicti scakken|| milites nostri, iohannes de Monte, Bruno de glouecyn, Hinricus de Het||felt, Hinricus blomenberch, consules Hamburgenses et quamplures alii|| fidedigni, Datum Louenborch, Anno domini. Millesimo, CCC°, XX°, secundo, in die|| beati bartolomei apostoli.

Original und gleichzeitige Kopie im Hamburger Archiv. Reitersiegel des Herzogs. Regest: Hans. U. B. II. 392.

1322. Septbr. 8—15. **481.**

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, schenkt dem Kloster Neumünster das Patronatsrecht über Kirche und Schulen in Kiel.

Omnibus presencia visuris Gherardus dei gracia Comes holtzacie et sturmarie salutem inperpetuum. Notum esse cupimus tam|| presentibus quam futuris. quod ecclesie nouimonasterii Canonicorum regularium Bremensis diocesis diuersorum malignancium|| frequentibus insultibus oppresse rapinis et incendiis. desolate ac iniuriis plurimis lascessite. et ob hoc mense|| conuentus ipsius ecclesie debitorum oneribus aggrauate. et alias in temporalibus nimis lese pie compassionis condolen||tes affectu. restaurumque et reformacionem predicte ecclesie intime cupientes. iuspatronatus ecclesie parrochialis in kil et scolas|| ibidem et quicquid iuris nobis uel heredibus nostris in ipsis competebat uel competere potuisset uel poterit de iure uel consuetudine|| cum mansis. decimis. curiis. areis. fructibus redditibus. prouentibus. obuencionibus. commodis. utilitatibus. et omnibus iuribus libertatibus et pertinen||ciis suis adiacentibus et annexis predicte ecclesie conuentui liberaliter et pure propter deum donauimus et donamus perpetuis temporibus possiden||dum. Cupientes ut predicta ecclesia videlicet et scola, mense eiusdem conuentus per ipsum cuius interest perpetuo annectatur. incorporetur et vni||atur. et de fructibus redditibus. et prouentibus. iuribus et obuencionibus predictis. inopia predicte mense aliqualiter releuetur. et persone sepedicti|| conuentus deo commodosius famulentur. Vt autem hec nostra deuota donacio rata maneat et inconuulsa. nec a quoquam succes||sorum uel heredum nostrorum infringatur sigilli nostri munimine facimus presencia communiri. Testes huius donacionis hii sunt Marquardus|| de westense. Doso dictus bloc. Nicolaus de crummendik. Detleuus de wensine. Hartwicus de reuitlouwe. et Iohannes de slamerstorpe milites|| necnon et Iohannes sacerdos noster capellanus. Datum anno domini M°. CCC°. XXII°. infra octauam natiuitatis beate virginis.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Cop. Bordesh. fol. 96 b. Westfalen II. 83. Muhlius, Hist. cen. Bordesh. S. 577.

1322. Septbr. 11. **482.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, tritt dem Grafen Otto von Hoya die Vogtey in Hornem *und den Meierhof* Lesingere *ab.*

Omnibus ad quos presentia peruenerint, Dei gratia nos adolfus comes holtsatie et in Scowenborch volumus esse notum,|| Quod pleno cum consensu erici et Gerardi fratrum nostrorum ac omnium heredum nostrorum libera voluntate dimisimus et in|| hiis scriptis resignamus nobili viro genero nostro dilecto domino Ottoni comiti de hoya et suis veris heredibus bona nostra videlicet|| aduocatiam nostram in hornem, et curiam villicalem in lesingere cum omnibus vsufructibus, iuribus, redditibus, ac pertinentiis|| eorundem, tali conditione videlicet. vt predictus

dominus comes gener noster et sui heredes absque omni impeticione nostra, fratrum‖ nostrorum sev heredum nostrorum predictorum, prefata bona in perpetuum libere possideant eo iure quo nos ac parentes nostri dinoscimur‖ possedisse In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum Datum Scowenborch anno domini M⁰. CCC⁰ XXII⁰‖ in die prothi et iacincti martirum.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Reitersiegel am Pergamentstreifen. v. Hodenberg, Hoyaer U. B. I. 71.

1322. Septbr. 21. 483.

Gerhard von Bergen verpflichtet sich, dem Herzog Erich von Sachsen vier Hufen in Dratlübbe *und* Nyendorpe *zurückzugeben, sobald ihm dieser die Summe von 200 Mark Pf. bezahlt hat.*

Ego Geuehardus de monte miles publice recognosco. Quod cum illustris‖ Dux ericus saxonie aut sui heredes michi aut meis heredibus legitimis Ducen‖tas marcas denariorum persoluerint. Quod extunc quatuor mansi michi et heredibus obligati predictis. quorum duo siti sunt in dratlubbe. reliqui in nyendorpe. pro ducentis‖ eisdem marcis. ad eos libere cum omni Iure sicut obligabantur michi et heredibus meis‖ sine qualibet inpedicione reuertentur. In cuius rei testimonium sigillum presentibus meum‖ est appensum Datum anno domini. M⁰. CCC⁰. XXII⁰. In die mathei apostoli.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegelstreifen. Sudendorf U. B. IX. S. 71.

1322. Septbr. 28. 484.

Papst Johann XXII. beauftragt die Dekane zu Magdeburg, Hildesheim und Braunschweig mit dem Schutz des Klosters Cismar.

Iohannes episcopus seruus seruorum dei, Dilectis filiis .. Magdeburgensis et .. Hildesemensis ac .. sancti Blasii Brunswicensis Hildesemensis diocesis ecclesiarum Decanis Salutem et apostolicam benedictionem. Ad hoc nos deus pretulit in familium domus sue ut opor‖tuna singulis prouisionis auxilia fidelis seruitutis iniuncte prudentia pro tempore dispensantes eorum presertim necessitatibus intendamus occurramus dispendiis ipsosque ab oppressionibus releuemus qui in . . . te studio sub regulari habitu domino famulantur‖ quibusque propter apostolice sedis opem super eorum grauaminibus iniuriis et pressuris non potest congrue subueniri. Sane dilectorum filiorum .. Abbatis et Conuentus Monasterii in Cysmaria ordinis sancti Benedicti Lubicensis diocesis graui conquestione percepimus, quod‖ nonnulli Archiepiscopi et Episcopi ceterique ecclesiarum Prepositi et clerici, ecclesiasticeque persone tam Religiose quam seculares etiam in dignitatibus ac personatibus constitute necnon Duces Barones Marchiones Comites et alii domini temporales Nobiles Milites Consules Communia‖ Ciuitatum vniuersitates Castrorum et villarum tam Ciuitatis et diocesis Lubicensis quam vicinarum et aliarum partium diuersarum ac alie singulares persone occuparunt et occupari fecerunt Castra, villas, Casalia, terras, possessiones, decimas, census, redditus et prouentus,‖ iura, iurisdictiones et nonnulla alia bona, mobilia et immobilia, ad ipsos Abbatem, Conuentum et Monasterium spectantia, et ea detinent indebite occupata seu huiusmodi detentibus prestant auxilium et fauorem, Vasallos etiam homines et Colonos, in terris et‖ locis, ad eosdem Abbatem, Conuentum, et Monasterium spectantibus consistentes, talliis et exactionibus indebite opprimere et grauare, Equos, Boues

oues, pecora et nonnulla alia bona et se mouentia ad eosdem Abbatem et Conuentum, ac Monasterium spectantia, necnon || hominum vasallorum et Colonorum eorum in predam abducere, dampnabili temeritate presumunt. Nonnulle quoque persone ecclesiastice, seculares et regulares, necnon Duces, Comites, Barones, Nobiles, Milites, Consules, et alii domini temporales, Communitates, Vniuersita||tes, et singule persone tam Lubicensis, quam aliarum Ciuitatum diocesium, Castrorum, Villarum, et partium predictarum de redditibus et prouentibus, decimis, censibus, iuribus et pecuniarum summis ac rebus aliis ad eosdem Abbatem, Conuentum et Monasterium spectan||tibus, eisdem uel eorum procuratoribus nolunt aliquatenus respondere. Nonnunquam eciam Duces, Comites, Barones, et alii Nobiles ac domini temporales, necnon Consules, Communitates et Vniuersitates, ac alie singulares persone Ciuitatis et diocesis Lubicensis || predictarum, ad eorum grauamina aspirantes, statuta et ordinationes alias, per dolosas machinationes, faciunt que in cultus diuini oblationum et elemosinarum ac aliorum piorum operum diminutionem et fraudem redundare noscuntur. Nonnulli etiam tam earundem || Ciuitatis et diocesis Lubicensium quam aliarum Ciuitatum diocesum et partium predictarum, qui nomen domini in uacuum recipere non formidant, eisdem Abbati, Conuentui et Monasterio, in Castris, Villis, Casalibus, terris, possessionibus, vasallis, hominibus, et Colonis || libertatibus, immunitatibus, iurisdictionibus, iuribus, bonis et rebus aliis, ad eosdem ut premittitur spectantibus graues et frequentes iniuriant, molestias et offensas inferunt et iacturas, in diuine maiestatis offensam, suarumque et multarum aliarum animarum dispendium, fidelium scandalum || ac dictorum Abbatis Conuentus, et Monasterii enorme dispendium, preiudicium et grauamen. Quare prefatus Abbas et Conuentus nobis humiliter supplicarunt, ut eis super hiis prouidere oportuno remedio misericorditer dignaremur. Nos igitur aduersus || occupatores, presumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi, illo uolentes ei remedio subuenire per quod ipsorum compescatur ter..., et aliis aditus committendi similia precludatur, discretioni vestre, per apostolica scripta mandamus, quatinus uos uel duo aut unus || uestrum, per uos uel alium seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis Conseruatores et Iudices, prefatis Abbati, Conuentui et Monasterio efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis, eosdem super premissis, et quibuslibet aliis bonis, et || iuribus ad eos spectantibus, ab eisdem uel quibuscumque aliis indebite molestari, uel eis grauamina, siue dampna, uel iniurias irrogari facturi prefatis Abbati, Conuentui et Monasterio, cum ab eis seu uicariis aut procuratoribus, uel aliquo eorundem fueritis requisiti, de predictis || et aliis personis quibuslibet super restitutione dictorum Castrorum, Villarum, Casalium, terrarum, possessionum, vasallorum, hominum, iurium, iurisdictionum.....mobilium, redituum quoque, prouentuum, decimarum, censuum, et ali[orum] quorumcumque bonorum suorum, necnon de premissis et quibusli||bet molestiis, iniuriis, atque dampnis, preteritis, presentibus et futuris, in illis videlicet qui iudicialem requirunt indaginem, summarie, simpl... siue ..... iudicii, in aliis .....stitie complementum. Occupatores, seu detentores || molestatores seu presumptores, et inuasores .....tores quoslibet et rebelles cuiuscumque dignitatis status .....llacione postposita compescendi .... ad || hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. nec obstantibus felicis recordationis Bonifatii pape. VIII. predecessoris nostri, qua ..... exceptis casibus, et in ill..... dietam a fine sue d..... euoce||tur, seu ne Iudices et Conseruatores a sede deputati predicta, extra Ciuitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint contra q..... alii uel aliis uices suas committere, aut aliquos

ultra vnam dietam a fine diocesis eorundem trahere presumant, seu quod || de aliis, quam de manifestis iniuriis et uiolentiis et aliis, que iudicialem indaginem exigunt, penis in eos, si secus egerunt, et in id..... Conseruatores se nullatenus intromittant, ... tam de duabus dietis in concilio generali dummodo ultra terciam, uel quartam|| dietam aliquis extra suam Ciuitatem et diocesim auctoritate presentium non trahatur quam aliis quibuscumque constitutionibus a predecessoribus ..... Pontificibus tam de Iudicibus delegatis et Conseruatoribus, quam personis ultra certum numerum ad iudicium non uocandis aut|| aliis edictis que uestre possent in hac parte iurisdictioni, aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare, Seu si aliquibus ..... vel diuisim a predicta sit sede indultum, quod excommunicari, suspendi, uel interdici, seu extra uel ultra certa loca, ad iudicium euoca||ri non possint per litteras apostolicas, non faciemus plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum ... et locis, ordinibus, ac nominibus propriis mentionem. et qualibet alia dicte sedis indulgentia, generali uel speciali cuiuscumque tenoris|| existat. per quam presentibus non expressam, uel ...liter non insertam, nostre iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri et de qua cuiusque tote tenore de uerbo ad uerbum, in nostris litteris habenda sit mentio specialis. Ceterum uolumus et apostolica|| auctoritate decernimus quod quilibet uestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum quamuis idem inchoans nullo .....imento canonico impeditus, quodque a dato presentium, sit uobis et unicuique uestrum ex premissis omnibus et eorum singulis, ceptis, et non|| ceptis, preteritis, presentibus et futuris, perpetua potestas, et iurisdictio attributa, ut in eo vigore, eaque firmitate possitis .....ssis omnibus, ceptis et non ceptis, preteritis, presentibus et futuris et pro predic... ocedere ac si predicta omnia et singula coram|| uobis cepta fuissent, et iurisdictio uestra et cuiuslibet uestrum, in predictis omnibus et singulis per citationem uel modum alium ... legitimum extitisset. Constitutione predicta super Conseruatoribus et ... alibet in contrarium edita non obstante. Datum Auinione. IIII. kalendas Octobris Pontificatus nostri Anno Septimo.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Bleibulle an der Hanfschnur.

1322. Octbr. 2. **485.**

Albrecht, Herzog von Sachsen, verpfändet dem Grafen Gerhard von Holstein und Stormarn die Stadt Mölln.

In ghodes namen amen. we albrecht van der gnade ghodes hertoghe to sassen, hertoghen|| Iohannis sone. bekennit des, vnde betughit dat, in desseme openen breue. dat we vseme leuen|| ome. greuen gherde to holsten vnde to stormern. vnde sinen rechten eruen, sculdich sin. ses dusint|| mark lodeghis siluers. Dar vore, vor dat bescedene siluer. hebbe we eme ghesat, de stat|| to molne vnde dat slot. vnde vortmer al de slote vnde al de herscop de we hebbit, vnde de vse|| is. were dat also dat we storuen ane eruen. vnde wanne vse leue moder dar na storue|| ifte se leng leuede wenne we. so scolde vse heuit man. oder vse voghit. oder we vsis landis, oder|| vser slote weldich were deme weth beualen hadden. de scolde vseme leuen ome. greuen gherde vnde|| sinen rechten eruen van vser weghene antworden slote vnde herscop ghanz alse vs is, to besitten||de vnde to beholdende, ane worren, vnde ane bisprake, wente in den dach dat vseme

vorbenomeden ome greuen gherde, vnde sinen eruen. dit bescreuene siluer, ses dusint mark lodegis siluers, ganz|| bereth vnde betalit si vnbeworren. dat leste mit deme ersten. vppe dat desse bescreuene ding|| stede vnde vnghebroken bliuen, So hebbe we to orkunde vse ingheseghil hengit to desseme|| breue. Desse breue is ghescreuen unde gheuen, in der stat to Molne. na ghodis bord dusint|| iar. drehundert iar in deme twe unde twintichsten iare des sonauendis na sunte michelis|| daghe.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel des Herzogs, ein Siegelstreifen, ein Siegeleinschnitt. S. H. U. S. II. S. 50.

1322. Octbr. 10. 486.

Die Ritter Heino Scharfenberg und Johann von Brockdorf beurkunden die Verpfändung des Dorfes Dudendorpe *seitens des Grafen Johann von Holstein an Detlef von Poggwisch.*

Universis praesentia visuris seu audituris Nos Heyno Scarpenbergh, Iohannes de Brocdorpe milites, advocati Nobilis viri domini Iohannis, Comitis Holsatiae et Stormariae notum facimus et praesentibus publice protestamur. quod in praesentia nostra et specialiter rogati in testimonium dictus dominus noster Comes Iohannes obligavit militi strenuo et famoso, domino Thetlevo dicto Poggewisch suo phasallo, et suis veris heredibus, villam suam dictam Dudendorpe, pro sexcentis et quinquaginta marcis denariorum Lubicensium dicto domino comiti ex toto et integraliter persolutis. Potest tamen prefatus dominus comes ipsam villam redimere et reemere, pro memorata summa pecuniae, in festo sancti Martini deinceps ad annum. Quod si non fecerit ex tunc ipsa villa militis praefati et suorum verorum heredum manebit perpetuis temporibus tytulo pheodali. Praemissa omnia, prout narrantur testimonio praesentium confirmamus. Datum et actum Plöne Anno domini M CCC XXII proxima dominica post Dionysii. In praemissorum omnium evidens testimonium sigilla nostra praesentibus sunt appensa.

Westfalen II. 83.

1322. Octbr. 14. 487.

Das Kapitel zu Hamburg einigt sich mit dem Hamburger Rat über die Besatzung einer Vikarie.

Omnibus presens scriptum visuris et audituris, Nos. Capitulum, Ecclesie Hamburgensis, salutem et sinceram in domino|| caritatem, Noueritis, quod cum discretis viris. Consulibus Ciuitatis Hamburgensis super collacione cuiusdam vicarie per|| wilhelmum dictum de Hollandia, quondam in domo sancti spiritus instaurate, concordauimus in hunc modum,|| Quod post mortem domini Nycolai dicti stenhus cui iam de eadem vicaria prouisum est, Dicti Consules|| duas personas, vnam post aliam, ydoneas, et beneficii ecclesiastici capaces, necnon et in ordine sacerdotali existen||tes, ad eandem vicariam presentare possint, quandocumque fuerit oportunum, quibus personis ab hac vita|| discedentibus, collatio et dispositio dicte vicarie, ad nostrum Capitulum, cum omni iuris plenitudine inperpetuum|| pertinebit, Redditus vero ipsius vicarie, iuxta institutionem memorati willehelmi, videlicet

viginti Marce|| denariorum diuisim quater in anno, scilicet in festo natalis cristi, quinta dimidia, in festo pasche tantum, in festo|| natiuitatis iohannis baptiste tantum, et in festo Michahelis quintadimidia Marca, sacerdotibus qui prefate vi-|| carie pro tempore deseruierint, per procuratores seu dispensatores dicte domus sancti spiritus, annis singulis|| exsoluentur, et de duabus Marcis residuis in vigilia beati laurencii, in qua prefati wilhelmi anniver|| sarius dies occurrit, procuratores iamdicti, refectionem caritatiuam, pauperibus in dicta domo degentibus|| perpetuo ministrabunt, Sacerdos eciam qui dicte vicarie pro tempore deseruiet, Chorum exercendo diuinum officium|| et horas canonicas cum ceteris capellanis sacerdotibus frequentabit, Vt autem omnia premissa, perpetuis temporibus|| inuiolabiliter obseruentur, sigillum Ecclesie nostre, vna cum ciuitatis et dicte domus sigillis, presentibus est appensum|| Datum et actum Hamborch, anno domini Millesimo CCC°. XXII° in die beati Kalixti pape et Martiris.

Original im Hamb. Archiv. Drei Siegel an Pergamentstreifen.

1322. Novbr. 1. 488.

Junker Albrecht, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, tauscht unter Vermittelung seines Oheim, des Grafen Gerhard von Holstein, von seinem Vaterbruder Herzog Erich gegen das Kirchspiel Curslak, und die Orte Bergedorf und Hachede (kurslake, bercherdorpe, hachede), *die Kirchspiele Kirchwerder und Neuengamme ein.* — „Ad Cunctorum."

Datum, Molne, Anno domini, M°, CCC° XXII. In die Omnium Sanctorum.

Sudendorf U. B. VII. 64, Note. Nach dem Original jetzt im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel beschädigt.

1322. Decbr. 1. 489.

Junker Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg überträgt dem Kloster Harvstehude eine Hufe zu Tinsdahl.

Adolphus domicellus dei gracia Comes holtzacie stormarie et schowenborch. vniuersis presencia visuris salutem in domino. Nouerint vniuersi. quod [1]) cum bona voluntate et pleno consensu nostrorum heredum. propter remedium et salutem animarum. nostrorum progenitorum quondam comitum holtzacie nobilium bone memorie. et specialis deuocionis affectum. quem ad. Monasterium in valle uirginum pie gerimus. Damus resignamus et conferimus in hiis scriptis eidem Monasterio. Mansum vnum situm in Tinsdale cum iudicio maiori et minori. et vniuersis et singulis proprietatibus suis emolumentis prouentibus et pertinenciis. iure proprietatis perpetuo tempore quiete et libere possidendum. quibus progenitores nostri et nos dictum Mansum possedimus multis annis. hunc inquam Mansum quem bertramums de hatesborch quondam famulus noster a nobis iure tenuit pheodali. Huius rei testes sunt, strennui viri. Marquardus stake et Hinricus de wilsede vasalli nostri. necnon dominus Willekinus prepositus dicti Monasterii. et plures alii fide digni. In cuius rei testimonium. sigillo nostro iussimus presencia roborari. Datum et actum hamborch in crastino beati Andree apostoli. Anno domini. M°. CCC°. XXII°.

[1]) *folgt nos, durch Unterpungierung getilgt.*

Cop. Harvstehud. fol. 44b im Hamb. Archiv.

1322. Dezbr. 21. **490.**

Johann, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, bestätigt die Schenkung von 20 Mark Renten seitens der Familie Wulff an die Vikarie in Kiel.

In nomine domini Amen. Uniuersis cristi fidelibus presentem paginam‖ inspecturis seu audituris. Iohannes dei gracia comes Holtzacie et Stormarie‖ et de Scowenborgh in domino salutem et rei geste agnoscere veritatem. Iustis po‖tencium desideriis prebere decet facilem nos consensum. Igitur presencium testi‖monio recognoscimus constare volentes omnibus et singulis tam presentibus quam‖ futuris. Quod nos ob incrementum diuini cultus et ad peticionem honesti famu‖li Conradi dicti wlf nostri vasalli dilecti, accedente voluntate et beneplacito nostrorum ve‖rorum heredum dimisimus ac liberaliter contulimus plenam proprietatem‖ que vulgariter dicitur Eghendom super viginti marcarum redditus quos miles ho‖nestus et strennuus dominus Hartwicus dictus wlf felicis recordacionis de consensu‖ et voluntate, filiorum Suorum et heredum videlicet Conradi. Hartwici et Marquardi‖ Ad vsus perpetue vicarie in Kyl temporibus perpetuis durature salubriter assignauit.‖ Vt igitur hec predicta nostra donacio robur perpetue firmitatis obtineat presentem‖ paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum et actum In‖ Castro kyl. Anno domini M⁰. CCC⁰, XXII⁰ In die beati Thome apostoli. presentibus‖ dominis Iohanne de brochdorpen. Teleuo pogghewisch, lupo de knope. militibus.‖ Dithberno dicto wluerstorpe famulo. testibus ad premissa vocatis et Rogatis.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel des Grafen an grüner Schnur. Cop. Bordesh. fol. 52b. Westfalen II. 84. S. H. U. S. II. S. 51.

1322. Decbr. 28. **491.**

Die Gebrüder von Wedel verkaufen dem Hamburger Domkapitel für 112 Mark Hamb. Pf. acht Scheffel Weizen Einkünfte im Dorfe Todendorf, Kirchspiel Rahlstedt.

Omnibus presencia uisuris et audituris. Nos Nicolaus Hinrici pinguis. Nicolaus iohannis et Nicolaus reymari militum quondam filii. dicti de wedele. notum esse cupimus et tenore presencium publice protestamur quod de maturo consilio amicorum nostrorum quorum intererat uel interesse poterat. et specialiter de beneplacito et consensu domine mechtildis aue nostre ac Lamberti de raboysen nostri awnculi, vendidimus honorabilibus uiris dominis. canonicis et ecclesie hamburgensi pro centum et duodecim marcis denariorum hamburgensium. nobis datis et in numerata pecunia solutis. redditus viginti octo modiorum siliginis in uilla Todendorp in parrochia radoluestede situata. in quinque mansis quolibet manso soluente quinque modios siliginis. et in quodam nouali ibidem quod roth dicitur soluente tres modios iure hereditario quiete et pacifice possidendos. Quos quidem redditus cultores dictorum mansorum et noualis. in festo beati martini sicut consuetum est. annis singulis soluere tenebuntur. In quo si deficerent uel forte satisfacere negligerent in termino iam pretacto. domini canonici predicti redditus predictos expignorabunt. et penam iuris secundum terre consuetudinem exinde ab eisdem cultoribus non satisfacientibus percipient. quandocumque et quocienscumque fuerit oportunum. et nos warandizabimus eosdem dominos . . Canonicos et ecclesiam iam pretactam per annum et diem. sicut in contractibus huiusmodi fieri consueuit. et si medio tempore impedimentum aliquod emerserit qualitercumque et a personis quibuscumque. per que iidem domini canonici seu ecclesia memorata contra nostram uendicionem predictam rite et

racionabiliter factam. in bonis predictis turbarentur quoquo modo. nos per fidem nostram infra quindenam postquam nobis intimatum fuerit ciuitatem hamburgensem intrabimus, inde non exituri. donec in amicicia uel in iure. omnia impedimenta suborta, fuerint disbrigata. In cuius rei euidens testimonium. sigillum meum videlicet Nicolai filii domini Hinrici pinguis militis quondam de wedele predicti pro me et fratribus meis. quorum tutor sum. vna cum sigillis patruelium meorum predictorum. ac Lamberti de raboysen prefati. mei awnculi. presentibus est appensum. Datum et actum hamborch. Anno domini M⁰. CCC⁰. XXII⁰. In die sanctorum Innocencium.

Lib. cop. Cap. fol. 130a im Hamburger Archiv.

1322. [?] **492.**

Gerhard, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, bestätigt die Verkäufe der Herren von Westensee an das Kloster Cismar.

..... seu audituris Gherhardus dei gracia Comes Holtzacie Stormarie et de Schowenborch salutem in domino. Cum noticiis rei geste, humanam multitudinem et va[rie]ta‖.....igitur perspeximus ut ea que sortiri debent inviolabilem firmitatem stilo viuaci et testium memorie commendentur, Hinc est quod ad noticiam omnium tam presencium‖ quam futurorum pervenire cupimus quod nostri vasalli Marquardus de Westensee miles, et Eggehardus fratruelis suus filius domini Wlf de Westensee militis, felicis recordacionis in nostra presencia constituti‖..... intererat aut interesse poterit, vendiderunt rite ac racionabiliter, de nostro ac heredum nostrorum consensu, beneplacito et voluntate Religiosis viris, dominis Abbati‖..... ordinis sancti benedicti lubicensis dyocesis villas suas et Molendina. videlicet Grobenitze cum curia et omnibus edificiis, molendino, indagine et lignis faginis inter‖..... dimidiam .... slemmin molendinum Slemmyn totaliter cum dimidio Manso adiacente et Piscina Becekendorp, que Swartebroth dicitur, Molendinum Sukestorp cum‖ ..... et si post ... dificaretur eandem piscinam superiorem molendinarius, arandi seminandi metendi ac seghetes deducendi habebit liberam facultatem addito etiam vno Manso‖..... ville Syuerdeshaghen distincto s..tis et aceruis cum omnibus dictarum villarum et molendinorum attinenciis et terminis suis omnibus hactenus habitis et optentis, quas uel que a nobis‖ ..... e su ..... el ea hactenus possederunt et habuerunt tam in Campis quam in aquis aquarumque decursibus, piscacionibus, agris, cultis et incultis, pratis, pascuis, et specialiter cum omnibus pratis que‖ ..... is ... ida ... excepto prato quod pertinet ad dotem ville Grobenitze, excluso eciam vno prato ex ista parte riui predicti versa ad lendest. quod solum pertinet ad villam lendest et non alia par ..‖..... lendinis paludibus viis et Inviis, egressibus et regressibus, cum Iudicio maiori et minori colli scilicet et manus necnon generaliter et specialiter cum omnibus emolumentis prouentibus et redditibus‖ ..... dictarum villarum et molendinorum comprehensis pro Tribus milibus marcarum et Sexcentis marcis. denariorum. Lubicensis monete. quas recongnoscebant dicti venditores se a dictis abbate et Conuentu‖..... suis heredibus ac fratribus ... commodo et iuri ipsis in dictis villis molendinis et bonis inpresenti competit uel competere poterit infuturum, renunciantes eciam excepcioni non nume‖[rate pecunie] ..... e eciam ..... stucioni in integrum litteris priuilegiis a sede apostolica uel aliunde in forma iuris uel gracie impetratis uel impetrandis et generaliter omni iuris beneficio‖..... to uel in parte ..... uel

extra rescindi possit uel quomodolibet infirmari dantes tradentes et resignantes in manus et potestatem dictorum abbatis et conuentus omnia et singula suprascripta‖ ..... sessione temporibus promiserunt eciam antedicti Marquardus et Eggehardus de Westensee, Abbati et conuentui prefatis, sollempni sup .... terueniente litem controuersiarum‖ ..... parte nullo tempore inferre uel inferenti consentire sed ipsa bona et redditus eis suisque successoribus in inproprietate quam in possessione ..... gitime‖ ... omnia et singula suprascripta perpetuo firma grata et rata habere et tenere nec contra facere uel uenire per se uel per alium aliqua causa uel in ... de iure uel de facto, Nos itaque Gher‖..... stris principis Domicelli Alberti, Ducis Saxonie, Angarie et Westfalie de quo terram nostram tenemus in feodo c[um iu]d[icio] colli et manus .....m‖ .....liter facta sanccione presencium confirmamus. Preterea consensu dilectissimi patruelis nostri Domicelli Iohannis Comitis Holtzacie et heredu.....‖..... suo et successorum suorum stipulantibus et recipientibus omnem libertatem domineum proprietatem ac vtilitatem que nobis et heredibus nostris .....‖..... stumis eosdem abbatem et Conuentum restaurantes et transferentes in ipsos ac Monasterium Cysmeriense. omne d.....‖ ..... dominus Iohannes ..... bone memorie possederat et nos post ipsum possedimus .....‖..... que ..... et bor ..... dicuntur decernentes .....‖..... suis terminis ad dictum abbatem et conuentum iure per.....‖..... uel prestacionis nobis et nostris heredibus remanere. Sed dictis Abbati et conuentui ad huius ..... consequi.....‖.....nt e...ere inposterum accedente consensu illorum quorum interest nos nostros heredes nec aliquem successor.....‖..... et supra liquide est expressum, Preterea si contingerent casu uel eventu naufragia in litoribus seu ripis maris in limitibus et terminis bonorum sepedictorum vel aliquas .....‖..... nichil nostra et heredum nostrorum intererit sed dicti abbas et Conuentus de hiis disponere et iudicare habebunt. quemadmodum de aliis ut predicitur cum eff.....‖..... voluntatis nobis reseruantes tamquam si numquam fuissent in nostro dominio uel potestate. Ita ut dicti Abbas et conuentus in villis et molendinis in redditibus et omnibus .....‖ .....tur expedire. In huius rei memoriam et perpetuam firmitatem Presens desuper scribi fecimus instrumentum et ipsis Abbati et Conuentui memoratis tradidimus‖ ..... ferus de ... erowe. Canonici Hamburgenses. Bertoldus de Rennowe. Otto de Golenbeke. Iohannes de Slamerstorpe. Detleuus de wensyn. milites nostri. Io...‖..... Lubicenses. Thidericus albus. Thidericus de warendorpe ciues dicte ciuitatis. Nos vero Domicellus Iohannes dei gracia comes holtzacie recognosco‖ ..... suis clausulis nomine nostro heredum et successorum nostrorum approbauimus et approbamus, confirmauimus et confirmamus in hiis scriptis renunciantes‖ ..... competit uel competere poterit infuturum. et in huius voluntarie renuntiationis perpetuam memoriam sigillum nostrum duximus presentibus appendendum‖ .... Westfalie dictorum nostrorum fidelium dominorum comitum. Holtzacie Gherardi et Iohannis precibus inclinati et ob anime nostre salutem, huiusmodi emptiones venditio ...‖..... Marquardi militis et Eggehardi fratruelis sui de Westensee factas gratas et ratas habentes et habere volentes ipsas nomine nostri et successorum nostrorum confirmamus‖ ..... consueu... confirmare. Presentia nostri Sigilli munimine roborantes. Datum et actum lubeke per manus Iohannis nostri notarii. Anno domini. M^o^. CCC‖ .....

Original sehr beschädigt im Staatsarchiv zu Schleswig. Reitersiegel des Grafen, Schildsiegel des Herzogs an grün-roten Schnüren.

1323. Jan. 15. **493.**

Johann, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem Kloster Cismar das Patronatsrecht der Kirche zu Grömitz.

..... uisuris seu audituris. Iohannes dei gracia comes holthzacie Stormarie ...‖..... ut ait apostolus. Qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus‖ ..... nessionis extreme aliquo semine bonorum operum preuenire. quibus crescat deuo‖ ..... augeatur, matura deliberatione et tractatu prehabitis, cum nostris fidelibus qui‖ ..... dedimus et damus in hiis scriptis religioso loco monasterio sancti Iohannis ewan‖ ..... et religiosis viris .. abbati et conuentui ibidem. ius patronatus ecclesie in villa Gro[1])‖ ..... quibus dare possumus, vel que nobis uel nostris successoribus competebant, vel com‖ ..... abbas et conuentus progenitorum nostrorum felicis recordationis patris scili‖ .....cbitus eorum sollempniter peragant in vigiliis et in missis, similiter cum‖ ..... carnis persoluerimus in anniuersario die vtriusque nostrum memoria‖ ..... uius itaque donationis nostre euidentiam sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes‖ ..... scharpenberch. Iohannes de brochdorp. Emeko de santberghe. Otto et emeko de wosceken. Nico‖.....hem. Iwanus de reuentlo. milites. Echardus de brochdorp. Thoke. Dethleuus. et Iohannes‖ .....ri et plures ... ad hec vocati specialiter et rogati. Datum et actum Cyscemer. per manus domini danielis cano‖ ..... urgensis nostri notarii. anno domini Millesimo. Trecentesimo. XXIII°. sabbato. post octauas Epyphanie.

[1]) *l.:* Grobenitze.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig defekt. Rot-grüne Siegelschnur. Nordalb. Studien IV. S. 347.

1323. Febr. 7. **494.**

Detlev Struve von Ranzau verkauft dem Kloster Neumünster den vierten Teil des Dorfes Söhren mit der Mühle und den Fischfang zu Eiderstede.

Ego Detleuus struuo miles dictus de rantzow recognosco in hiis scriptis quod vendidi preposito et conuentui in nouomonasterio quartam partem ville antique zorne et molendinum ibidem cum omni iudicio et attinenciis suis pratis pascuis paludibus instangnacionibus siluis agris cultis et incultis et piscaturis in stangno eidersteden Et si predicti domini in hiis bonis ab aliquo fuerint vexati ad me spectabit eos ab impedimentis quibuslibet liberare Item caucionem feci et faciam ne quis propinquorum meorum huic vendicioni aliquatenus contradicat Item feodum quod in iudicio habeo ad vtilitatem dictorum dominorum tamdiu conseruabo sicut propria bona mea quamdiu ipsi a me habere voluerint et cui quando et vbi voluerint resignabo Vt autem hec a me et meis heredibus qui predicta similiter facient si ad eos deuentum fuerit firmiter obseruentur et sicut placitatum in facienda caucione compleantur Sigillum meum presentibus est appensum Datum et actum Anno domini M°. CCC°. XXIII°. In crastino beate agate virginis et martiris.[1])

[1]) *W:* B. Mariae Virginis.

Cop. Bordesh. fol. 63b. Westf. II. 91.

1323. Febr. 22. **495.**

Gerhard und Erich, Grafen von Holstein und Schauenburg, bestätigen die Schenkungen ihrer Mutter und ihres Bruders zur Gründung einer Memorie für

ihren verstorbenen Vater, Grafen Adolf von Holstein und Schauenburg, an das Kloster Loccum.

Nos Gerhardus et Ericus fratres, Comites Holtzacie et in Scowenborch‖ iuniores, Vniuersis presencia visuris salutem in domino, Notum esse cupimus et in hiis litteris‖ protestamur, Quod donacionem bonorum videlicet vnius pecie siue Insule iuxta curiam‖ lodhe site, in Riuo qui ow dicitur, Et vnius Mansi in Campo et ville lachem‖ siti, necnon et Decime Octo mansorum in Campo ville Barchusen, vicine op‖pido nostro oldendorpe, Que bona domina Helena mater nostra dilecta ac frater noster‖ dilectus Adolfus Comes holtzacie et in Scowenborch, Religiosis viris fratribus siue Con‖uentui Monasterii Luccensis, ad habendum et agendum memoriam patris nostri domini Adolfi quon‖dam Comitis in Scowenborch in predicto Luccensi Monasterio tumulati,‖ fideliter contulerint gratam habuimus et ratam, cum pleno Consensu et vnanimi voluntate Ita vt idem‖ Conuentus predicta bona, perpetuo iure possideat, cum proprietate, pheudo, et aliis quibus‖cunque attinenciis, sicut ad nos tamquam ad veros heredes pertinuisse actenus dinoscuntur‖ Vt autem donatio predicta de nostro Consensu facta, lucidius conprobetur, dedimus fratribus predictis‖ hoc scriptum nostris sigillis manifestius communitum Datum Anno domini Millesimo Trecen‖tesimo Vicesimo Tercio, In kathedra Petri.

Original im Archiv des Klosters Loccum. Zwei Siegel am Siegelstreifen.

1323. Febr. 25. 496.

Der Rat zu Kiel vergleicht sich mit dem Hamburger Domkapitel über eine Vikarie und deren Einkünfte.

Omnibus presencia visuris uel audituris, Consules in kyl cum sincera dilectione Honoris et obsequii quantum possunt, Recognoscimus tenore presencium publice protestantes,‖ quod cum dissensio orta esset inter Honorabiles viros, Dominos Canonicos Ecclesie Hamburgensis parte ex vna, et Nos Consules kylenses parte ex altera, super vnius marce redditibus‖ quos Iohannes albus, quondam thelonearius in Hamburch, pie memorie primo ad quandam vicariam a nobis Consulibus in Ecclesia sancti Nicolai in kyl instauratam assigna‖uit, Postea vero in fine vite et vltimo suo testamento, ad comparandum perpetuo lumen, ad quoddam altare in Ecclesia Sancte Marie in Hamburch, per eundem Iohannem album,‖ et Marquardum Cattiskroych felicis recordacionis dotatum, iterato deputauit, Talis dissensio in modum subsequentem est sedata, videlicet quod vicarius prefati altaris‖ in Hamburch debet singulis annis in festo beati Michaelis, in stupa Iohannis buman, sita in kyl perpetuos redditus, vnius marce, percipere expedite, et, Nos prelibati Con‖sules kylenses, ex consensu et iussu discretorum virorum, Thiderico vppenperde, et Hinrici de Nesse prouisorum et testamentariorum sepedicti Iohannis albi debemus de bonis‖ eiusdem Iohannis pro salute anime sue, vnius marce redditus comparare, annis singulis, perpetuis temporibus persoluendos, in redditibus eque certis, in recompensam reddituum‖ predictorum, ne memorata vicaria a nobis dotata in renunciacione predictorum, vnius marce reddituum dampnum aut detrimentum paciatur, Ceterum si quicquam de‖ hereditate dicti Iohannis albi sita in kyl, quam aduocati domini nostri, Comitis Iohannis, sibi usurpando vendiderunt, exstorquere uel repetere ualeamus tempore succedente,‖ illico in emendam predicte vicarie in kyl integraliter conuertemus, et cum hoc omnis dissensio uel suspicio si qua fuerat inter dictos dominos Canonicos, et vicarium‖ altaris in Hamburch,

parte ex vna, et Nos Consules ac vicarium nostrum in kyl, parte ex altera, occasione prime donacionis sepedictorum vnius|| marce reddituum totaliter est sopita, vt autem Hec rata et inconwlsa permaneant, nostre Ciuitatis Sigilli munimine presentem litteram|| duximus roborandam, Testes huius ordinacionis, sev composicionis, sunt Domini, prepositus seu prouisor sanctimonialium in valle virginum|| prope Hamburch, Thidericus de equo Hamburgensis Ecclesie perpetuus vicarius, Nicolaus de luneborch, wernerus de metzekendorpe, Thidericus|| vppenperde Consules in Hamburch, et Hinricus de Nesse ciuis ibidem, Datum et actum in Hamburch Anno domini M⁰ CCC⁰ XXIII⁰, Incrastino|| beati mathie apostoli.

Original im Hamb. Archiv. Ein Siegeleinschnitt.

1323. Febr. 27. **497.**

Ritter Ludolf von Tondern und seine Frau Adelheid übertragen dem Kloster Loccum den Nieſsbrauch eines Werders und einer Wiese in Lodhe.

Nos Ludolphus de Tunderen, miles, et alheydis vxor ipsius, vniuersis presencia visuris notum facimus in eisdem,|| quod vsufructum, quem in insula et prato prope Lodhe, sitis a nobili viro domino . . Comite de Scowenborch hactenus|| habuimus . . honorabilibus dominis . . Abbati et . . Conuentui Monasterii in Lucka, dilectionis et amicicie testimonio, dimittimus|| et eisdem bonis perpetuo renunciamus in hiis scriptis, ita quod exnunc in area, nobis aut alicui nostro nomine nichil|| penitus iuris, in bonis predictis quomodolibet reseruatur, Incuius rei Testimonium meum videlicet Ludolphi militis antedicti|| sigillum presentibus est appensum, Datum Mynde, anno domini M⁰ CCC⁰ XXIII⁰ Dominica qua cantatur . . Oculi mei semper.

Original im Archiv des Klosters Loccum. Ein Siegelstreifen.

1323. März 12. **498.**

Adolf, Gerhard und Erich, Grafen von Holstein und Schauenburg, verpfänden dem Kloster Fischbek den Zehnten aus dem Dorfe Fischbek für 500 Mark Brem. Silbers.

Adolphus . . Gherhardus . . et Ericus fratres dei gratia Comites Holtzacie et in Schowenburg . . Heylewigis eadem gratia Comi||tissa locis in eisdem. vniuersis presens scriptum visuris seu audituris, salutem in omnium salutari Notum esse volumus, tam presen||tibus quam futuris quod nos cum vnanimi voluntate et cum consensu verorum heredum nostrorum venerabili domine lutgar||di Abbatisse et conuentui Monasterii in vysbeke Decima eiusdem ville vysbeke cum omni iure et attinentiis suis. pro quingentis|| marcis bremensis argenti obligauimus in hunc modum, quod eam infra Decem annos a die date littere numerandos, redi||mere non possumus nec debemus. quibus elapsis, si nos, aut nostri veri heredes prefatam Decimam redimere voluerimus|| hoc infra octauas festi paschalis iam dictis scilicet Domine abbatisse et conuentui in visbeke preintimabimus et extunc in festo|| Epyphanie domini proxime post venturo, prefatam pecuniam videlicet Quingentas Marcas bremenses. in parata, pecunia|| intra muros Querrenhamelen coram Monetario ibidem vel campsore in integrum sine sui diminucione et absque|| dilacione Domine Abbatisse et Conuentui predicti Monasterii in visbeke reddere ac restituere tenebimur et debemus.|| omni dubio postposito et remoto. quod quamdiu

non fecerimus, nichil iuris vel vtilitatis, nobis in sepedicta decima‖ poterimus vendicare . . vt autem hec obligatio tam rite facta, non posset aliquibus sinistris machinationibus in posterum‖ violari dedimus eis presens scriptum sigillorum nostrorum munimine roboratum ad euidentiam omnium predictorum . .‖ Testes huius rei sunt, henricus, ludolfus et Gherhardus sacerdotes et canonici in visbeke. fredericus Posth pro‖ tempore Dapifer noster, Ernestus dictus hake. Iohannes buscho, lodewicus. et waltherus dicti posthe. willekinus‖ de holte . . Iohannes de Dechere Richardus posth, Milites Iustatius de Redheren Iucgho post Adolphus de holte Iohan‖nes hilmarus et Rotgherus dicti de Bardeleue famuli . . Iohannes Grifo burgensis in Greuenalueshaghen. Iohan‖nes de holthusen prouisor Curie in visbeke et plures alii fide digni. Datum anno Domini Millesimo Trecentesi‖mo vicesimo tercio, quarto ydus Marcii.

Original im Archiv des Klosters Fischbek. Zwei Siegelstreifen, ein Siegelfragment am Siegelstreifen.

1323. März 12. 499.

Daniel, Propst, Adelheid, Priorin, und das Kloster zu Reinbek beurkunden, daſs ihr Kolone Hermann Marquard in Bunesbutle *vier Scheffel Weizen Einkünfte zur Dotierung eines Altarkalands in der St. Jacobikirche zu Hamburg verkauft hat.*

Omnibus in perpetuum presencia visuris seu audituris. Daniel prepositus, Alheydis priorissa totusque conuentus‖ sanctimonialium in reynebeke cum deuotis oracionibus salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi‖ quod constitutus in nostra presencia Hermannus filius marquardi noster colonus in bunesbutle cum consensu et volunta‖te suorum heredum et nichilominus nostro beneplacito et consensu vendidit et resignauit ad dotem altaris ka‖lendarum ecclesie sancti Iacobi in Hamborch redditus IIII^or modiorum siliginis qui borchscepel wlgariter appellantur, quos quidem‖ quatuor modiorum redditus dictus Hermannns aut sui heredes seu quicumque eiusdem Hermanni bona pro tempore co‖luerit sacerdoti prefati altaris infra muros Hamburgenses annis singulis persoluent semper in festo beati fe‖liciani perpetuis temporibus expedite. In cuius rei testimonium nostri conuentus sigillum presentibus est appensum.‖ Datum anno domini M°. CCC°. XXIII°. in die beati gregorii pape.

Original im Hamb. Archiv fast unleserlich. Siegel des Propsten am Pergamentstreifen.

1323. März 12. 500.

Das Hamburger Kapitel beurkundet die Stiftung einer Vikarie im Hamburger Dom seitens des verstorbenen Nikolaus Dekani.

Omnibus cristi fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit vel ostensum Nos Capitulum ecclesie Hamburgensis salutem‖ et sinceram in domino caritatem, Ad noticiam vestram insinuacione presencium cupimus peruenire, quod pie‖ memorie dominus Nicolaus decani, in Ecclesia nostra quondam perpetuus vicarius ad honorem dei et beate‖ marie virginis ac pro anime sue et benefactorum suorum salute, et maxime pro eo ne vnus sacerdos in Ecclesia‖ beati Petri, vno die duas missas celebraret, viccariam perpetuam in eadem ecclesia sancti petri offici‖andam

de infra scriptis redditibus instaurauit, Cuius factum tam pium quam laudabile approbantes‖ et per omnia non immerito commendantes, discretum virum dominum Nicolaum presbiterum, dictum Euerardi ad‖ eandem vicariam recepimus, annuentes, vt Goswinus clericus sororius willekini mornewech‖ postquam dictam vicariam per mortem uel resignacionem dicti Nicolai vacari contigerit, si ipse Goswinus‖ superuixerit, eidem Nicolao succedat, Post quorum discessum dicte vicarie collacio ad nos et Capitulum‖ nostrum libere transferetur, Memoratus vero Nicolaus, et sui successores ad altare maius in prefata‖ ecclesia sancti petri secundam missam pro defunctis uel aliam, que plebano competit, ad idem altare‖ perpetuo celebrabunt, nec de sacrificio uel uotiuis se aliqualiter intromittent, sed si quid de huiusmodi‖ perceperint, plebano nostro, qui pro tempore fuerit, per strictam conscienciam, presentabunt, stipendiis vi‖carie predicte contenti, Preterea prefatus Nicolaus et sui successores, omnibus horis in choro cum‖ plebano nostro et suis capellanis interesse debent et confessiones penitencium audire, in quadragesima‖ uel in aliis oportunis temporibus et infirmos visitare quando super hiis fuerint requisiti, Ipsis vero‖ Nicolao et Goswino mortuis dicta vicaria, nulli, nisi persone ydonee in sacerdotio existenti a nostris‖ Canonicis conferetur, Bona vero ad dictam vicariam deputata sunt ista, sex mansi in villa‖ Todendorpe prope Radoluestede soluentes tres choros siliginis annuatim et tercia pars decime‖ et Grunthure decem quadrantium qui dicuntur vertel et iarlant specialiter nominantur, In‖ parrochia Suderowe situate Quarum ualor ad quinque marcas viginti denariis minus se extendit‖ vt autem omnia predicta rata permaneant et inconwlsa in perpetuam horum memoriam presentes‖ litteras sigillo Ecclesie nostre fecimus roborari. Datum et actum Hamborch . . Anno domini M.⁰ CCC⁰ XXIII⁰ in‖ die beati Gregorii pape.

Original im Hamb. Archiv. Pergamentsiegelstreifen.

1323. März 19. 501.

Ritter Heinrich von Alverstorpe schenkt dem Nonnenkloster zu Schleswig sein Dorf Dyavele *in Jütland.*

Uniuersis presencia visuris seu audituris, Heinricus de Aluerstorpe miles salutem in eo qui‖ est omnium vera salus, Tenore presencium recognosco protestans publice, Quod requisitis omnibus‖ et singulis quorum intererat et qui de iure fuerant requirendi, ex vnanimi consensu et beneplacito.‖ omnium et singulorum meorum verorum heredum, bona voluntate. pie et liberaliter, ob animarum mee. et coniugis mee nec non et progenitorum meorum salutem, pure propter deum, religiosis in Cristo personis . . preposito . . priorisse. Totique conuentui Monasterii sanctimonialium in Sleswich contradidi et donaui villam meam Dyauele dictam in iutia sitam, Cum omnibus suis attinenciis. pratis. pascuis. paludibus. lignis. siluis. Rubetis. aquis, aquarumque decursibus, Molendinis. exitibus. et regressibus, viis et inviis, cum plena proprietate et libertate, cum iudiciis maiore et minore et omnibus intermediis, Cum omni commodo et vtilitate que in prefata villa haberi uel nominari potest. Cum terminorum distinctionibus sicut ipsa ab antiquis temporibus distincta est, Nichilominus plane et vniuersaliter cum omnibus iuribus, libertatibus. et condicionibus quibus ipsam memoratam villam hactenus possedi et habui perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendam, Promittens sollempniter presentibus. sepedictis . . preposito . . priorisse, aut Conuentui. vllo tempore vite mee litem aut controuersiam aliqualiter inferre aut inferenti con-

sentire, sed ipsam villam a qualibet impeticione vniuersitatis siue principis plenius disbrigare, Vt autem hec donacio mea robur perpetue firmitatis obtineat, presentem paginam duxi mei sigilli munimine roborare, Datum Castro Plone anno domini M°, CCC°. XXIII°, in sabbato ante palmas.

Original im Archiv des Klosters St. Johann vor Schleswig. Ein Siegel an seidener Schnur. Zeitschrift Bd. VI. Repertorien S. 110 Nr. 8. Reg. Dan. 1925.

1323. März 20. 502.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt mit Zustimmung seiner Söhne, Gerhard und Erich, der St. Nikolaikapelle in Hannover zwei Hufen in Linden, mit denen Johann von Stenhus der ältere einen Altar der Kapelle ausgestattet hat.

Datum anno Domini M°. CCC°. XXIII°. in festo palmarum.

U. B. der Stadt Hannover I. 148 nach dem Original im Stadtarchiv.

1323. März 20. 503.

Johann, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, überträgt dem Kloster Neumünster 20 Mark Renten aus dem Dorfe Klein-Flintbek.

In Nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, amen. Iohannes Dei gratia Comes Holtzatiæ et Stormariæ et de Scowenburgh. Universis Christi fidelibus præsentem paginam inspecturis, seu audituris, salutem in eo, qui est omnium bonorum retributor cum notitia rei gestæ. Quoniam mater erroris oblivio in devium sæpe trahit humani generis actiones, nisi cautio superhabundans adhibeatur. Necessarium igitur prospeximus, ut ea quæ sortiri debent inviolabilem firmitatem, stilo vivaci ac literarum testimonio perhennentur. Hinc est, quod universis, tam præsentibus quam futuris, cupimus esse notum et protestamur publice recognoscentes, quod nos ob incrementum divini cultus et pro animarum nostræ et coniugis nostræ, nec non et progenitorum nostrorum salute matura deliberatione atque piis ducti consiliis, et ad instantiam honesti famuli Conradi dicti Volf, nostri vasalli, cuius multimoda servitia, quæ nobis prædictus Conradus in pluribus retroiectis annis exibuit et impendit, non sunt habenda apud nos merito sine recompensa, contradidimus pie et liberaliter donavimus plenam proprietatem et libertatem, quæ in vulgari almannico Egendom dicitur, super viginti marcarum reditus denariorum Lubycensium, provenientes de villa, quæ dicitur Lutteken-Vlintbeke, in certis et deputatis mansis, in prænominata villa constitutis, quos quidem viginti marcarum redditus sæpe dictus Conradus ad usus unius perpetuæ vicariæ salubriter deputavit. Hos etenim redditus et colonos reddituum prædictorum sub ea libertate et commoditate esse et manere volumus, qua omnia bona ecclesiarum in districtu dominii nostri sita, utuntur plenius et fruuntur. Ut autem hæc donatio nostra stabilis et inconvulsa in perpetuum permaneat, præsentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborare. Datum et actum anno domini Millesimo Tricentesimo, vicesimo tertio in dominica palmarum. Testes sunt domini Ywanus de Revetlo. Heynricus de Alverstorpe, Iohannes de Brockdorpe, Heynricus Scharpenberg milites, in testimonium præmissorum vocati specialiter et rogati.

Westfalen II. S. 91.

1323. März 23. 504.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, und die Gräfin Heilwig schenken dem Kloster Fischbek die Vogtei über einen Meierhof zu Helpenhusen.

Adolphus dei gratia Comes Holtzatie et in Scowenburgh. heylewigis eadem gratia Comitissa eorundem locorum‖ omnibus ad quos presentes peruenerint, Salutem. Notum esse volumus vniuersis tam presentibus quam futuris quod‖ cum vnanimi voluntate et cum consensu verorum heredum nostrorum dedimus et donamus, immo et cum omni iuris inte‖gritate dimittendo presentibus resignamus domine nostre Lutgardi Abbatisse et conuentui in visbeke aduocatiam, quam habuimus super Curia dicta Meygerhof sita in villula helpenhusen, et super omnibus ad eam pertinentibus tam‖ in villa quam extra ob amorem quem semper ad dictum Monasterium in visbeke habuimus et pro honore sancti Iohannis baptiste‖ ibidem Patroni, ac precipue pro salute animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum perpetuis temporibus libere et paci‖fice possidendam. Ita videlicet quod nullus aduocatorum, seu officialium nostrorum‖ debet ex nunc dicta bona aliquibus modis inpetere aut seruitia uel exactiones a villico seu ab hominibus dicta bona colentibus exigere, quia omnia volumus eis‖ salua libera et integra permanere. Ne autem hec nostra liberalis donatio ac resignatio possit in posterum violari‖ dedimus eis presentem paginam nostris sigillis communitam ad euidentiam et testimonium predictorum. Datum anno domini. M⁰. CCC⁰. XXIII⁰. Decimo kalendas aprilis.

Original im Archiv des Klosters Fischbek. Zwei Siegel am Siegelstreifen.

1323. März 30. 505.

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, verpflichtet sich, das Kloster Reinfeld fernerhin nicht durch die Jagd zu beschweren und gewährt ihm zollfreie Einfuhr.

Gerhardus dei gratia comes Holsatiae et Stormariae salutem in domino sempiternam. Noverint universi, tam praesentes, quam futuri, quod nos propter salutem animae nostrae et animarum omnium progenitorum nostrorum Abbatem, conventum ac monasterium in Reynefeld eorumque homines et bona in nostram ac omnium haeredum ac successorum nostrorum suscepimus ac praesentibus suscipimus fidelem protectionem, promittentes Deo et eidem abbati et conventui sub bona fide, quod nos aut nostri advocati vel quicumque alii subditi nostri seu etiam haeredes aut successores nostri aut eorum subditi nunquam de cetero canes ad alendum vel polledros ad pabulandum ad dictum monasterium Reynefeld seu ad eorum curias, Grangias aut villas aliqualiter de caetero transmittemus seu transmittent. Et quod venatores nostri atque haeredum et successorum nostrorum nunquam etiam de caetero cum canibus venaticis homines eorundem abbatem et conventum debebunt gravare. Donamus quoque eisdem abbati et conventui liberam facultatem, quod in territoriis ac dominiis nostris, ubicunque voluerint, per se seu per suos certos commissarios quaecunque mobilia atque non mobilia libere et licite emere poterunt ex[1]) eadem sine omni theloneo, praecaria vel exactione atque sine omni nostra nostrorumque haeredum ac successorum aut advocatorum, subadvocatorum, commissariorum seu nunciorum nostrorum quorumcunque quacunque prohibitione generali vel speciali, ubicunque voluerint, libere ac licite transportare. Ut autem omnia ac singula promissa apud nos nostrosque haeredes

et successores robur perpetuae firmitatis obtineant, sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Segeberge anno Domini MCCCXXIII. feria quarta post sacrosanctum festum pascha praesentibus pluribus fide dignis.

[1] *l.:* et.

Hansen, Nachricht von den Holstein Plönschen Landen. S. 127.

1323. April 3. **506.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn schenkt dem Hamburger Bürger Simon von Alefeld vier Wispel Weizenmalz aus der neuen und 2 Mark Einkünfte aus der alten städtischen Mühle.

Iohannes dei gracia Comes Holtzacie et Stormarie, vniuersis presencia visuris seu audituris, in domino Salutem. Nouerint vniuersi,‖ tam presentes quam posteri, quod attendentes plura seruicia gratuita nobis et Officialibus nostris impensa‖ per Symonen de aleuelde, Ciuem nostrum Hamburgensem, ipsi, et suis Heredibus natis et nascituris damus‖ et concedimus quatuor choros triticei brazii, in nouo Molendino, dandos singulis annis temporibus‖ ad hoc statutis, et Redditus duarum marcarum, in antiquo Molendino, Ciuitatis nostre Hamburgensis‖ annuatim dandos, iure hereditario ac proprietario perpetuis temporibus possidendos. Hec quidem bona‖ domina yda relicta Hartwici de Erteneborch bone memorie et filii eius, Leo prepositus Hamburgensis et‖ fredericus, a nobis prius in Pheodo tenuerunt, Habebunt eciam predicti Symon et Heredes, hec bona‖ vendendi, obligandi et commutandi in parte vel intoto, quibuscumque voluerint absque aliqua contradictione‖ liberam facultatem, Vt autem hec omnia robur habeant et obtineant perpetue firmitatis, presentem litteram‖ in testimonium Sigillo nostro fecimus communiri, Sunt eciam testes, Heyno scarpenberch, et Iohannes bructorpe‖ milites, Daniel prepositus in Reynebeke Canonicus Hamburgensis, et Echardus bructorp, fideles nostri‖ et plures alii fidedigni, Datum Plone, Anno domini Millesimo CCC°. XX°. Tercio, Dominica Quasi. modo geniti.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen an roter Schnur.

1323. April 10. **507.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, tauscht mit dem Kloster Reinfeld eine halbe Hufe in Neuengamme gegen eine ganze in Kirchwärder aus.

Nos ericus dei Gracia Dux Saxonie Angarie et westfalie Recognoscimus per presentes. Nos cum‖ ecclesia . . abbate et conuentu reyneueldensi talem fecisse permutacionem. Dedimus enim ipsis‖ dimidium mansum in Noua Gamma circa bona eiusdem ecclesie in superiori parte albee situm‖ cum omni commoditate et libertate Iudicio maiori. et minori Censu qui dicitur koninges‖ tyns. necnon cum omni prouentu et vtilitate quemadmodum ad nos pertinere videbatur. Recipien‖tes a predictis dominis . . abbate et conuentu mansum integrum situm in kercwerdere in parte fi‖nali vel inferiori. in descensu albec cum omni iure et libertate sicut ad dictam ecclesiam pertinebat‖ In huius permutacionis et concambii testimonium et euidenciam contulimus predicte ecclesie presens scriptum‖ nostri sigilli robore consignatum. Actum presentibus vlrico prothonotario nostro. alberto wlf de‖ swartenbeke. Thetleuo de duuense. ludolfo et iohanne scacken militibus. et aliis quam pluribus‖ fidedignis Datum Anno domini. M°. CCC°. XXIII. In die Misericordias domini.

Original im Lübecker Archiv. (Bergedorfensia No. 2.) Reitersiegel des Herzogs.

1323. April 10. 508.

Daniel, Propst, Adelheid, Priorin, und das Kloster zu Reinfeld beurkunden, daſs Johann Eilhards Sohn Herrn Heinrich von Hamme zehn Himpten Weizen jährlicher Einkünfte aus seinem Eigentum in Havighorst verkauft hat.

Daniel prepositus. alheydis priorissa. totusque conuentus ancillarum cristi in reynebeke recognoscimus in hiis scriptis. quod Iohannes filius eylardi de nostro beneplacito uendidit honorabili uiro domino hinrico de hamme custodi hamburgensi decem hemptones sigilinis in tota hereditate sua libera. quam habet in uilla hauechorst infra octauam michaelis. in ciuitate hamburgensi annis singulis persoluendos. In quo si ipse Iohannes uel predicte hereditatis inhabitatores defecerint nuncii nostri. predicto domino hinrico uel cuicumque persone uel personis ecclesiasticis donauerit requisiti pignera sufficiencia presentabunt alias per arrestacionem in ciuitate hamburgensi. uel per censuram ecclesiasticam. licite poterunt requirere a bonorum inhabitatoribus eorundem. quod nos sub sigillo nostri conuentus protestamur plenius in hiis scriptis. Acta sunt hec anno domini M^0^. CCC^0^. XXIII. dominica qua cantatur misericordia domini. quasi modo geniti.

Lib. cop. cap. fol. 84a im Hamb. Archiv.

1323. April 14. 509.

Florie, die Witwe Glüsings, bekennt sich dem Kloster Ütersen zu einer Schuld von 100 Mark Pf.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod ego florie, quondam vxor Gluzinges bone‖ memorie, et mei Heredes obligamur Religioso viro domino.. preposito et Conuentui sanctimonialium‖ Monasterii in Vtersten, in Centum marcis denariorum, pro prebenda mee filie, quam in suum consorcium‖ benigniter receperunt, Pro eisdem vero Centum marcis singulis annis ipsis in festo beati mar‖tini dare promisimus decem Marcas denariorum, donec ipsis sepedictas Centum marcas ex toto et inte‖graliter solueremus, pro quo nobiscum strennui viri Hinricus famulus et dominus Luderus nostri‖ patrui, dicti de Borstele, Syfridus et volradus fratres mei, florie, similiter dicti de Borstele,‖ predictis domino.. preposito et Conuentui firmiter promiserunt, Nunc autem cum iam dictis.. preposito‖ et Conuentui talem fecimus condicionem, amicorum et Heredum nostrorum omni consensu et consilio‖ mediante, quod in Thelonio Hamburgensi ipsis assignamus decem marcas denariorum Hamburgensium‖ tollendas annis singulis temporibus ad hoc statutis, pro predictis Centum marcis, eo modo‖ quo famosi milites domini Ludolfus et Heyno dicti de Scarpenberch, easdem decem marcas‖ in predicto Thelonio nobis[1]) assignarunt, Ita quod predicti.. prepositus et Conuentus, easdem Decem‖ marcas, sicut et nos, habeant libera sub potestate dimittendi uel obligandi pro C marcis‖ denariorum, cuicumque vel quibuscumque voluerint prout eis visum fuerit expedire, donec a nobis vel predictis‖ Ludolfo et Heynone, militibus dictis scarpenberch, liberate fuerint et redempte, In cuius rei tes‖timonium sigilla predictorum nostrorum Compromissorum, vna cum Sigillo strennui militis domini Volradi de‖ Reventlo, testis ad promissa vocati, presentibus sunt appensa, Datum Hamborch anno domini. M^0^.‖CCC. XX^0^ tercio. In die beatorum Tyburcii et Valeriani martirum.

[1]) *übergeschrieben.*

Original im Hamb. Archiv. 2 Siegel fragm. 3 Siegelstreifen.

1323. Mai 4. **510.**

Adolf, Junker von Holstein und Schauenburg, beurkundet, dafs Marquard und Johann Stake dem Hamburger Domherrn, Notar Johannes acht Scheffel Weizen aus zwei Hufen in Duvenstedt verkauft haben.

Adolphus dei gracia domicellus holtzacie et de scowenborch omnibus presencia uisuris seu audituris in domino salutem. Nouerint vniuersi tam presentes quam posteri quod fidelis noster marquardus et Iohannes dicti stake. cum consensu ratihabicione et voluntate nostra vendiderunt rite et racionabiliter domino Iohanni notario canonico hamburgensi. et suis ueris heredibus redditus octo modiorum siliginis dictorum borschepel de duobus mansis sita in uilla duuenstede cum omni distinctione et situacione quos habent a zabello de louenborch milite nostro in festo sancti michaelis sine omni impedimento annis singulis exsoluendos. Ceterum dicti Iohannes et heredes. mar. et Iohanni predictis concedent ex gracia speciali. vt infra quatuor annos exnunc proximos. dictos redditus pro viginti quinque marcis denariorum hamburgensium reemere valeant expedite. alioquin iidem redditus. prefatis Iohanni et heredibus in predictis duobus mansis cum omni proprietate et iusto empcionis titulo. iure hereditario perpetuo remanebunt. Pandacionem eciam hure habere debent sepedicti iohannes et heredes in mansis eisdem. Possunt eciam hos redditus vendere seu obligare vel dare cui volunt. et hii cui uel quibus vendiderint obligauerint seu donauerint. suprascriptis condicionibus et libertatibus perfruantur. Predicta vero omnia de nostro consensu et voluntate facta vt prediximus. per appensionem sigilli nostri presentibus fideliter protestamur. Datum anno domini. M⁰. CCC⁰. XXIII⁰. in vigilia ascensionis domini.

Lib. cop. cap. fol. 118a im Hamb. Archiv.

1323. Mai 4. **511.**

Marquard und Johann Staken verkaufen dem Hamburger Domherrn, Notar Johann acht Scheffel Weizen jährlicher Einkünfte aus Duvenstedt.

Coram vniuersis presentem litteram uisuris seu audituris. Marquardus et Iohannes dicti staken recognoscimus et fideliter protestamur. quod nos rite et racionabiliter vendidimus domino iohanni notario canonico hamburgensi et suis ueris heredibus redditus octo modiorum siliginis dictorum borschepel de duobus mansis quos habemus a domino zabello de louenborch milite honesto et sitis in uilla duuenstede cum omni distinctione et situacione. in festo sancti michaelis sine omni impedimento annis singulis exsoluendos. Ceterum dicti iohannes et heredes nobis concedunt ex gracia speciali vt infra quatuor annos exnunc proximos dictos redditus pro viginti quinque marcis denariorum hamburgensium reemere valeamus. alioquin iidem ipsis in prefatis duobus mansis. cum omni proprietate et iusto empcionis titulo iure hereditario perpetuo remanebunt. pandacionem eciam hure. habere debent in mansis supradictis. Possunt eciam hos redditus vendere seu donare. cui uel quibus volunt cum condicionibus et libertatibus suprascriptis. et hii quibus uel cui eos vendiderint uel donauerint eisdem condicionibus et libertatibus frui debent. Preterea si infra quatuor annos predictos ante festum sancti michaelis sepedictos redditus reemerimus. tunc integram huram inueniemus in mansis eisdem. Nos eciam zabellus de louenborch predictus hanc uendicionem de nostro consensu et heredum nosfrorum et bona voluntate factam. ipsam eciam

notificantes. presentibus protestamur. In predictorum uero testimonium et munimen huic scripto. sigilla nostra vna cum sigillo sepedicti domini zabelli communiter sunt appensa. Testes huius facti sunt. dominus willekinus prepositus vallis uirginum. Iohannes de monte iunior. Hinricus halstenbeke et longus copeke ciues hamburgenses et plures alii fidedigni. Actum et datum. anno domini M° CCC°. XX tercio. in uigilia ascensionis domini nostri iesu cristi.

Lib. cop. Cap. fol. 134b im Hamb. Archiv .

1323. Mai 5. 512.

Herbord, Abt, und das Kloster zu Reinfeld tauschen von Herzog Erich von Sachsen, Engern und Westfalen gegen eine Hufe zu Kirchwärder (kercwerdere), *eine halbe Hufe zu Neuengamme* (noua gamma) *mit ganzer Gerichtsbarkeit und dem Königszins ein.*

Datum, anno domini millesimo. trecentesimo. vicesimo tertio. In festo ascensionis domini nostri iesu cristi.

Sudendorf, U. B. IX. S. 183, Note, nach dem Original, jetzt im Staatsarchio zu Schleswig, mit anhängendem Siegel.

1323. Juni 23. 513.

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn schenkt dem Hamburger Bürger Simon von Alefeld vier Wispel Weizenmalz aus der neuen und zwei Mark Geldes Einkünfte aus der alten städtischen Mühle.

Adolfus dei gracia Comes Holtzacie stormarie et Schowenborch vniuersis presencia visuris seu audituris in domino salutem.‖ Nouerint vniuersi tam presentes quam posteri, quod attendentes plura seruicia gratuita Nobis . . et Officialibus nostris . . inpensa‖ per Symonem de Aleuelde, Ciuem nostrum in Hamborch, ipsi . . et suis heredibus . . natis et nascituris, damus et‖ concedimus, quatuor choros triticei brazii in nouo Molendino, dandos annis singulis temporibus ad hoc‖ statutis, et redditus duarum marcarum, in antiquo Molendino Ciuitatis nostre Hamborch, annuatim‖ dandos, iure hereditario et proprietario perpetuis temporibus possidendos. Hec quidem bona Domina Ida‖ Relicta Hartwici de Erteneborch bone memorie, et filii eius Leo prepositus Hamborgensis et. fredericus a‖ nobis prius in pheodo tenuerunt. Habebunt etiam predicti. Symon. et Heredes hec bona vendendi‖ obligandi, et commutandi, in parte vel in toto, quibuscumque voluerint, absque aliqua contradictione liberam facultatem‖ Vt autem hec omnia robur habeant et optineant perpetue firmitatis, presentem litteram in testimonium‖ sigillo nostro fecimus communiri. Sunt etiam testes. Lodewicus dictus Posth miles noster. Iohannes dictus‖ de Monte, senior, proconsul Hamburgensis, Albertus Notarius noster, Henricus senior de Welzede et alii plures‖ fidedigni. Datum et actum Hamborch, Anno. Millesimo. CCC. XXIII°. in vigilia sancti Iohannis Baptiste.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen an roter Schnur.

1323. Juni 27. 514.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, verkauft an den St. Marienkaland im Lande Holstein für 76 Mark Lüb. Pf. 7½ Mark Rente in der Stadt Grube.

Omnibus cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit, Iohannes dei gracia Comes Holtsacie et Stormarie, salutem in Domino sempiternam. Quia‖ memoria hominum breuis est et transitoria, Idcirco que in tempore aguntur non immerito scriptis commendantur, vniuersis igitur et singulis presentem paginam‖ inspecturis cupimus esse notum. quod nos ad diuini cultus aucmentacionem. et ob animarum, nostrorum progenitorum, et nostre, nostre vxoris. ac nostrorum omnium‖ successorum remedium, et solamen. vendidimus rite et racionabiliter fratribus kalendarum sancte Marie in terra Holtsacie Septem marcarum‖ cum dimidia redditus pro Septuaginta et Sex Marcis numerate pecunie denariorum lubicensium, in Oppido Grobe, in agris quos colunt in‖frascripti. videlicet. Iohannes de grobe vnum mansum soluentem quinque marcas. Item Heyne relicta Sulf woldeghen dimidium mansum sol‖uentem duas marcas cum dimidia, fratribus kalendarum memoratis. Ne igitur agri prenominati propter defectum aliquem colonorum. seu paupertatem ma‖neant inculti. secundum successum temporis. ipsis fratribus. instituendi et destituendi. plenam concedimus potestatem. Insuper predicti fratres kalen‖darum, de speciali gracia quam ad nos habere noscuntur. conferunt nobis sponte liberum arbitrium et plenum posse. reemendi predictos redditus pro‖ predicta pecunia infra quadraginta annos continue subsequentes . . . . . tempore non reemerimus‖ extunc memorati redditus apud predictos fratres kalendarum et eorum successores iuste emptionis tytulo perpetuis temporibus per‖manebunt, In recompensam autem, huius vendicionis dicti fratres kalendarum, nos et vxorem nostram nostrosque successores legitimos ad‖ eorum fraternitatem recipiant nobis ac nostris sint ex debito astricti inpendere que suis . . . et mortuis fratribus solent exhibere.‖ Item volumus dictos fratres firmiter obligari pro nostris progenitoribus orare fideliter et deuote tempore kalendarum, ipsas missis, vigiliis ac aliis‖ operibus karitatiuis, prout deuocius poterunt peragendo. Ne autem aliquis super vendicione nostra, memoratis fratribus mouere valeat inposte‖rum questionem, volentes ipsos secura et pacifica sepedictorum agrorum perfrui possessione. ipsis presentem paginam nostri sigilli appensione,‖ contulimus roboratam. Huius rei testes sunt Domini Emekinus wozeke, Emekinus de Santbergh, Iohannes Brocdorppe aduocatus‖ noster. Milites, necnon Emekinus plebanus in Honsune et quam plures alli fide digni. Datum Plone Anno domini. M⁰. CCC⁰. XXIII⁰‖ in crastino Sanctorum Iohannis et Pauli Martirum.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Reitersiegel des Grafen am Pergamentstreifen. S. H. U. S. II. S. 52.

1323. Juni 29—Juli 6. 515.

Daniel, Propst, Adelheid, Priorin, und das Kloster zu Reinbek verkaufen dem Hamburger Kapitel zur Dotierung einer Vikarie für 25 Mark Pf. einen halben Wispel Weizen in Oldenburg (bei Boberg).

Nos Daniel prepositus. alheydis priorissa totusque conuentus ancillarum cristi in reynebeke. omnibus presencia uisuris volumus esse notum. nos vendidisse honorabilibus uiris dominis canonicis hamburgensibus ad quandam vicariam quam in eadem ecclesia marquardus kattescruch bone memorie instaurauit. pro. XX. marcis denariorum. nobis in parata pecunia persolutis dimidium chorum siliginis. quem habuimus in oldenborch infra quamlibet octauam martini in ciuitate hamborch. annis singulis persoluendum. in quo si defectum habuerint. nos de agricultura

nostra in stenbeke. predictis dominis. uel possessori predicte uicarie. infra eandem octauam satisfacere tenebimur. donec predictis dominis alias dimidium chorum siliginis assignauerimus prout ipsorum complacuerit voluntati. quod nos prepositus et conuentus sub sigillis nostris protestamur plenius in hiis scriptis. Datum hamborch. Anno domini M⁰. CCC. XXIII. infra octauam apostolorum petri et pauli.

Lib. cop. cap. fol. 84b im Hamb. Archiv.

1323. Juli 10. **516.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt unter Zustimmung seiner Brüder, der Grafen Gerhard und Erich, dem Kloster Barsinghausen vier Hufen mit einem Hofe zu Hulsede, *früher Lehen des Ritters Johann Post und jetzt samt dem Zehnten zu* Meynerdessen *dem Kloster für das Dorf* Herekendorp *und 28 Mark bremischen Silbers verkauft.*

v. Hodenberg, Calenb. U. B. I. (Kloster Barsinghausen) 142.

1323. Juli 15. **517.**

Bestätigung des Friedens seitens des Kirchspiels Brunsbüttel.

Quoniam ea que fiunt in tempore propter instabilitatem humane nature per decursum temporis‖ transire sepissime consueuerunt expedit facta hominum scripturarum testimonio perhennari‖ Hinc est. quod nos aduonsules[1]) et vniuersitas parrochie brunesbutle omnibus‖ ac singulis ad quos presens scriptum conuenerit[2]) cupimus esse notum. quod composicionem‖ et pacem ab illustri principe domino Erico duce iucye ordinatam inter dominum‖ gherardum comitem holtsacie et suos ueros heredes suosque adiutores et‖ inter dominum iohannem episcopum sleswikcensem suosque successores et adiutores parte‖ ex vna. ac terram nostram dytmarcie parte ex altera. prestita fide corporali. si‖cuti littere nostre vniuersitatis continent promittimus obseruare. vt hec autem‖ composicio firma et inuiolabilis perpetuis temporibus perseueret presentibus nostre parrochie‖ sigillum duximus apponendum. Datum meldorpe anno domini. M⁰. CCC⁰. XXIII⁰. feria‖ sexta ante festum marie magdalene.

[1]) *l.:* consules, *verschrieben aus* consules et aduocati. [2]) *l.:* peruenerit.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegelstreifen.

Es sind außerdem die im wesentlichen gleichlautenden und von derselben Hand geschriebenen Bestätigungen der Kirchspiele Burg (Bokelenborgh), *Hennstedt* (Honstede), *Oldenwöhrden* (Oldenworden), *Hemme* (hemme), *Süder-Hastedt* (Kercherstede), *Büsum* (Busen), *Wesselburen* (Wislingburen), *Tellingstedt* (Tilligstede), *Marne* (Merne) *und Eddelack* (Edelake) *vorhanden, alle mit derselben Datierung (oder* feria sexta *und* quarta ante **M. M.**) *U. B. zur Geschichte des Landes Dithmarschen 18. 19. Reg. Dan. *1342. s. 1946.*

1323. Juli 18. **518.**

Geschworene und Gemeinde Neuenkirchen bestätigen den zwischen Grafen Johann von Holstein und Bischof Johann von Schleswig einerseits und dem Lande Dithmarschen andererseits geschlossenen Frieden.

Quoniam ea que fiunt in tempore propter instabilitatem humane nature et per decursum temporis‖ transire sepissime consueuerunt expedit facta hominum scripturarum testimonio perhennari‖ Hinc est. quod nos iurati et vniuersitas

parochie Nigenkerken|| omnibus ac singulis ad quos presens scriptum peruenerit cupimus esse notum quod composici||onem et pacem ab illustri principe domino Erico duce iucye ordinatam inter|| dominum iohannem comitem holtsacie et suos veros heredes suosque adiutores|| et inter dominum iohannem episcopum sleswikcensem suosque successores et adiutores parte ex v||na et inter terram nostram dytmarcie parte ex altera prestita fide corporali,|| sicuti nostre vniuersitatis Littere continent promittimus obseruare. vt hec autem|| composicio firma et inuiolabilis perpetuis temporibus perseueret presentibus nostre parochie|| sigillum duximus apponendum, Datum meldorpe. Anno domini. M°. CCC°. XXIII° feria II^a^. ante festum|| marie magdalene.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegelstreifen.

1323. Juli 21. **519.**

Vogt, Ratgeber, Geschworene und Gemeinde des Landes Dithmarschen beurkunden den von Erich, Herzog von Jütland, zwischen dem Grafen Gerhard von Holstein und Bischof Johann von Schleswig einerseits und ihnen, den Dithmarschen, andererseits vermittelten Frieden.

In nomine domini Amen, Ne ea que aguntur in tempore simul labantur cum tempore, expedit ipsa scripturarum testimonio perhennari, Hinc est quod nos, aduocati, Consules, Iurati, totaque uniuersitas terre dhitmarcie presentibus protestamur, quod dominus Ericus dux Iucie placitauit firmam et perpetuam pacem habendam,|| inter dominum Gherardum Comitem holtsacie et suos veros heredes suosque adiutores, et dominum Iohannem Episcopum sleswicensem suosque adiutores parte ex vna, et inter dithmarcos eorum adiutores parte ex altera, tali modo, quod albea, Eydria, Trea, et Sorka omnibus mercatoribus et nauigantibus pre dhitmarcis|| omnibus et eorum causa quicquam facere et omittere volentibus in perpetuum ab omnibus impedimentis et iniuriis debent esse liberi atque tuti, Item Castra Tylenborgh et Hanrouwe in perpetuum debent stare in locis nunc stantibus pre vniuersis dhitmarcis et eorum successoribus et eorum causa facere et omittere|| volentibus uniuersis nullasque Machinationes ammodo de fractione Castrorum eorundem penitus faciendas, Item predictus Comes et sui heredes debent omnia bona sua que ad presens habent in dhitmarcia et sui progenitores uncquam in eadem terra usque ad presens tempus habuerunt absque omni gwerra et contradictione libere || possidere inperpetuum, Si vero idem Comes uel sui veri heredes bona aliqua in dhitmarcia inpeterent aliena, quod dhitmarcis minus iustum probabiliter videretur, illa quidem bona duodecim ex Consiliariis ditmarcorum quos Comes ad hoc nominauerit iurabunt, quod ipsi maius ius habent ad predicta bona|| quam predictus Comes vel sui etiam successores, preterea si aliqui dhitmarci aliqua bona habent in holtsacia, illis libere debent vti, ac si ipsi aliqua bona inpetunt in holtsacia aliena que Comes sibi usurpasset, pro illis bonis Sex milites et tot armigeri iurabunt, quod Comes maius ius habent [1]) in illis quam dhit||marci, Si uero aliquis subditus domini Comitis aliqua bona talia haberet que dhitmarci inpeterent se expurgabit simili iuramento, Item predicti dhitmarci nuncquam facient vel permittent fieri de terra sua, etiam per dominum Bremensem archiepiscopum vel per quemcunque uiuentem quod in predictorum dominorum vergat in preiudicium|| vel grauamen, Si vero dominum archiepiscopum bremensem dominum dhitmarcorum gwerram habere contigerit cum aliquo predictorum et

dhitmarcos in adiutorium vocauerit, ipsi ad eum qui voluerint albeam transibunt et sic iuuare eum de terra poterunt aliena, per quod subsidium presens pactum minime violabunt, Item si predicti domini vi‖delicet dux et Comes auxilio aliquorum dominorum siue stipendariorum inposterum indigerent, quos transire terram dhitmarcorum oporteret, hoc dhitmarci debent admittere et eos in transitu et in reditu fauorabiliter promouere, Item predictus Comes predictam terram dhitmarcie et omnes dhitmarcos‖ ex terra sua et municionibus cum omnibus sui causa quicquam facere et dimittere volentibus in nullo debet grauare, nec in iniustis theloneis aliquatenus molestare preterea si aliqui terram dicti Comitis transirent qui dhitmarcos invadere vellent, dhitmarci se defendendo illos insequi et persequi‖ per terram Comitis possent capere et occidere prout eis fieret oportunum, Comite cum suis militibus et famulis nullatenus resistente, Item si dominus Episcopus Slesuicensis in dhitmarcia, siue dhitmarci in bonis ipsius episcopi aliqua bona inpeterent, quilibet illorum tali iure et iuramento se purgabit sicut superius‖ est expressum, Item si aliquis ex utraque parte rapinam seu furtum commiserit talis infra sex septimanas dum iusticia de eo fuerit postulata debet sentencialiter iudicari, et bona ablata debent integraliter restitui uel persolui, quod si reus deficeret vel profugus existeret sui proximi pro eo satis‖facient, Si proximi deficerent vel non essent, parrochia in qua reus morabatur cum furtum commisit et rapinam eadem bona totaliter persoluet,[2]) Item si aliquis pro rapina uel furtu ab aliquo parte ex utraque ex suspitione vel infamia incusatur, sub quo tamen res furtiua uel rapta non‖ inueniretur, ille debet se cum duodecim amicis suis fidedignis de crimine expurgare, Item de lacunis in eydria wlgariter were dictis dhitmarcorum inter Thylenborgh et Reyndesborgh sitis stat in arbitrio domini Comitis tali modo, si ipse lacunam suam in palenhuden‖ frangere voluerit, tunc dhitmarci omnes lacunas suas inter Thylenborgh sitas et reydenborgh destruent confringent, Si vero dominus Comes lacunas dhitmarcorum inter Thylenborgh et reyndesborgh et subter Thylenborgh ad usus suos optinere voluerit inconfractas‖ tunc dhitmarci lacunam in palenhuden que hactinus domini Comitis fuerat ad usus suos retinebunt, prata autem et ligna inter Thylenborgh et Reyndesborgh in terra dhitmarcie sita si qua ipsi inpetunt, quod maius ius quam Comes habeant, debent cum duodecim de Consilio eorum quos‖ Comes nominauerit optinere, per hec autem placita superius interposita omnis dissensionis materia et discordia qualicunque modo inter predictos dominos, et terram dhitmarcie habita totaliter sopita, preter antiquum homicidium quod parentela de Reuitlo, cum parentelis, wolderikis man‖ et Meyeman antiquitus habuerunt, propter quot tamen non licet eis parte ex utraque quemquam rapina, captiuatione, incendio molestare, In horum autem testimonium dhitmarci procurabunt aptas litteras videlicet domini Archiepiscopi vel Capituli bremensis Ciuitatumque bremensis et‖ Sthadensis, quod si facere nequiuerint, hoc probare et iurare cum duodecim de consilio eorum, qui per dominum Comitem fuerint nominati, cum requisiti fuerint tenebuntur, vt hec autem omnia et singula habeant robur perpetue firmitatis, Sigillum nostrum scilicet nostre vniversitatis terre pre‖sentibus est appensum, datum hanrouwe anno domini Millesimo tricentesimo vicesimo tercio in vigilia beate Marie Magdalene.

[1]) *l.:* habet. [2]) *zuerst geschrieben:* persoluebit.

In dorso (*s. 15.*): placita domini Erici ducis Iucie . . . . . Ditmarcos.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Rest eines Siegelstreifens. U. B. zur Geschichte Dithmarschens 17. Reg. Dan. 1934.

1323. Juli 23. **520.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, überträgt den Hamburger Bürgern Heinrich, Johann und Winand von Stendal fünf Wispel Weizenrente aus der neuen und alten Mühle zu Hamburg.

Adolfus dei gracia comes Holtsacie et in Scowenborch Omnibus presencia visuris seu audituris sa‖lutem in domino, Cum gesta temporalia, ab humana memoria faciliter elabuntur que nec testium voce nec‖ litteris eternantur nostris actibus sic precauere uolumus, ut robur debite valetudinis non amittant, Noscat‖ igitur in perpetuum, etas presencium et futura, quod de matura nostra prouidencia, et heredum nostrorum con‖sensu, ac fidelium nostrorum consilio Hinrico et Iohanni et Wynando, de Stendale. fratribus. ciuibus‖ nostris in hamborch, ac eorum pueris filiis et filiabus necnon filiorum filiarumque heredibus, Omnibus nunc natis‖ et perpetuo nascituris, Quinque choros siliginis wyshepel wlgariter dictos, videlicet, duos in Molendino‖ nouo et tres in antiquo Molendino in Hamborch qui quondam fuerant fidelium nostrorum, Marquardi et Iohannis‖ Staken et progenitorum suorum donauimus et contulimus liberaliter sine cuiuslibet contradictione pheodali iure, perpe‖tue statutis temporibus percipiendos et pacifice possidendos, Verum cum bene rationi congruat, vt‖ digni dignis respiciantur premiis propter multa grata obsequia, patri nostro bone memorie et nobis a dictis Henrico Iohanne. et wynando, cum fidelitate exhibita, et amplius exhibenda, eisdem Hinrico, iohanni,‖ et wynando, ac eorum pueris filiis et filiabus necnon filiorum filiarumque heredibus, omnibus, perpetuam facere volu‖mus, libertatem ipsos ab armorum seruiciis que hereuart dicuntur, et ab omni expeditione et simpliciter vt‖ nichil excludatur a cunctis seruitiis que de bonis pheodalibus nunc et imposterum fieri solent, liberos esse‖ volumus, a nobis et nostris successoribus et solutos . . . . . insuper et concedimus sepedictis. Hinrico Iohanni et wy‖nando et ipsorum pueris filiis et filiabus necnon filiorum filiarumque heredibus omnibus, plenam et liberam potestatem‖ vendendi. obligandi. seu donandi. prenominatos quinque choros siliginis, cuicunque seu quibuscunque uoluerint in par‖te vel in toto, Et nos eidem vel eisdem, cui vel quibus, sic venditi obligati fuerint vel donati, eosdem‖ pheodaliter conferre tenebimur, omni occasione negandi exclusa, qui tunc ipsis libere perfruentur, prout prefa‖ti. Hinricus Iohannes et wynandus, aut ipsorum heredes, ipsos possiderunt iure nichilominus pheodali vt igitur‖ hec omnia suprascripta inuiolabiliter obseruentur presentes litteras, cum positione testium, videlicet‖ dominis lodewico dicto post milite nostro, hinrico de wlstede iohanne de Monte Hinrico de hetfelde,‖ Hinrico blomenberch ac iohanne de Edemiz et aliis quam pluribus fidedignis sigilli nostri robore communimus‖ Datum et actum Hamborch, in vigilia beati iacobi apostoli, Anno domini Millesimo Trecentesimo, vicesimo tertio.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel an seidener Schnur.

1323. Aug. 29. **521.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs Marquard und Johann Stake dem Hamburger Bürger Johann vom Berge dem jüngeren für 60 Mark Hamb. Pf. die Gerichtsbarkeit über das Dorf Winterhude verpfändet haben.

Iohannes dei gracia Comes holtzacie et stormarie Omnibus presencia visuris salutem in domino. Constituti in nostra presencia Marquardus et Iohannes dicti staken armigeri recognouerunt se sponte et bona uoluntate cum nostro consensu

obligasse Iohanni de monte Iuniori ciui nostro in hamborch et suis heredibus titulo pignoris pro LX marcis denariorum hamburgensium omne ius maius et minus ville winterhuden cum omnibus eiusdem iuris pertinenciis in festo pasce nunc proximo pro eisdem denariis per predictos famulos reemendi. Quod quidem ius ut iam premittitur. si predicti famuli quocumque casu contingenti non reemerint pro iam dictis denariis. in prefato termino extunc dicto iohanni de monte Iuniori ciui nostro in hamborch et suis veris heredibus cessante omni reempcione a quocumque eciam omne ius ville predicte cum eiusdem iuris attinenciis. necnon cum omni proprietate libertate et commoditate inperpetuum pertinebit. Testes aderant. strenui viri thetleuus wlf et hinricus scarpenbergh milites Eghardus brukdorp et tymmo dunkerstorp famuli vasalli nostri et plures alii fidedigni. In cuius rei testimonium sigillo nostro iussimus presencia roborari. Datum in castro nostro arnesuelt anno domini M⁰. CCC⁰. XXIII⁰. in festo decollacionis beati iohannis baptiste.

Cop. Harvstehud. fol. 46b im Hamb. Archiv.

1323. Septbr. 2. **522.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verleiht dem Kloster Fischbek das Versetzungsrecht über seine Bauern.

Nos adolfus dei gratia comes holzacie et in scomborch recognoscimus omnibus hanc litteram visuris seu audi||turis et publice protestamur. quod cum consensu et voluntate omnium heredum nostrorum obreuerentiam dei ac sancti Iohannis bap||tiste pro remedio anime nostre et progenitorum nostrorum dedimus et presentibus donamus de gratia speciali. venerabili|| domine lut. abbatisse et conuentui monasterii in visbeke. liberam ac plenariam facultatem homines vtriusque sexus|| ad dictum monasterium visbeke pertinentes quocunque modo iure vel forma, ex nunc et in antea transponendi et locandi|| Super bona sua vbicunque situata a nostra aduocacia vel iuridictione liberata et exempta, ad eadem excolenda|| vel quocunque alio modo possidenda et hoc quandocumque et quocienscumque eis opus fuerit vel necesse habuerint|| et hoc nostra et nostrorum heredum voluntate et beneplacito minime requirendi. Addito quod quamdiu dicti homines in|| predictis liberis bonis manserint, manebunt ab omni peticione exactione et alia qualicunque in festacione pre nobis et pre|| omnibus propter nos facere aut dimittere uolentibus liberi et soluti. In huius rei testimonium hanc litteram nostro sigillo roboramus|| Datum anno domini. M⁰. C⁰C⁰C⁰. XXIII. quarto nonas Septembris.

Original im Archiv des Klosters Fischbek. Ein Siegel am Siegelstreifen.

1323. Octbr. 30. **523.**

Johann, Bischof von Ripen, überträgt die in ihren Einkünften geschmälerte und einen eigenen Priester zu halten unvermögende Kirche zu Spanduith *dem Kloster* Loci dei *unter Vorbehalt der bischöflichen Rechte.* — „Reprehensibile iudicari.“

Datum Ripis anno domini M CCC XXIII. Dominica proxima ante festum omnium sanctorum in presentia reuerendi patris, domini Esgeri dei gratia Lundensis Archiepiscopi, Suetiae primatis, ac aliorum Clericorum et Laycorum plurimorum.

Reg. Dan. 1940.

1323. Octbr. 31. **524.**

Esger, Erzbischof von Lund, Primas von Schweden, bestätigt die Schenkung der Kirche zu Spanduith *seitens des Bischofs Johann von Ripen an das Kloster* Loci dei. — „Nouerint vniuersi."

Datum Ripis tempore visitationis nostre ibidem, anno domini M CCC XXIII in vigilia omnium sanctorum.

Reg. Dan. 1941.

1323. Novbr. 2. **525.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs die Herren von Hamme 3 Mark Einkünfte aus einer Hufe in Grönwohld zur Pflege des Gottesdienstes in Lütjensee und Grönwohld für den Pleban in Trittau angewiesen haben.

Nos Iohannes dei gracia, Comes Holtzacie et Stormarie, omnibus presencia visuris notum facimus,‖ quod, ad instanciam Honorabilis viri, domini Hinrici Thesaurarii Hamburgensis, Ottonis‖ fratris sui, et Hinrici fratruelis eorundem dictorum de Hamme, annuimus et concessimus de gracia‖ speciali, quod iidem trium marcarum redditus cum proprietate situatos in vno manso in‖ villa Gronewolt, quem quidem mansum hartwicus dikman nunc[1]) colit, ad cultum diuinum in‖ villis Luttekense et Gronewolt excercendum, eosdem redditus plebano in Trittrowe uel‖ alteri sacerdoti per eorum voluntatis libita dimittendi liberam habeant facultatem, iudicio et‖ seruicio ipsis et eorum heredibus nichilominus reseruatis, addito eciam quod si Colonus dicti mansi‖ de censu suo sacerdoti deseruienti in villis predictis Luttekense et Gronewolt infra octauam‖ Michaelis singulis annis non satisfaceret, extunc ipse sacerdos pandandi huram suam uel ali‖as per censuram ecclesiasticam extorquendi eandem, liberam habere debeat potestatem, acta sunt hec In Castro Arnesuelde anno domini M⁰ CCC⁰ XXXIII⁰ In Crastino omnium sanctorum presentibus‖ Honorabilibus viris, Domino daniele preposito In Reynebeke, Ludolfo et Hinrico fratribus dictis‖ de Scarpenberghe militibus, Timmone de Dickersdorpe et Echrardo de Borkdorpe‖ armigeris, ad hoc vocatis specialiter et rogatis.

[1]) h. d. n. *von anderer Hand mit hellerer Tinte nachgetragen.*

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen am Pergamentstreifen.

1323. Novbr. 11. **526.**

Bündnis des Holsteinschen Adels.

Heyl vnde salicheyt alle dhen, dhe dhessen bref senh vnde horen, we Riddere vnde knechte, dhe hir na bi screuen stan, her luder van plone, her otto vnde her dhetlef van bocwolde, her hinrick van ouwe, her hinrick splyt, her benedictus van‖ aliuelde, her doso blok, her emeke hako, her frese vamme dhorne, her ywan vnde her eggherd van dyzzouwe, her emeke vamme santberghe, her hasso both, her iohan van slamerstorpe, her nicolaus de olde, vnde her nicolaus de iunghe vamme Crumen‖dyke, her luder vamme borstelde, her otto sthen, her iohan van Ricklickistorpe, her dhetlef van dher wensynen, her marquard van westhense, her hartwich van reuitlo Her iohan van ouwe.

Marquard van sickhim, hinrick vnde herman van ricklickistorpe, hasso partzouwe, dhetlef hako, lambert van der roboysen, Claus block, dhetlef vnde hart-

wich blok|| herman both, hennike crumendick, hinrick vnde otto van boc||wolde, Reymer vnde volrad van bocwolde, otto splyth, Man van dizzouwe, emeke plone, Claus van weddele, Slichte bocwolde, wlf vnde timmo, vnde dhetlef van bistickisse, parck, egghert vamme dhorne, iohan wilberghe, luder vamme plone, hen||nike vamme haghene, herman dunker wolder both, Timmo block, luder vnde iohan van ouwe, Gotscalk vnde bertold van der wensynen, Otto morder, Claus meynerstorpe. ywan van reuitlo,

bikennet vnde tůghet in dhessime siluen breue dhat we endrachliken vnde menliken, durch nod willen vnde vnrechticheyt wedder thostande hebben vs tho hope bunden vnde ghelouet, also, als hir na bi screuen steyt, Queme dhat|| also, dhes God nicht ene wille, dhat ienich man, he were ock we he were, van ienighis mannis weghene vth greuen iohans slote, oder vth sinen brode, vser ienighen to vnrechte ver vinghe. an liue oder an gůde, oder an eren, oder|| wo dane wis dhat tat were, dhes dessen vif ridderen, hern ludere van plone, hern dosen bloken, hern otten van bocwolde, hern marquarde van westhense, vnde hern hinrick splyte dhuchte vnrecht vnde vnlik wesen, dhat scolle|| we menliken na erme rade, vnde na erme hete weddher sthan, vser iewelick mit alle sine macht mit liue, mit gůde, mit vrinden vnde mit maghe, vnde mit alle dhen, dhe mallick dar in then mach vnde vser nehn shal dhes|| anderen ane gahn, dhe sake ene hebbe en ende, dhesse be bindinghe, vnde dhit trůwe lŏuide scal nu an stahn tho dhessime siluen sente Mertins daghe dhe nu is, vnde shal waren dhre iar umme vn dumme, were ock dhat dhat ienich|| scelingh oder twedracht, vnder vs nu were, oder noch binnen dhessen vor bi nomeden dhren iaren vnder vs worde dhat scal mallik nemen vnde gheuen, vnde scal sick dhar ane noghen laten vser iewelick bi|| sineme lŏuide, dhat he ghe louet heuet Oppe dhat alle dhesse dhing sthede vnde vast bliuen so hebbe we vser iewelick dheme anderen en truwen ghelouet, vnde hebben tho tůghe vnde tho orkunde aller gůden lůde, vse inghe||seghele to dhessime siluen breue ghehenghet vnde is ghescreuen vnde gheuen, in sento Mertins daghe, na Godis borth dhusint iar dhrehundirt iare, in dheme dhre en twintighisten iare.

Bouen alle dhesse dingh s . . . . wat dhesse siluen vif Riddere vsick dohn vnde laten hetet binnen dhessen siluen dhren iaren endrachliken, dhat scal vser iewelik dohn vnde laten, mallik bi sineme louide sunder ienigher hande wedder sprake.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen.

Pergament in vier Absätzen, von denen der letzte gerade eine Zeile füllt. Kleine gedrängte Minuskel. An allen vier Seiten des Originals, welches durch die schlechte Aufbewahrung sehr gelitten hat, sind dicht bei einander schmale Siegelstreifen, von denen die Siegel jetzt fehlen bis auf ein Qualensches (Eberkopf in ungeteiltem Felde und drei Buchwaldsche (Bärenkopf mit Krone in geteiltem Felde, die dunklere durch Schraffierung angedeutete Farbe ist oben, wie jetzt noch in der Fresenburger Linie, rot-weiſs).

S. H. U. S. II. S. 54.

1323. **527.**

Privilegium Iohannis comitis Holsatiae *(für Kloster Reinfeld)*, quod libere comprehendi possint iniuriatores coenobii. 1323.

Angeführt: Hansen, Nachricht von den Holstein-Plönschen Landen S. 127.

1324. Jan. 6. **528.**

Junker Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, schenkt dem Kloster Obernkirchen zwei Hufen im Dorfe Veldhen.

In Christi nomine Amen. Dei gracia Nos Adolfus Domicellus Comes Holtsacie Stormarie et in Schowenborg Tenore presencium recognoscimus et testamur quod ex beneplacito et consensu dilectorum fratrum nostrorum Gherardi et Erici omniumque coheredum nostrorum duos mansos sitos in campis ville Veldhen cum omni iure et vtilitatibus vniuersis quos vasallus noster Iohannes dictus van der Ghele conuentui ancillarum Christi in Ouerenkerken vendidit et coram nobis deliberato animo resignauit prenominato Conuentui donamus et approbamus rite et racionabiliter in hiis scriptis Renunciantes pro nobis et heredibus nostris natis et nascituris omni iuri quod nobis aut nostris in dictis mansis et eorum attinentiis hactenus competebat vel posset competere temporibus post futuris Huius facti testes sunt strenui viri Willekinus de Holte Iohannes Busche Iohannes de Dekbere Iustatius de Rederen Milites Henricus Senior de Welzede et Iohannes de Bardeleue famuli et alii plures fide digni. In maiorem vero euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum Datum et actum Schowenborch in Epyphania Domini Anno Natiuitatis eiusdem Millesimo CCC⁰ vicesimo quarto.

Aus Capauns Abschriften im Archiv zu Bückeburg. Wippermann, Regesta Schauenburgensia 304. Urkundenbuch von Obernkirchen 157.

1324. Febr. 2. **529.**

Die Gebrüder Heinrich und Friedrich Bichghele verkaufen dem Lübecker Bürger Heinrich Michel 4 Mark Lüb. Pf. Rente aus der Wassermühle und 2 Mark Pf. Rente aus der Windmühle bei Neu-Crempe für 60 Mark Lüb. Pf.

Uniuersis presencia visuris Hinricus et hartwicus fratres dicti bichghele, salutem in domino, Presencium testimonio publice recognoscimus et testa‖mur, nos consencientibus et volentibus nostris heredibus omnibus, rite et racionabiliter vendidisse prouido viro hinrico dicto michel burgensi lubicensi‖ et suis veris heredibus pro sexaginta marcis lubicensium denariorum, nobis integraliter persolutis, Redditus quatuor marcarum denariorum lubicensium in infe‖riori aquatico molendino sito prope nouam crempam, in quo quidam dictus raseholle residet, et in omnibus suis attinenciis, nec non duarum‖ marcarum redditus eorundem denariorum in molendo venti, dicte ciuitati vicino et proximo, cui preest dominus Iohannes kempe canonicus vti‖nensis, Quibus redditibus cum omni iure, vtilitate et commoditate, singulis annis absque omni impedimento et obstaculo perfrui debent‖ pacifice et libere prout olim pertinuerunt nobili nostro domino Iohanni comiti holtzacie et prout ab ipso nostro domino eosdem redditus dinosci‖mur hactenus habuisse, sic quod eos quandocumque voluerint, eo Iure quo ipsi eos possident, et pro eadem summa pecunie pro‖ qua eos a nobis comparauerunt vendere impig. norare et alienare valeant personis ecclesiasticis vel secularibus quibuscunque Est‖ autem dicto domino comiti et nobis libera reseruata auctoritas, quod pro sexaginta marcis denariorum lubicensium intra ipsam ciui‖tatem lubicensem persoluendis reemere possimus in festo purificacionis quandocunque nostre placuerit voluntati, Protestamur eciam‖ nos vna cum hinrico filio domini hartwici bichghelen militis, et cum suo genero Iohanne de loyowe fide data in solidum promisisisse‖ quod si dictum hinricum michel et suos heredes, a nobis et a nostris heredibus vel amicis in dictis redditibus sex marcarum singulis an‖nis expedite

perfruendis et tollendis obstaculum aut impedimentum quocumque modo pati contingat, nos in solidum respon‖dere et satisfacere debeamus, si vero aliquem ex nobis et nostris conpromissoribus mori contigerit loco illius infra quin‖denam postquam requiremur statuere tenebimur virum alium eque dignum, In cuius rei testimonium nostra‖ sigilla presentibus sunt appensa, Datum anno domini, M°, CCC° vicesimo quarto In festo purificacionis beate marie virginis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Drei Siegelfragmente, ein Siegelstreifen.

1324. Febr. 22. **530.**

Der Rat zu Stade schliefst Frieden mit dem Grafen Gerhard von Holstein.

Vniuersis presentes literas inspecturis .. Consules stadenses salutem in domino, Ad‖ Noticiam singulorum deducimus Quod cum Nobile viro ac plurimum famoso. domino‖ Gherhardo Comite Holtsacie et singulis sui dominii hominibus, Super omni dissencionis ac‖ controuersie materia. inter Nos hinc inde habita, pacem, et securitatem. ac Treugas amicabiles. a. data presencium inclusiue vsque ad proximum festum sanctorum apostolorum philippi. et Iacobi. per diem illum totum, pre nobis et omnibus, ciuibus nostris, nostre voluntati parere volentibus. Ordinauimus et fecimus. Ad quarum Treugarum obseruacionem firmam. sub appensione nostri sigilli Secreti, Nos, presentibus obligamus, Dat., Stad., Anno domini M° CCC° vicesimo quarto‖ In cathedra Sancti petri Apostoli.

Original im Archiv der Stadt Itzehoe. Ein Siegelstreifen mit Wachsspuren. Zeitschrift Bd. VI. Repertorien S. 67 Nr. 5.

1324. Febr. 28—April 15. **531.**

Die Ritter von Duvensee beurkunden, dafs ihnen Herzog Erich von Sachsen Gerichtsbarkeit und andere Gerechtsame im Dorfe Lankau für 100 Mark Hamb. Pf. verpfändet hat.

Nos. hinricus. Dithleuus. et walterus. dicti de duuense milites. cum nostris heredibus veris. Recognoscimus. quod dominus noster Ericus dux saxonie. nobis obligauit. Pro centum marcis. denariorum. hamburgensium‖ in quibus nobis tenetur conputacione coram eo et suis consiliariis recitata et legitime habita super eis nobis‖ obligauit iudicium maius colli et manus. Incisionem porcorum. et minorem peticionem seruicium vnius liberi‖ viri in villa lankowe. sita in parochia Mustin et penitus quodquod in predicta uilla habuit excepto borch‖werch et brucgwerch et lantwere hec omnia predicta iudicium maius et cetera nos pacifice obtinebimus‖ donec predictus dux aut sui heredes nobis predictas centum. marcas. integraliter persoluerint. Testes huius sunt. Iohannes‖ de crummesse. bertoldus de ritzerowe. hinricus de parkentin. hinricus de gronowe. milites et quam plures alii‖ fidedigni. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Anno. domini. M°. CCC°. XX° IIII‖ In quadragesima.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegel am Siegelstreifen, eins verloren. Sudendorf U. B. VIII. S. 343.

1324. Febr. 28—April 15. **532.**

Die Herren von Crumesse beurkunden, dafs Herzog Erich von Sachsen ihnen den Blutbann in den Dörfern Crumesse und Niemark und die Fischerei im Crumesser See für 150 Mark Hamb. Pf. verpfändet hat.

Nos. Iohannes de crumesse miles. hinricus. Marquardus et hartwicus. recognoscimus. Quod illustris princeps|| Dominus noster Ericus dux saxonie nobis obligauit iudicium colli et manus In villis Crumesse et nygemarke|| et piscaturam maiorem. in stagno Crumesse. Pro centum et quinquaginta. marcis denariorum hamburgensium. Quandocunque autem|| predictus dominus noster Ericus dux saxonie aut sui heredes. nobis aut nostris heredibus. Centum et quinquaginta. marcas denariorum|| persoluerint. Extunc predictum iudicium colli. et manus cum piscatura ad ipsum ducem et suos heredes libere reuertentur In cuius|| rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum. anno domini. M°. CCC°. XX°IIII. In quadragesima.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegelstreifen mit Wachsspuren. v. Meyern, Gründliche Nachricht Beil. S. 126 Nr. 47 b. U. B. der Stadt Lübeck II. Nr. 450. Sudendorf U. B. VIII. S. 342.

1324. März 4. **533.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt, dafs für die Erfüllung des einst von Hermann von Hamme mit der Hamburger Kirche vereinbarten Kaufvertrages jetzt der Sohn gleichen Namens seinen Hof in Hoisdorf der Hamburger Kirche verpfändet hat.

Omnibus presencia visuris et audituris. Nos Iohannes dei gracia Comes Holtzacie et stormarie salutem et|| bone voluntatis affectum. Cum olim dominus Hermannus dictus de Hamme Miles viginti mar||carum redditus in septem mansis In villa Hoyerstorpe situatis Ecclesie Hamburgensi, ven||didisset, et eosdem redditus . . relicta sua longe post obitum dicti domini Hermanni inbrigasset|| dicens ipsos Mansos ad eam quoad vite sue tempore dotis nomine pertinere, verum Hermannus memorati|| militis filius dictus de Hamme Ecclesiam predictam super questione hac disbrigare volens, in re||compensam dictarum viginti marcarum reddituum Curiam suam in Hoyerstorpe cum omnibus et singulis|| mansis quos pater suus de eadem Curia, sub aratrorum suorum cultura habuit, prout in suis|| terminis continentur, pro redditibus supradictis memorate Ecclesie pro se et suis heredibus obligauit.|| quos redditus vivente . . Relicta prefati patris sui eidem Ecclesie Hamburgensi, infra quamlibet|| Octauam Martini annis singulis de eadem Curia ipse Hermannus vel sui Heredes soluere tenebuntur.|| Postquam vero eadem . . Relicta carnis debitum exsoluerit, dicta Curia ab huiusmodi obligacione erit|| solita. et nichilominus saluis priuilegiis Dilecti patruelis nostri, Adolfi domicelli in scowenborg,|| super vendicione dictarum viginti marcarum reddituum confectis, ipsi redditus de prefatis septem|| Mansis, extunc sicut prefatus miles disposuit, memorate Ecclesie Hamburgensi, annis singulis|| persoluentur, Et Nos ad instanciam Hermanni de Hamme armigeri predicti, priuilegia predicta per|| prefatum . . patruelem nostrum data, ratificamus, et ea quoad omnes suas clausulas tenore pre-|| sencium confirmamus, In cuius rei euidens Testimonium, presentes litteras, sigilli nostri mu||nimine fecimus roborari, Datum et actum, Anno domini M°. CCC°. XXIIII°. dominica qua cantatur|| Invocauit.

Original im Hamb. Archiv. Siegel verloren.

1324. März 18. **534.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, vergleicht sich mit dem Kloster Reinfeld über den Grundzins der Klosterländereien in Neuen-Gamme.

Nos Ericus dei gracia Dux Saxonie. angarie et westfalie. presentibus protestamur. Quod de me||ra voluntate nostra et assensu prouisores monasterii in Reynevelde coram nobis placitauerunt cum incolis|| bonorum suorum noue gamme in hunc modum. primo cum hiis qui in superiore parte ecclesie morantur ibidem quod|| omnia bona que colunt, ex parte dicti monasterii Reynevelde in quolibet festo kathedra petri libera erunt et solu||ta ipsi monasterio Reynevelde Ita ut vnicuique eadem bona pro censu debito consignare poterunt sine impe||ticione aliquali rerum fundibilium que grunthwert wlgariter appellatur. Preterea idem modus placitacionis|| peractus est cum incolis bonorum predictorum in inferiori parte predicte ecclesie noue gamme. sed hoc modo differen||te quod structuras visibiles. videlicet. domos. sepes. horrea que wlgariter dicuntur berghe et salices secundum esti||macionem et iurisdictionem terre eiusdem ipsis exsoluant nec aliud exigant de grunthwert ad soluendum|| et sic similiter in festo petri ad kathedram bona eadem libere cedent ipsi monasterio ad locandum vt autem|| hec ordinacio perpetua et inconuvlsa permaneat presens scriptum nostro sigillo duximus roborandum Testes huius|| sunt lupus de swartenbeke. ludolfus sacko milites Iohannes de saltowe sacerdos. hermannus bo̊re vlri||cus de thunis. Manegoldus niger. ludolfus scorleke famuli et alii quam plures fide digni. Datum Louenborg. Anno domini. M⁰. CCC⁰. XXIIII. In dominica oculi.

Original im Lübecker Archiv (Bergedorf Nr. 3). Ein Siegelstreifenfragment.

1324. April 22. 535.

Werner und Gottfried van der Borg beurkunden etliche Soldschulden des Grafen Gerhard von Holstein.

Ad vniuersorum nos Wernerus et Godefridus fratres van der borch cupimus pervenire noticiam, publice protestantes|| Nobilem virum dominum Gerhardum Comitem Holtsacie teneri in viginti marcis puri pro duorum virorum|| seruicio . . . . . XVI marcis denariorum lubicensium nomine perditorum honesto famulo petro de stendorpe|| ab eodem seruitio uolentes eundem comitem post solutionem prefate pecunie dicto petro rite|| factam nunquam monere aut per nostros aliquatenus moneri procurare, Incuius rei euidentiam sigilla|| nostra presentibus sunt appensa. Datum stadis anno domini M⁰, CCC⁰, XXIIII⁰ Dominica Quasi modo geniti.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen, beschädigt. Zwei Siegelstreifen.

1324. April 25. 536.

Johann, Bischof von Schleswig, vermittelt den Frieden zwischen dem Grafen Gerhard von Holstein und dem Bischof Heinrich von Lübeck.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod nos Iohannes miseracione diuina episcopus sleswicensis litem et controuersiam iam dudum inter venerabilem fratrem dominum hinricum|| episcopum lubicensem ex vna, ac nobilem virum dominum Gherardum Comitem holtsatie, ac marquardum militem de westhense ex parte altera habitam, super dampnis violen||tiis et iniuriis per eosdem lubicensi ecclesie irrogatis de utriusque partis assensu placitauimus et amicabiliter concordauimus in hunc modum, In primis volens|| idem Comes pro offensa deo et ecclesie facta dignam facere recompensam, donauit resignauit et cessit suo et

heredum suorum nomine ius patronatus vnius‖ prebende in ecclesia lubicensi, et alterius prebende ecclesie hammenburgensi cum omni iure et vtilitate prout ad ipsum alternis uicibus hactenus pertinebat,‖ Item ius patronatus in duabus parrochialibus ecclesiis in dyocesi lubicensi constitutis videlicet in luttikenborgh et in plone eidem episcopo eiusque successoribus‖ donauit sponte et liberaliter ad habendum tenendum vtendum fruendum, et quibus episcopus memoratus eiusque successores in perpetuum voluerint conferendum, Item dictus Co‖mes pro se, et marquardo predicto dabunt et soluent prefato domino episcopo lubicensi uel eius procuratori aut vicariis pro dampnis et rebus in vthyn et bonis episcopa‖libus ablatis mille ducentas marcarum denariorum lubicensium pro quibus dabunt assignabunt et tradent episcopo lubicensi et suis successoribus redditus centum marcarum‖ denariorum lubicensium in certis locis et villis, videlicet prope vthyn, vel prope nouam Ciuitatem, aut in terra oldenborgh demonstrandos, et nisi infra annum a festo‖ michahelis nunc venturo proxime computandum per eundem Comitem reempti fuerint pecunia in Ciuitate lubicensi soluta perpetuis temporibus possidendos, In summa‖ vero mille ducentarum marcarum predictarum non veniet nec computari debebit pecunia a quibuslibet ante factam presentem compositionem soluta vel promissa, aut ab aliis‖ in antea pro dampnis huiusmodi persoluenda, Ceteri eciam qui inuasioni dampnis et iniuriis predictis interfuerint, cum de ipsis dampnis ipsorum iuramento decla‖[ra]tis [1]) satisfecerint de ablatis, postmodum autem venientes huiusmodi compositio minime comprehendat, preterea decimas episcopales quas idem Comes eciam abstulit et auferri mandauit‖ usque ad festum beati martini proxime venturum modium pro modio restituet ut recepit, pro quibus eodem termino restituendis idem Comes vna cum fratre‖ suo Ghiselberto, necnon nicolao de crumendike Marquardo de westhense ac dhetleuo de wensyne militibus fide data et insolidum promiserunt, et si quid‖ de decimis predictis adhuc super est non solutum in ipsius Comitis territorio constitutis idem Comes per suos aduocatos et nuncios extortum episcopo et ecclesie lubicensi‖ fideliter applicabit, Insuper dampna decano et Canonicis ecclesie vthinensi illata idem Comes soluet et restituet prout in litteris suis super hoc datis‖ euidentius continetur, porro pro ywano milite de dyzzouwe iam defuncto et dampnis per eum ecclesie lubicensi factis, dominus Iohannes hako canonicus lubicensis, ac eghar‖dus frater ipsius ywani satisfacient et component, iuraturi fideliter quantum de bonis episcopi in vtyn et alibi ablatis ad eundem ywanum peruenerit et secundum hoc‖ pro eo satisfactionem congruam impensuri, Si qui vero ex hiis qui dampna et iniurias intulerunt forsan satis facere non curarent, in parrochiis in quibus ipsi‖ uel eorum aliquis habitauerit, uel moram fecerit interdictum seruabitur ecclesiasticum ipsis in parrochia predicta vel eius terminis manentibus et per vnum diem continuum post‖ recessum, ex premissis itaque omnibus omnis controuersia et contentio dampna et iniurie que uel quas Comes aduersus episcopum lubicensem, aut episcopus contra Comitem fecit et‖ habuit, aut fecerunt aut habuerunt pacificata terminata et totaliter sopita sunt nullis uncquam temporibus suscitanda, neque Comes predictis a colonis et subdi‖tis episcopi [2]), super dampnis et iniuriis supradictis, instantiam aut inpetitionem aliquam sustinebit, verum idem episcopus dampnum passis secundum debitum et equitatem satisfacere‖ procurabit, Ceterum dominus Comes antedictus domino episcopo lubicensi ad patriam redeunti securitatem et conductum usque lubike prestabit ibique in ecclesia‖ maiori cum. XL. tam militibus quam armigeris ad pedes episcopi prouolutus veniam de commissis humiliter postulabit quam idem

episcopus sine difficultate|| qualibet liberaliter indulgebit, et nichilominus Comes ab eodem episcopo feudum debitum petet et recipiet ac homagium et fidelitatem faciet|| quemadmodum predecessores sui, predecessoribus ipsius episcopi exhibere et facere consueuerunt, datum et actum in Swafstede in domo habitationis nostre|| anno domini M⁰, CCC⁰, XX⁰ quarto, feria sexta post dominicam quasi modo geniti, presentibus Comite et fratre suo ac militibus antedictis, necnon hinrico|| de hattorpe canonico lubicensi et nicolao de oldenborgh procuratore episcopi lubicensis, hermanno preposito in barisûsele, et Iohanne stapel thiderico fulendorpe|| Clerico et Hartwico de Crumendike, et aliis pluribus fidedignis uocatis ad hoc specialiter et rogatis|| bondone ienssen stabulario nostro, In|| cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillis hinrici de hattorpe et nicolai de oldenborgh predictorum est appensum.

[1]) *ra ausgelassen.* [2]) *übergeschrieben.*

*Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen, nur mit dem Doppelsiegel des Bischofs von Schleswig besiegelt. Die übrigen verheifsenen sind nie daran befestigt worden. s. Reg. Dan. *1374.*

1324. Mai 22. **537.**

Elisabeth, Herzogin von Sachsen, Engern und Westfalen und ihr Sohn Herzog Albrecht beurkunden, dafs Gerhard Godau 10 Mark Einkünfte aus vier Hufen in Deutsch-Sirksfelde für 100 Mark Lüb. Pf. an Bruno, den Hamburger Domkantor, verkauft hat.

Nos elizabeth dei gracia ducissa saxonie westfalie et angarie necnon noster filius predilectus albertus dux eadem uirtute omnibus presencia uisuris recognoscimus quod gherardus dictus ghodowe redditus decem marcarum in uilla theutonicali zyrickesuelde in quatuor mansis domino dicto brunoni cantori ecclesie in hamborch pro centum marcis denariorum lubicensium a festo beati Martini nunc instanti vsque ad integrum annum subsequentem cum omni iure quemadmodum ipse habuit racionabiliter obligauit sub hac forma. quod si dictus Gherardus ghodowe medio tempore non redemerit extunc idem dominus dictus bruno. ipsa dicta bona debita empcione sine qualibet contradictione possidebit. Et idem dominus dictus bruno cuicumque obligare voluerit sub titulo quod dicitur wlgariter weddeschath sibi recognicionem faciemus. Insuper si dominus dictus bruno eadem bona vendiderit eciam cuicumque. Gherardus godowe dicta bona cum uendita fuerint suum ius pheodale resignabit. et nos talem de nostra iurisdictione inuestire cupientes dummodo nobis de dictis bonis seruicia exhibeantur. Et quidquid super illam summam centum marcarum denariorum premissorum in uendicione exercuerit. in vsum gherardi godowen plenarie conuertetur. Testes huius rei sunt. Hinricus miles dictus de duuenze. et dominus albertus noster cappellanus et Hermannus dictus dusecop noster burgensis. In cuius rei euidenciam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Molne. Anno domini M⁰. CCC⁰. XXIIII⁰ feria secunda in rogacionibus ante domini ascensionem.

Lib. cop. Cap. fol. 93 b im Hamb. Archiv.

1324. Aug. 1. **538.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, schenkt den Gebrüdern Heinrich, Johann und Winand von Stendal, Bürgern zu Hamburg, fünf Wispel Kornrente aus den Mühlen zu Hamburg.

Iohannes dei gracia, Comes Holsacie et Stormarie, Omnibus presencia visuris seu audituris, Salutem in domino, Cum‖ gesta temporalia ab humana memoria faciliter elabantur, que nec testium voce nec litteris eternantur, Nostris‖ actibus sic precauere uolumus ut robur debite valetudinis non amittant, Noscat igitur in perpetuum felix‖ etas presencium et prospera successio futurorum, quod de matura nostra prouidencia, et Heredum nostrorum consensu‖ ac fidelium nostrorum consilio, dilectis nobis hinrico, Iohanni et winando, fratribus de Stendal, Ciuibus‖ nostris in Hamborch, ac ipsorum pueris filiis ac filiabus necnon filiorum filiarumque heredibus omnibus nunc natis‖ et perpetuo nascituris, Quinque Choros siliginis wicschepel wlgariter dictos, videlicet duos in nouo‖ molendino et tres in antiquo molendino in Hamborch, qui quondam fuerant fidelium nostrorum, Marquardi et Iohannis, Staken, et progenitorum suorum donauimus et contulimus liberaliter sine cuiuslibet‖ contradictione, pheodali iure, perpetue statutis temporibus percipiendos et pacifice possidendos, Verum cum‖ bene racioni congruat, ut digni dignis respiciantur premiis multa grata obsequia, pa‖tri nostro bone memorie, et nobis a dictis Hinrico Iohanne et winando cum fidelitate exhibita, et‖amplius exhibenda, eisdem Hinrico Iohanni et winando, ac ipsorum pueris, et filiis ac filiabus, necnon‖ filiorum filiarumque heredibus omnibus, perpetuam facere volumus libertatem, ipsos ab armorum seruiciis‖ que Herevart dicuntur et ab omni expeditione, et simpliciter ut nichil excludatur a cunctis‖ seruiciis que de bonis pheodalibus nunc et in posterum fieri solent, liberos esse volumus, a nobis‖ et nostris successoribus et solutos‖ Damus insuper et concedimus, sepedictis henrico et Iohanni et winando‖ et eorum pueris, filiis ac filiabus, necnon filiorum filiarumque heredibus omnibus plenam et liberam potestatem‖ vendendi, obligandi, seu donandi prenominatos Quinque choros siliginis, cuicunque seu quibuscunque‖ voluerint in parte seu in toto, Et nos eidem vel eisdem, cui vel quibus sic venditi, obliga‖ti fuerint vel donati, eosdem pheodaliter conferre tenebimur omni occasione negandi exclusa, qui‖ tunc ipsis libere perfruentur prout prefati Hinricus, Iohannes et winandus, aut eorum heredes ipsos‖ possederunt iure nichilominus pheodali, Vt igitur hec omnia suprascripta inuiolabiliter conseruentur, presentes‖ litteras cum posicione testium, videlicet Hinrico sharpenberch, Emekino de wunsflete. Militibus‖ Echardo de brüctorp, Marquardo et Iohanne Staken, Iohanne et lamberto de hummersbutle, armigeris‖ Hinrico de Hetvelt, Hinrico blomenberg et Iohanne de Edemiz, Ciuibus Hamburgensibus, fidelibus nostris‖ et aliis quampluribus fidedignis sigilli nostri robore communimus Datum et actum in castro‖ nostro arnsvelde, anno demini M⁰. CCC⁰. XX Quarto, in festo beati petri ad vincula.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel des Grafen an grüner Schnur.

1324. Aug. 22. 539.

Erich, Herzog von Jütland, überträgt dem Altar der Maria in der Kirche des Klosters Loci dei *das Patronatsrecht über die Kirche des heiligen Laurentius zu* Brethewath, *die durch die Absetzung des nicht innerhalb Jahresfrist Priester gewordenen Diakons Nicolaus frei geworden war.*

Omnibus presens scriptum cernentibus. Ericus dei gracia dux Iucie salutem in domino sempiternam, Moris vsitati est inter sapientes‖ vt cum aliquod inter eos notabiliter agitur hoc faciant litterarum autenticarum munimine et fide-

dignorum testimonio roborari, in‖certitudinem presencium et memoriam futurorum, Quamobrem Notum facimus vniuersis quod Nos ad Altare beate marie‖ virginis in ecclesia monasterii loci dei constructum, Totum ius patronatus quod nobis more progenitorum nostrorum competit in‖ ecclesia sancti laurencii in brethewath vacante per priuacionem cuidam nicholao Dyacono quondam rectori eiusdem rite factam pro eo‖ quod ipse Nicholaus infra annum a sibi commissi regiminis tempore numeratum. se non fecit ad sacerdocium promoueri vt habetur‖ extra de Electione licet Canon et cum ex eo libro sexto, in remedium anime nostre damus, appropriamus et libere assignamus. perpetuo‖ anectendum. Ne igitur dicto monasterio super huiusmodi anexcionis seu collacionis gracia sibi per nos facta aliqua in posterum possit‖ suboriri calumpnia uel ambiguitatis materia sibi presentes literas contulimus in Testimonium et Cautelam, Actum et Datum‖ ibidem in presencia nostra Anno domini millesimo Trescentesimo vicesimo quarto in octava Assumpcionis beate virginis marie. Presen‖tibus dominis Gherardo Comite Holtsacie et stormarie, gysicone fratre suo sororis nostris karissimis. Iacobo Rosteth milite‖ Boetio sacerdote rectore ecclesie byuldthorp ac domino ¦petro Alsingh, notario nostro predilecto. et aliis quam pluribus clericis.‖ et laicis fidedignis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel ausgerissen. Reg. Dan. 1956.

1324. Aug. 24. 540.

Adolf, Graf von Schauenburg, überträgt den Gebrüdern Ludolf, Heinrich und Arnold Knigge anderthalb Hufen in Hüpeden zu Lehen.

Nos Adolfus dei gratia Comes de Scowenborch recognoscimus per presentes, Quod in‖ pheodo contulimus. Ludolfo dicto knighen. ac henrico et arnoldo suis fratribus, pro damp‖nis que dictus. Lu. in nostro recepit seruicio vnum mansum cum dimidio, hupede sitos‖ quos Eghehardus dictus knicghe vendidit domino Abbati et . . Conuentui in Lucka, et‖ quorum proprietatem dominus hugo miles et Iohannes famulus dicti de Escherte eisdem Abba‖ti et Conuentui vendiderunt, licet hoc facere non potuissent, cum ipsos mansos‖ a nobis in pheodo tenuissent, In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus‖ est appensum Datum Anno domini M°. CCC°. XXIIII°. in die sancti Bartolomei apostoli.

Original im Archiv des Klosters Loccum. Rest eines Siegelstreifens.

1324. Septbr. 1. 541.

Johann, Bischof von Ripen, bestätigt dem Abte Heinrich Loci dei *das ihm von Herzog Erich von Jütland geschenkte Patronatsrecht über die St. Laurentiuskirche zu* Brethwath. — „Cum a nobis."

Datum Ripis anno domini MCCCXXIIII die beati Egidii abbatis et confessoris.

Reg. Dan. 1957.

1324. Septbr. 9. 542.

Junker Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, schliefst ein Bündnis mit Herzog Otto von Lüneburg und Braunschweig vom kommenden 11. November an auf ein Jahr.

In ghødes namen Amen. Wi Junchere Alf van ghodes gnade Greue to Holsten vnde‖ to Schowenborg Doet witlik alle den de dessen bref seet eder horet vnde‖ betughet openbare in desser ieghenwordeghen scrift. Dat wi osek vorbunden hebbet‖ van sunte Mertines daghe de nu tokomende is vort ouer en Iar mit oseme‖ leuen Ome Juncheren. Otten. deme hertoghen van Luneborg vnde van Brunswik‖ also dat wi eme helpen scollet vppe aldi dar it eme werret ane vppe den‖ heren. vander lyppe vnde zine kindere Øk scal ose Øem minne vnde rechtes‖ van oser weghene weldich wesen. To ener betughinge desse dig hebbe wi‖ oseme Ome gheuen dessen bref mit Oseme Ingheseghele beseghelet. Desse‖ bref is gigheuen to helstorpe. na ghodes bord. M⁰. CCC. iar in deme. XXIIII. iare.‖ in sunte gorgonies daghe.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel des Grafen am Pergamentstreifen. Sudendorf. U. B. I. 397.

1324. Oktbr. 28. **543.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, bestätigt den Verkauf des Dorfes Börnsen seitens der Hamburger Bürger Johann des älteren und Johann des jüngern von Berge an das Kloster Reinbek.

Ericus Dei gracia Saxoniae Westphaliae et Angariae Dux, omnibus in perpetuum praesentia visuris salutem in domino, Novit[1]) felix aetas praesentium et prospera successio futurorum, quod Iohannes senior et Iohannes iunior dicti de Monte Ciues Hamburgenses accedentibus nostris beneplacito et consensu ac heredum suorum plenaria voluntate vendiderunt et resignaverunt preposito Abbatissae et Conuentui Monasterii in Reinbeke villam Bornsem rationabiliter atque iuste cum omnibus suis iuribus proventibus et pertinentiis quibus ipsi dictam villam a nobis in pheodo tenuerunt et hactenus possederunt pro quingentis Marcis Denariorum Hamburgensis monetae quas quidem quingentas marcas ipsis aut eorum heredibus elapsis quatuor annis incipientibus in festo beati Martini proxime nunc instanti et. ab eodem festo beati Martini proxime nunc venturo continue computandis, intra muros Hamburgenses paratis denariis siue pignoribus debent persolvere praepositus, Abbatissa et Conuentus praedicti nec habebunt longiores inducias persolvendi nisi a dicto festo beati Martini, quod videlicet occurret sub anno domini Millesimo CCC XX⁰. octauo usque ad festum beati Nicolai continue subsequens, ita quod in ipso festo beati Nicolai eiusdem anni dictae quingentae Marcae debent esse exsolutae integraliter et ex toto, Ceterum est annexum quod ipsi praepositus, Abbatissa et Conuentus praedicti dabunt et solvent memoratis Iohanni seniori et Iohanni iuniori et eorum heredibus intra dictos quatuor annos intra muros Hamburgenses illam pensionem et huram, quam ipsi in praefata villa hactenus habuerunt et ex ea percipere consueverunt videlicet decem choros siliginis et septem marcas et octo solidos denariorum Hamburgensis monetae. Hos quidem decem choros siliginis et septem marcas cum octo solidis denariorum ipsi singulis annis dabunt infra beati Michaelis et beati Feliciani Festa, sic, quod in ipso festo beati Feliciani, quolibet anno dicti denarii cum praefata siligine debent esse integraliter persoluti, praeterea conditionaliter intervenit, si elapsis quatuor annis praedictis, infra beati Martini et beati Nicolai festa, tunc proxime occurrentia, saepedicti praepositus, abbatissa et conventus in Reinebeke in solutione dictarum quingentarum Marcarum fuerint negligentes, tunc dabunt memoratis Iohanni et Iohanni aut eorum heredibus pro illis quingentis marcis octingentas Marcas eius-

dem Hamburgensis Monetae sine contradictione qualibet expeditae. Ipsi etiam Iohannes senior et Iohannes iunior de Monte et eorum heredes possunt istam pecuniam et pensionem cum omnibus conditionibus supradictis licite resignare, vendere, obligare vel donare cuicunque ipsorum placuerit voluntati, et cuicunque obligaverint, resignaverint, vendiderint seu donaverint illi debent dicti praepositus, Abbatissa et conventus omnes conditiones praedictas infrangibiliter obseruare. Huius rei testes sunt strenui viri, Thetlevus Wulff, Albertus Zabell, Luderus et Henricus Scarpennberch milites nostri et plures alii fidedigni. in cuius rei testimonium sigillo nostro iussimus praesentia roborari. Datum in castro nostro Louenborch Anno Domini Millesimo CCC, XX quarto in festo beatorum Simonis et Iudae Apostolorum.

[1]) *l.*: Noverit.

Kopie auf Papier (s. XVII.) im Staatsarchiv zu Schleswig.

1324. Novbr. 11. **544.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, schenkt dem Kloster Neumünster das Patronatsrecht über die St. Nicolaikirche in Kiel.

Vniuersis presencia visuris Iohannes dei gracia Comes Holtzacie et Stormarie Salutem in domino sempiternam.‖ Ad hoc res geste digne memoria scripturarum testimonio confirmantur ne lapsu temporibus evanes‖cant, Ad noticiam igitur tam futurorum quam presencium cupimus peruenire, Quod nos pure et‖ simpliciter propter deum, animarumque progenitorum nostrorum [salutem][1]) et nostre mederi langworibus cupientes‖ ius patronatus ecclesie parrochialis Sancti Nicolai in kil cum omnibus suis fructibus et attinenciis, Dilectis nobis, preposito et Conuentui in Nouo Monasterio donauimus,‖ eisdem presentacionem ad dictam Ecclesiam, et quicquid iuris nobis uel heredibus nostris de iure‖ uel consuetudine in ipsa competebat, uel competere potuisset, resignantes, a predictis, preposito‖ et conuentu qui pro tempore fuerint perpetuo possidendam, vt autem apud sepedictos, prepositum et‖ Conuentum progenitorum nostrorum et nostri iugis memoria fideliter habeatur, et ne hec‖ nostra deuota donacio a quoquam successorum uel heredum nostrorum aliquatenus infringatur,‖ in testimonium predictorum, Sigilli nostri munimine fecimus presencia communiri, Testes‖ autem huius rei sunt Domini Hinricus de zwerin Canonicus Lubicensis ac prepositus in Porecze‖ Hinricus Scarpenberch, Iohannes brocdorpe milites, Echardus brocdorpe, Mar‖quardus stake, Nicolaus langelowe, famuli necnon Discreti viri, Domini, Aluinus‖ dictus Grope, et Hermannus Clendenst consules Lubicenses, et quam plures alii‖ fide digni, Datum in kil, Anno domini M⁰. CCC⁰. XXIIII. In die beati Martini.

[1]) *fehlt im Original.*

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Rest eines Siegelstreifens. Cop. Bordesh. fol. 96b. Westf. II. 92.

1324. Novbr. 23. **545.**

Esger, Erzbischof von Lund, Primas von Schweden, transsumiert und bestätigt die Schenkung der Kirche zu Brethwath *seitens des Bischofs Johann von Ripen an das Kloster* Loci dei *(s. 1324. Septbr. 1).* „Nouerint uniuersi.“

Datum Lundis anno domini MCCCXXIIII. die beati Clementis papae et martiris.

Reg. Dan. 1961.

1324. Decbr. 8. **546.**

Otto von Hamme und Johann von Wotmolte bezeugen, dafs zwischen dem Hamburger Kapitel und den Herren von Hamme ein Vergleich geschlossen ist dahin, dafs dem ersteren, so lange die Witwe Hermanns von der Hamme lebt, jährlich 20 Mark vom Hofe in Hoisdorf bezahlt werden und nach deren Tode der Hof frei sein und die Zahlung auf die Hufen des Dorfes fallen wird.

Vniuersis presencia uisuris seu audituris. Otto de hamme et Iohannes de wotmolte salutem in domino. Notum esse cupimus vniuersis. quod de nostra certa sciencia. inter dominos canonicos seu capitulum ecclesie hamburgensis. ex vna. et hermannum de hamme et suos heredes parte ex altera. placitatum est in hunc modum. quod hermannus de hamme predictus et sui heredes. ecclesie hamburgensi tenebuntur soluere singulis annis viginti marcarum redditus infra octauam sancti martini de curia sua in hogerstorpe. et mansis eidem adiacentibus quos quidem mansos pater suus sub sua habuit agricultura. sicut expresse continent littere nostri comitis Iohannis super premissis. condicionibus istis interpositis. quod relicta domini hermanni de hamme militis. quoad uixerit et coloni sui in eadem uilla ab omni impeticione seu requisicione reddituum predictorum liberi sint et exempti. Postquam vero antedicta domina debitum carnis exsoluerit. dicta curia libera erit a solucione reddituum predictorum. et domini Canonici hamburgenses habebunt predictos XX. marcarum redditus in mansis eiusdem ville hogherstorpe sicut hermannus de hamme pie memorie miles. disposuit. perpetuis temporibus possidendos. secundum formam et tenorem litterarum domini Adolfi comitis de scowenborch super uendicione prima dictorum reddituum lucide confectarum. Et nichilominus omnes litteras quas habent canonici super ista obligacione curie ipsi restituent extunc hermanno et suis heredibus contenti litteris primis comitis Adolfi de scowenborch quas habent super prima empcione prefatorum reddituum in mansis uille hogherstorpe quas eciam dominus noster comes Iohannes litteris suis presentibus confirmauit. In cuius rei euidens testimonium rogati a partibus sigilla nostra duximus presentibus litteris apponenda. et ego hermannus de hamme prefatus recognoscens me hec omnia cum heredum meorum consensu placitasse. sigillum meum presentibus apposui cum sigillis predictorum. Datum et actum anno domini M^{o}. CCC^{o}. XXIIII. sabbato post festum sancti Nicolai.

Lib. cop. cap. fol. 109a im Hamb. Archiv.

1325. Febr. 4. **547.**

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, schenkt den Gebrüdern Heinrich, Johann und Winand von Stendal, Bürgern in Hamburg, fünf Wispel Kornrente aus den Hamburger Mühlen.

Gerhardus dei gratia, comes Holtsacie et stormarie omnibus presentia visuris seu audituris salutem in domino‖ Cum gesta temporalia ab humana memoria faciliter elabantur, que nec testium voce, nec literis eternantur, Nostris‖ actibus sic precauere volumus vt robur debite valetudinis non amittant. Noscat igitur in perpetuum, felix etas presentium‖ et prospera successio futurorum quod de matura nostra prouidencia et heredum nostrorum consensu. ac fidelium nostrorum consilio dilectis‖ nobis Hinrico Iohanni et wynando fratribus de Stendal ciuibus nostris in Hamborch, ac ipsorum pueris filiis ac‖ filiabus nec non et filiorum filiarumque here-

dibus omnibus nunc natis et perpetuo nascituris Quinque choros siliginis|| wicshepel vulgariter dictos videlicet duos in nouo molendino et tres in antiquo molendino in hamborch qui quondam fuerunt fidelium nostrorum Marquardi et Iohannis staken et progenitorum suorum, donauimus et contulimus|| liberaliter et sine cuiuslibet contradictione, pheodali iure perpetue, statutis temporibus percipiendos et pacifice possi||dendos, Verum cum bene rationi congruat ut digni dignis respiciantur premiis, propter multa grata obsequia|| patri nostro bone memorie et nobis, a dictis Hinrico iohanne et wynando cum fidelitate exhibita et amplius exhibenda, eisdem Hinrico iohanni ei winando, ac ipsorum pueris filiis ac filiabus nec non filiorum filiarumque here||dibus omnibus perpetuam facere volumus libertatem ipsos ab armorum seruiciis que hereuart dicuntur et ab omni|| expeditione et simpliciter vt nichil excludatur, ab omnibus seruiciis que de bonis pheodalibus nunc et in po||sterum fieri solent, liberos esse volumus a nobis et nostris successoribus et solutos, Damus insuper et concedimus|| sepedictis Hinrico, iohanni et winando, et eorum pueris, filiis ac filiabus necnon filiorum filiarumque heredibus omnibus|| plenam et liberam potestatem vendendi obligandi seu donandi prenominatos Quinque choros siliginis, cuicunque|| seu quibuscunque voluerint in parte vel in toto Et nos eidem vel eisdem cui vel quibus sic venditi obligati fuerint vel donati, eosdem pheodaliter conferre tenebimur omni occasione negandi exclusa Qui tunc|| ipsis libere perfruentur prout prefati Hinricus Iohannes et winandus, aut eorum heredes ipsos possiderunt iure|| nichilominus pheodali, vt igitur hec omnia suprascripta inuiolabiliter conseruentur presentes litteras cum positione|| testium videlicet Marquardo de westense Thetleuo de wensinen Militibus conrado wulf famulo vasallis|| nostris Iohanne de Monte hinrico de hetfelt Nycolao de luneborch et Hinrico blomenberch Ciuibus ham||burgensibus, fidelibus nostris et pluribus aliis fidedignis Sigilli nostri robore communimus Datum et actum ham||borch, anno domini, Millesimo, CCC^{0}, XX^{0}. Quinto in profesto Agathe virginis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel des Grafen an seidener Schnur.

1325. Febr. 5. **548.**

Die Herren von Buchwald gewähren dem Grafen Johann von Holstein und Schauenburg das Recht des Rückkaufes auf neun Jahre für die von ihnen um 180 Mark Lübsch erworbene Gerichtsbarkeit in ganz Ruppersdorf, halb Offendorf und über die Güter in Techau.

Vniuersis presencia visuris, otto miles, Otto et Sifridus fratres, et Siffridus siffridi|| filius dicti de bochwolde, Salutem et omne bonum, Noscant tam presentes quam|| futuri, quod nos et nostri veri heredes, Nobili domino Domino nostro domino Iohanni Comiti|| holtzacie et stormarie et suis veris heredibus, ad bona. scilicet iudicium tocius tocius|| ville Roberstorpe, Iudicium dimidie uille offendorp et omnia bona|| habita in villa techowe reemenda infra nouem annos a festo beati mar||tini proxime futuro computandos damus et dedimus facultatem, Dicta|| autem bona emimus pro octoginta et centum marcis lubycensium denariorum ea non|| resignantes nisi dicte pecunie summa nobis fuerit integraliter persoluta|| In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa Datum anno|| domini. M. CCC^{0}. XXV. In die beate agathe martiris.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Vier Siegel an Pergamentstreifen.

1325. Febr. 22. 549.

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, beurkundet, daſs das Kloster Scharenbek in der Verdener Diöcese die Gerichtsbarkeit über Ländereien in Niendorf, Hitscherberg und Borstel im Kirchwerder gekauft hat.

Ericus dei gracia dux saxonie. et angarie. et westfalie Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in domino. Libertates quas de gracie nostre liberalitate sperantibus‖ indulgere solemus ad commodum. sic nostrarum muniri volumus testimonio litterarum. ut contra quoslibet prauorum incursus robur optineant et validum munimentum. Igitur‖ ad noticiam vniuersorum deducimus presencium tenore litterarum quod viri religiosi. abbas et conuentus riui sancte marie. cysterciensis ordinis verdensis dyocesis. a nobis de communi‖ heredum nostrorum consensu iure perpetuo emerunt et comparauerunt proprietatem et libertatem omnimodam maioris et minoris iudicii et omnium coherencium intra et extra aggerem.‖ et super aggerem in communi strata super triginta iugera et dimidium. quorum sedecim sita sunt in kerowerdere in villa nygendorpe. quatuordecim cum dimidio in villa ythsen‖berghe. preterea proprietatem et omnimodam libertatem maioris ac minoris iudicii infra et extra aggerem in communi strata super vnum mansum et duo iugera.‖ quos ex antiquis temporibus cum omni iure liberos possederant sitos in villa nygendorpe. Insuper et super dimidium mansum ibidem libertatem omnimodam vt supra. quam‖ ex permutacione libertatis dimidii mansi. quam habuerunt in villa borstolt. nostro accedente consensu compararunt satisfacimus approbamus et stabilitate perpetua confirmamus.‖ ita quod in bonis omnibus predictis. nec nos. nec heredes nostri. nec officiati vllo umquam tempore quidquam iuris. aut exactionis. aut eciam censum regis nobis debebimus‖ vendicare. maiori ac generali precaria quam tum communiter terra dederit in premissis bonis nobis tantummodo reseruata. Insuper si inpignorationes aut edicta aliqua in se‖pius dictis fieri oporteret. per eorum aduocatum et iuratum aggeris ab ante dictis dominis deputatos fient. nostri autem offitiati se de hiis nullatenus intro mittent. Ad‖ obseruantiam omnium premissorum presens scriptum sigilli nostri munimine sepe dictis abbati et conuentui dedimus consignatum. huic facto presentes fuerunt et‖ testes sunt. Albertus Wlph. Iohannes scacko. ludolfus scacko. Wasmodus scacko bertrammus zabel. milites .manegoldus niger. hermannus bochze Iohannes‖ de wittorpe. famuli et plures alii fide digni. Datum anno domini. M°. CCC°. XXV°. In cathedra sancti petri.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Ein Siegel an Seidenfäden.

1325. Febr. 22. 550.

Das Kloster Scharenbek gewährt dem Herzog Erich von Sachsen für 30½ von ihm gekaufte Acker Landes im Kirchwerder das Rückkaufsrecht.

Nos frater Gerbertus abbas. totusque conuentus in scerembeke. cysterciensis ordinis. verdensis dyocesis. tenore presencium‖ recognoscimus et testamur. quod illustri principi. Domino. erico. duci saxonie. a quo libertatem triginta iugerum et di‖midii in kerewerder. omni iure. empcionis titulo pro triginta marcis denariorum hamburgensium comparauimus prout‖ in autentico ab eodem super hoc nobis dato plenius exprimitur. damus graciam reempcionis eiusdem libertatis‖ pro summa denariorum hamburgensium iam prefata. Confitemur eciam quod nostri coloni predicta bona libere colentes‖ ad aggeres et defensionem terre que lant-

were dicitur cum generalis necessitas exegerit. et omnes coloni terre‖ eiusdem. iam predicta fecerint. tunc et ipsi vna cum incolis terre omnibus hec eadem facere tenebuntur. Datum ‖ anno domini M⁰. CCC⁰. XXV⁰. In cathedra sancti petri.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Ein Siegelstreifen. Sudendorf U. B. IX. 183.

1325. Febr. 24. **551.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, gewährt der Stadt Heiligenhafen Zollfreiheit.

Iohannes dei gracia Comes holtzacie et stormarie. omnibus presens scriptum cernentibus. salutem in domino. Nouerint vniuersi presentes et futuri quod nos discretis ciuibus nostris in hilghenhauen plenam et perpetuam auctoritatem prestamus panem et cereuisiam ac annonam propriis eorum denariis emptam absque thelonio libere deducendam et quod quis illorum annonam propriis suis denariis comparatam non aliam deducat confirmare debet. proprio iuramento coram aduocato nostro. si ipsam noluerimus habere supportatam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum plone Anno domini M⁰. CCC XXV⁰. In die beati Mathie apostoli.

Transsumpt von 1360, Mai 13 im Staatsarchiv zu Schleswig. Reg. Dan. 1965.

[Nach 1325. März 12. ?] **552.**

Verzeichnis der vom Herrn von Rügen für den Herzog von Jütland bezahlten Schulden.

*Fabricius, Urkunden zur Geschichte Rügens IV. 1. S. 87. Reg. Dan. *1391.*

1325. März 16. **553.**

Junker Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, übereignet dem Kloster Esekestorpe *im Bistum Minden drei Hufen und zwei Wurten in* Hemeringen.

Nos Adolphus nobilis domicellus Dei gratia Comes Holtsacie et in Scowenberg presentibus recognossimus et publice profitemur quod cum matura deliberatione nostra et Helewigis nostre collateralis dilecte Gerhardi et Erici fratrum nostrorum karissimorum ac heredum et coheredum nostrorum verorum omnium quorum dignoscitur interesse voluntate et consensu plenius accedentibus tres mansos et duas areas in Hemeringen sitos et sitas quos et quas Bertoldus famulus de Hesslinge a nobis in pheodo tenuerat in manus nostras cum consensu uxoris legittime et suorum heredum omnium resignaverat absolute Conventui Monialium in Esekestorpe ordinis beats Augustini et Mindensis dyocesis cum omnibus predictorum bonorum utilitatibus et iuribus scilicet pratis pascuis campis cultis et incultis aquis aquarumve decursibus rypis silvis et rubetis alte et basse sitis appropriauimus et in proprium tradidimus eterne vite brauium intuentes. prestituri etiam predictorum bonorum plenam warandiam Conventui supradicto quoties et quando et ubi ad hoc fuerimus requisiti. In cuius testimonium ac robur firmiter presentia scripta sigillo nostro prefato conventui perpetuo valitura dedimus fideliter roborata Datum in Scowenborg Anno Domini M⁰ CCC⁰ XXV⁰. proximo Sabbato ante diem dominicam qua cantatur Letare.

Aus Capauns Abschriften im Archiv zu Bückeburg.

1325. März 31. **554.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, Kurfürst des Reichs bestätigt den Verkauf des Dorfes Börnsen seitens des Hamburger Bürgers Johann an das Kloster Reinbek.

Ericus dei Gracia Dux saxonie. Angarie. et westphalie. Elector ac archimarscalcus sacri Romani Imperii. vniuer‖sis presens scriptum visuris seu audituris. salutem in vero salutari. Cum conuentus sanctimonialium in reynebeke ad usus suos‖ villam berntzem nostro ex consensu a Iohanne ciue hamburgensi compararit. Nos ipsi conuentui libertatem et proprietatem omnimodam quam in ipsa vil‖la habuimus pro trecentis marcis denariorum hamburgensium resignauimus, et contulimus. cum iuribus omnibus et singulis. Iudicio maiori et mi‖nori colli et manus. prorsus cum omnibus prouentibus. vtilitatibus et fructibus agrorum cultorum et incultorum. pascuorum. pratorum. lignorum‖ aquarumque decursu. et omnium vtilitatum que in ipsa poterunt denominari et haberi. sicut villani et coloni ibidem morantes. cum limitibus‖ et terrarum distinctionibus hucusque dinoscuntur habuisse. Similiter et excludimus nostros officiatos a predicta villa ne quicquam nomine nostro in‖ibi exsequantur. Iuuaminibus in borchwerck et lantwere nobis saluis cum ab vniuersitate terre fit exactum quid eorum. Ad obser‖uanciam omnium premissorum sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum louenborch anno domini. Millesimo tre‖scentesimo. vicesimo quinto. In Dominica palmarum. Testes huius sunt Albertus wolf de swartzenbeke. ludolfus‖ et Iohannes fratres dicti scacken. zabellus de louenborch. bertrammus zabelli. milites. Nicolaus de hamborch prothonata‖rius noster. hasseko coquinarius et aduocatus noster. et alii plures fidedigni ad hoc specialiter vocati et rogati.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegelschnur. S. H. U. S. II. S. 56.

1325. April 2. **555.**

Junker Waldemar, Herzog von Schleswig, schliefst ein Bündnis mit dem Grafen Johann von Holstein und Stormarn und verpfändet ihm das Land zwischen Eider und Schlei.

In Godes namen Amen We Ivncher Woldemar, van der gnade Godes, hertoghe to Slesewich. Be kennet vnde betvghet an dessen openen breuen dat we ghedeghedinchet‖ hebbet, mit vsem leuen vedderen greve Iohan van Holtzeten vnde Stormeren, also hir na ghescreuen is, Dat we greue Iohanne gheven scolen, ver dusent marc lodeghes‖ sulueres, Colnescher wichte, Desses solueres, scole we eme bereden, vifhvndert lodeghe marc, nv to sante Iohannes daghe de neghest to kvmpt. vnde vifhvndert marc scole‖ we eme bereden dre weken Na deme neghesten sancte Michahelis daghe Desse vorbenomeden dusent marc lodegh, scole we eme bereden mit wande eder mit werke, also,‖ en kopman de anderen mede waren mach, Den ghenteschen doc vor ver lodeghe marc, Den Ordenborgheschen vor dre lodeghe mark, Dat werk also twe bederue Copman spreken‖ dat it lich si, De anderen Dusent marc scol we eme be reden, to den Neghesten Paschen, De dridden dusent Lodeghe marc scal we eme bereden to deme Neghesten sante‖ Martines daghe dar na, De verden Dusent mark de scole we bereden eme to den neghesten Paschen, echter dar na, vor dit benomede svluer scole we setten greue Iohanne‖ de Stad to Ekerenuorde, vnde den Denschenwolt, vnde Allent dat we hebbet twischen Sly vnde Eydere, ane de kercspele vnde man, de vse leue Om Greue Gherard van holtzsten‖ heft in deme lande. Dat vorbenomede

slot scole we vseme vedderen greue Iohanne antwerden, vnde de man de in dem vor be nomeden lande woneth, de scolen eme hvldeghen,‖ vnde vse veddere greue Iohan moth och wol buwen ene veste to Ekerenvorde inde stad oder op de veltmarke ofthe wil, were dat, eme yenech man dat weren wolde, so scole we‖ vsem vedderen helpen dat it ghe bvuuet werde. vortmer dat it yenegh man weren wolde van vser weghene, oder van yeneghes mannes weghene Dat scole we eme helpen be‖ Creftheghen, kvnne we des nicht don, so scal vse Om Greue Gherard vseme wedderen greue Iohanne antwarden dat hvs vnde stad to Segheberghe also it beleghen is, mit voghedie‖ vnde mit mannen, Also langhe wante we dit vorbenomede dinch wllen toghen hebben. Vortmer were dat vse veddere greue Iohan yeneghen scaden neme in Sime gude dat he an‖ deme rike heft, dat scole we eme wedder legghen mit der vyende gvde ofte we dat hebben moghen, Moghe we nicht, so scole we vnde vse helpere vns nicht sonen, vseme‖ vedderen en si sin scade wedder leghet also dat eme noghe, Vortmer vmme vses vedderen scult de eme de koning sculdich is, de he mit sinen openen breuen bewisen mach, dar scole‖ we eme to helpen vnde vsich nicht sonen, eme en si wlle dan also sine breue spreket, Vortmer dat gut dat vse veddere heft in Denemarken, dat scal eme de koning ghelden, Also als it‖ sinen vader cofte, Desse pant vnde lant de hir vorbe nomet sint, scal vse veddere greue Iohan holden twe iar na der lesten ud, der beredinghe de hir vorbescreuen is, De en scal he nicht vor Copen noch‖ vorsetten yeneghem manne, Mer stvnde se ouer de twe iar, So mach vse veddere de beholden vor Copen, vnde vor setten weme he wil, vnde we se beholt deme scole we se lenen, vortmer vse veddere scal den mannen‖ sine openen breue gheuen, dat he se laten scal bi also daneme rechte, als sine man hebbet in deme lande to holtzsten, vnde vse veddere scal en och breue gheuen, als dese sin, de se nv hebbet vp er ghvt Vortmer‖ were dat dese ersten dusent mark vppe de tid de vorbenomet sin, we eme nicht en be redden, So en scal vse veddere nicht riden in vse denest, we ne hebben de wissende wllen toghen, als so it ghe sproken‖ is were dat dit dingh ane orleghe sonet worde, so scole we vseme vedderen greuen Iohanne gheuen twe dusent lodeghe mark van den ver dusent marken de vor sproken sin, De ersten Dusent marc van‖ dessen twen de scole we bereden, als hir vor screuen steyt, vnde de anderen dusent mark, dar scal vse veddere de pant vore holden, oc also dar vore is bescreuen, vnde lesten twe dusent, de scolen quit‖ wesen vortmer scole we vs nicht sonen wene hebben vsem veddere wedder hvlpen der breue de he deme koninghe gheuen heft vppe den kil, vmme alle desse vorbenomeden stvcke, Scal vse veddere greue‖ Iohan vs denen dat ganzte orleghe mit hvndert mannen op orsen, is dat we is bedorven he scal vs volghen mit aller macht, vnde we dit denst hebben willen, dat scole we vsen ved‖deren vore kundeghen vif weken, vortmer neme vse veddere greue Iohan yeneghen scaden, in desseme orleghe, in vanghenen, oder in vor lust in reysegher haue, den scole we wedder legghen greue Iohanne‖ na mantale in vromen, ifteman vromen neme an vanghenen, an sloten vnde an landen were dat eme dar an vnbreke, so scolde he dat vor les vp de pande rekenen, Vortmer vor lore vse veddere entele ors,‖ perde, mer vor lore he mer dat scole we eme ghelden bynnen dren manden dar na, vnde entele perde dar na we se willet ridende hebben, vortmer vmme sos ors oder seuene Scolen se nene reyse vor svmen, noch dorch twintigh‖ perde, mer vorlore he mer dat scole we eme ghelden als dar vor be screuen is, vortmer hebbe we hertoghe woldemar vnde greue Iohan vs vor byn-

den to teyn iaren malk deme anderen bi‖ to stande in alle sinen noden, mit lande mit mannen, mit Sloten, vnde mit aller macht, na desseme orleghe malk vp sin eghene win vnde vor les, wille we oc anders yeneghen heren to desser‖ vorbindinghe hebben, dat scole we don malk mit des anderen rade, vnde vser nen scal sonen noch daghen, noch yenegherleye veligheyt nemen mit vse vyende it en si mit vser aller rade‖ vnde yewelich scal des anderen vyende hinderen, vnde sine helpere desses orleghes vorderen wor he mach. Alle desse stucke de vore screuen sin de scole we greue Iohanne holden, be holt he dat lif, men‖ worde siner to kort bynnen desser vorbenomeden tid, wor eme nicht wlle dan en worde, dar scal we wl don sinen rechten eruen, vnde de eruen de scolen oc vs don vnde holden als hir vor‖ screuen is. vppe dat alle desse dingh vast, stede vnde vntebroken bliuen, so hebbe we hertoghe woldemar, vseme vedderen greue Iohanne intruwen ghe lovet, vnde he vs wedder, vnde hebbet‖ vse ingheseghel to ener be tvghinghe desser dinghe henghet to dessem breue Desse bref is[1]) gheuen vnde screuen to deme kile, na Godes bort dusent iar, dre hundert iar, in‖ deme vifvndetwinteghesten iare, des vridaghes na Paschen.

[1]) *übergeschrieben.*

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegel am Siegelstreifen. Daselbst die gleichlautende Gegenurkunde des Grafen Johann. Reg. Dan. 1968—1969.

1325. April 27. **556.**

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt dem Grafen Johann den über das Land zwischen Eider und Schlei geschlossenen Vertrag.

We Gherad von dher gnadhe Godis Greue tho holzstehn vnde Sthormeren bi kennit vnde tůghit‖ in dhessime openem breue, dhat we vsime leuen vedderen Greuen Iohanne entruwen ghelouit‖ hebben mit vsen bedderuen mannen, dhe hir na bi screuen stan, mit hern dosen blokke‖ hern hinrich splÿte, hern hartwiche van reuitlo, hern dhetleue van der wensynen, hern‖ Iohanne van slamerstorpe, her nycolaus de olden vnde hern nycolaus deme iunghen vnde hern iohanne vamme Crumendyke, hern Marckuarde van westhense vnde hern emeken haken, dhat we eme‖ alle de[1]) dhing holden scollen also, alse vse openem breue spreken, dhe we eme gheuen hebben‖ vmme dhe stat tho eckerenvorde, vnde dhen denschenwolt vnde dhat lant twischen eyder vnde Sly, dhes hebbe we eme ghe gheuen dessen openen bref tho tůghe vnde bi seghelt mit‖ vsime inghesegele na godis borth dusint iar drehundirt iar in dheme vif entwintighisten‖ iare, in dheme sonauinde vor sente wolberghe daghe, by de vorde to Stolpe.

[1]) *übergeschrieben.*

In dorso *(s. 15.)*: pro nichilo deseruit.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel am Pergamentstreifen zur Hälft erhalten. Reg. Dan. 1970.

1325. Mai 6. **557.**

Ratgeber und Gemeinde in Dithmarschen beurkunden dem Grafen Gerhard von Holstein sein Eigentum an dem Wehr zu Palenhuden und anderen Gütern an der Eider.

Omnibus presens scriptum cernentibus aduocati Consiliarii terreque thitmarcie vniuersitas, pacem‖ et prosperitatem in vita presenti et eternam gloriam in futuro. Ne ea que aguntur in tempore‖ simul labantur cum tempore expedit

ipsa scripture testimonio perhennari. Recognoscimus, ac tenore‖ presencium publice protestamur, quod Nobilis vir dominus Gherhardus, Comes holtsatie. et‖ Stormarie et sui heredes, debent lacunam wlgariter were dictam, in palenhudhen sitam‖ et omnia bona sua apud Eydriam sita, que vncquam Nobilis viri, Domini Gherhardi‖ Comitis holtsacie et Stormarie progenitores habuerunt pre nobis et causa nostri facere vel‖ dimittere volentibus vniuersis, absque omni gwerra, et contradictione libere in perpetuum possidere‖ In cuius rei testimonium sigillum nostre vniuersitatis presentibus est appensum, Datum Meltorpe‖ Anno domini. M. CCC°, XXV°, In die beati Iohannis ante portam latinam.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegelstreifen. U. B. zur Geschichte des Landes Dithmarschen 20.

1325. Juni 24. **558.**

Waldemar, Herzog von Jütland, bestätigt der Stadt Flensburg (Flensburgh) *ihre Freiheiten und ihr Stadtrecht mit Ausnahme dreier Artikel.* — „Scire volumus."

Datum et actum Flensburgis, teste domino Thrugillo Pæterson, placito nostro presidente, anno domini millesimo trescentesimo vicesimo quinto in festo natiuitatis beati Iohannis Baptiste.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Sejdelin, Dipl. Flensborg. I. 12. Reg. Dan. 1973.

1325. Juni 24. **558a.**

Waldemar, Herzog von Jütland, bestätigt der Stadt Flensburg das Recht der „Wilkor". — „Noueritis."

Datum et actum Flensburgh, teste domino Thrugillo Pætersen, placito nostro presidente, anno domini M° CCC°. vicesimo quinto in festo natiuitatis beati Iohannis baptiste.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Sejdelin, Dipl. Flensborg. I. 13. Reg. Dan. 1974.

1325. Juni 30. **559.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, beurkundet, dafs Lutgard, Äbtissin des Klosters Fischbek, einen Hof von zwei Hufen in Honinghe *von Justasius, Sohn des Heydolf von Honinghe, für 22 Pfd. Hameler Pf. gekauft hat.*

Nos Adolfus Dei gracia Comes holtsacie et de Scouwenborch recognoscimus in presenti littera et publice protestamur quod‖ venerabilis domina. domina. Ludgardis abbatissa et conuentus Monasterii in visbeke emerunt vnam curiam duorum mansorum‖ situatam in Honinghe a Iustacio filio quondam heydolfi de honinghe pro viginti duobus talentis hamelensium‖ denariorum. Qui certificatus de dicta pecunia eandem curiam cum omnibus suis appendiciis. Siluis. pascuis. pratis‖ cultis pariter et incultis ad manus supradicte domine abbatisse cum consensu omnium heredum suorum et omnium quorum intererat‖ ore et manu liberaliter resignauit. renuncians omni iuri quod sibi et suis heredibus conpetebat indictis bonis uel‖ conpetere poterat in futuro. In cuius empcionis tam rite et racionabiliter facte testimonium ad preces parcium. nostrum sigillum presen‖tibus est

appensum Datum anno domini. M°. CCC. XXV. Dominica post festum beati Iohannis baptiste.

Original im Archiv des Klosters Fischbek. Siegel am Pergamentstreifen fragmentarisch.

1325. Juli 15. **560.**

Junker Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, verpfändet seinen Kaplänen eine Hufe in Tinsdale *für 10 Mark Brem. Silbers.*

Dei gracia Nos Domicellus. Adolfus Comes Holtsacie. stormarie et in Schowenborg, Coram‖ vniuersis audituris presencia vel visuris recognoscimus publice protestando, quod ex beneplacito et consensu‖ omnium heredum nostrorum, dilectis Capellanis nostris, Domino Tiderico vppenperde sacerdoti. perpetuo vica‖rio ecclesie alme virginis in Hammenborg. Alberto eiusdem cognominis nostro Notario. ac Hermanno‖ dicto Rybe Ciui nostro Hammenborgensi. eiusque veris heredibus. pro decem Marcis bremensis argenti‖ Nobis integraliter persolutis, obligauimus in hiis scriptis vnum Mansum nostrum quem . . Meyger‖ cognomine dictus, colit et inhabitat, Annuentes et volentes quod prenominati . . vel illi qui‖ Nobis monstrauerint presens scriptum, eundem mansum cum omni iure iudicioque maiore et minori et‖ prorsus cum libertatibus et vtilitatibus vniuersis. prout situs est in campis. pratis. pascuis. agris‖ cultis et incultis. siluis et rubetis ville nostre Tinsdale et simpliciter sicut iacet‖ inter villam et extra, iusto pigneris tytulo possideant, eisdem iuribus et libertatibus quibus‖ prediscessores nostri . . et Nos . . ipsum possedimus in hunc diem. Possumus eciam Nos . . et heredes‖ nostri . . sepedictum mansum nostrum quolibet anno redimere intra muros ciuitatis Hammenborgensis‖ quandocumque nostre placuerit voluntati, paratis denariis et datiuis. Datum et Actum Schowen‖borch presentibus famosis viris. Castellanis nostris ibidem, quorum sigillum vna cum nostro‖ presentibus est appensum. Anno domini M°. CCC°. vicesimo quinto. in die Diuisionis apostolorum.

Original im Hamb. Archiv. Siegel fragmentarisch (Reitersiegel und Burg mit dem Schildrand im Thor.). Schütze, Hamb. Geschichte II. 320.

1325. Juli 20. **561.**

Waldemar, Herzoy von Schleswig, befreit die Bürger von Schleswig von allen landesherrlichen Abgaben.

Waldemarus dei gracia Dux Iucie, Omnibus presens scriptum cernentibus, salutem in domino sempiternam, Constare volumus presentibus et futuris, quod nos exhibitores‖ presencium dilectos nobis ciues sleswicenses, sub nostra pace et protectione speciali receperimus defensandos, ipsos a solucione. XL marcharum que dicitur bygiald. racione‖ expedicionis. arnægiald. arfkyøp. torghgiald. et a theloneo ubique infra ducatum nostrum, ac ab omnibus oneribus et seruiciis nostris quibus grauari. poterint.‖ videlicet. in culcedris. coldariis vel pottis, ad castrum ibidem per aduentum aduocati qui pro loco et tempore ibidem prefuerit ab ipsis requirendis, nisi cum personaliter illac venerimus, Exigentibus eorum fidelibus seruiciis et deuotis, ipsisque in huiusmodi fidelitate nobis promissa et iurata. firmiter persistentibus, quamdiu memorata ciuitas in nostra possessione fuerit, liberos dimittentes pariter et exemptos, Hanc eciam eisdem graciam superaddimus

specialem, vt ubicumque infra limites nostri ducatus causa negociandi cum suis venerint mercaturis, sicut tempore dilecti patris nostri et progenitorum nostrorum temporibus liberam habeant facultatem emendi que voluerint et eadem libere quocumque voluerint deferendi, prohibicione aliqua que in ducatu fieri possit non obstante, volumus insuper nichilominus et promittimus nos cum eisdem ciuibus omnia iura et leges siue consuetudines, que vel quas 'prius liberius habuisse dinoscuntur seruare illibata, sub gracia nostra districtius prohibentes, Ne quis aduocatorum nostrorum, eorundem officialium, seu quisquam alius, super hiis libertatibus sibi a nobis indultis, ipsos aliquatenus audeat indebite molestare, quod si quis ausu temerario attemptaverit, nostram procul dubio non effugiet ulcionem, In cuius facti testimonium et euidenciam pleniorem, eisdem presentes literas sigilli nostri munimine contulimus roboratas, Datum sleswiic. Anno domini. M⁰. CCC⁰. vicesimo quinto, profesto beate Marie magdalene. Teste domino Thrugillo pæterson.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel an seidener Schnur. Reg. Dan. 1975.

1325. Juli 24. 562.

Waldemar (Vuoldemarus), *Herzog von Jütland, nimmt das neu gebaute Haus zum h. Geiste in Flensburg* (Flensburgh) *mit seinem Grundbesitz und seinen Einkünften im Betrage von 150 Mark Kupferpfennigen in seinen Schutz und befreit es von allen landesherrlichen Abgaben einschließlich der Dreimarkbuße.* — „Nouerint vniuersi."

Datum Flensburgh, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto in vigilia beati apostoli Iacobi, teste domino Thrugillo Petri.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Seidelin, Dipl. Flensborg. I. 14. Reg. Dan. 1976.

1325. Juli 30. 563.

Detlev, Henning und Marquard, Gebrüder von Sigghem, verkaufen dem Kloster Preetz die Hälfte der Dörfer Porsvelde *und* Ylsol *für 700 Mark.*

Uniuersis presentes litteras inspecturis uel audituris, Detleuus et Henninggus milites. Marquardus armiger, fratres dicti de Sicghem. salutem in domino et rei geste agnoscere‖ veritatem. Quoniam, que in tempore geruntur, simul cum tempore labuntur, ne ipsorum memoria depereat, solet hominum discrecio ea per litteras enarrare. Notum igitur fore cupimus per presentes, quod‖ cum . . preposito. Priorisse et conuentui monasterii in Poretze dimidietas ville dicte Porsuelde cum dimidietate molendini eidem ville adiacentis et dimidietas ville dicte ylsol pertinerent, Et nobis alie dimidie‖tates earundem villarum et dicti molendini nostre essent. Nos de consensu domini nostri, domini Iohannis, Comitis Holtsacie et Stormarie, a quo predicta bona in feodo tenebamus, et de consensu fratris nostri, domini Hinrici‖ dicti de Porsuelde, Canonici zwerinensis, et similiter aliorum, quorum interesse poterat, dimidietatem eiusdem ville Porsuelde cum nouem mansis et dimidio, et dimidietatem dicti molendini eidem ville adiacentis Et‖ curiam, quam in dicta villa habuimus, et dimidietatem pretaxate ville ylsol cum quatuor mansis predictis, preposito, priorisse et Conuentui Rite et rationabiliter vendidimus et tradidimus cum omnibus eorum Attinentiis‖ Accessibus et egressibus suis usque ad viam publicam, pratis, pascuis, et paludibus, lignis, rubetis, aquis aquarumque decursibus, cum omni iudicio maiori, colli vide-

licet et manus, et minori, cum distinctionibus et terminis,|| et cum omnibus aliis iuribus, quibus nos hactenus huiusmodi bona possedimus, pro precio, Septingentarum marcarum denariorum lubicensium, quod precium recognoscimus nos ab ipsis habuisse et recepisse, ac nobis integraliter, datum, solutum,|| ac numeratum fuisse. Promittentes dicta bona, habere licite, dolum malum abesse abfuturumque esse. Promittentes quoque per nos nostrosque heredes dicto Preposito, pro se et priorissa ac Conuentu prefatis stipulanti, litem, uel|| controuersiam, eis de dictis bonis, aut aliquo eorum, vel aliqua eorum parte nullo tempore inferre, uel inferenti consentire, sed ipsa bona et quodlibet eorum ipsis tam in proprietate quam in possessione ab omni persona et vniuersitate legitime|| defendere, auctorizare et expedire. Quodsi quo tempore lis aut controuersia quecunque in eis de dictis bonis aut aliqua eorum parte, seu ipsorum occasione moueretur, Promisimus ipsam litem et controuersiam et omnem causam, quandocunque|| et quocienscunque nobis nunciatum fuerit, in nos recipere, et in eadem causa legitime defensioni nos offerre. et in causa uel causis. tam principalibus quam appellacionum, sistere usque in finem propriis expensis. Et nichilominus si pro huius||modi bonis defendendis, iidem, prepositus, priorissa et Conuentus, dampnum aliquod sustinuerint uel expensas aliquas fecerint in iudicio uel extra, Promisimus ipsum dampnum et expensas integras restituere eisdem. Quam siquidem|| vendicionem, et omnia et singula supradicta promisimus perpetuo firma grata et rata, habere, tenere, et obseruare et adimplere, nec contra facere uel venire, per nos uel per alios aliqua racione uel causa, de iure uel de facto. Re||nunciantes excepcioni nobis non dati, non soluti, et non numerati precii, et auxilio competenti circumuentis ultra dimidietatem iusti precii. Donantes eis ex certa scientia irreuocabiliter inter viuos, quod dicta bona nunc valent plus precii|| aut in futurum valebunt. Excepcioni rei sic non geste, excepcioni doli mali, quod metus causa, condicioni sine causa, actioni in factum, Restitucioni in integrum et generaliter omni auxilio tam iuris quam facti, quod|| contra premissa uel eorum aliquod obici posset uel opponi. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et Actum In Ecclesia Honsvne. Anno domini Millesimo. Trecentesi||mo vicesimo Quinto In festo beatorum Martyrum Abdon et sennes. Presentibus Honorabilibus viris, Dominis, Iohanne haken, Gotscalco smedeken. Canonicis ecclesie Lubicensis.|| Frederico de Crempa. Emekino de santberghe, volrado et Gotscalco, fratribus dictis de Ascheberghe, Hinrico et Nicolao de Reuentlo, militibus, et Aliis quam pluribus fide dignis Testibus ad hoc vocatis specialiter et Rogatis.

Original im Archiv des Klosters Preetz. Ein Siegelstreifen. S. H. U. S. I. S. 231.

1325. Juli 30. 564.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt den Verkauf der Dörfer Porsvelde *und* Ylsol *seitens der Gebrüder Sigghem an das Kloster Preetz.*

Uniuersis presentes litteras visuris vel audituris, Iohannes. dei gracia Comes Holsatie et Stormarie, salutem in domino sempiternam. Tenore presencium cupimus fore notum, quod|| nos, habito consilio et consensu eorum, quorum consilium et consensus fuerant requirendi, vendicioni suprascripte et omnibus ac singulis in ea contentis nostram interposuimus auctoritatem et consensum. Et

nichilominus‖ huiusmodi bonorum, que prefati, Detleuus et Henningus, milites, necnon Marquardus armiger, fratres dicti de Sieghem, eisdem preposito, Priorisse ac Conuentui, ut supradicitur, vendiderunt, propter deum et‖ salutem anime nostre et animarum progenitorum nostrorum, proprietatem et dominium directum donauimus, Preposito, Priorisse et Conuentui supradictis, et etiam dicta bona, titulo donacionis dimisimus in perpetuum libera, ab omni‖ tallia, precaria, exactione, angariis et perangariis et generaliter ab omnibus oneribus uel muneribus, sordidis uel honestis, ordinariis uel extraordinariis, et quocunque nomine censeantur, et plane cum omni libertate‖ qua cetera bona et villas, in nostro districtu et territorio constitutas, tenent, et hucusque tenuerunt, Promittentes, predicto, preposito, pro se[1]) priorissa ac Conuentu prefatis stipulanti, premissam donacionem et omnia ac singula‖ in ea contenta perpetuo firma, grata et rata habere, et tenere et non contra facere, uel venire, per nos uel alium aliqua causa, de iure uel de facto, nec ipsam donacionem occasione ingratitudinis, uel causa aliqua revoca‖re. Renunciantes siquidem excepcioni doli mali, restitucioni in integrum, condicioni sine causa, actioni in factum, Et generaliter omni auxilio tam iuris quam facti, per quod premissa uel eorum aliquod impugnari pos‖sent aliquo modo uel infringi. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et Actum In Ecclesia Honsvne, Anno domini M⁰. CCC⁰ XXV, In festo beatorum Martyrum Abdon et sennes.

[1]) pro se *übergeschrieben.*

Original in doppelter Ausfertigung von gleicher Hand im Archiv des Klosters Preetz, die erste mit einem Siegel an seidener Schnur, mit dreien an Pergamentstreifen, die zweite mit einer Seidenschnur, einem Siegelstreifen, drei Siegeln an Pergamentstreifen. S. H. U. S. I. S. 233.

1325. Aug. 3. **565.**

Die Gebrüder Heinrich, Bertold und Ludolf von Heimbruch, verkaufen 5 Mark Einkünfte aus Nienhusen an Marquard de Calvede.

Nos hinricus Bertoldus et ludolfus fratres dicti de heymbroch presencium testimonio recognoscimus publice protestantes. quod nos et nostri heredes vendidimus Discreto viro. Marquardo de Caluede. suisque veris heredibus quinque marcarum redditus in bonis nostris Nyenhusen, in quibus bonis habemus annuatim nouem marcas. pro quinquaginta marcis hamburgensium denariorum. et de ipsis bonis idem marquardus sine inpedimento debet sumere annuatim quinque marcas. Idem vero marquardus nobis dedit facultatem reemendi ipsos redditus a cathedra petri nunc futuro ad tres annos. si vero infra tres annos non reemerimus. extunc idem marquardus et sui heredes ipsos redditus obtinebunt. Insuper si infra predictum terminum de predictis quinquaginta marcis aliquid persoluerimus extunc de marcis vna marca de redditibus ad nos cedet. Sed idem marquardus primo anno ipsos redditus obtinebit. Si vero idem marquardus aliquod impedimentum in ipsis redditibus sustineret. nos vna cum compromissore nostro Ciuitatem Buckstehude cum ab ipso moniti fuerimus intrabimus. inde non exituri. nisi ipsi satisfecerimus in gracia uel in iure. In cuius rei euidens testimonium vna cum compromissore nostro gheuehardo groten sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini, M⁰. CCC⁰. XXV⁰. In die inuencionis stephani prothomartyris.

Aus dem Transsumpt von 1341. Octbr. 12. im Lib. cop. cap. fol. 160a im Hamb. Archiv.

1325. Aug. 10. **566.**

Hermann Mornewech, Heinrich von Bockholt, Volmar von Attendorn, Ratsherren in Lübeck, beurkunden, dafs der Lübecker Bürger Engelbert Stencop vor ihnen bezeugte, sein Bruder Bernhard habe dem Kloster Loccum etliche ihnen gehörige Werder an der Weser verkauft.

Uniuersis presencia visuris, Hermannus dictus mornech Hinricus de bocholte et Volmarus de atendorn, Consules ciuitatis lubicensis, Salutem|| cum noticia veritatis. Protestamur presentibus nostrum conciuem engelbertum dictum stencop in consistorio coram communi consilio nostro lubicensi consitutum,|| exposuisse quod bernardus dictus stencop frater eius, abbati et conuentui monasterii in lucka quedam bona dicta werdere, prope|| weseram sita, ipsis bernardo et engelberto fratribus simul pertinentia vendidit rite et racionabiliter prout olim pertinuerunt patri||eorundem, Quam vendicionem et contractum, dictus engelbertus cum vxore et pueris ibidem presentibus, ratam et gratam habens, ad ma||nus dictorum Abbatis et conuentus monasterii in lucka coram dicto nostro consilio eadem bona legitime resignauit et renunciauit omni|| proprietati et iuri suo, quod in hiis hactenus sibi et suis heredibus conpetebat, aut conpetere posset in futurum, protestatus est eciam|| coram nobis, quod pro pecunia, ipsum pro sua parte contingens, per dominum abbatem et conuentum prefati monasterii sibi sit ple||narie satisfactum et nos ad instantiam sepetacti engelberti, in euidens testimonium premissorum sigilla nostra presentibus appendimus|| vna cum suo proprio sigillo, Datum anno domini M⁰. CCC⁰ vicesimo qninto, In die. beati Laurencii martiris.

Original im Archiv des Klosters Loccum. Ein Siegel, drei Siegelstreifen.

1325. Septbr. 25. **567.**

Marquard von Westensee und Detlef von Wensien beurkunden, dafs Lambert, Hermann und Heinrich, Gebrüder von Raboysen der Witwe und den Erben Ludolfs von Mühlenbruch das Dorf Berne im Kirchspiel Rahlstedt für 200 Mark Hamburger Pf. verkauft haben.

Nos Marquardus dictus de westenze ac Detlewus dictus de wenzin, Coram omnibus presencia visuris seu audituris|| recognoscimus publice protestantes. Quod honesti famuli, Lambertus, Hermannus, ac Hynricus, fratres dicti de Raboysen, nobis|| presentibus et hoc placitantibus, vnanimi consilio et consensu, perpetua vendicione vendiderunt, Domine Lubben Relicte|| quondam Ludolphi de Ponte molendi bone memorie. ac veris heredibus ipsius Ludolphi, villam dictam Berne, sitam|| in parochia Radoluestede bremensis dyocesis, pro ducentis marcis denariorum Hamburgensium, cum omnibus pertinenciis suis. et cum omni|| iure fructu et vtilitate. lignis pratis, pascuis, aquis et aquarum decursibus, agris cultis et non cultis, iure hereditario|| perpetuo possidendam. Dicta tamen domina et heredes annuunt eis ex speciali gracia quod dictam villam reemere valeant, infra|| quatuor annos proxime subsequentes, pro CC. marcis denariorum Hamburgensium, quod si non fecerint, extunc predicta domina, et heredes, ean||dem villam cum suis pertinenciis ut premittitur iure hereditario perpetuo possidebunt, In cuius rei Testimonium sigil||la nostra presentibus sunt appensa. Actum et Datum Hamborg, anno domini. M⁰. CCC⁰. XXV⁰ feria quarta post festum|| sancti Mauricii et sociorum eius, presentibus honorabilibus et discretis dominis Hinrico The-

saurario et Iohanne de Goritze sco||lastico. ac Iohanne de monte. et Hinrico de Hetvelt. proconsulibus, testibus premissorum.

Original im Hamb. Archiv. Zwei Siegel fragmentarisch an Pergamentstreifen.

1325. Septbr. 29. **568.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, bestätigt die Freiheiten des Klosters Cismar.

In dei nomine Amen, Ericus dei gracia, Dux Saxonie Angharie, et Westfalie, Ad perpetuam rei memoriam, Hanc sibi quodammodo, nobili||tas legem statuit, vt se debere estimet quod sponte tribuit et nisi in virtutibus accrescat, se nil fecisse putet, Vnde et nos, ante oculos mentis redu||centes nobilia et gloriosa facta progenitorum nostrorum, qui Ecclesias plurimas fundauerunt, et laudabiliter dotauerunt, formidamus non in merito nos pos||se dici degenerare nisi eorum virtuosa opera imitantes, quod ab ipsis deuote factum est ampliare sollicite studeremus. Nuper siquidem cum de reg||no dacie nauigio venientes per claustrum Religiosorum virorum ordinis sancti Benedicti, lubicensis dyocesis, in Cysmer, quod est interra holtzacie transi||tum faceremus, Ad presenciam nostram deuote et reuerendi viri domini, Wipertus abbas et Conuentus eiusdem monasterii accesserunt, cum instancia deuote|| et humiliter supplicantes, Quatenus, cum ipsi et antecessorum eorum qui pro tempore fuerunt Olim plures villas, molendina, redditus, iura, possessiones|| et alia bona, tam in aquis quam interris, a nobilibus viris, Comitibus et dominis, terrarum Holtzacie, Magnopolensis et Slavie, nunc viuentibus et a|| progenitoribus ipsorum, vasallis nostris necnon a subditis eorundem, donacionis, empcionis, et permutacionis titulo acquisierint, ac alias comparauerint, auctori||tate tamen et consensu nostro, qui in huiusmodi contractibus, donacionibus, empcionibus, et permutacionibus requiri et optineri iure debebat racione|| superioritatis, quam ad, Comites, et dominos terrarum prefatarum, vasallos nostros, nos habere dubium non existat. Ad id minime accedente prelibatas villas|| molendina, redditus, iura, possessiones, et alia bona, quorum nomina et specificacio inferius continetur, ipsis et successoribus suis, de innata nobis pie||tate, et de speciali dignaremur gracia confirmare, Nos igitur piorum principum progenitorum nostrorum, qui viros religiosos et loca ipsorum, graciosis|| priuilegiis contra calumpnancium insidias munierunt, et pio semper prosequebantur affectu, vestigiis inherentes, quia prefatos contractus, donaciones|| empciones, et permutaciones, iustos et racionabiles, fore conspicimus, dictorum . . Abbatis et Conuentus precibus inclinati, ipsos omnes, et singulos quo ad om||nes clausulas et singulos articulos in ipsis contentos, ratificamus et approbamus, et excerta sciencia confirmamus, Volentes vt omnes et singuli|| prefati contractus, donaciones, empciones, et permutaciones ex hac auctoritate et consensu nostro, quamuis expostfacto prestito adeo plenum immo ple||nius et plenissimum robur exnunc, capiant debite firmitatis, ab inicio consensus et auctoritas nostra, vel progenitorum nostrorum in omnibus donacio||nibus empcionibus, et permutacionibus, vel singulis contractibus, requisiti et optenti exstissent ac si quoque de ipsis eorumque totis tenoribus de verbo|| ad verbum in hiis nostris litteris mensio fieret specialis, Renunciantes pro nobis et heredibus nostris, omnibus iuribus, proprietatibus et pertinenciis|| quibuscumque, que nobis et heredibus nostris inpresenti et futuris temporibus possent competere quoquomodo, In cuius approbacionis confirma||cionis consensus

et auctoritatis nostre euidens testimonium presen[tes lit]teras, accedente ratihabicione principalis auctoritatis, qua factum nostrum‖ semper confirmare consueuimus, sigilli nostri appensione iussimus communiri, Et ne forte de premissis villis, molendinis, redditibus, iuribus‖ possessionibus et aliis bonis, a nostris et aliorum successoribus possit dubium videlicet suboriri, eas seu ea vel eos duximus declarare videlicet interra holtza‖cie, Locum claustri sum allodio, stagno, et duobus molendinis adiacentibus. Curiam castri, villam smucekendorpe, villam Clokenhaghen, villam‖ Grobenitze cum ecclesia et molendino et indagine apud Salsum mare, villam lendest, villam korneke, Dimidiam villam slemmyn, et[1]) molendino ad‖iacente, Molendinum Sukestorpe cum tercio dimidio manso, cum omni iure dominio et proprietate, villam barenstorpe, villam kokelvne cum molendino, vil‖lam Tesleuestorpe cum molendino, villam Dallmendorpe, villam Luttekenrodelvbe, villam langhenhaghen, villam Neuerstorpe cum molendi‖no, villam hoghewolt, villam schonewolt cum Ecclesia et molendino, villam hoghenberch, villam pvrekestorpe, molendinum in aluerstorpe cum‖ dimidio manso, villam kvserestorpe cum molendino, villam Glint, villam schirenbeke, villam postyn, villam holendorpe, dimidiam villam‖ viszowe, villam cleue, In terra pole, villam Ostergoluizze, villam Westergoluizze, villam Malchowe, vilam . . . zeberch, In terra meke‖lenborch villam Crempin, villam smakentyn, villam Criszowe, villam Warekestorpe, duas villas dictas hog . . . wentorpe, Curiam in ciui‖tate wismer cum molendino Dammenhusen et aliquibus mansis sitis in Campo et interminis, ciuitatis eiusdem, . . . tum in Castro nostro Louen‖borch, Anno M°, CCC° vicesimo quinto infesto sancti Michaelis archangeli, presentibus honorabilibus, et di . . . . . is, Iohanne de sol‖towe nostro Capellano, Heynone scharpenberg, Gherlaco schulten, wlf de swartenbeke, Ludolfo schacken wasmo . . . . . Iohanne schacken‖ Hermanno de daldorpe Bertrammo zabelli militibus, Drochleuo de doren, Ludolfo schorleken, Iohanne schaken, . . . m . . . de wittorpe Nicolao‖ brochdorp, Euerhardo schaken, Arnoldo sassenhaghen, Manegholdo . . . warcen, per manum nostri Cancellarii domini Ni . . . dicti gyr, nostro sub sigillo.

[1]) *l.:* cum.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Reitersiegel des Herzogs an grün-roter Schnur. S. H. U. S. II. 862. Reg. Dan. 1979.

1325. Oktbr. 1. 569.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs die Gebrüder von Raboysen den Hamburger Bürgern Johann und Nicolaus Volceke das Dorf Berne überlassen haben.

Johannes dei gracia, comes Holtsacie et stormarie, vinuersis audituris presencia seu visuris salutem‖ in domino. Nouerint vniuersi quod constituti in nostra presencia honesti famuli Lambertus, Hermannus‖ et Hinricus fratres de Raboysen, vasalli nostri dimiserunt et resignauerunt Iohanni et Nyco‖lao filiis Ludolfi volcekini Ciuibus nostris in hamborch et eorum heredibus villam berne‖ cum omnibus suis agris cultis et incultis, paludibus, pratis, pascuis, rubetis, siluis, lignis‖ lignorum fructibus et sectionibus, aquis, aquarum decursibus, terminis, terminorum distinctionibus‖ indiciis maiori et minore, et vniversaliter cum omnibus suis iuribus, proprietatibus, emolumentis pro‖uentibus et pertinenciis, quibus dicti Lambertus, Hermannus et Henricus et eorum progenitores,‖ dictam villam hactenus possederunt, quam quidem dimissionem et resignationem, Nos gratam‖ et ratam habentes, iure pheodali contulimus eisdem Johanni et Nycolao ac ipsorum

heredibus|| dictam villam cum omnibus conditionibus supradictis, volentes quod idem iohannes et Nycolaus ac|| ipsorum heredes, prefatam villam saluis sibi omnibus et singulis memoratis conditionibus, absque|| nostri et nostrorum heredum necnon dictorum de Raboysen impedimento et contradictione, perpetuo tem||pore iure pheodali libere possideant et quiete Testes aderant, strennui viri, Marquar||dus de westense, Thetleuus de wensinen, Iohannes de brocdorpe Milites, Egghehardus|| de brocdorpe et Marquardus scake famuli vasalli nostri, et plures alii fide digni, In|| Cuius rei testimonium, sigillo nostro iussimus presentia roborari, Datum et actum Hamborch,|| anno domini, Millesimo, CCC°, XX°, Quinto, In die beati Remigii Episcopi.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen am Pergamentstreifen. Klefeker X. 134.

1325. Nach Octbr. 9. **570.**

Leo, Propst von Hamburg, setzt die Leistungen der Kirchspiele Büsum, Lunden, Hennstedt, [Hohen-]Westedt, [Süder-]Hastedt, Heiligenstedten, Beidenfleth und Neukirchen fest.

Leo dei gracia prepositus ecclesie hamburgensis. vniuersis presencia uisuris seu audituris salutem in domino sempiternam. Cum olim plebani quarundam ecclesiarum nostre prepositure videlicet in worden. weslingburen. Busen. Lunden Honstede. Wetingstede. Herstede. Hilleghenstede. Beyenulete et Nyenkerken qui dictis ecclesiis suis soluere tenentur annis singulis honorabilibus viris dominis canonicis dicte ecclesie hamburgensis quatuor marcas denariorum expedite. inter se dubitarent, nec pro certo scirent. quantum vnusquisque de ecclesia sua annuatim soluere teneretur. id a nobis vnanimi consilio et consensu petiuerunt discuti et finaliter terminari. Quod nos maturo super hoc habito consilio et facta inquisicione diligenti. discussimus et terminauimus finaliter in hunc modum. quod plebanus in worden duodecim solidos. In weslingburen octo. In busen sex. in lunden sex. In honstede quatuor. In wetingstede quatuor. in herstede quatuor. In hilleghenstede duodecim. In beyenulete quatuor. et in Nyenkerken quatuor solidos persoluent annis singulis dictis dominis canonicis sicut antecessores eorum. a tempore cui non exstitit memoria. eos sine contradictione qualibet fideliter persoluerunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo capituli sepedicte ecclesie hamburgensis presentibus duximus apponendum. Datum et actum hamborgh anno domini M°. CCC°. XXV. In capitulo post festum dyonisii.

Lib. cop. cap. fol. 70a im Hamb. Archiv.

1325. Octbr. 16. **571.**

Junker Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, verkauft dem Kloster Reinfeld drei Hufen in Sommerland.

In cristi nomine Amen. Dei gratia Domicellus Adolphus Comes holtsacie stormarie. et in Scowenborg vniuersis audituris presentes seu uisuris salutem in eo qui omnia solus regit|| Quia dies domini sicut fur in nocte veniet. oportet horam retribucionis eterne multis misericordie operibus preuenire. Nos igitur ut mereamur gratiam ante tribunal in fallibilis et extremi iudi||cis inuenire. experfecto beneplacito et consensu dilectorum fratrum nostrorum Gherardi uidelicet et Erici omniumque heredum nostrorum ac omnium quorum consensus fuerat requi-

rendus pro quadam summa|| pecunie nobis integraliter persoluta. vendidimus et donauimus Reuerendo in cristo patri ac domino abbati totique conuentui monasterii in Reyneuelde proprietatem et omnem libertatem|| trium mansorum id est septuginta duorum iugerum continue sitorum inuilla nostra somerlande. videlicet Agrum dictum vertel quem reynbernus dictus punder coluit et inhabitauit|| et Agrum quem quondam coluit et inhabitauit willekinus dictus Ekenebrant. et quicquid situm est inter Agros predictos. et simpliciter omnia et singula que spectant et pertinent|| ad mansos et iugera supradicta. Sane tamen intelligendum est quod predicti abbas et conuentus hec eadem bona cum omni iure iudicio quoque maiori et minore ac utilita||tibus uniuersis scilicet agris. aquis. aquarumque decursibus. Aggerisque et aquarum iuribus que stowinge wlgariter nuncupantur libere et pacifice perpetuis temporibus possidebunt|| Donauimus eciam supradictis Abbati et conuentui dimidium iuger situm in eadem uilla inagro henrici went. quod coluit quondam willekinus filius lutberti hinxt|| cum omni iure prenotato perpetue possidendum. Insuper colonos dictorum Agrorum siue iugerum qui nunc colunt vel inposterum ad colendum susceperint liberos dimittimus et|| esse uolumus exemptos ab omni exactione et precaria. et a quolibet censu uidelicet grauenscath. Coninges pennig. bortelgelt. vecturis. uel quocunque alio nomine censeatur.|| vel inposterum censeri poterit. necnon ab omni seruicio poncium castrorum Aggerum uel cuiuscumque municionis faciende et ab omni expedicione extra paludem. excepta illa que|| wlgariter lantwere nominatur. et hoc tantumodo in palude. onere et mandato aduocatorum. nichil omnino nobis ac heredibus nostris iuris ac iudicii in prefatis iugeribus reseruantes.|| sed renunciamus pro nobis et omnibus heredibus nostris natis et perpetue nascituris omni iure quod nobis et nostris inprefatis bonis hucusque conpetebat. aut posset conpetere temporibus|| post futuris. Huius facti testes sunt fideles nostri Tidericus holtgrauius miles. Albertus notarius noster. henricus de welzede senior. iohannes stake. et Gerlacus|| oldehauere famuli. et plures alii fidedigni. Datum et actum hatesborch. anno domini M⁰. CCC⁰. XXV⁰. In die beatorum Galli et Lulli. Sub appensione magni|| sigilli nostri.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Doppelsiegel an seidener Schnur.

1325. Novbr. 7. 572.

Gerhard, Johann und Junker Adolf, Grafen von Holstein, Stormarn und Schauenburg, verkaufen der Stadt Hamburg die Münze daselbst.

In nomine domini amen. Gherardus, Iohannes ac domicellus adolfus dei gracia Comites|| Holtsacie, Stormarie et Scowenborch, Omnibus in perpetuum presencia visuris et audituris salutem|| in domino sempiternam. Nouerit felix etas presentium et prospera successio futurorum quod nos cum|| pleno consensu et beneplacito nostrorum heredum et maturo consilio nostrorum fidelium vasallorum con||corditer vendidimus et liberaliter resignauimus dilectis nostris consulibus et ciuibus in Ham||borch, monetam nostram cum omnibus iuribus prouentibus vtilitatibus et pertinenciis quibus|| progenitores nostri quondam comites Holtsacie nobiles felicis memorie et nos, eandem|| monetam hactenus possedimus, Renunciantes omnibus iuribus et proprietatibus que nobis|| et nostris heredibus in dicta moneta vsque in presens competebunt et competere poterant|| in futurum, Volentes vt iidem consules et ciues Hamburgenses eandem monetam inantea|| perpetuis temporibus teneant, et possideant absque nostri et nostrorum heredum contra-

dictionibus et‖ impedimentis quibuslibet pacifice et quiete Damus eciam eisdem consulibus et ciuibus‖ nostris plenam auctoritatem et omnimodam potestatem cudendi et augendi denarios quando‖cumque voluerint et quocienscumque viderint expedire Hoc sane addito, quod marca huius‖ modi denariorum debet ad dimidium fertonem in puritate argenti, et ad quadraginta‖ solidos et sedecim aut decem et octo denarios in pondere, conseruari, Preterea pro lege perpetua‖ et iure irreuocabili statuimus presentibus et sanximus quod in tota terra nostra et in omnibus di‖strictibus nostris inperpetuum, preterquam in ciuitate Hamburgensi nullus cudet aut fa‖bricabit denarios aut per alium faciet fabricari, Testes aderant strennui et honesti‖ viri dominus willekinus prepositus Monasterii in valle virginum Marquardus de westense‖ Thetleuus de wensinen, Iohannes de brocdorpe, Milites Marquardus stake et Hin‖ricus de wilsede vasalli nostri fideles et plures alii fidedigni. Et vt premissa‖ robur obtineant perpetue firmitatis presentem paginam inde conscriptam sigillorum‖ nostrorum appensionibus iussimus roborari. Datum et actum Hamborch Anno domini Millesimo‖ CCC° XX° Quinto feria tercia post festum omnium sanctorum proxima.

Original im Hamb. Archiv mit den drei Siegeln der Grafen an roter Schnur. Klefeker XII. 247.

1325. Novbr. 8. 573.

Junker Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, verkauft dem Kloster Harvstehude die Dörfer Alsterdorf und [Groſs-]Borstel.

Adolphus domicellus dei gracia Comes Holtzacie. Stormarie et in schowenborch. Vniuersis audituris presencia seu visuris. salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi tam posteri quam presentes. quod nos heredum nostrorum consensu pleno. et vassallorum nostrorum fidelium maturo consilio concorditer accedente, dimisimus et resignauimus. Domino preposito et Conuentui Monasterii in valle uirginum. villas nostras Alsterdorp et Borstle. cum omnibus suis agris cultis et incultis. siluis. lignis. lignorum fructibus et sectionibus. rubetis. pratis. pascuis. palude que moer wlgariter dicitur sita apud riuulum terweke. aquis. aquarum decursibus. Terminis. terminorum distinctionibus. Iudiciis maiore et minori. et vniuersaliter cum omnibus suis Iuribus. proprietatibus emolumentis. prouentibus et pertinenciis. quibus progenitores nostri felicis recordacionis et nos dictas villas possedimus multis annis. Volentes vt iidem prepositus et Conuentus easdem villas cum omnibus condicionibus supradictis. iure hereditario et proprietario perpetuo tempore. sine omni nostra et heredum nostrorum impeticione et contradictione. libere. pacifice possideant et quiete. Testes aderant honesti viri. Dominus Willekinus prepositus monasterii supradicti Iohannes de monte ciuis hamburgensis. Hynricus de wilsede aduocatus noster. et albertus prothonotarius noster. et plures alii fidedigni. In cuius rei testimonium. sigillo nostro iussimus presencia roborari. Datum hamborch Anno domini. M°. CCC°. XXV°. In die beati willehadi Episcopi et confessoris.

Cop. Harvstehud. fol. 45b im Hamb. Archiv. Klefeker X. 126.

1325. Novbr. 11. 574.

Bertram Kule verkauft dem Kloster Harvstehude seine Dörfer im Kirchspiel Eppendorf, [Groſs-]Borstel und Alsterdorf.

Dit se witlic al den ghenen de dessen brev sen edder horen lesen. Dat wi her Bertram kule. vnde vnse rechten eruen vorkoft vnde gegheuen hebben deme clostere to deme Iuncvrowen dale. Dat gichteswanne het heruerdeshude. eweliken vnde iummemere to besittende vnse dorpe De dar beleghen sint in deme kerspele to Eppendorpe. Desse dorpe heten Dat kale borstelt vnde Alsterdorpe. mit deme boghesten rechte. vnde mit deme sidesten. Mit holte. Mit deme ghantzen müre. mit watere. mit wische. Mit ackere buwet vnde vne buwet vnde mit ghancer schede. Vortmer ene houe to tynsdale. Mit alleme rechte Also also we desse vorebenomeden Dorpe hebben ghehat. van deme eddelen heren Greuen Aleue van schowenborch. Mit desseme beschede. dat Dit vorbenomede closter eweliken vnde iummermere. schal vor gheuen Dre mark eweghes gheldes. Also alse des vorbenomeden closters breue spreken de se vs ghegheuen hebben. Vppe dit ghelt. Dat desse ding ewich vnde iummermere bliuen. Vnde nicht ghebroken werden. so hebbe ic har Bertram kule. Vnde min sone henneke. Vnse inghezeghele to desseme breue ghe henget. Dit is gheschen vnder den iaren vnses heren godes. Dusent. Dre hundert. vnde viuentwintich iar In deme daghe sunte Mertens des hilghen bischopes.

Cop. Harvstehud. fol. 34a im Hamb. Archiv.

1325. Decbr. 13. **575.**

Die Ritter Otto von Buchwald, Detlev von Wensin, Benedikt von Alefeld, Johann von Ratmersdorp, Johann von Rickelkesdorp, Detlev und Otto, Gebrüder von Rastorf verbürgen sich dem Kloster Preetz für den ruhigen Besitz des von diesem gekauften Dorfes Lutteke Lubbentyn *gegen etwaige Störungen seitens Ottos von Lubbentyn und seiner Erben auf Jahresfrist.*

Uniuersis presentia visuris Otto de Bucwolde, Detleuus de Wensine, Benedictus de Aleue‖lde, Iohannes de Ratmersdorp, Iohannes de Rickelkesdorp, milites, Detleuus et Otto fratres dicti de‖ Rasdorp salutem in domino et rei geste agnoscere veritatem. Notum fore cupimus per presentes quod nos domino‖ Hinrico, preposito Poretzensi pro se et Priorissa ac Conuentu monasterii Poretzensis stipulanti promisimus et quilibet‖ nostrum in solidum, quod Otto de Lubbentyn uel sui heredes, uel quicunque alii dictos Prepositum Priorissam‖ et Conuentum super villa dicta Lutteke Lubbentyn, quam Detleuus de Rasdorp vendidit ipsis scilicet‖ preposito Priorisse et Conuentui infra annum et diem a tempore venditionis non inbrigabunt. Quodsi prefatus‖ Otto uel sui heredes, uel quicunque alii dictos Prepositum, Priorissam et Conuentum infra annum et diem super eadem‖ villa inbrigauerint, promisimus infra dictum tempus dictam villam totaliter disbrigare et omnia dampna‖ uel expensas, que uel quas prefati, Prepositus Priorissa et Conuentus occasione huiusmodi inbrigacionis sustinue‖rint uel fecerint, eis plenarie resartire. In quorum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum‖ anno domini, M°. CCC°, XXV°. In die beate Lucie virginis.

Original im Archiv des Klosters Preetz. Vier Siegel an Pergamentstreifen, drei Siegelstreifen. S. H. U. S. I. S. 234.

[Um 1325.] **576.**

Johann Crech, Domherr zu Lübeck, meldet dem Propste Heinrich von Preetz die an seinen Bevollmächtigten geschehene Auszahlung von 84 Mark Lübsch und die Bereitstellung weiterer 16 Mark beim Propsten zu Segeberg.

Honorabili viro ac discreto domino. H. preposito Porezensi. Iohannes krech canonicus lubicensis ser‖uicium quantum poterit et honorem, honestati vestre notum esse cupio quod Iohanni capellano vestro . . .‖ strenuo ad hoc specialiter deputato presentaui octoginta quatuor Marcas denariorum Lubicensium, et secundum‖ condicta recipietis quandocunque vultis sedecim marcas denariorum Lubicensium a domino preposito Segeber‖gensi qui mihi tenetur in ea ratione Reddituum meorum quas mihi in Purificacione sancte marie proxime‖ nunc transacta debuerat persoluisse quam pecuniam si vobis ad commodum vestrum non persolueret‖ pro ingrato vtique receperimus et nichilominus coram vobis pro commodo vestro satisfecerimus dubio quo‖libet amputato, De reliqua pecunia vobis debita suo tempore secundum quod scitis vobis satis‖faciam absque mora valete mihi percipite.

In dorso: Honorabili viro domino H. preposito Poretzensi.

Original im Archiv des Klosters Preetz. Gefalteter Brief mit durchgezogenem Pergamentstreifen.

[Um 1325.?] **577.**

Adolf, Graf zu Holstein, Stormarn und Schauenburg, verkauft dem Hamburger Bürger Heinrich Ruge und seiner Ehefrau seinen Besitz zu Nieder-Flottbek, Süldorp und Dockenhuden und die Störfischerei auf der Elbe.

Adolphus von der Gnade Godes, Greve tho Holsten, Stormarn vnd Schowenborch, Allen tho den dessen ieghenwardigen Breff kompt, enbede wy Heyll in den Herrn vnde myt der Inholdinghe desses ieghenwardigen Breves bekenne wy obenbare tho betüghe[n]de dat wy myt vuller Volborth vnser leven Broder vnde Herrn Her Gherdes vnd Her Eriches vnd vnser Erven vnd na Rade vnser ghetruwen Manne hebbe verkofft vnde vorlaten vnd in desser Scrifft vpghelaten vor Hundert vnd vor vertich Mark Penninghe Hamborger Münte, des vns gantzeliken betalt synt, hinrike Rüghen vnsem Borghern tho Hamborg siner echten Hussfrouwen vnd Allen eren waren Erfnamen ghebarn vnde noch ghebaren werdt se sin wyfflikes edder manlykes slechtes alle vnser Ghüdere de hyr benedden vthgedrücket werden tho erfflikeu vnd to eghentliken Rechte wytliken tho thobesittende, Alse en Hove Landes belegen in unsem Dorpe tho Neddern Vlotbeke de geheten is des Vogedes Houe de nu buwet des Burghers Kyndere. Vortmer ene Hove Landes, belegen in dem Velde vnses Dorpes Süldorp de nu buwet Eghart Slapere, Vortmer ene Houe Landes beleghen in den Velden vnses Dorpes Dockenhude, de nu buwet Untser, myt alle eren thobehoringen, lifftechten myt samycheyden vnde vpkomyngen, alse de vorbenomeden Houen beleghen sint, bynnen vnd buten der erbenomeden Dorpen in Ackeren in Garden twyschen Weyden, Wolden, Steden, Holtingen myt Houwynghen der Holtere tho behoeff vnde Nütticheit tho bernende vnde tho buwende myt Swyne Maste myt Wateren edder myt Waterlopynghen myt Vyscheryen myt Geestlanden vnde myt Marschlanden, dede tho wassen moghen, myt Landschedingen vnde vort myt allen Vryheyden vnde myt samycheyden darmede wy vnde vnse Füerelderen de vorbenomeden Houen beseten to velen Jaren, ouer welke vorbenomeden dre Houen Landes wy doch vnse richte vnde rechte, alse dat Hogeste vnde Sydeste vns vnde vnsen Eruen gantzliken vnde myt alle beholden. Vortmer so vorlate wy vnd vplaten densüluen Hinrick syner Husfruwe vnde eren Eruen vnse Vischerye in der Elue de gheheten is Eluetentoch by dem Wittenbarghe in der Elue vnde Vloth der Eluen alse des vns vnde vnsen Eruen in der Vanghinge

der Stoer de gevanghen werden von den Inwonern vnser Dorpe Blankenese vnde Nygenstede, von welchen Stoeren hereto vns hefft anvellich ghewesen vnd iümmer schall anvellich wesen den vorbenomeden Hinrik syner Husfrouwen vnd eren waren Eruen dat veffte Del, edder de veffte Penninck van den Stoeren de van den Lüden der vorbenomeden Dorpen der Elue ghevangen werden. Vortmer de Vyscherie in der Ellue vnde Vloth der Ellue by deme Dorpe Tzesterfflete, alse de vns vnd vnsen Eruen hefft tobehört. Hyrumme so wylle wy dat de vorbenomeden Hinrik syn Husfrouwe vnde eren Eruen de erbenomeden Ghüder vnde yslik vnde allent dat dartho behort rouveliken beholden vrye entfangen vnde vpbaren vnde vredesam besitten to ewyghen Tyden alse hir en bauen is vtghedrücket vnde also de Buwelüde vnde Inwonere der vorbenomeden Ghüdere myth allen Vryheyden, Vordelen vnd Anuallyngen erbenometh, in allen Dynghen des en Noth vnd Nütte is sy eck Vrouwen der bruken schullen to allen Tyden temeliken vnd ouerordichliken aller weghen in vnser Herschup vnde yo uullenkomeliker wanne yenyghe vnser Lüde sunder ienigherleye Weddersprake vnde Hyndernisse. Ock loue wy in desser Scryfft, weret dat Iement de vorbenomeden Güdern auverdygede edder de erbenomede Hinrik syner Husfrouwen vnde eren Eruen edder de Besitter der vorbenomeden Güder vppe de rouwesameliken Besyttinghe dersüluen Güder vordegedynghen vnd beschermen lyker Wys alse vnse Güder vnde enplichtighe vnde rechte Waringhe don, da doch de vorghesprakene Hinrik syne Husfrouwen vnd ere Eruen hebben vns van sündergher Gnade vorlenet dat wy vnde vnse Eruen der vorbenomeden Ghüder tosamende mögen wedderkopen vor Hundert vnde vertich Mark Penninghe Hamborger Munte, wenn dat vnseme Wyllen beholick were, vnde ock de vorgesprokene Hinrik syner Husfrouwen vnde ere Eruen schullen hebben vrye Macht de vorgesprokenen Güder myt allen vnde isliken eren Anuallinghe vnde Vryheyden vorghesprokenen to verkopende tho verpandende vnde vorghevende weme se wyllen gheystliken edder weltliken Personen in Dele edder gantze vor hundert vnde vertig Mark Penninge wannen vnde vaken ene des dünket Noet wesen, vnde de effte deiennen deme edder den se de vorgesechten Ghüder alse verlaten also vorgeroret is, de schollen de Güder vredesameken besitten, beholden vns vnde vnsen Eruen Heyl de Vordel vnde Gnade de hyr baven vthgedenket synt. Desses Dinghes synt Tüghe vnse Ghetruwen und leuen Herr Wylleken, Prouest der Closterfrouen tho Harvestehude, Bertram Scholdenvleeth vnse Voghet, Hallinghe Hertfeld.

Jahrbücher für Landeskunde Bd. V. S. 78 nach einer Kopie aus der Bibliothek des verstorbenen Amtmanns Seestern-Pauly zu Schwarzenbek.

1326. Jan. 30. 578.

Die Pariser Universität stellt ihren Rektor, Meister Peter aus Dänemark, Domherrn zu Ripen, unter ihren Schutz.

Omnibus hec visuris. Vniuersitas magistrorum et scolarium Parisiis studencium salutem in domino sempiternam, Ne prǫ causis aut negociis‖ nostris que seu quas mouimus hactenus, Mouemus aut Mouere intendimus in futurum, contra Capitulum Parisiense, seu quascunque personas‖ de eodem aut quascumque alias ipsis adherentes, aut adherere volentes in futurum quouismodi confouendas, venerabilis vir et discretus‖ Magister Petrus de Dacia Canonicus Ripensis Rector vniuersitatis nostre predicte seu queuis persona occasione sui in hac parte cuiuscumque‖ conditionis existat dampna vel detrimenta seu qualescumque calumpnias

paciatur in futurum occasione prosecutionis negociorum vniuersitatis|| nostre predicte in premissis aut aliquo premissorum seu dependencium ab eisdem Notum facimus quod nos eundem Magistrum Petrum|| Rectorem nostrum In omnibus et singulis premissis, et ea tangentibus ratione prosecutionis negocii prelibati ex nunc et in futurum|| ad quemcumque statum deuenerit sub nostra et vniuersitatis nostre predicte libertatum et Immunitatum protectione et defensione eius||dem reponimus per presentes. Promittentes fideliter eumdem Magistrum Petrum Rectorem nostrum In et super premissis indemp||nem conseruare erga omnes nostris propriis sumptibus et expensis, litemque subire et cautiones nostras exponere. si necesse fuerit pro|| eodem. tam in Romana Curia quam alibi quocumque locorum ipsumque indempnem reddere apud omnes, Et ut hec omnia rata per||maneant in futurum, presentes litteras de nostre vniuersitatis predicte assensu fieri fecimus nostroque sigillo pendenti communiri, eidem|| Magistro Petro Rectori nostro tradendas ad cautelam futurorum, Datum et Actum Parisiis in Congregatione nostra generali Parisiis|| apud sanctum Maturinum celebrata sub anno domini Millesimo Trecentesimo vicesimo sexto. Mense Ianuarii die Tricesima vide||licet die veneris ante festum Purificationis beate Marie virginis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel am Pergamentstreifen fragmentarisch.

1326. Febr. 4. 579.

Johann, Bischof von Schleswig, überträgt dem Priester Heinrich die Pfarrei Kallæby.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Iohannes miseracione diuina Episcopus sleswicensis salutem|| in domino sempiternam, Ea que geruntur in tempore ne simul labantur cum tempore litterarum solent|| testimonio perhennari, hinc est quod constare volumus tam presentibus quam futuris, quod Nos|| Exhibitori presencium Domino hinrico sacerdoti, Ecclesiam beate Marie virginis in kallæby, ad presens vacantem per mortem domini afghoti prius prouisori eiusdem in qua nobis merum ius conpetit patronatus, cum omnibus iuribus, fructibus, redditibus, et obuentionibus suis Rite et canonice contulimus, ac ipsum per annulum nostrum presentialiter inuestiuimus de eadem, In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum swauestath anno domini. M⁰. CCC⁰. XXVI⁰. in profesto beate aghate virginis.

Original im Archiv des Klosters St. Johann vor Schleswig. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Zeitschrift Bd. VI. Repertorien S. 111 Nr. 9. Reg. Dan. 1981.

1326. Febr. 16. 580.

[G]erhard, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem Hamburger Bürger Simon von Alefeld vier Wispel Weizenmalz aus der neuen und 2 Mark jährlicher Rente aus der alten städtischen Mühle.

Erardus dei gracia Comes Holtzacie et stormarie, vniuersis presencia visuris seu audituris|| in domino salutem, Nouerint vniuersi tam posteri quam presentes quod attendentes plura|| seruicia gratuita nobis et nostris officialibus inpensa per Symonem de Aluelde ciuem nostrum|| Hamburgensem, ipsi et suis heredibus natis et nascituris damus et concedimus quatuor choros|| triticei brazii, in nouo Molendino, dandos singulis annis temporibus ad hoc statutis|| et redditus duarum Mar-

carum in antiquo Molendino ciuitatis nostre Hamburgensis annu‖atim dandos et iure hereditario ac proprietario perpetuis temporibus possidendos‖ Hec quidem bona domina yda relicta Hartwici de Erteneborch bone memorie et filii eius‖ domini leo prepositus et fredericus canonicus Ecclesie Hamburgensis a nobis prius in pheodo‖ tenuerunt Habebunt eciam predicti Symon et heredes sui hec bona vendendi obligandi‖ et commutandi, in parte vel in toto quibuscumque voluerint absque aliqua contradictione‖ liberam facultatem, Vt autem hec omnia robur habeant et obtineant perpetue‖ firmitatis, presentem litteram in testimonium sigillo nostro fecimus communiri, Sunt‖ eciam testes, strenui et honesti viri Marquardus de westense, Thetleuus de‖ wensinen Milites. Iohannes de Monte et Hinricus de Hetfelt ciues Hambur‖genses fideles nostri. et plures alii fidedigni. Datum Hamborch. Anno domini‖ Millesimo CCC⁰ XX⁰ sexto. Dominica qua cantatur Reminiscere.

Original im Hamb. Archiv. Siegelschnur, schwarz oder dunkelbraun. Siegel verloren.

13[2]6. März 24. **581.**

Die Gebrüder Lasbek verzichten auf alle Ansprüche auf das Dorf Escheborg.

Nos bertoldus et hermannus Iohannes et volradus fratres dicti lasbeken presentibus pro‖testamur, quod abrenuntiamus et resignando spontanee reclamamus generaliter et in specie omni actioni et inpeticioni quam habuimus hactenus ad bona ville escheborch nichil no‖bis aut nostris heredibus et omnibus quorum nostri nominis interesse potuerit iuris in bonis pre‖dictis reseruantes In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa datum‖ anno domini millesimo CCC . . . VI⁰ In vigilia annunciacionis dominice.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Vier Siegel an Pergamentstreifen.

1326. März 30. **582.**

Heinrich und Timmo von Beidenfleth verzichten auf gewisse Äcker genannt Ghere *im Kirchspiel Wilster zu Gunsten des Klosters Neumünster.*

Vniuersis presencia visuris. Heynricus et tymmo filius eius dicti de beyenflete salutem in domino,‖ Discordantibus nobis cum honorabilibus viris domino preposito et conuentu in nouomonasterio per impe‖ticionem quorundam iugerum sitorum in parrochia wilstrie dictorum ghere a senioribus predicte parrochie et a‖micis nostris sumus informati, quod per impeticionem predictam predictis dominis iniuriam faceremus, vnde‖ ab omni impeticione predictorum bonorum cessamus. et si aliquid ius in predictis bonis habemus. habuimus. uel‖ habere poterimus voluntarie et libere presentibus resignamus, volentes nichilominus nec per nos nec‖ heredes uel amicos nostros predictos dominos in predictis bonis amplius aliquatenus perturbari.‖ In euidenciam igitur et testimonium[1]) predictorum sigillum mei tymmonis quod pater meus‖ sigillo proprio caruit presentibus est appensum. Datum wilstria. Anno domini M⁰. CCC. XXVI.‖ in dominica die qua cantatur quasi modo geniti.

[1]) *Cop. Bordesh. führt fort nach* testimonium: sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum wilstrita Anno M⁰. CCC⁰. XXVI. Dominica qua cantatur Quasimodogeniti huius rei testes sunt dominus doso bloch. Hartwicus de reuentlowe milites et dominus Iohannes spechals sacerdos et alii quam plures fide digni. *Westfalen bemerkt:* Sigillum est Leo erectus.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Rest von zwei Siegelstreifen. Siegeleinschnitte. Cop. Bordesh. fol. 80b. Westfalen II. 93.

1326. April 28. 583.

Heinrich und Timmo von Beidenfleth verzichten auf gewisse Äcker, genannt Gheren, *im Kirchspiel Wilster zu Gunsten des Klosters Neumünster.*

Nos Hinricus necnon et tymmo filius eius dicti de beygenulete conpotes mentis et iurium nostrarum‖ renunciamus omni iuri si quod habuimus uel infuturo aliquod consequi poterimus. in quibusdam iu‖geribus in parrochia wylstrie sitis. gheren wlgariter dictis. super quibus ecclesiam in nouomonasterio‖ aliquando irracionabiliter impetiuimus et iniuste. adicientes ac promittentes eandem ecclesiam non‖ debere aliqua impeticione iuris uel facti per nos uel quoscumque parentele nostre successores in predictis bonis‖ ullatenus perturbari. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Anno domini‖ Millesimo Tricentesimo. vicesimo sexto in die uitalis martiris.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Westfalen II. 94.

1326. Mai 1. 584.

Thonbern Ellæsen übereignet dem Nicolaus Kallissen seine Güter in Farthorpmark *und* Hiernkiermark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Thonbernus ellæ sen salutem in domino sempiternam‖ Nouerint vniuersi tam presentes quam futuri me exhibitori presencium nicholao‖ kalli sen omnia bona mea in farthorpmark et hiernkiermark sita‖ totaliter scotasse et plenum precium pro eisdem subleuasse: Dimitto ergo eundem‖ nicholaum pro omni inpeticione cognatorum meorum quittum penitus et excusatum‖ In cuius Rei Testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum‖ anno domini. M°. CCC°. XX°. VI°. in die ascensionis domini.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegelstreifen.

1326. Mai 11. 585.

Gerhard, Graf von Holstein und Verweser des Königreichs Dänemark, beurkundet, dafs Timmo von Beidenfleth auf seinen Besitz, genannt Gheren, *im Kirchspiel Wilster zu Gunsten des Klosters Neumünster verzichtet hat.*

Nos Gherhardus dei gracia comes Holtsacie ac amministrator regni Dacie. Recognoscimus et teno‖re presencium protestamur, quod constitutus in nostra presencia. Timmo filius henrici beyen‖ulete dicti. recognouit se esse expeditum et informatum ab amicis suis et senioribus parrochie wilstrie‖ quod iugera sita in eadem parrochia que dicuntur gheren. que pater suus et ipse timmo impecierant‖ et iniuste occupauerant. spectant ad ecclesiam nouimonasterii pleno iure. Vnde idem timmo omne ius‖ si quod habuit in predictis iugeribus resignauit, repromittens, nec a se nec ab aliquo heredum, uel‖ amicorum suorum. predictam ecclesiam in predictis bonis, aliquatenus perturbandam. Testes hii sunt‖ Nicolaus et Iohannes fratres dicti de crummendike. Iohannes de rennouve, man. dictus de porsuelde. milites, Dethleuus‖ rastorpe. Mar. schinkel. eggehardus. borchardus. timmo fratres de otshude. Iohannes spechals noster‖ notarius ac alii laici et clerici quam plures fide digni. In euidenciam et testimonium predictorum‖ sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et Actum reynsdisborch. Anno domini M°. CCC°. XXVI° in‖ die pentecostes.

*Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Cop. Bordesh. fol. 80b. Westfalen II. 93. Reg. Dan. *1405.*

1326. Mai 22. **586.**

Adolf, Graf von Schauenburg, vollzieht Belehnungen im Erzbistum Magdeburg und im Bistum Halberstadt.

Anno incarnacionis Domini M° CCC XXVI. in die Corporis Christi.

Lehnbuch d. Grafen zu Holstein-Schauenburg im Bückeburger Archiv, Magdeb. Geschichtsblätter 1883. S. 189—191.

1326. Juli 22. **587.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, befreit gegen eine Zahlung von 50 Mark Hamburger Pf. eine Anzahl Ländereien des Klosters Lüne auf dem Kirchwärder von der Vogtei und allen landesherrlichen Schatzungen mit Ausnahme der grofsen Bede.

Nos Ericus dei gracia. Dux saxonie angarie et westfalie. vniuersis presentia visuris vel auditu‖ris publica declaracione protestamur, Honorabili viro domino Gerlaco preposito Totique Cenobio‖ sanctimonialium in Lvne Bona in insula Kercwerder sita. videlicet To deme se. Nouem iugera To‖ deme Temple. decem iugera ad liberum eorum Mansum pertinentia, To der holake sedecim iugera‖ et quinque iugera cum dimidio iugera ad liberos agros Nicolai van dratlop. pertinentia. ab omni‖ iudicio, aduocatia, Minori peticione et aliis nostris iuribus in ipsis hactenus habitis, Maiori tamen‖ peticione complete reseruata, vnamini heredum nostrorum consensu, pro quinquaginta marcis Hamburgensium de-‖nariorum rationabiliter vendidisse libera et soluta, Memoratos. scilicet prepositum et Claustrum fami‖liamque eorum ibidem existentem, racione sepedictorum bonorum velud nostros familiares intuitu dei et nostre‖ anime ob salutem, qualibet diligentia protegendo, Nobis vero et nostris heredibus cum placuerit sepedicta‖ bona cum omnibus prius expressis, reemere poterimus dicta pecunia pretactis restaurata, gracia nobis‖ indulta speciali, In Euidens testimonium premissorum, sigillum nostrum ad cautelam presentibus‖ est appensum, Datum anno domini. M°. CCC°. XXVI°. ipso die beate marie Magdalene.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Reitersiegel am Pergamentstreifen.

1326. Aug. 1. **588.**

Leo, Propst, Johann, Dekan, und das Kapitel zu Hamburg beurkunden, dafs die Bauern zu Ripen im grofsen Brook bei Krempe einen Zehnten in eine Geldleistung verwandelt haben.

Omnibus presencia uisuris seu audituris Nos Leo dei gracia prepositus Iohannes decanus et Capitulum hamburgensis ecclesie notum esse volumus. quod coloni ville ripen site in magna palude cum quibusdam ciuibus in crempen. decimam dicte ville ripen quam dominus Bruno cantor ecclesie nostre donauit et legauit ad vicariam Ekehardi ruschen diligenti deliberacione prehabita hincinde conduxerunt et receperunt sub uocabulo generali terre quod odinghe nuncupatur. videlicet quod pro ipsa decima seu iure et nomine decime singulis annis infra octauas philippi et Iacobi apostolorum. nouem cum dimidia marcas denariorum hamburgensium vicario qui pro tempore fuerit perpetuis in antea temporibus in opido crempen persoluere tenebuntur. alioquin ad penam dupli secundum ius decimale districtius obligantur. Ceterum finaliter condiximus quod nec nos prepositus. decanus et capitulum nec coloni seu ciues predicti. seu posteri nostri vtrobique debebimus seu debebunt huic ordinacioni quomodolibet contraire. In cuius rei testi-

monium sigillum nostrum et sigillum consulum et vniuersitatis in crempen presentibus est appensum. Actum et datum in cimiterio crempen. Anno domini. M°. CCC°. XXVI°. in octaua Iacobi apostoli presentibus Iohanne vorwiuen scowenborch. Rodolfo schelen. Gherhardo murenvlete. ac greuencop cum pluribus ad premissa vocatis.

Lib. cop. cap. fol. 71b im Hamb. Archiv.

1326. Aug. 10. 589.

Waldemar, König der Dänen und Wenden, Herzog von Jütland und Esthland, bestätigt dem Kloster Loci dei *die Schenkung der Kirche St. Laurentii zu* Bredewatth *seitens des verstorbenen Herzogs Erich von Jütland.* — „Quoniam discrete."

Actum et datum Nyburg in presentia nostra, anno domini M. CCC XXVI die beati Laurentii martiris tempore generalis perlamenti presentibus omnibus melioribus regni nostri.

Reg. Dan. 1993.

1326. Aug. 15. 590.

Waldemar, König der Dänen und Wenden, belehnt den Grafen Gerhard mit dem Herzogtum Jütland.

Omnibus presens scriptum Cernentibus Woldemarus dei gracia Danorum, Slauorumque Rex, quondam dux Iucie Salutem in domino sempiternam et huius rei subscripte cognoscere veritatem, De iure naturali‖ et diuino requiritur, vt fideles in sue fidelitatis obsequio aliquo retributionis premio, respiciantur, Hinc est quod propter innumera beneficia, Nobis, Regno, et Regni personis inpensa, Labores sump‖tus, et expensas, quas Comes Gherardus noster Awnculus dilectus diuersis temporibus pro Comodo, Necessitate, et honore dicti Regni nostri fecit et pertulit, et hodie facere non recusat,‖ bona et matura deliberatione, motu proprio non Circumuenti nec seducti cum consilio et consensu venerabilium patrum, Karoli sancte Lundensis Ecclesie Archiepiscopi, Nycolai burglanensis,‖ Petri Otoniensis Iohannis Sleswicensis, Iohannis Rypensis, Iohannis Roskyldensis, Tukonis wybergensis, ac Swenonis Electi arusiensis Ecclesiarum episcoporum, Nec non Laurencii dapiferi, Ludewici marscalci, ka‖nuti porse, Iohannis offessen, At omnium aliorum Consiliariorum nostrorum dimisimus, dedimus et nichilominus iure pheodali contulimus Nobili domino awnculo nostro karissimo Gherardo holtsatie et sthor‖marie Comiti suisque veris et legitimis heredibus Totum ducatum Iucie cum omnibus suis Metis, terminis, distinctionibus, Terris, Insulis, Castris, Ciuitatibus, munitionibus, va‖sallis, Mari, aquis, portubus, Iuditiis, Iurisdictionibus, Iuribus omnibus Regalibus ac aliis cum dominio vtili et directo ac aliis honoribus, dignitatibus, aliisque prouentibus quibuscunque‖ censeantur nominibus pacifice et quiete perpetuis temporibus possidendum, De quo quidem ducatu iutie ipsum Comitem Gherardum inpheudauimus more principum cum vexillis dictis vanenlen et‖ presentibus inpheudamus, volentes et debentes liberos et heredes dicti ducis nostri awnculi dilecti de ipso ducatu et omnibus suis pertinenciis inpheudare, quando per ipsos requisiti fuerimus‖ dilationibus friuolis et contradictionibus non quesitis, Damus etiam eidem Comiti Gherardo, suisque veris heredibus, omnes vasallos residentes in dyocesi Sleswicensi, volentes ut ipsi‖ vasalli nulli obediant et seruiant, nisi predicto Comiti et suis veris heredibus, prout nobis obedire consueuerunt et tenebantur, Mittimus et ducimus ipsum liberos et heredes suos‖ in cor-

poralem possessionem ducatus predicti et omnium ad ipsum pertinentium, volentes ipsum et ipsos ab omnibus violentiis et iniuriis tamquam nostrum nobilem vasallum inductum et inductos de‖fendere fideliter et tueri, transferentes in ipsum ducem Gherardum awnculum nostrum predilectum et suos veros et legitimos heredes eundem ducatum iucie cum omnibus et singulis suis perti‖nentiis, abdicando a nobis, heredibus, et successoribus nostris quicquid iuris huiusmodi vel habere potuimus in premissis omnibus vel in quolibet premissorum, Iure superioris dominii seu inpheudati‖onis nobis et nostris duntaxat reseruato, Renunciauimus quoque et renunciamus in hiis scriptis pro nobis, heredibus et successoribus nostris Comodo priuilegiorum, Instrumentorum, ac aliarum literarum‖ omnium sub quocunque tenore vel forma datarum predecessorum nostrorum, quibus forsan huiusmodi nostra inpheudatio, donatio seu collatio de sepe dicto ducatu sic libere facta possit infringi‖ vel aliqualiter impediri, Renunciamus etiam omnibus exceptionibus doli mali, Actioni in factum, beneficio restitutionis in integrum, aliisque omnibus et singulis exceptionibus, auxiliis et bene‖ficiis utriusque iuris Canonici et Ciuilis, quibus presens Instrumentum, vel aliquod contentum in ipso possit viciari in parte vel in toto, Iuri dicenti huiusmodi renuntiationem generalem‖ non valere, vt igitur hec nostra Licita et voluntaria inpheudatio dudum dicti ducatus perpetuis temporibus firma permaneat et illesa presens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine‖ duximus roborandum, Testes sunt venerabiles patres supra scripti, ac illustris princeps, Albertus dux saxonie, angarie et westfalie, Iohannes et Adolfus holtsatie, Stormarie et Schowen‖borgh Comites, hinricus et Nycolaus Comites de zwerin, Walterus Comes de werningherode, et borchardus Comes de Swalenbergh, Nec non Laurentius dapifer, Ludewicus‖ marscalcus, kanuth de porse, Iens offessen, petrus et andreas stygkhy fratres, et alii quam plures tam Clerici quam Layci fide digni, Datum et actum, Nyborgh in generali parlamento‖ anno domini Millesimo Tricentesimo vicesimo sexto in die assumptionis beate Marie virginis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Eine Seidenschnur. Reg. Dan. 1999.

1326. [Aug. 15.] 591.

Die sogenannte Constitutio Waldemariana: So sin vns Dalling uorebracht vnde opembared besegelde breue vnd handuestinge van Koningk Wolmar; vnde des Riikes Raede tho Dennemarcken gheuen vnde bescreuen. Als men screff na godes bort Dusent drehundert in dem sosse vnde twintigesten iare etc. de manckt anderen worden innehebben enen Artikel in latine den wii uns bedudet laten hebben, vnde ludet van Worden to worden als nascreuen is. Item Ducatus Sunder Iucie regno et corone Dacie non vnietur nec annectetur ita quod vnus sit Dominus vtriusque.

Aus Herzog Christian I. Urkunde 1448 Juni 28 in der ritterschaftlichen Lade zu Preetz. s. Reg. Dan. 3793.

s. E. C. Werlauff, Antischleswig-holst. Fragmente Nr. 7. Waitz in den Nordalb. Stud. III. S. 69 ff.

Ich habe mich bisher von der Echtheit dieser vielumstrittenen Stelle nicht überzeugen können.

1326. Aug. 15. 592.

Gerhard, Herzog von Jütland, Graf von Holstein und Vormund des Königs Waldemar von Dänemark, überträgt dem Kloster Neumünster das Patronatsrecht über die Pfarrkirche in Kiel.

Vniuersis cristi fidelibus Gherardus dei gracia dux Iucie. Comes Holtsacie. et stormarie. et tutor illustris principis woldemari regis dacie.‖ salutem in domino iesu cristo. Cum omnibus debitores simus specialiter tamen eos quos cristo deuote famulari nouerimus. manu tenere. et in salu‖bri curamus proposito promouere. Verum ne lapsu temporis euanescat quod racionabiliter est gestum. docuit sagacitas ueterum perennare testi‖monio litterarum. Nouerint igitur tam posteri quam presentes. quod vna cum patruo nostro comite Iohanne. Ecclesie nouimonasterii. canonicorum regularium.‖ ordinis sancti Augustini. Bremensis Dyocesis. in qua dei cultum [precipuum] videmus et scimus. diuersorum malignancium sequentibus insultibus oppressionibus‖ rapinis et incendiis [continuis de]solate. ac iniuriis plurimis lacessite. et ob hec mense conuentus ipsius ecclesie debitorum honeribus ag[grauate]‖ et alias in temporalibus [nimis lese] ita quod locum habi[tandi priorem mutaue]rit et alium magis a tumultu seclarium alienum. et quieti]claustra]‖lium ap[tiorem quesierit pie compassionis affectu condolentes restaurum]que ad reformacionem predicte ecclesie intime cu[pientes] Ius pa[tronatus]‖ecclesie parrochialis in kil cum omnibus attinenciis [presentacionem] ad eandem et quicquid iuris nobis uel heredibus nostris in ipsis competebat [uel]‖competere potuisset uel poterit de iure uel consuetudine preposito et conuentui ecclesie sepedicte liberaliter et pure propter deum donauimus et donamus‖ perpetuis temporibus possidendum. Cupientes in predicta ecclesia in kil aliquando mense eiusdem conuentus per ipsum cuius interest. perpetuo annectatur‖ incorporetur et uniatur. ut de prouentibus huiusmodi inopia predicte mense aliqualiter releuetur. translacionisque propositum incrementa recipiat‖ et persone sepedicte conuentus deo commodius et quietius famulentur. Ut autem hec mea deuota donacio rata perpetuo maneat et inconwl‖sa. nec a quoquam successorum uel heredum nostrorum infringatur. sigilli nostri munimine fecimus presencia communiri. Testes huius donacionis‖ sunt. Doso bloch. Ditlevus de wensine. Nicolaus de crummedich. Hartwicus de reuetlowe. et Iohannes de slamerstorpe milites.‖ Cristoforus canonicus Hamburgensis. Iohannes sacerdos plebanus in noua ciuitate. et quam plures alii fide digni. Datum anno‖ domini CCC°. M°. XX° VI°. In assumpcione beate marie virginis.

*Original im Staatsarchiv zu Schleswig, beschädigt, ergänzt aus: Westfalen II. S. 94. Ein Pergamentstreifen. Reg. Dan. *1411.*

1326. Aug. 15. 593.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, verleiht der Jnsel Fehmarn eine Handfeste.

Desse breff is geven unde screven to Nuborch na godes bort dusent iar drehundert iar an deme soss undetwintigesten iare an deme daghe der hemmelvard unser vrowen.

Fehmarnsche Urkunden und Regesten (S. H. U. S. III 2) Nr. 13, aus einem Vidimus vom 3. Jan. 1457 im Staatsarchiv zu Schleswig, das auf die Bestätigung des Grafen Adolf von 1365 Juni 13 zurückgeht. Reg. Dan. 1998.

1326. Aug. 16. 594.

Der dänische Episkopat und etliche Grofse beurkunden die Belehnung des Grafen Gerhard mit dem Herzogtum Jütland.

Omnibus presens scriptum[1]) Cernentibus, karolus Lundensis Ecclesie archiepiscopus, Nycolaus burglaniensis, Petrus Otonyensis, Iohannes Sleswicensis, Iohannes Rypensis, Iohannes Roskyldensis, Tuko wybergensis|| et Sweno electus Arusiensis, Ecclesiarum Episcopi, Necnon Laurencius dapifer, Ludewicus Marscalcus, Kanutus porse, et Ions Offessen, Milites, Cum deuotis Orationibus sa||lutem in domino sempiternam, Tenore presentium Recognoscimus astando protestantes, Quod cum Cristoforus Danorum quondam Rex proprie sue Salutis immemor Contra iura||mentum suum pro Legibus et iuribus Regni dacie Conseruandis prestitum veniens, in profundum malum descendens, Adeo, vt non Regni, Nobiles, solum, verum etiam personas|| humiles et miserabiles utriusque sexus, Exactionibus, Angariis, Perangariis, Ceterisque variis et innumeris Castigacionibus affligeret, et quod magis horrendum est, Ecclesias, et Ecclesiasticas|| personas suis Redditibus spoliaret, De quibus omnibus ob inductum dominorum, Laurencii dapiferi, et Lodewici marscalci per dominum Gherardum Comitem Holtsacie suis et suorum magnis laboribus sumpti||bus grauibus et expensis et Cura vigili ab hiis intollerabilibus et inportunis malis et pressuris fuimus liberati, Nos vero ad hoc, et ad alia, nobis, Regno, et Regni personis per dictum Comitem|| beneficia inpensa, respectum habuimus, Consilium, et assensum prestitimus, et in hiis scriptis prestamus, Quod magnificus princeps dominus noster woldemarus danorum, Slauorumque Rex, quondam dux Iutie ut premissum|| est, cum Consilio et assensu nostrorum, ac omnium aliorum, quorum interest et interesse poterat rite et rationabiliter dimisit, dedit et Contulit, iure pheodali predicto domino Gerhardo awnculo suo|| Comiti Holtsacie et stormarie suisque veris et legitimis heredibus, totum ducatum Iutie cum omnibus suis attinentiis et conditionibus sicut in litteris patentibus predicti nostri magnifici Regis wolde||mari de uerbo ad uerbum aperte continetur, De quo ducatu dudum dictus Rex woldemarus memoratum Comitem Gherardum cum vexillis dictis vanenlen omnibus nobis Nyuborgh in Communi paralamento|| consentientibus inpheudauit, Ipsumque ducem fecit et transtulit eundem ducatum Iutie cum omnibus suis Conditionibus in ipsum Comitem Gherardum, vt in sui Regni principem et vasallum fidelem || et condignum, Debet etiam et tenetur predictus magnificus Rex woldemarus dominus noster, veris et legitimis heredibus predicti Comitis Gherardi ducis Iutie conferre pheodali Iure predictum ducatum,|| Iutie, quandocumque ab ipsis fuerit requisitus In hoc testimonium nostra sigilla presentibus duximus apponenda Testes sunt, Illustris princeps Albertus dux Saxonie, angarie et Westfalie, Iohannes et Adolfus|| Comites Holtsatie Stormarie et Schowenborgh, Hinricus et Nicolaus Comites zwerinenses, woltherus Comes de werningherodhe, et borchardus Comes de Swalenberghe Datum Nyuborgh in|| generali paralamento, Anno domini Millesimo, CCC°, XX°, sexto, in Crastino assumptionis beate Marie virginis.

[1]) *übergeschrieben.*

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei Siegel vollständig, eins fragmentarisch erhalten, acht Siegelstreifen. Reg. Dan. *2000.

In dorso *(s. 15.)*: littera Episcoporum regni et aliquorum militum super consensu eorum ad hoc prestito quod dictus rex dominum Gherardum Comitem holtzacie de ducatu Sleswicensi inpheudauit.

1326. Aug. 16. 595.

Der dänische Adel beurkundet die Belehnung des Grafen Gerhard mit dem Herzogtum Jütland.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Laurentius dapifer, Ludewicus marscalcus, Ions offos sen, gregorius tuuis sen, Anders peter sen de shuldorp, Anders nykils sen. Holgher nykils sėn, Nykils iacobus sen, petrus grubbe, petrus karols sen, Ions olauus sen‖ kanuth de mandorp, Iacobus nykils sen, petrus weddher, Anders et petrus dicti styggy fratres, axylen ions sen, Nykils brock iunior, Olauus ions sen; Magnus ogys sen, Nykils lagy̆s sen, Nykyls shoningh, hinricus et offo dicti nykils sen fratres, Ebbo galth, petrus gy̆o‖tis sen, Øgo essen, albertus albrechtis sen, Nykyls brock senior, iacobus nikils sen, petrus rusticus, Strango agys sen, agys frost, petrus peter sen, Ebbo peter sen, olauus essen, Salutem in domino sempiternam, Tenore presentium recognoscimus astando protestantes, Quod‖ cum Cristofforus Danorum quondam Rex proprie salutis sue immemor contra iuramentum suum pro legibus et iuribus Regni Dacie conseruandis prestitum veniens, in profundum malum descendens, adeo, vt non Regni Nobiles solum, verum etiam personas humiles et miserabiles utriusque‖ Sexus, Exactionibus, angariis, perangariis, ceterisque variis et innumeris castigationibus affligeret, et quod magis horrendum est, Ecclesias, Ecclesiasticas personasque suis redditibus spoliaret, De quibus omnibus ob inductum, dominorum Laurentii dapiferi et ludowici marscalci, ac‖ nostrorum omnium per dominum Gherardum Comitem holtsacie et suorum magnis Laboribus, sumptibus grauibus et expensis, et cura vigili ab hiis intollerabilibus et inportunis malis et pressuris fuimus liberati, Nos vero vnanimiter ad hec, et ad alia beneficia, Nobis, Reg‖no et Regni personis per dictum comitem inpensa respectum habuimus Consilium et assensum prestitimus, et in hiis prestamus, quod Magnificus princeps dominus noster woldemarus danorum slauorumque Rex quondam Dux iutie ut premissum est cum Consilio et assensu nostrorum,‖ ac omnium aliorum, quorum interest et interesse poterat rite et racionabiliter dimisit, dedit, et contulit iure pheodali predicto domino Gherardo awnculo suo Comiti holtsacie et Sthormarie, suisque veris et legitimis heredibus totum Ducatum iutie cum omnibus suis attinenciis,‖ et condicionibus sicut in litteris patentibus predicti nostri magnifici Regis woldemari de verbo ad verbum aperte continetur, De quo ducatu dudum dictus Rex woldemarus memoratum Comitem Gherardum cum vexillis dictis vanenlen omnibus nobis Nyborgh‖ in generali paralamento consentientibus inpheudauit, Ipsumque Ducem fecit et transtulit eundem Ducatum iutie cum omnibus suis Conditionibus in ipsum comitem Gherardum vt in sui regni principem et vasallum fidelem et condignum. Debet etiam et tenetur‖ predictus magnificus Rex woldemarus dominus noster veris et legitimis heredibus predicti Comitis Gherardi ducis iutie conferre iure pheodali predictum ducatum iutie quandocumque ab ipsis fuerit requisitus In horum testimonium nostra sigilla presentibus duximus appo‖nenda Testes sunt venerabiles patres Karolus sancte Lundensis Ecclesie Archiepiscopus, Nicholaus burglanensis, petrus Ottoniensis, Iohannes Sleswicensis, Iohannes Rypensis, Iohannes Roskyldensis, Tuko wybergensis et Sweno electus arusiensis Ecclesiarum Episcopi, Nec non illus‖tris princeps dux Saxonie Angarie et Westphalie Iohannes et Adolfus holtsatie Sthormarie et Schowenborgh Comites, hinricus et Nycolaus Comites de zwerin, wolterus Comes de werningherodhe, borchardus Comes de Swalenberghe, et alii quam‖ plures tam Clerici quam layci fide digni, Datum Nyborgh in generali paralamento, Anno domini Millesimo, Tricentesimo, vicesimo sexto in Crastino assumptionis beate Marie virginis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Von 35 Siegeln 16 erhalten. Reg. Dan. 2001.

1326. Aug. 16. 596.

Waldemar, König der Dänen und Wenden, bestätigt die Freiheiten des Schleswiger Domkapitels.

Waldemarus dei gracia Danorum slauorumque Rex Omnibus presens scriptum cernentibus Salutem in domino sempiternam. Cum ex iniuncto nobis officio teneamur sponsam cristi sanctam ecclesiam defendere pro cuius defensione gladio vtimur ad vindictam malorum laudem vero bonorum Significandum duximus vniuersis presentem paginam inspecturis nos Capitulo Sleswicensi quod sincera in domino diligimus caritate omnes libertates et emunitates quas a predecessoribus nostris regibus dacie optinuerant liberas dimisisse Insuper diuina inspiracione ammoniti eiusdem Capituli innumeras attendentes . . . as et angustias illud cum omnibus suis successoribus . . . regie maiestatis protectioni dignum duximus confouere et ei . . . . . s postulacionibus eius clementer annuere disponentes . . . tuimus ac priuilegii nostri munimine roboramus volentes omnes col . . . . nos villicos et famulos suorumque successorum quos in presens predictum capitulum seu in futurum habiturum sit iuste et . . . . . successores habuerint in remissionem peccatorum domini patris nostri Erici ducis Iucie progenitorumque nostrorum liberos ipsos ab . . . . . uamine predictoque capitulo concedimus super illud causarum omnium exequciones tam quadraginta marcharum quam . . . . . regi debitas ut nulli aliene dominacioni sed tantum sue suorumque successorum sint subiecti potestati. Ne igitur aliquis nacta malignandi occasione attemptet dicti capituli libertates impugnare seu quocumque modo diminuere noverint preterea in . . . . tos nos . . . . . idem capitulum protegere et concessas sibi libertates inuiolabiliter conseruare. In cuius rei euidenciam presentem paginam sibi contulimus sigilli nostri appensione roboratam Datum Niburgh Anno domini Millesimo CCC vicesimo sexto in C[rastin]o assumptionis beate marie virginis in presencia nostra.

Aus einem Original-Transsumpt des Bischofs Nicolaus von Schleswig mit Notariatszeichen, Plica und einer hanfenen Siegelschnur, an welcher keine Spur von Besiegelung zu erkennen: Swauestede Anno domini millesimo quadringentesimo trecesimo septimo Mensis . . . *im Geheimarchiv zu Kopenhagen. s. 1326. Decbr. 15.*

1326. Septbr. 2. 597.

Erich, Herzog von Sachsen, beurkundet, dafs Marquard Schulte $4^1/_2$ Mark ihm verpfändeter Einkünfte (aus Kirchwärder) eingelöst und dem Kloster Lüne übertragen hat.

Nos Ericus dei gracia dux Saxonie vniuersis presentia visuris|| declaramus, Marquardum Sculten redditus quatuor marcarum|| cum dimidia nobis obligatos, et in viginti septem Iugeribus|| suis sitos, pro quadraginta et quinque marcis hamborgensibus a|| nobis redemisse, honorabili viro domino Gerlaco preposito|| sanctimonialium in lvne ad manus sui conuentus, prout possedit, co||ram nobis[1]) et pleno consensu nostro adhibito resignando, In|| Testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus est appensum. Da||tum Louenborch anno domini M°. CCC° XXVI°. feria quarta|| ante Natiuitatem beate marie virginis.

[1]) *auf Rasur.*

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Reitersiegel des Herzogs am Pergamentstreifen.

1326. Septbr. 5. **598.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, tauscht vom Kloster Lüne funfzehn Acker Landes auf Kirchwärder gegen 7 1/2 andere ebendort belegene ein.

Nos Ericus dei gracia. Dux saxonie. angarie et westfalie. vniuersis presentia visuris vel audituris.|| salutem in omnium saluatore Acta huius temporis cito obliuiscerentur. si non perhenni duratione roborarentur,|| Noscant igitur presentes et posteri, Honorabilem virum, Dominum Gerlacum sanctimonialium in Lvne prepositum, cum ple||no sui conuentus consensu, Quindecim iugera, in insula kerkwerdere, iuxta locum qui dicitur Ho lake sita, cum omnibus|| seruitiis et iuribus libere possessa, nobis et nostris heredibus, iure hereditario racione permutacionis dimisisse, In quorum|| recompensacionem, septem iugera cum dimidio, dicto domino preposito et suo Monasterio, ab omni iudicio. aduocatia|| Minoribus peticionibus et Regali censu libera, in loco dicte insule kerkwerdere To dem Temple, prope Mansum quondam|| decani, nunc eiusdem Monasterii existente, ad partem aquilonarem sita, omni libertate, nostrorum heredum ratihabicione,|| appropriamus, Nichil iuris, preter peticionem Maiorem, ab omnibus personis ibidem bona habentibus generaliter dandam, in ipsis|| reseruantes, In Euidens Testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus est appensum Datum Louenborch. anno|| domini. M°. CCC°. XXVI°. feria sexta ante Natiuitatem beate Marie virginis.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Reitersiegel am Pergamentstreifen.

1326. Septbr. 9. **599.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, nimmt die Hamburger Kirche in seinen Schutz.

Omnibus presencia visuris seu audituris. Iohannes dei gracia Comes holtsacie ac stormarie|| salutem cum noticia subscriptorum. Propter progenitorum nostrorum pios ac sinceros affectus quos|| ad Ecclesiam Hamburgensem, dotando ac ditando eandem meritis beneficiorum quam plurimis|| specialiter habuerunt. Nos more filii, volentis perambulare vestigia suorum parentum|| ac ipsis decenter obedire . . prepositum . . Decanum et Capitulum dicte hamburgensis ecclesie, nostros cap||pellanos, in iuribus, libertatibus, graciis ac priuilegiis, tam a sede apostolica eisdem|| indultis, quam aliis quibuscumque, volumus vt tenemur, efficaciter confouere. ac ipsos|| defendere et preseruare, prout nobis possibile fuerit ab illicitis ausibus oppressorum. quod.|| presentibus litteris sigillo nostro signatis, dilucide protestamur. Actum et datum plone.|| Anno domini. M°. CCC°. XX°VI°. In crastino Natiuitatis beate virginis Marie.

Zwei Originale im Hamb. Archiv. Siegel verloren an dem einen, an dem anderen das Reitersiegel des Grafen am Pergamentstreifen. Staphorst, Hamb. Kirchengeschichte I. 2. 238.

1326. Septbr. 21. **600.**

Waldemar, Herzog der Dänen und Wenden, befreit die Geistlichkeit des Ripener Bistums von jeglicher weltlichen Gerichtsbarkeit.

Woldemarus dei gracia danorum slauorumque rex. Omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempi||ternam Ex insinuacione querulosa venerabilis patris domini Iohannis. Episcopi Ripensis didicimus. quod nonnulli clericorum||

sue diocesis quandoque per aduocatos nostros seu officiales quandoque etiam per alios laycos. nullo contra eos iuris‖ canonici quo incausati defendi debent vel conuinci ordine obseruato. ad iudicia secularia trahuntur capiuntur‖ et capti vinculis innodantur vnde cum singulis et precipue Ecclesie dei ad iuris sui obseruanciam. obligamur‖ ipsorumque grauaminibus et iniuriis velimus inquantum poterimus obuiare, sub optentu gracie nostre districte‖ prohibemus Ne quis officialium nostrorum seu ciuium ciuitatis alicuius vel aliorum quorumcumque laycorum‖ aliquem de clericis memoratis ad forum seculare trahere seu capere vel captum tenere presumat nisi in‖ recenti excessu. vel facinore publico. Racione quorum. de iure capi debeat deprehensus. et tunc ad‖ primam Requisicionem, eiusdem domini Episcopi vel sui officialis quicumque fuerit et sibi tradatur per ipsum iuxta‖ commissi excessus exigenciam puniendus, Si quis autem huic prohibicioni nostre attemptauerit contraire vlcionis‖ Regie periculum se non dubitet incursurum. In cuius rei testimonium. sigillum nostrum presentibus duximus‖ apponendum Datum Sønderburgh Alsie. Anno domini millesimo Trecentesimo vicesimo sexto festo‖ beati mathei apostoli in presencia nostra, presentibus Dilecta matre nostra domina, Alheyde, ducissa iucie,‖ Dominis Abel auunculo nostro dilecto et Thrugillo pæter seu placito nostro iusticiario presidente.

*Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel am Pergamentstreifen. s. Reg. Dan. *1421.*

1326. Novbr. 3. 601.

Otto und Heinrich, Gebrüder von Hamme, verkaufen 10 Mark Einkünfte aus der Mühle und 4 Mark aus zwei Hufen in Lütjensee für 150 Mark Pf., schenken dem Pfarrer zu Trittau 3 Mark Einkünfte zur Pflege des Gottesdienstes in Lütjensee und Grönwohld und verkaufen demselben fünf Himpten Weizen und bescheinigen endlich den Empfang von 12 Mark, von denen jährlich 1 Mark Rente zu zahlen ist.

Nos Otto et Hinrich famuli dicti de Hamme. Tenore presencium recognoscimus publice protestantes. Quod pro‖ Centum et Quinquaginta marcis denariorum, vendidimus ad quandam vicariam. Decem marcarum redditus in Molen‖dino in Luttekenze, Et quatuor marcarum redditus in duobus Mansis ibidem. de speciali licencia et consen‖su domini nostri Comitis, reempcione tamen nobis et nostris heredibus pro eadem pecunia reseruata. Item donauimus‖ perpetue, plebano in Trutowe, Trium marcarum redditus, ad augendum et excercendum diuinum cultum in vil‖lis Luttekenze et Gronewolt, cum proprietate, in vno Manso in dicta villa Gronewolt situatos, domino Co‖mite similiter consenciente. Insuper vendidimus pro viginti quinque marcis denariorum. viginti quinque Hemptones sili‖ginis plebano, pro eadem summa similiter reseruata. Preterea recognoscimus Nos recepisse, duodecim marcas denariorum‖ pertinentes ad memoriam Marquardi de Horst, de quibus annuatim dabimus vnam marcam. denariorum quousque dictas duo‖decim marcas, simul et integraliter persoluamus, In quorum omnium et singulorum testimonium sigilla nostra presentibus‖ duximus apponenda, Et nos Hinricus de Hamme Thesaurarius ecclesie Hamburgensis, ac Albertus zabel miles in‖ signum recognicionis huiusmodi apposuimus rogati sigilla nostra. Datum. anno domini. M⁰. CCC⁰. XXVI⁰. In‖ crastino Omnium sanctorum.

Original im Hamb. Archiv. Vier Siegel an Pergamentstreifen.

1326. Novbr. 18. **602.**

Gerhard, Graf in Hoya, schliefst ein Bündnis mit dem Grafen Rudolf von Diepholz, ausgenommen gegen die Grafen von Schauenburg und Ravensberg sowie den Edlen von Lippe, auf drei Jahre vom kommenden 6. December (post instans festum beati Nicolai) *an.*

Datum anno domini M⁰ CCCX X⁰ VI. Octaua beati Martini Episcopi.

v. Hodenberg, Diepholzer Urkundenbuch Nr. 24.

1326. Decbr. 14. **603.**

Waldemar, König der Dänen und Wenden, befreit die Stadt Schleswig von allen landesherrlichen Abgaben.

Waldemarus dei gracia. Danorum slauorumque. Rex. Omnibus presens scriptum cernentibus Salutem in domino sempiternam. Constare volumus presentibus et futuris.|| quod Nos Exhibitores presencium dilectos nobis ciues sleswicenses. sub nostra pace et protectione speciali Receperimus defensandos. Ipsos a solucione, quadraginta. marcharum.|| que dicitur bygyald. racione expedicionis arnægyald. arfkyøp. torighgyald. et a theloneo. ubique infra regnum nostrum. ac ab omnibus oneribus. et seruiciis nostris. quibus grauari poterint.|| videlicet. in culcedris. caldariis. vel pottis. ad castrum ibidem. per aduentum aduocati qui pro loco et tempore. ibidem. prefuerit. ab ipsis requirendis. Nisi cum personaliter illac venerimus. Exigentibus. eorum fidelibus seruiciis et deuotis. Ipsisque in huius[modi] fidelitate. nobis promissa et iurata. firmiter persistentibus. quam diu memorata. ciuitas in nostra possessione fuerit. liberos dimittentes pariter et exemptos. Hanc eciam [eis]dem graciam superaddimus specialem. vt ubicumque. infra limites regni nostri causa negociandi cum suis venerint mercaturis, sicut tempore dilecti patris nostri. et progenitorum nostrorum temporibus. liberam habeant facultatem. Emendi. que voluerint. et eadem quocumque voluerint libere deferendi. prohibicione aliqua. que in regno fieri possit. non obstante. volumus insuper nichilominus et promittimus. Nos cum eisdem ciuibus. omnia iura. et leges siue consuetudines. que vel quas. prius liberius habuisse dinoscuntur. seruare illibata. Sub gracia nostra. districtius prohibentes. Ne quis aduocatorum nostrorum. eorundem officialium. seu quisquam alius. super hiis libertatibus. sibi a nobis indultis. Ipsos aliquatenus audeat indebite molestare. Quod siquis ausu temerario. attemptauerit nostram procul dubio. non effugiet ulcionem. In cuius facti testimonium. euidenciam pleniorem. eisdem presentes litteras. sigilli nostri munimine contulimus roboratas. datum Ripis. anno domini. M⁰. CCC⁰. vicesimo sexto in Crastino beate lucie virginis in presencia nostra.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel an seidener Schnur. Reg. Dan. 2009.

1326. Decbr. 15. **604.**

Waldemar, König der Dänen und Wenden, bestätigt dem Kapitel zu Schleswig seine alten Rechte, gewährt ihm Schofsfreiheit seiner Meier und Bonden und verleiht ihm die niedere sowie die Vierzigmarkgerichtsbarkeit.

Waldemarus dei gratia Danorum Slavorumque Rex omnibus praesens criptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Cum ex iniuncto nobis

officio teneamur sponsam Christi Ecclesiam defendere pro cuius defensione gladio utimur ad vindictam malorum laudem vero bonorum significandum duximus universis praesentem paginam inspecturis nos Capitulo Schlesvicensi quod sincera in domino diligimus charitate, omnes libertates et immunitates qvas a predecessoribus nostris Regibus Dacie obtinuerant, liberas dimisisse. Insuper divina inspiratione admoniti, eiusdem Capituli innumeras attendentes tribulationes et angustias illud cum omnibus suis successoribus sub Regiae maiestatis protectione dignum duximus confovere. Quippe piis postulationibus eius clementer annuere disponentes statuimus et privilegii nostri munimine roboramus, volentes omnes villicos suos colonos et famulos suorumque successorum, quos in praesens dictum Capitulum sive in futurum sit habiturum iuste et legitime, vel eiusdem successores habuerint, in remissionem peccatorum dilecti patris nostri Erici ducis Iuciae progenitorumque nostrorum, liberos fore ab omni gravamine; praedictoque Capitulo concedimus super iis causarum omnium exequutiones tam quadraginta marcarum qvam inferiorum iurium Regio iuri debitas, ut nulli alienae dominationi sed tantum suae suorumque successorum sint subiectae potestati. Ne igitur aliqvis nacta malignandi occasione attemptet dicti Capituli libertates impugnare, seu quocumque modo diminuere noverint praesentium inspectores, nos paratos idem Capitulum protegere et concessas sibi libertates inviolabiliter conseruare. In cuius rei evidentiam praesentem paginam sibi contulimus sigilli nostri appensione roboratam. Datum Ripis anno domini millesimo CCC vicesimo sexto, crastino Beatae Luciae virginis in praesentia nostra.

Kopie in den Bartholinschen Tomen C. S. 268 auf der Universitätsbibliothek zu Kopenhagen. Reg. Dan. 2010.

1326. 1228. März 30. 605.

Johann, Dekan, und das Domkapitel zu Hamburg verkaufen dem Kloster Lüne die Gerichtsbarkeit und den Achtschillingzins von einer Hufe in Kirchwärder unter Anführung der Verkaufsurkunde Herzog Albrecht I. von Sachsen.

Omnibus quorum interest aut quibus nosse fuerit oportunum. Nos Iohannes Decanus. et Capitulum hamburgensis Ecclesie notum esse volumus quod iudicium|| maius et minus et alia iurisdictionem contingencia. necnon censum octo solidorum hamburgensis monete in recognitionem dominii per do||minos Godscalcum quondam Decanum et Capitulum nostros predecessores decanatui in manso sito in kerchwerdere in loco qui dicitur temple|| perpetuo reseruatum. quando dicti . . Decanus et . . Capitulum petro de Cro̊wele et suis heredibus eundem mansum pro trecentis marcis hambur||gensium denariorum vendiderunt. Honorabili viro domino Gherlaco preposito ac monasterio in Lv̊ne necessitate ac vtilitate pensatis pro viginti qua||tuor marcis denariorum hamburgensium nobis integraliter persolutis vendidimus cum omni libertate et priuilegio quibus hactenus dinoscimur posse||disse. transferentes nichilominus in ipsos . . prepositum et . . monasterium omnia iura et commoditates contenta seu contentas in litteris infrascripti teno||ris quas habemus super iuribus et pertinenciis dicti mansi. per que uel quas nobis et decanatui nostro quicquam iuris uel proprietatis in iudicio seu iuris||dictione. ac censu octo solidorum predictis possemus quomodolibet vendicare. Est enim litterarum tenor talis. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. albertus|| dei gracia dux saxonie omnibus inperpetuum. *(Folgt Bd. I. Nr. 459; die Datierung lautet hier:)* actum hamborg

anno dominice incarna‖tionis M°. CC°. XXVIII°. sub III° die kalendarum aprilium. Indictionis I. In cuius rei euidens testimonium sigilla nostra presentibus‖ sunt appensa. Actum et datum hamborch anno domini. millesimo. CCC°. XXVI°. Presentibus honorabilibus dominis hinrico thesaura‖rio. Iohanne scolastico. frederico de Erteneborch. Iohanne de soltenshusen Canonicis hamburgensis ecclesie. Iohanne de Monte‖ hinrico de hetuelde. et hinrico de stendale ibidem consulibus. cum pluribus ad premissa vocatis.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Siegel des Kapitels am Pergamentstreifen, ein Pergamentstreifen.

1327. Febr. 2. **606.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, Herr von Laaland, Falster und Fehmarn, überträgt dem Kloster Neumünster 24 Schillinge Lüb. Renten aus dem Grafenschatz von 28 Äckern in Breitenburg.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Iohannes Dei gracia Comes Holtzacie et Stormarie, terrarum Lalandie, falstrie imbrieque‖ dominus, salutem in Domino sempiternam, Nouerint vniuersi, tam posteri quam presentes, quod pure propter deum et ob‖ specialem fauorem et graciam, fratris Andree, conuersi, prouisoris curie Bredenberch, in terra nostra paludensi site,‖ ad ipsum longeuis temporibus habitam, Honorabilibus viris Dominis, preposito, totique Capitulo Conuentus Nouimonasterii,‖ de viginti Octo iugeribus, ad predictam curiam iacentibus, quatuor solidorum Lubicensium redditus, qui com‖muniter nuncupantur Greuenscaht. quitos et solutos dimittimus, perpetue possidendos, Preterea, si prefatam Curiam ex invndacione fluctuum, destrui, ac quovis alio modo depauperari contingerit, et si eam cultoribus aliis‖ pro debita hura locare decreuerint, ex tunc cultores curie prenotate libertate et gracia antedicta simili modo libere‖ perfruentur, In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum Plone Anno Domini, M°. CCC°. vicesimo‖ septimo In festo Purificationis marie virginis.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Cop. Bordesh. fol. 72a. Westfalen II. 98. Reg. Dan. 2014.

1327. Febr. 16. **607.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, genehmigt den Verkauf etlicher Ländereien seitens des Rats zu Heiligenhafen an das heilige Geisthaus und St. Jürgenhaus in Kiel.

Omnibus praesens scriptum visuris vel audituris Iohannes Dei gratia Comes Holtsatiae et Stormarie salutem in domino sempiternam. Notum esse cupimus universis tam praesentibus quam futuris, quod Nos ex maturo consilio et pleno beneplacito omnium prudentum consiliariorum nostrorum Dei intuitu nec non ob salutem animae inclitae Dominae Katherinae nostrae uxoris, animae nostrae omniumque nostrorum progenitorum talem venditionem quam consules nostri oppidi Hilligehavene nobis specialiter dilecti, fecerunt domibus hospitalibus Kilensibus videlicet domui sancti Spiritus et domui beati Georgii in tribus mansis uno quartali minus cis praedictum nostrum oppidum in campo quondam cuiusdam villae dictae Tulendorpe sitis, quorum scilicet Hinricus Wilsterman medium mansum

cum medio quartali, Nicolaus filius Heymen, alterum dimidium mausum, Theodoricus Wonestorp medium mansum et quaedam mulier dicta Barthe medium quartale possident. Quos etiam antedicti nostri consules in Hilgehaven iam dudum pro quadam summa pecuniae ex parte nostri praedilecti fratris felicis recordationis titulo pignoris retinebant, ratificamus, stabilimus, firmiter approbando eosdem mansos eisdem domibus hospitalibus cum omni proprietate vulgariter Egendom dicta et plane cum omni libertate ac utilitate sicut in se iacent, et eos praemissus noster dilectus Pater hactenus possidebat, libere resignantes. In cuius rei evidens testimonium nostrum sigillum praesentibus duximus appendendum. Testes huius facti sunt Iohannes de Bruckdorp noster Advocatus praedilectus, Iohannes de Gadendorpe, Iohannes de Kyl Milites et Timo Swaff famulus ac universi Consules nostrae civitatis Kyl et adhuc quam plures ad hoc vocati et rogati. Datum et actum M. CCC. XXVII. in crastino beati Valentini.

Westfalen III. 579.

1327. März 21. **608.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, tauscht vom Kloster Reinfeld für die Dörfer Eylikesdorpe, *Arensfelde und Woldenhorn, Groß- und Klein-Trittau und Krumbek ein.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Iohannes dei gracia comes holtzacie et stormarie. omnibus inperpetuum. Ea que fiunt in tempore in obliuionem plerumque deueniunt|| tempore defluente. nisi scripturarum et testium memorie commendentur. Quapropter ad noticiam tam presencium quam futurorum volumus peruenire. quod religiosi viri . . abbas et con||uentus monasterii in Reyneuelde Cysterciensis ordinis lubicensis dyocesis. volentes vtilitati et necessitati sue ac ipsius monasterii prouidere. considerantesque quasdam villas videlicet Tritowe. maiorem|| et minorem. nec non Crumbeke cum earum terminis et distinctionibus. ad ipsos pleno iure spectantes. propter quoddam castrum per nos in terminis earundem villarum edificatum, minus fore fructuosas, conuocatis omnibus qui fuerant euocandi. diuersisque tractatibus pluries prehabitis, communi deliberacione et assensu et habita suorum licencia superiorum quandam nobis||cum permutacionem. cum dictis villis et earum eterminis et distinctionibus molendinis. piscaturis. ac aliis iuribus suis. prout ipsi eas tenuerunt et possederunt, pro villis. eylikestorpe|| arnsvelde. woldehorne. cum molendinis. piscaturis. terminis. distinctionibus, iuribus et omnibus pertinenciis, inierunt. Vnde nos Iohannes comes predictus de consensu et consensu et consilio pro||cerum. consiliariorum. ac heredum nostrorum. eisdem abbati et conuentui et eorum successoribus. pro dictis villis Trytowe maiori et minori ac Crumbeke et earum terminis iuribus et distinc||tionibus molendinis et piscaturis ex causa permutacionis predicta. dedimus. tradidimus. permutauimus iure proprio. pro se suisque successoribus perpetuo recipientibus dictas villas eylikes||torpe. arnsvelde woldehorne. nomine et ex causa permutacionis habendas et tenendas. et inperpetuum possidendas. cum molendinis. piscaturis. et cum omnibus attinenciis earum cum aduo||cacia. omnique iure et libertate et cum iudicio maiori et minori. videlicet capitis et manus, cum cognicione cause. omniumque culparum correctionibus. cum omni proprietate et vsu fructu. in alto et bas||so in agris cultis et incultis. lignis. siluis. pratis pascuis. paludibus. nemoribus. aquarumque decursibus. omnibus vtilitatibus. et plane cum

omnibus que in et infra dicta bona|| et terminos ipsorum poterunt nominari. ac eciam ordinari. Volumus eciam vt in dictis bonis et in terminis eorundem absque nostra et heredum nostrorum et cuiuslibet alterius contradictione. construant.|| parent et ordinent quicquid eis vtilius. visum fuerit expedire. nichil nobis iuris in eisdem bonis reseruantes. Homines vero predictarum villarum. a peticione que greuenscath di||citur et ab omni exactione et precaria. ab omni cuiuslibet seruicii iugo. ab omni exactione quocunque nomine censeatur. scilicet pecunie vel pecorum ab omni onere et grauamine. ab omni|| castrorum et pontium constructione. qualibet expedicione. et plane. ab omni aduocacie grauamine. et ab omni seruitutis debito donamus esse liberos omnimodis et exemptos. Ita tamen|| vt si hostilis immanitas terram nostram quod absit inuaserit. defensioni terre quam lantwere vocant cum ceteris se opponent Insuper volumus. et omnino prohibemus. ne aliquis sine|| consensu abbatis et conuentus predictorum. venacionem qualemcunque in sepedictis bonis et eorum terminis. audeat exercere. Insuper volentes predictis abbati et conuentui monasterii prenominati et ipsi|| monasterio ne grauentur in aliquo vel ledantur ampliorem facere recompensam. addimus eis paludem que beygemǒr dicitur. cum omnibus suis attinenciis. desertis. wiltnisse. et no||ualibus. scilicet. langehorst. meryenkrůch. løsekenrode. cum terminis et disterminacionibus. infrascriptis. cum omni iure et proprietate sicut de predictis villis superius est expressum.|| Adicientes. si precisis signis villas de prefata palude construere voluerint. supradictarum villarum proprietatibus et libertatibus sicut de aliis superius expressum est per omnia perfruentur, Pro||mittentes bona fide pro nobis. heredibus. successoribusque nostris. eisdem abbati et conuentui pro se suisque successoribus stipulantibus recipientibus donacionem tradicionem permuta||cionem predictas. prefatarum villarum et bonorum. gratas et ratas habere. et nunquam per nos. vel alium. seu alios. contra eas facere vel venire. aut litem inferre vel inferenti consentire, Sed dictas villas et bona cum suis iuribus et terminis. eis et eorum successoribus ex nunc et in antea tam in possessione quam in proprietate ab omni persona et vniuersitate, legitime waren||tizare. defendere auctorizare. et expedire debebimus. tam in iudicio quam extra. quandocunque et quocienscunque fuerimus requisiti. Renunciantes expresse beneficio restitucionis in in||tegrum. infactum. actioni. exceptioni doli mali aliisque omnibus. et singulis excepcionibus iuris et facti. ac omni auxilio. legum generali et speciali per quas. vel quod. contra donacionem tradicionem|| et permutacionem predictas. nos possemus defendere vel tueri. Terminos vero supradictarum villarum inscribi iussimus huic scripto. Primo vadunt inter arnsvelde|| et smalenbeke. de loco qui manhagen dicitur. ascendendo in montes qui virberghe wulgariter nuncupantur. et per illos montes vsque in locum qui heimchorn. dicitur. et inde vsque abbeloghe. et inde|| vsque abbenbeke. et inde vsque quenenstich. et inde vsque vlesckgaffele. et inde vsque oldenrode. et inde vsque papendorpesschede et inde vsque Colrehorst. et inde vsque Remen. et|| inde vsque babenbrughe. et inde vsque hassewiye. et inde sursum vsque rugheloghe. et inde vsque Rennyk. et inde vsque mølenroth. et inde in piscinam arnsuelde. et inde per|| riuum qui descendit de iam dicta piscina. vsque ad paludem que wedele dicitur. et inde per medium eiusdem paludis vsque in Raghet. et inde descendendo. vsque in bunningh,|| stedersyk. et inde vsque in riuum qui owe wlgariter nuncupatur. et inde per circuitum kolkrot. vsque in Reymershorst. et inde vsque Riddersrot. Terminos etiam beyge||mǒr. quam predictis villis addidimus huic scripto fecimus annotari. Primo vadunt de loco qui Riddersrot dicitur

vsque weldeghesrot. et inde vsque spikersrot. et inde per riuum|| qui rye dicitur. descendendo vsque in schelenhorst et inde per descensum Rye que circuit prøytteshorst. vsque in gherwischesbroc. et inde per descensum ruffi riui vsque|| in Rumoresbrŏc. et inde per descensum riui qui cadit in hørebesten. vsque in bolbrughe. et inde per descensum lubbertesrye. vsque in campum iohannistorpe et inde inter|| campum iohannistorpe et beygemŏr vsque in riuum qui owe wlgariter nuncupatur. Terminos vero iam expressos de consensu et beneplacito consulum de hamborgh. videlicet Nicolai|| franzoysere. et Iohannis de monte. ac marquardi et Tymmonis fratrum de homŏre. et aliorum omnium. quos dicti termini tangebant. fecimus vt iam premissum est destingui. Pre||cipientes sub obtentu gracie nostre. ne termini sic distincti. vt premittitur a quoquam in posterum. impetantur. angustentur seu ausu temerario coartentur. Disterminacioni enim seu|| distinctioni predictorum terminorum in personali presencia interfuimus cum testibus infra scriptis. Vt autem omnia et singula premissa rata et inconwlsa permaneant. presens scriptum sigilli nostri appensione|| iussimus et fecimus communiri. Testes sunt. Iohannes brůcdorpe. zabel. bertoldus de Rennowe. volradus de reuentlo. luder de borstele. milites. Nicolaus franzoysere|| et Iohannes de monte consules de hamborgh. Marquardus stake. iohannes hummersbotele. Marquardus brůcdorpe. Iohannes mughele. iohannes stake. Marquardus wotmolte. Marquardus|| et tymo de homore fratres. Otto de hede. Marquardus de horst. Marquardus albus. hinricus paruus. et alii plurimi fidedigni. Actum et datum Anno domini. M°. trecentesimo. vicesimo septimo. in festo sancti Benedicti abbatis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Reitersiegel des Grafen an hellroter Seidenschnur.

1327. März 22. 609.

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, verlobt seinen Sohn Erich mit Agnes, der Tochter des Grafen Johann von Holstein, welcher dieser eine Mitgift von 2000 Mark Silbers verheifst und dafür dem jungen Erich das Schlofs zu Fehmarn (vemeren) *und 200 Mark Silbers aus den Einkünften der Insel verschreibt und für etwaige Ausfälle das Schlofs Steinburg mit der Marsch. Die Herzöge dagegen verschreiben der Braut zur Leibzucht Neuen-Gamme, Kirchwärder, den Zoll zu Efslingen und auf den Tod der Herzogin Elisabeth das Schlofs Ratzeburg mit Vogtei, falls sie als Witwe das Land zu verlassen wünscht, 3000 Mark Silbers; die jüngern Söhne Herzog Erichs aufser dem Bräutigam werden dem geistlichen Stande bestimmt.*

— desse bref is ghegheuen vnde screuen to Truttowe Na godes bort dusent Iar vnde drehundert iar in deme Seuenentwintighesten iare to Mitvasten.

Sudendorf, U. B. VII, 64 nach dem Original, jetzt im Staatsarchiv zu Schleswig, mit fragmentarischem Siegel.

1327. März 22. 610.

Ritter Otto Pogwisch kauft vom Kloster Neumünster 42 Mark Einkünfte aus den Dörfern Schönebek und Bissee und bestimmt sie zu geistlichen Zwecken.

Uniuersis presencia visuris. Otto dictus pochghewiisch miles salutem in domino iesu cristo. Vt acta sub tempore lapsu temporis obliuioni non tradantur.|| scripture testimoniis aduuuantur. Omnibus ergo tam futuris quam presentibus

innotescat. quod ego sanus corpore dei gracia. compos mentis et omnium virium mearum. cum|| consensu et beneplacito. necnon consilio dilectorum mihi. Alheydis vxoris. Ottonis et wlff. filiorum meorum. nichilominus cum scitu omnium amicorum meorum. qua||draginta duarum marcarum redditus denariorum lubicensium. dudum in bonis ecclesie nouimonasterii. In uilla videlicet sconebeke decem. et in villa bysticze|| in quatuordecim mansis et vna quartali triginta duas. pro septingentis marcis paratorum denariorum lubicensium comparaui. ad usus infra scriptos|| pro salute animarum. vxoris. filiorum. progenitorum meorum. et mea. inperpetuum duraturos. Predictos itaque redditus nullus alius. nec heres. nec propinquus. preterquam|| officiales ecclesie predicte. post mortem meam singulis annis percipient. et dispensabunt fideliter isto modo. Amministrator uel magister caritatum sex mar||cas percipiet. ad mei ottonis memoriam. ter in anno cum missis. et vigiliis solempniter peragendam. In memoria autem anniuersarii mei. prior ecclesie pre||dicte. quinque marcas. perceptas conuentualibus distribuet. suisque oracionibus. priuatis et communibus. me et dominam alheydem vxorem meam. annis singulis fi||deliter commendabit. Item sex marce cedent. ad memoriam domine alheydis predicte. ter in anno modo quo premittitur peragendam. Que si superstes mei fu||erit. predictas sex marcas. non alias quam de bursa ecclesie predicte percipiet. quamdiu vixerit et in vsus pauperum commutabit. Item quatuor marcas|| expedite percipient. quibuscumque officiare altare meum. quod erit perpetuum. fuerit assignatum. Item custos cum vna marca percepta candelas quatuor|| comparabit. et in memoriis predictis. sepulcro circumponet. et per anni circulum accensas. in eleuacione hostie conseruabit. Item magister domus hospitalis|| viginti Marcas residuas percipiet. cum quibus pannos laneos et calcios emet. et pauperibus annis singulis fideliter erogabit. Vt autem hec ordi||nacio rata. perpetua maneat et inconwlsa. nec a quoquam heredum uel propinquorum meorum. aliquatenus infringatur. et racione. uel occasione. comparacionis uel ordi||nacionis predicte. predicta ecclesia in suis bonis predictis. in quibus nichil iuris habeo. nec posteri mei habituri sunt. alio modo quam premittitur. aliquatenus pertur||betur. Ego et filii mei testes. et amici infra scripti data manuali fide. per sigilla nostra. munimus presencia perpetuo valitura. Testes et|| fideiussores hii sunt. Otto et wlf. filii mei. albernus de wisch et marquardus filius eius. wlf de brochowe. marquardus de wisch. Dit||leuus pochgewisch milites. Conradus et Hartwicus fratres dicti wlf. Marquardus pochgewisch. Albernus de wisch. Iohannes brochowe.|| et Otto warnowe famuli. Constat eciam aliis quam pluribus fide dignis. Datum Anno domini. M°. CCC° XXVII°.|| In dominica die qua cantatur. Letare ihrusalem.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Vierzehn Siegelstreifen. Drei Siegel beiliegend. Cop. Bordesh. fol. 47a.

Westf. II. 98 fügt hinzu: Rubrica originalium litterarum haec est: Memoria domini pii Ottonis Pogghewysch in Bistizcee, in medio chori sepulti prout metra eius lapidis ostendunt in circumferentia exarata. An autem hic pius Otto in choro N. Monasterii, an in Borsholmia sit sepultus ibidem non exprimitur. Originalia adsunt duo adpendentibus sigillis XIV. lupos praesentantibus.

1327. März 25. 611.

Testament des Ritters Otto Pogwisch.

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. quoniam labilis est humana memoria atque hominum dissolucio nulli certa. Idcirco que aguntur sub tempore

ne temporis deuolucione pariter‖ dilabantur necesse est ut scripture ac litterarum testimonio roborentur. scriptum est enim: Omne cadit meritum quod suspendit in. . temporis conferendum. Ego autem Otto dictus pogo‖wisk miles licet infirmus corpore sanus tamen et incolumis mentis mee. In lecto egritudinis constitutus de bonis a deo collatis in refrigerium anime mee testamentum‖ meum ordino in hunc modum. In primis confero ecclesie edificande in honore virginis gloriose marie apud canonicos regulares in holm trecentas marchas lybicenses‖ videlicet ducentas marchas ad edificium ipsius ecclesie centum marchas ad fenestras vitreas eiusdem. Item ecclesie flinbeke .V. marcas sacerdoti ibidem vnam marcam. Item ecclesie borchoua .IX.‖ marcas. sacerdoti ibidem marcham. Item ecclesie in eluershaen .V. marchas. sacerdoti ibidem marcham. Item ecclesie skonekerken. V. marchas. sacerdoti ibidem marcham. Item ad mensam fratrum minorum in ky‖lone. X. marchas. Item ad edificium ecclesie sancti spiritus ibidem .V. marchas. Item ad diuidendum inter leprosos ibidem. V. marchas. sacerdoti marcham. Item ecclesie in slabbenhaen .X. mesas si‖liginis. domino iacobo et domino iohann sacerdotibus ibidem cuilibet marcham. Item ecclesie ielenbech .V. marchas. sacerdoti ibidem marcham. Item ad mensam fratrum minorum in sleswich .X. marchas. fratri‖ timmoni confessori meo .V. marchas. Item ad mensam fratrum predicatorum ibidem. V. marchas. Item ad diuidendum inter leprosos ibidem V. marchas. Item sororibus sancte clare roskildis videlicet‖ haduich et hilleche .XX. marchas lybicenses. Item sorori elyzabeth in poreze .III. marchas. Item gotscalco .IIII. marchas. Item o[tto]ni fratri eius .II. marchas. Item syuardo famulo meo .II.‖ marchas. Item ryze II. marcas. Item abele ancille mee duas vaccas. Item volo ut sacerdotes tam seculares quam claustrales missas pro anima mea celebrent prout recipiant pe‖cunie quantitatem. mei memoriam faciant in canone specialem. Ista infrascripta debent esse funeralia in exequiis meis videlicet emantur in ciuitate lybicensi‖ duo panni de serico transmarino pro XXX. marchis. et explicantur super feretrum funeris mei hora missarum. Item ematur vnus pannus . . . pro XII. marchis qui eciam explicetur super pan‖nos antedictos eodem tempore. Iste vero pannus vltimo nominatus relinquatur ecclesie in slabbenhaen pro vna casula facienda. peractis ibidem exequiarum mearum sollempniis‖ et alii duo panni reliquantur ecclesie beate virginis in holm pro duabus casulis post meam sepulturam. Item emantur LX. pund cere de qua fiant. XII. candele. quelibet‖ de quinque pund. sex illis accendantur tempore exequiarum mearum in ecclesia slabbenhaen. quibus peractis vna candelarum ibidem relinquatur. secunda mittatur ecclesie ielenbech‖ tercia mittatur ecclesie flimbech. quarta mittatur ecclesie borchoua. quinta mittatur ecclesie eluershaen. et sexta ecclesie . . . echerke. que debeant accendi tempore ele‖uacionis corporis cristi et non alias usque in con‖summacionem sui. sex alie candele remaneant in ecclesia beate virginis in holm que debent accendi cum anniuersarius‖ meus ter in anno celebrabitur et super hoc vbicunque missa in eadem ecclesia legitur uel cantatur semper vna candelarum illarum post aliam tempore eleuacionis corporis‖ cristi accendatur usque in omnium consummacionem.[1]) Item ematur equs qui inueniri melior poterit XL. marcis. et assumptis omnibus armis Ottonis uel wlf filiorum meorum quibus melius armari solet. vnus famulus meus illa arma induat residens super equm antedictum et fer . . . . . funeris mei precedens et ostendens in se omnia hec‖ ecclesie beate virginis in holm in remedium anime mee. Item ematur lapis ponendus super sepulchrum meum pro XXX. marchis quas vxor mea recipiat de domina vnsel. Item‖ die

sepulture mee in slabenhaen et in claustro holm cuilibet pauperi aduenienti mendicanti administrentur tres panes. tria bicaria cereuisie. tres denarii ‖ et frustum lardi. Item equs et vnius hominis armatura qui precedent feretrum funeris mei in die sepulture mee debent redimi a domino preposito in holm pro quinquaginta‖ marchis. summa istius testamenti sunt quingente et quinquaginta marche lybicenses.[2]) Item ad edificium noui chori sanctimonialium in poreze X marchas. Item sacerdoti danieli cappellano‖ meo. II. marchas. scriptum sub sigillo meo. Anno domini. M°. CCC°. vicesimo septimo. In festo annunciacionis virginis gloriose.

[1]) *Dieser Satz ist durchstrichen.* [2]) *Nachgetragen.*

*Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen, beschädigt. Westfalen II. 96. Reg. Dan. *1441.*

Nach 1327. März 25.] **612.**

Die Gebrüder Otto und Wulf Pogwisch bestätigen das Testament ihres Vaters.

Uniuersis presencia uisuris. Otto et wlf. fratres dicti pochgewisch. salutem in domino iesu cristo.‖ Recognoscimus et tenore presencium protestamur quod piis uotis et donacionibus necnon elemosinis a patre‖ nostro domino ottone circumquaque et specialiter in ecclesia nouimonasterii. datis et . . . nos beniuole assen‖sum prebentes. testamentum quod presentibus amicis nostris et nobis condidit in quo quingentas et sexagin‖ta Marcas diuersis locis et religiosis domibus. prout in littera super confecta lucidius et plenius continetur.‖ earundem elemosinarum participes esse cupientes omnino ratum habemus et promisimus data fide. Quod‖ si morte patris nostri predicti vixerimus in execucione testamenti sui fideles erimus et hoc modo. quod sicut‖ ipse ordinauit et disposuit, matri nostre et patruis nostris domino ditleuo milite et marquardo fa‖mulo dictis pochgewisch. summam elemosinarum predictarum presentabimus expedite. In cuius rei tes‖timonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Original, beschädigt, im Staatsarchiv zu Schleswig. Vier Siegeleinschnitte.

1327. März 29. **613.**

Die Gebrüder Siegfried, Detlev, Wulf und Gottschalk von Soren oder Smalenstede verkaufen dem Kloster Neumünster drei Viertel in Alt-Söhren und der Mühle daselbst nebst dem Fischfang zu Eiderstede.

Nos sifridus. ditleuus. wlf et gotschalcus fratres dicti de soren. uel smalenstede. recognoscimus et tenore presencium protestamur. quod nos de consilio‖ et consensu propinquorum nostrorum uendidimus. Honorabilibus viris. dominis. preposito. et conuentui in nouomonasterio. hereditatem nostram. Tres videlicet‖ partes in uilla antique soren. et in molendino ibidem. cum omni iuditio. pratis. pascuis. siluis. palludibus. agris cultis et incultis.‖ aquis. aquarumque decursibus. seu instangnacionibus. et precise cum omni utilitate. et fructu. sicut nos habuimus. et in iure hereditario‖ dinoscimus possedisse. et caucionem que wlgariter dicitur sele. fecimus coram plebe. Feodum autem quod in iudicio habemus nos et‖ heredes nostri predictis dominis conseruabimus. sicut propria bona nostra. et nulli resignabimus. nisi predicti domini iusserint. et eorum fuerit voluntatis.‖ Verum si quan-

doque vbi et cui voluerint predictum feodum resignabimus contradictione qualibet non obstante. Insuper piscacionem quam‖ in stangno Eyderstede habuimus eisdem dominis dimisimus. et Feodum resignauimus in eodem. Ut autem hec vendicio‖ et feodi conseruacio. et stangni resignacio. rata maneat. nec a quoquam heredum uel propinquorum nostrorum aliquatenus infringatur‖ sigilla nostra. et testium. et fideiussorum infrascriptorum presentibus sunt appensa. Testes et fideiussores hii sunt. Strune mi‖les dictus de ranzowe. Ditleuus de wittense. Ditleuus. Ludolphi. Wulf. otto. fratres dicti de totekendorpe. Io‖hannes et wolderus fratres dicti swiin. Datum anno domini. M°. CCC. XXVII°. in dominica die qua cantatur Iudica.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegel. Zehn Siegelstreifen. Cop. Bordesh. fol. 45b. Westf. II. 95.

1327. April 9. 614.

Gerhard, Herzog von Jütland, Graf von Holstein und Stormarn, Verweser des Königreiches Dänemark und des Fürstentums Rügen, befreit die Stadt Schleswig von allen landesherrlichen Abgaben.

Gerardus Dei gracia dux iucie, comes holtsacie, et stormarie, Regni Dacie. necnon principatus Rucianorum Tutor, omnibus presens‖ scriptum cernentibus, salutem in domino sempiternam. Notum facimus vniuersis, quod nos ex gracia speciali, ciues nostros sleswicenses, cum‖ omnibus bonis suis, vbicumque locorum in Rure sitis. sub nostra pace. et protectione suscipimus specialiter Defensandos. Dimittentes,‖ ipsos, cum familia eorundem, in bonis ipsorum Residenti, ab, innæ stuth, quærsæth, impeticione exactorea, ceterisque solucionibus, iuri nostro adiacentibus, liberos pariter et exemptos, exceptis denariis nostris expedicionalibus, et contribucionibus ex communitate terre nobis dandis. Prohibemus districte, Ne quis aduocatorum nostrorum seu quisquam alius, cuiuscumque status existat, dictos ciues. seu quemquam de familia ipsorum, super huiusmodi libertatibus, sibi. a. nobis indultis, impediat vel molestet, sicuti nostram graciam diligere et vlcionem voluerit euitare. In cuius rei Testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum sleswich. Anno domini. M°. CCC°. vicesimo septimo, in cena domini, in presencia nostra.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel an seidener Schnur. Reg. Dan. 2024.

1327. April 21. 615.

Bundo Bundysen aus Roager verkauft dem Meister Thuco, Kantor in Ripen, seinen Hof in Tranæbyerg, *Kirchspiel Ørre.*

Omnibus presens scriptum cernentibus. palno thomæs sen. kanutus Thorbern sen. Petrus Lerky. thomas molty sen‖ Iohannes kraak. kally krook. nicholaus cluf sen. et nicholaus mæræd sen. salutem in Domino sempiternam‖ Notum facimus vniuersis. quod anno domini. Millesimo. Trecentesimo. vicesimo septimo. tercia feria proxima ante‖ festum marci ewangeliste in placito nostro skastatheret. Constitutus personaliter bundo bundy sen. de roothager‖ alienauit et scotauit Discreto viro. magistro thuconi. Cantori Ripensi. Curiam suam in tranæbyergh‖ in parrochia orf cum omnibus iuribus et pertinenciis suis mobilibus et immobi-

libus. vna cum terris que dicuntur‖ kaathethæ. ac aliis omnibus quecumque venerabilis vir bone memorie. Cantor sweno in dicta parrochia‖ quocumque Titulo. dinoscitur possedisse. pro quibus bonis memoratus bundo recognouit se in placito nostro‖ plenum precium ab eodem Cantore habuisse et leuasse. Insuper eodem die placiti predicti. idem dominus‖ Cantor thuco. omnia bona memorata mobilia et immobilia. Exceptis terris in kathethæ. honora‖bili viro domino magistro Iacobo nunc scolastico ripensi. nomine eiusdem ecclesie Ripensis. ob remedium‖ anime sue assignauit et scotauit. iure perpetuo possidenda. prout sepedictus Cantor de redditibus‖ dictorum bonorum pie distribuendis in vltima sua voluntate. duxerit ordinandum. In cuius rei testi‖monium. sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum. Anno die et loco supradictis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Sieben Siegel an Pergamentstreifen, ein Siegelstreifen.

1327. Mai 3. **616.**

Gerhard, Herzog von Jütland, Graf von Holstein, Vormund des Königs Waldemar von Dänemark, die Kinder des Herzogs Wartislav von Rügen und die Grafen Johann und Adolf von Holstein, Stormarn und Schauenburg schliefsen ein Bündnis auf vier Jahre mit Herzog Erich von Sachsen, der mit zwanzig Reisigen und allen seinen Schlössern und Landen ihnen Hülfe leisten soll, wogegen sie ihm eine solche von 100 Reisigen und gegen alle seine Feinde mit Ausnahme des Herzogs Albrecht von Lauenburg zusagen und die Zahlung von 1200 Mark Silbers.

— gheuen vnde screuen to Reyndesborgh na Godis bord dhusint iar drehundirt iar in dheme seuen vntvintighiste iare, dhes neghisten sonen daghis, na sunte wolberghe daghe.

Sudendorf. U. B. VII. S. 220 nach dem Original, jetzt im Staatsarchiv zu Schleswig.

1327. Mai 6. **617.**

Hermann von Nestved vergleicht sich mit dem Kloster Neumünster über seinen Austritt aus dem letzteren und über die Forderungen desselben.

Ego hermannus de nestwede recognosco presentibus et protestor quod a venerabilibus dominis. preposito‖ et conuentu noui monasterii segregatus sum fauorabiliter et amice ita videlicet quod octoginta‖ marchas lubycensium denariorum, quas pater meus bone memorie in subsidium cum me susciperent conuentui‖ predicto ministrabat michi soluant in hunc modum scilicet‖ vt [1]) vltra sex marchas quas actu suscepi‖ XXIIII. marchas in festo pentecostes soluant nunc venturo Residuas vero quinquaginta marchas‖ arbitrio predictorum committo dominorum ut quando possint aut voluerint michi soluant hoc adiecto‖ quod quam diu non soluerint me viuente pro quibuslibet. X. marchis vnam marcham dabunt an‖nuatim Sin autem prius quam soluta fuerit pecunia supradicta me mori contigerit, tunc eadem‖ pecunia sine vlla postolatione cuiuslibet viuentis in supradicto conuentu permanebit. In cuius rei‖ euidenciam sigi[lla] personarum et dominorum subsequencium sunt annexa, videlicet, magistri gotscalci‖ provisoris ecclesie [beate virginis in] flensborgh, Hermanni supradicti, et tutorum domus sancti spiritus in Flensborgh‖ scilicet Reyneri [sartor]is. agonis fabri, popponis strangding et Bertoldi de

strandis.|| Datum anno domini, M°. CCC°. XXVII. In die beati Iohannis ante portam latinam.

[1]) übergeschrieben.

*Original im Staatsarchiv zu Kopenhagen, ergänzt aus Westfalen II. 95. Reste von fünf Siegelstreifen. Reg. Dan. *1446.*

1327. Mai 22. **618.**

Gottfried von Krempe zahlt seinem Sohne Detlef sein Erbteil mit 46 Mark aus.

Nos vniuersi consules ciuitatis molne Recognoscimus et publice protestamur quod Godfridus de krempis dedit Dethardo filio suo pro omni hereditate ex parte ipsius et ex parte matris XLVI marcas ita quod nichil amplius potuit poscere nec debet neque a patre neque a fratre suo hinrico nec eciam ab eorum heredibus et predictos denarios iam dictus godfridus de crempis et filius suus hinricus dethardo penitus exsoluerunt ita quod ipsos inmisit totaliter quitos et solutos absque omni inpeticione et briga hec omnia acta sunt coram nobis vniuersis et publice presentibus protestamur. Datum anno domini. M°. CCC°. XXVII°. feria VI[a]. ante dominicam qua cantatur Exaudi domine post festum pentecostes.

Aus dem Möllner Stadtbuch im Staatsarchiv zu Schleswig.

1327. Juni 29. **619.**

Leo, Propst, Johann, Dekan und das Kapitel zu Hamburg vergleichen sich mit dem Kirchspiel von St. Peter über eine städtische Rente.

Nos Leo dei gracia prepositus. Iohannes Decanus. Totumque Capitulum ecclesie hamburgensis, Omnibus et singulis presencia visuris|| seu audituris volumus esse notum. quod cum quedam dissencio suborta esset inter hos ex vna, et Iuratos et parrochianos|| Ecclesie sancti Petri in Hamborch parte ex altera super octo solidorum redditibus de Curia quam plebanus ecclesie sancti Petri|| inhabitat exsoluendis dilecti amici nostri, Consules hamburgenses volentes eiusdem dissencionis materiam am||putare talem composicionem inter Nos et predictos Iuratos ordinarunt, quod iidem Iurati nobis dederunt et sol||uerunt. Nouem. marcas denariorum hamburgensium ut ab inpeticione huiusmodi inperpetuum desistamus et curia ipsa absque|| omni onere et pensione qualibet ad eandem Ecclesiam sancti Petri nomine dotis pertineat perpetuis temporibus possidenda. Ita tamen|| quod sepedicti Iurati et parrochiani eandem Curiam, cum necessitas hoc exegerit edificent et restaurent, In quorum|| omnium et singulorum testimonium, sigillum nostrum vna cum sigillo Ciuitatis presentibus apponi fecimus et affigi|| Datum Anno domini M°, CCC°, XXVII°. III° Kalendas Iulii.

Original im Hamb. Archiv. Siegel der Stadt und des Propsten an Pergamentstreifen.

1327. Juli 1. **620.**

Gerhard, Herzog von Jütland, Graf von Holstein, Vormund des Königs von Dänemark, verleiht dem Knappen Heinrich von Helle volle Gerichtsbarkeit seines Hofes bei Itzehoe.

Nos Gherardus dei gracia. dux iucie. comes Holtzacie. Tutorque regis dacie|| Notum esse cupimus et presentibus publice protestamur, Quod. famoso famulo

Hinrico‖ dicto de Helle armigero nostro fideli dedimus et concessimus plenam iurisdictionem curie sue‖ in omnibus suis terminis et distinctionibus sicut sita est constituta apud oppidum itzeho que,‖ quondam fuit oldelandes. cum omni iure et vtilitate sicut iurisdictio plenius habe‖ri et possideri potest temporibus perpetuis tytulo pheodali possidendam. Hanc etiam libertatem he‖redibus veris dicti Hinrici duximus integraliter concedendam. In cuius rei testimonium secretum nostrum est presentibus appensum. Scriptum anno domini. M°. CCC°. XXVII°. proxima‖ quarta feria post festum apostolorum Petri et Pauli.

*Original im Archiv des Klosters Itzehoe. Siegel am Pergamentstreifen. Zeitschrift Bd. VIII. Repertorien S. 4. Nr. 17. Reg. Dan. *1449.*

1327. Juli 24. **621.**

Leo, Propst, Johann, Dekan, und das Kapitel zu Hamburg gewähren den Gebrüdern von Wedel den Rückkauf ihrer Güter in Sasel und Bergstedt.

Coram omnibus presencia visuris seu audituris. Nos leo dei gracia prepositus[1]) Iohannes Decanus ac Capitulum Ecclesie Hamburgensis‖ tenore presencium recognoscimus publice protestantes, quod ad peticionem honestorum famulorum. Nicolai Hinrici et‖ Iohannis filiorum strennui militis domini Hinrici quondam de wedele bone memorie et ob merita dicti patris eorum‖ damus et concedimus eis reempcionem in bonis nostris sitis in villis Bercstede ac[2]) Sasle a predicto‖ patre eorum rite et racionabiliter emptis, vt ea infra hinc et octauam pasche proxime nunc instantem reemere‖ possint et valeant. pro CCC. marcis denariorum, nobis in Ciuitate Hamburgensi expedite persoluendis quod si‖ non fecerint predicta bona. vt iam sunt. debent esse et manere perpetuo nostra. sicut per instrumenta super hoc‖ confecta. sigillis dominorum nostrorum. Comitum terre holtzacie ac eorum sigillata probare possumus euidenter.‖ Sed iam de speciali gracia iurisdictionem sepedictorum bonorum nostrorum ipsis medio tempore committimus, nolumus‖ vt homines nostros predicta bona[3]) colentes aliqualiter aggrauent importune, aut quod ligna ad eadem‖ bona pertinencia resecando destruantur, Saluo eciam censu nostro de eisdem bonis nobis dando de quo de‖bito tempore videlicet infra octauam sancti Michahelis satisfieri volumus cum effectu. Si vero supradicti filii domini‖ Hynrici de wedele predicta bona infra memoratum terminum ut premittitur non reemerint, extunc‖ nolumus precibus vlterioribus ab aliquibus aliqualiter fatigari. In quorum omnium et singulorum Testimonium‖ Sigillum nostrum vna cum sigillis supradictorum fratrum presentibus duximus apponendum, sed quia Iohannes frater iu‖nior proprio sigillo caruit. sigillo timmonis de homore vsus fuit, Actum et datum hamborg, Anno domini‖ M°. CCC°. XXVII. In vigilia beati Iacobi apostoli.

[1]) *fehlt in der 2. Ausfertigung.* [2]) 2: et. [3]) 2: p. b. *fehlen.*

Original in zwei Ausfertigungen im Hamb. Archiv, die erste mit 3 gut erhaltenen Siegeln.

1327. Aug. 30. **622.**

Gerhard, Herzog von Jütland, Graf von Holstein und Stormarn, verkauft an Hasso von Krummendiek für 700 Mark Lübecker Pf. seine Güter zu Holmisleen, *insbesondere Fleckeby, Holm, Gotheby, Haverkamp.*

Omnibus presencia visuris seu audituris Gherardus dei gracia dux Iucie. comes holtsacie et stor||marie salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi tam presentes quam futuri quod nos de arbitrio proprio et|| nostro beneplacito et consensu heredum consiliariorumque nostrorum Exhibitoribus presencium hassoni de crumendike. et suis veris heredibus rite et racionabiliter vendidimus et scotauimus pro septingentis marcis lybicensium denariorum in nos|| et nostros vsus integraliter conuersis bona nostra holmisleen nuncupata Que quidem bona hec nomina in se continent|| specialia videlicet. fleckebyu. holm. Ghotebyu. et hauerkamp. cum omnibus suis iuribus iudiciis iusticiis fructibus vtilita||tibus pertinenciis prouentibus [et quibuscumque] censeantur nominibus in omnibus terminis suis et distinctionibus constitutis|| pro nobis et nostris successoribus libere quiete et pacifice perpetuis temporibus iure hereditario possidenda Et quod idem hasso|| famulus dictus de crummendik ac sui veri heredes. bona prenominata cum omnibus suis articulis supradictis quibuslibet|| hominibus tam spiritualibus ac secularibus personis licite vendere, obligare, alienareque poterint nullis nostris ac nostrorum|| successorum obstaculis interuenientibus quando cumque eorum placuerit voluntati. huius rei testes sunt Detleuus de wen||sine hartwicus. volradus et ywanus de reuitlo milites. Dethleuus de rastorpe et volradus glusing. armigeri et quam|| plures tam clerici quam laici fidedigni vt autem hec omnia firma permaneant temporibus perpetuis et inconuulsa|| presentem paginam eisdem dedimus in testimonium nostri sigilli munimine roboratam. Datum Ghottorpe. anno domini|| millesimo tricentesimo vicesimo septimo. in die felicis et adaucti martirum beatorum.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen, beschädigt. Siegeleinschnitt. Reg. Dan. *1457.

1327. Septbr. 15. **623.**

Lambert Struz, Volrad Scotze, Volrad und Radeke von Broke verbürgen sich dem Hamburger Kapitel gegenüber für Volrad von Brokes Schuld im Betrage von 20 Mark Lüb. Pf.

Omnibus quorum interest, aut quibus nosse fuerit oportunum. Nos Lambertus struz et volradus scotze volradus et radeke fratres dicti de broke armigeri notum esse volumus. quod constituimus fecimus ac ordinauimus nos et quemlibet nostrum in solidūm debitores pro volrado de broke predicto et vna cum ipso honorabilibus viris dominis . . preposito . . decano et capitulo hamburgensis ecclesie pro uiginti marcis denariorum lubicensium in festo martini nunc instanti. in numerata pecunia seu duplici pignere in ciuitate hamborch persoluendis expedite nomine illorum que de bonis Syrekesuelde leuauit minus iuste. quamuis dicti domini sibi adhuc de decem marcis moueant questionem. Ceterum inter dictos dominos . . prepositum decanum et capitulum hamburgensis ecclesie ex vna. et volradum de broke predictum parte ex altera. talis ordinacio intercessit. quod in proximo festo martini infra tres annos continue numerandos, dictus volradus habebit facultatem reemendi dicta bona in Syrekesuelde pro centum marcis denariorum lubicensium in ciuitate hamburgensi in numerata pecunia persoluendis. ita quod medio tempore dictus volradus tenebit de gracia speciali. iudicium et moderatum seruicium in bonis predictis. non tamen anichilando bona quo minus coloni soluere possint censum capitulo supradicto. Hiis vero tribus annis elapsis. dictus volradus si non reemerit modo pretacto. nichil in bonis sepedictis penitus

obtinebit. Sed ipsa bona cum iudicio. seruicio. censu ac aliis emolumentis integraliter ad capitulum perpetuo pertinebunt. et si quod absit dictus volradus ipsa bona in syrekesuelde iudicio uel seruicio infra tres annos destrueret. quo minus capitulum singulis annis censum suum consequi posset et habere. vel ipse volradus tribus annis elapsis bonis predictis minime reemptis pro centum marcis ut premittitur, se ingereret clamdestine uel aperte nos et quilibet nostrum in solidum tenebimur pro dampno dicto capitulo plenarie respondere et facere iusticie complementum cum effectu. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum hamborch. presentibus discretis uiris. dominis hinrico de hetuelde hogero de destorpe. willekino de eueringhe perpetuis uicariis in ecclesia hamburgensi necnon wedekino et frederico de hamme cum pluribus aliis. Anno domini. M⁰. CCC⁰. XXVII⁰. in octaua natiuitatis marie.

Lib. cop. cap. fol. 135a im Hamb. Archiv.

1327. Septbr. 28. 624.

Papst Johann (XXII.) *bestätigt dem Kloster* Loci dei *das Patronatsrecht über die St. Laurentiuskirche zu* Bredtwatth, *das demselben einst Herzog Erich von Jütland geschenkt hatte.* — „Cum a nobis."

Datum Avinion IIII. Kall. Octobris pontificatus nostri anno XII.

Reg. Dan. 2031.

1327. Novbr. 18. 625.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet den Vertrag der Gemeinde Klein-Trittau mit ihrem Pfarrer über die dort gebaute Kapelle.

Nos Iohannes dei gracia comes Holtzacie et Stormarie presentibus protestamur‖ quod coloni nostri de parua Trutowe de consensu nostro. et eorum arbitrio plebano ibidem qui pro tempore fuerit. pro cappella no‖uiter in ipsa villa de consensu prepositi et capituli Hamborgensis nouiter‖ edificata. duodecim solidorum redditus singulis annis infra quamlibet‖ octauam sancti martini ministrabunt. In quorum reddituum recom‖pensam plebanus in maiori Trutowe quater in anno faciet ibi‖ missas celebrari. Ad quas missas antedicti coloni omnia necessaria‖ ministrabunt. et manebunt obligati plebano matricis ecclesie et structure‖ sicut prius, In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum est appen‖sum. Datum In Castro nostro Trutowe anno domini M⁰.‖ CCC⁰ XXVII⁰. in octaua sancti martini.

Original im Hamb. Archiv. Siegel ausgerissen.

1327. Novbr. 27. 626.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt die Urkunde Willekin Ruschens von Wesenberg und Volrads von Broke, nach welcher diese dem Hamburger Kapitel 24 Mark Lüb. Pf. Einkünfte aus dem Dorfe Schönborn zur Stiftung einer Vikarie für 300 Mark Lüb. Pf. verkauft haben.

Nos Iohannes dei gracia comes holtsacie et stormarie tenore presencium recognoscimus publice protestantes. nos vidisse et audivisse quasdam patentes litteras veris sigillis willekini ruschen dicti de wezenberghe ac volradi de broke

armigerorum vasallorum nostrorum et ipsorum compromissorum subscriptorum sigillatas. quarum tenor de verbo ad verbum dinoscitur esse talis. Vniuersis ac singulis presencia uisuris seu audituris. Nos willekinus rusche dictus de wezenberghe ac volradus de broke armigeri tenore presencium recognoscimus manifeste protestantes. quod per nos et heredes nostros. natos et nascituros vendidimus et sponte dimisimus in villa sconeborne honorabilibus viris dominis . . preposito . . decano et capitulo hamburgensis ecclesie ad vicariam fundatam per dominum brunonem cantorem eiusdem ecclesie. redditus viginti quatuor marcarum denariorum lubicensium leuandos singulis annis in festo beati martini de primis fructibus prouentibus vndecumque deriuantibus videlicet de censu iudicio ac seruicio. pro trecentis marcis denariorum lubicensium nobis integraliter persolutis. Quos quidem viginti quatuor marcarum redditus. ipsis dominis resignauimus et dimisimus coram domino nostro Iohanne comite holtzacie et stormarie et presentibus resignamus. ad habendum tenendum. et pacifice possidendum. vendendum donandum et obligandum et quidquid ipsis deinceps placuerit perpetuo faciendum. quemadmodum in litteris dicti comitis expressius continetur. Et nos marquardus miles heinricus et sifridus dicti de wezenberghe. Make de shulen heinricus de tralowe Gherlacus de watmolte. radeke de broke. et wittemake. vna cum dictis willekino ruschen et volrado nos fecimus et constituimus debitores et nichilominus sollempni stipulacione premissa. data fide promisimus. quod nec per se nec per alios. occulte uel aperte. dictos prepositum . . decanum et capitulum hamburgensis ecclesie predicte turbare debebunt. vel aliquo quesito colore quomodolibet impedire. quominus singulis annis termino prefixo. dictos viginti quatuor marcarum redditus de uilla sconeborne predicta. quiete percipere valeant et habere et quod istam vendicionem sine aliqua excepcione iuris vel facti. per se et heredes suos. firmam et ratam inuiolabiliter obseruabunt. et si quod absit omnia et singula supradicta in toto uel in aliqua parte contingeret infringi vel aliquatenus immutari. hamborch ex obligacione predicta sub fide nostra infra quindenam post requisicionem nobis factam per capitulum. sine contradictione et obstaculo intrabimus non exituri. nisi prius dictis. preposito decano et capitulo de toto uel de parte uiolatis fuerit plenarie satisfactum. Ad locum decedentis tenebimur equiualentem debitorem infra quindenam post ipsius obitum subrogare. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum hamborch anno domini M⁰. CCC⁰. XXVII. in vigilia beati andree apostoli. Nos vero Iohannes comes prefatus huiusmodi vendicionis et empcionis contractum tamquam iustum et legitimum. ratum et gratum habentes. ipsum ex certa sciencia approbamus et confirmamus necnon in euidens testimonium premissorum appensione nostri sigilli roboramus. Datum lubeke anno domini M⁰. CCC⁰. XXVII⁰ in predicta uigilia beati andree apostoli.

Lib. cop. cap. fol. 114 b im Hamb. Archiv.

1327. Decbr. 5. **627.**

Johann, Graf von Holstein, Stormarn und Fehmarn, Herr auf Falster und Laaland stiftet eine Vikarie im Dom zu Hamburg und stattet dieselbe aus.

Nos Iohannes dei gracia comes holtsacie et stormarie. necnon ymbrie. falstrie et Lalandie dominus, vniuersis cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit. cupimus esse notum. quod ad laudem et honorem omnipotentis dei et gloriose uirginis matris eius marie pro salute et remedio animarum dilectorum

Gherardi patris nostri ac woldemari fratris nostri quondam comitum holtsacie pie memorie. nostrique ipsius. cum consensu honorabilium virorum dominorum . . prepositi . . decani ac . . capituli ecclesie hamburgensis instituimus instauramus ac dotamus vnam perpetuam vicariam in ecclesia prelibate uirginis marie in hamborch. ad quam damus et assignamus triginta marcarum redditus denariorum Lubicensium. de primis. et melioribus prouentibus ville nostre que dicitur Grammendorpe sita in terra nostra ymbrie qualitercumque obuenientibus. quos in festo beati Nicolai Episcopi sacerdos qui pro tempore eandem vicariam obtinuerit. suis sumptibus colliget et percipiet integraliter et complete. De quibus quidem triginta marcis denariorum. idem sacerdos qui pro tempore eidem vicarie preerit viginti marcas denariorum lubicensium ad vsus proprios obtinebit. qui chorum frequentans. missam. cessante impedimento legitimo. diebus singulis secundum sue recepcionis ordinem celebrabit. et de decem marcis residuis dabit perpetuo. nouem marcas denariorum lubicensium ad tres memorias perpetuas. in predicta hamburgensi ecclesia peragendas. videlicet in anniuersario patris nostri predicti. Tres marcas. et in anniuersario fratris nostri similiter predicti tres marcas. Et in festo beati Bartolomei apostoli nostri tres marcas pro nobis metipso quamdiu uixerimus. distribuendas inter canonicos et vicarios qui diuinis officiis in eodem festo precipue dum Sequencia. Celi enarrant. in summa missa sollempniter cantabitur interfuerint. Post mortem autem nostram. dabit eas predictus vicarius in anniuersario obitus nostri in choro more solito canonicis et vicariis presentibus in vigiliis et in missa. Et cum decima marca residua prefatus sacerdos quatuor lumina tumulis nostris in singulis nostrum anniuersariis circumponenda. sollicite procurabit quibus eciam dictus vicarius vtetur quando missa per anni circulum celebrabit. Campanarius eciam in quolibet predictorum anniuersariorum in uigiliis et in missa sollempniter compulsabit. qui in quolibet anniuersario de tribus marcis. duos solidos consequetur. Ius vero patronatus dicte vicarie annuente capitulo hamburgensis ecclesie nobis et nostris liberis a nobis per lineam descendentem prouenientibus tantummodo reseruamus. quibus mortuis collacio dicte uicarie nequaquam ad collaterales nostros. sed ad sepedictum capitulum ecclesie hamburgensis perpetuis temporibus pertinebit. Hoc sane expresso. quod prelibata uicaria in nullum euentum nisi persone ydonee et actualiter in ordine sacerdocii constitute conferri debebit. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo prefate hamburgensis ecclesie. cuius ad hec omnia consensus accessit. presentibus litteris est appensum. Actum et datum hamborch anno domini M°. CCC°. XXVII°. Nonas decembris.

Lib. cop. cap. fol. 108b im Hamb. Archiv.

1327. Decbr. 6. **628.**

Haquinus Knudtssen, Rykufus Rugghi, und Nicholaus Bast, Gebrüder, verzichten: anno domini M CCC XXVII in vigilia sancti Andree Apostoli *(Novbr. 29.)* in placito Löherret *auf jegliches Anrecht an den Hof* Storthe *im Kirchspiel* Brewadt *zu Gunsten des Klosters in* Löghum *im eignen Namen und namens ihres Bruders Johannes Rugghe und ihrer Schwester Margareta begeben sich, falls das Kloster die benachbarte Mühle zu kaufen vermag, ihrerseits jedes Anspruches und versprechen, falls sie in den Besitz derselben gelangen, dieselbe für einen billig abgeschätzten Preis dem Kloster zu verkaufen.* — „Notum facimus."

In cuius rei testimonium sigilla nostra vna cum sigillis discretorum virorum domini Andree presbiteri curati de Dystrup, Nicholai Matthissen, Iohannis Bundyssen, Nicholai fratris sui et Iohannes Thukyssen testium huiusmodi conuentionis et pacti presentibus sunt appensa. Testes etiam premissorum sunt omnes de Lyherret tunc temporis presentes in eodem placito existentes. Actum et datum anno domini premisso, die S. Nicholai Episcopi et confessoris.

Reg. Dan. 2037.

1327. Decbr. 14. 629.

Johann, Propst, Elisabeth, Priorin, und das Kloster zu Reinbek vergleichen sich mit dem Hamburger Kapitel über die Besitzungen im Dorfe Langeloh.

Omnibus presencia uisuris seu audituris Nos Iohannes prepositus. Elizabeth priorissa totusque conuentus sanctimonialium in Reynebeke. notum esse volumus et presentibus protestamur. quod cum quatuor mansi in villa nostra langhelo. ad uicariam fundatam per marquardum cattescruch in ecclesia hamburgensi cum omni proprietate et vtilitate iudicio alto et basso et residui tres mansi ad monasterium nostrum spectarent. ex istis bonis nobis communibus consueuit interdum discordia suboriri. vnde inter capitulum et nos ordinacio que sequitur intercessit. Capitulum hamburgensis ecclesie matura deliberacione prehabita resignauit monasterio nostro dictos quatuor mansos in uilla Langheloghe predicta. cum omni proprietate et libertate vtilitate sicut ipsos possedit. Et nos in recompensam infra quamlibet octauam martini in ciuitate hamburgensi postquam requisiti fuerimus de primis prouentibus vndecumque deriuantibus de tota villa langheloghe et tota villa vicina stenloghe vndecim marcas denariorum hamburgensium vicario dicte vicarie Marquardi Kattescruch qui pro tempore fuerit erogari procurabimus expedite. Insuper requisicione nobis facta si non fuerit satisfactum dicto vicario. infra quindenam cum effectu. extunc per se uel per alium vicarius predictus habebit facultatem arrestandi colonos dictarum villarum stenloghe et langheloghe et quemlibet eorum insolidum in ciuitate hamburgensi et expignorandi cum solita emenda dictas vndecim marcas. vel si maluerit per censuram ecclesiasticam extorquendi. In cuius rei euidenciam sigillis prepositi et conuentus presentem litteram fecimus consignari. Datum Reynebeke. anno domini M°. CCC°. XXVII. in crastino Lucie virginis.

Lib. cop. cap. fol. 84b im Hamb. Archiv.

1327. Decbr. 20. 630.

Die Junker Adolf, Gerhard und Erich, Grafen von Schauenburg, Gräfin Helene, ihre Mutter, und Gräfin Heilwig, Gemahlin des Grafen Adolf, verkaufen dem Kloster zu Obernkirchen acht Hufen bei Stadt-Oldendorf für 150 Mark Brem. Silbers.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis Ut ea que per mansura contrahuntur non euanescant in tempore sanum exstitit ut scripturarum testimonio perenniter roborentur Hinc est quod nos Adolphus Gherhardus et Ericus fratres Nobiles Domicelli ac veri heredes Comitie Scowenburgensis Dei gracia Nec non Helena mater eorundem Dominorum Et Heylwigis Conthoralis Adolphi domicelli et Comitis antedicti recognoscimus vniuersis et singulis presentibus et futuris

tenore presencium publice et singulariter protestantes. Quod nos de vnanimi ac libero consensu ac legitimo contractu omnium et singulorum nostrorum quorum interest et interesse poterit vendimus et vendidimus conuentui in Ouerenkerken legitimo venditionis titulo Octo Mansos sitos iuxta opidum nostrum. Oldendorpe pro Centum et Quinquaginta marcis bremensis argenti cum omni iure vsufructu ac proprietate quos in eisdem habere dinoscimur qui nos contingere poterunt seu contingunt in omnibus prouentibus emolumentis et ouencionibus qui Nonalibus pratis pascuis siluis. campis. curiis. ortis. et areis aqueductibus rubetis ac singulis locis cultis ad eosdem mansos spectantibus assunt vel quomodolibet aderunt in futurum Quibus vniuersis et singulis renunciantes renunciamus simpliciter per presentes ita videlicet quod nec nos nec aliqui de nostris aduocatis Officialibus seu subditis quidquam iuris vel exactionis petere seu erigere debebimus in eisdem Insuper recognoscimus vnum tantundem de mansis eisdem a Solutione decimarum omnino fore liberum et exemptum Ut autem hec omnia et singula que presentialiter conscribuntur et fiunt per nos ac nostros inuiolata permaneant et in perpetui roboris firmitatem Sigilla omnium nostrorum predictorum per nos presentibus sunt appensa. Datum et actum Dominice incarnacionis anno Millesimo Trecentesimo. vicesimo Septimo in vigilia beati Thome apostoli.

Aus Capauns Abschriften im Archiv zu Bückeburg. Wippermann, Regesta Schauenburgensia 309. Urkundenbuch von Obernkirchen 168.

1327. **631.**

Bürgermeister und Rat zu Itzehoe beurkunden, dafs der Garten nordwärts von mynes Heren Garden, *wo zur Zeit Hans Grape wohnt, dem ganzen Werke der Schuhmacher gehört, und bestimmen, dafs diese niemand hineinsetzen, welcher der Stadt Schaden thut, sondern nur fünf Gärtner, die dort Hopfen und Kohl bauen.*

— nha Godesgeborth dusent Iar vnnd drehunderth, darnah In deme XXVII Iare.

Regest in Zeitschrift der Gesellschaft Bd. VIII. Repertorien S. 133 nach einer Kopie des 15. Jahrhunderts im Archiv der Stadt Itzehoe.

1327. **632.**

Johann, Graf von Holstein, erteilt dem Kloster Reinfeld im Jahre 1327 einen Kaufbrief wegen des Dorfes Havighorst und bestätigt den von Johann Ronnow geschehenen Verkauf desselben an das Kloster in demselben Jahr.

Angeführt Hansen, Nachricht von den Holstein-Plönschen Landen S. 128.

1328. Febr. 1. **633.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, schenkt den Brüdern von Hamme vier Hufen im Dorfe Hamme und den Zehnten von acht anderen.

Nos Iohannes dei gracia Comes holtzacie et stormarie omnibus inperpetuum presencia visuris seu audituris notum esse volumus publice protestantes. quod matura deliberacione et diligenti consilio nostrorum fidelium prehabitis donauimus et dimisimus Ade et frederico fratribus de hamme strennuis famulis nostris vasallis

dilectis, et eorum iustis et ueris heredibus. Quatuor mansos terre sitos in villa hamme et decimam super octo mansis terre. de quibus septem mansi sunt siti in iam dicta uilla hamme. et vnus mansus in loco dicto luttekenbroke. cum omnibus et singulis suis iuribus. prouentibus pertinenciis et adiacentiis sicut siti sunt in campis. siluis. rubetis. lignis. lignorum fructibus et vsibus. decimis. molendinis. areis. pratis. pascuis. agris cultis et incultis vbicumque sitis in locis campestribus seu paludosis. accrescenciis. viis et inuiis. aquis. aquarum decursibus et stagnacionibus. terminis. terminorum distinctionibus iudiciis maiore et minori et prorsus cum omnibus suis vtilitatibus. libertatibus et proprietatibus vigore proprietario et iure hereditario. pacifice tenendos et libere perpetuis temporibus possidendos. sicut ipsi et eorum progenitores dicta bona multis annis possiderunt. et a nobis hactenus in pheodo tenuerunt. Habebunt eciam predicti fratres et eorum heredes plenam et liberam potestatem predictos quatuor mansos terre et decimam. cum memoratis condicionibus et libertatibus vniuersis. vendendi. donandi seu obligandi in parte uel in toto. cuicumque uel quibuscumque voluerint. personis ecclesiasticis uel secularibus quocienscumque et quandocumque ipsis uidebitur expedire. Et illi uel illis. cui uel quibus dicta bona vendita fuerint in omnibus supradictis suffragari volumus presens scriptum. Vt autem omnia premissa robur obtineant perpetue firmitatis. nec a nobis aut nostris possint infringi successoribus quoquomodo. presentes litteras dedimus suprascriptis Ade et frederico fratribus et eorum heredibus. nostri sigilli munimine firmiter roboratas. Testes aderant famosi viri. dominus daniel canonicus ecclesie hamburgensis. Marquardus stake et Echardus de brocdorpe fideles nostri et plures alii fide digni. Actum et datum Todeslo in vigilia purificacionis sancte marie. Anno domini M⁰. CCC⁰. XX⁰ octauo.

Lib. cop. cap. fol. 122b im Hamb. Archiv.

[1328.][1]) **Febr. 5.** **634.**

Junker Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, gewährt die Niederlegung eines Deiches am Ochsenwärder.

Adolfus Domicellus Dei gracia comes Holzacie, Stormarie, Scowenborch, omnibus in perpetuum audituris presentia seu visuris salutem in Domino cum noticia veritatis ..... nos quorundam nostrorum ..... consilio aggerem vnum prope insulam nostram Ossenwerder in loco Delf nominato ..... quod per hoc dictam nostram insulam in statum possemus ..... meliorem ..... nostri Hamburgenses, conquerentes sibi et ciuitati sue ex dicto aggere dampna et impedimenta plurima generari, supplicarunt nobis, vt dictum aggerem destruere dignaremur. Nos igitur dictorum nostrorum consulum et ciuium nobis dilectorum fauorabilibus precibus inclinati, propter multimoda grata et fidelia obsequia, nostris progenitoribus et nobis per ipsos sepius gratanter impensa et nichilominus impendenda, volumus, vt dictus agger penitus dissipetur et funditus euellatur. Adicimus etiam, quod huiusmodi agger in loco predicto seu locis aliis per ascensum aut descensum Albie inter dictam nostram insulam et terram trans aquam ad austrum adiacentem per nos aut nostros heredes aut quemquam nostrum in eadem insula successorum seu eciam per aliquos nostros officiarios, subditos aut vasallos numquam debet inantea reparari. sed ipse aque inter duo extrema brachia Albie in iomed quod est in loco predicto iuxta nostram insulam memoratam perpetuis

temporibus habebunt cursus liberos et recursus. Necnon et nauibus ibidem via patebit libera iugiter, in ascensu pariter et descensu, prout fuerat ab antiquo. Testes aderant honesti viri dominus Willekinus, prepositus monasterii vallis virginum, Albertus, prothonotarius noster, Bodo de Nuringhe, vasallus noster, Iohannes de Monte, Hinricus de Hetfelt, Albertus de Holdenstede, Hinricus de Stendal ..... ciues Hamburgenses, fideles nostri et plures alii fide digni. In cuius rei testimonium sigillo nostro iussimus presencia roborari. Datum et actum Hamborch anno Domini millesimo ..... in die beate Agathe virginis.

[1]) *Jahreszahl nach der Archivsignatur.*

Nach der Kopie des Hamb. Archivs. Original ganz zerfressen. Reitersiegel des Grafen an grüner Schnur.

1328. Febr. 20. **636.**

Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, schenkt den Gebrüdern von Hamme vier Hufen im Dorfe Hamme und den Zehnten von acht anderen.

Nos Adolphus dei gracia Comes Holtzacie, stormarie et in Scowenborch. Omnibus inperpetuum presencia visuris seu audituris notum esse‖ volumus publice protestantes. quod matura deliberatione et diligenti consilio nostrorum fidelium prehabitis donauimus et dimisimus‖ Ade et frederico fratribus de Hamme strennuis famulis nostris vasallis dilectis et eorum iustis et veris heredibus. Quatuor mansos‖ terre. sitos in villa. hamme et decimam super Octo mansos terre. de quibus septem mansi sunt siti in iamdicta villa Hamme‖ et vnus mansus in loco dicto luttekebrock. cum omnibus et singulis suis prouentibus pertinenciis et adiacenciis et cum omni iure suo‖ sicut siti sunt in Campis. siluis. rubetis. lignis lignorum fructibus et vsibus. Decimis molendinis. areis. pratis, pascuis‖ agris cultis et incultis. vbicumque sitis inlocis campestribus seu paludosis accrescenciis viis et inviis aquis aquarum decursibus‖ et Stagnacionibus terminis terminorum distinctionibus. Iudiciis maiore. vel minori. et prorsus cum omnibus suis vtilitatibus liberta‖tibus et proprietatibus vigore proprietario et iure hereditario pacifice tenendos et libere perpetuis temporibus possidendos‖ sicut ipsi et ipsorum progenitores dicta bona multis annis possiderunt. et a nobis hactenus in pheodo tenuerunt. Habebunt‖ eciam predicti fratres et eorum heredes plenam et liberam potestatem predictos quatuor Mansos terre et Decimam cum‖ memoratis condicionibus et libertatibus vniuersis vendendi donandi seu obligandi inparte vel intoto cuicunque vel quibuscunque‖ voluerint personis ecclesiasticis vel secularibus quociensconque et quandocunque ipsis videbitur expedire. Et illi vel illis‖ cui vel quibus dicta bona vendita fuerint in omnibus supradictis suffragari volumus presens scriptum. Vt autem omnia pre‖missa robur optineant perpetue firmitatis nec a nobis aut nostris possint infirmari successoribus quoquomodo presen‖tes litteras dedimus suprascriptis Ade et frederico fratribus et eorum heredibus nostri sigilli munimine firmiter roboratas‖ Testes aderant famosi viri dominus Daniel Can[oni]cus ecclesie hamborgensis. Marquardus stake, et Echardus‖ de brochdorpe et plures alii fide digni. Actum et Datum lubeke Anno domini M° CCC° vicesimo octauo.‖ sabbato proximo ante Dominicam qua cantatur Inuocauit.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel am Pergamentstreifen. Hübbe, Hammerbrooker Recht, S. 175, ohne Tagesdatum.

1328. vor Febr. 21. **636.**

Erich, Herzog von Sachsen, Heinrich, Herr von Mecklenburg, Johann, Herr von Wenden, Junker Johann von Wenden, Gerhard, Herzog von Jütland, Heinrich, Graf von Schwerin, Johann, Graf von Holstein, Junker Albrecht von Sachsen, Adolf, Graf von Schauenburg, Claus und Otto, Grafen von Wittenburg, schliefsen einen Landfrieden.

Wie hertoghe Erick van Sassen, her Hinrich van Mekelnborch, her Iohan van Wenden, iunchere Iohan van Wenden, herthoge Gherde van Iutlande, greve Hinrich van Swerin, greve Iohan van Holsten, iunchere Albert van Sassen, greve Alf van Schowenborch, Clawes unde Otto greven van Wittenborch, hebben lovet genenwardigen vrede tu[1]) overgeven .... unser neyn scal[2]) des anderen vorvestede lude an sinen landen steden noch in vesten untholden, de vorvesticht sin umme ruve, mort, eder umme rof. Were dat genicht goder landeman dessen vreden breke unde wert he dar umme sculdeghet, de scal sigh untseghen un weren sulf drytde siner besten vrent, tu dem anderen male scal he sigh aver weren sulf drytde siner besten vrent, tu dem drytden male sulf theghede siner besten vrent. Wert[3]) ok eyn borgher schuldeghet umme dessen vrede, de schal sigh tu dem ersten male weren un afnemen sulf vifte, un tu dem anderen male ok sulf vifte, un tu dem drytden male sulf theghede siner besten vrent. Schuldeghet men ok enen husman umme dessen vrede, de schal sigh weren un afnemen tu dem ersten male sulf sevede, un tu dem andern male sulf sevede, un tu dem drytden male sulf thegede.[4]) Desse lyde dat sigh eyn iewelich man mede weren schal, de schulden wesen bederve lyde un unberopen eres rechtes. Vortmer unser neyn schal sunderliken vordeghedinghen, beschermen noch untholden in sinen landen steden eder vesten de ghene de her[5]) Iohanne Brucdorpe sloghen un sine helpere, de vorvesticht sin. Vortmer schuldeghet man enes mannes knecht umme dessen vrede, den schal sin here weren sulf drytde siner besten vrent tu ..... male. Vortmer unser manne neyn schal den andern vorvan, he ne[6]) hebbe en vorclaghet vor sineme rechten heren un vorvolghet mit rechte. Were dat de here deme neynes rechtes helpen en wolde noch ne moghte, so schal men ene vorclaghen vor den overluden[7]) hertoghen Erike van Sassen un greve Iohanne van Holtsten. Ok schal unser eyn iewelch sine man laten bi al deme rechte dat in sineme lande eyn recht is. Schude ok dat schelinghe under uns worde, dat schal stan up unse overlude hertoghen Erike van Sassen un greve Iohanne van Holtsten, de schulden uns untscheden an minne eder an rechte. Wert ok schelinghe twischen den ....., vorsprokenen unsen overluden, hertoghen Erik un greve Iohan, dat schal stan uppe hertoghen Gherden van Iutlande un greven Hinrike van Swerin, de schulden se entscheden an minne eder an rechte. Vortmer were dat unser genich eder unser manne dessen vrede breke un sigh nicht afneme un werede, also hir vorbescreven is, up den schal unser eyn iewelich volghen mit sinen mannen also hir bescreven steyt: wie hertoghe Erik un iunchere Albert van Sassen mit teyn mannen up orsen, wie van Mekelenborch mit twintheghen, wie heren van Wenden mit twintheghen, wie greve Hinrich van Swerin mit unsen veddern iunchern Clawes un Otten mit teyn mannen, wie greve Alf mit vif mannen, wie hertoghe Gherde van Iutlande un greve Iohan mit drytich mannen, un schullen den brinchen dar tu dat he umme dessen vrede li.... un umme de schult de men[8]) em ghift. Were ok genich here de dessen vrede keren wolde, dar schal unser en iewelich up volghen mit alle siner macht.

Desse volghing scal ok unser eyn iewelich don uppe sine eghene kost un winn un verlust. Desse volghe schal ok unser eyn iewelich don verteyn nacht dar na[9]) wan se eme kundeghet wert; wer dad nicht ne dede, up des schaden schulden de andern winnen also vele volkes alse he voren scholde, un dar boven schal he gheven[10]) .... lodt mark; dat schulle wie alle menleken vorderen. Desse vrede schal anstan tu nu, tu aller manne vasten un .... Alle desse vorsprokenen dingh desses vredes love wie ganzliken stede vast tu holdende, un tu eyner groterer wisinghe[11]) un betughinghe hebbe wie unse ingheseghele ghehenget tu deseme breve, de gheven un ghescreven is tu Lubeke na Godes bort dusend iar drehundert iar in dem aght un twinteghesten iare des .... vor aller manne vasten.

[1]) tru *die Abschrift. Nachher fehlt wohl eine gröſsere Stelle.* [2]) scad des donend *die Abschrift offenbar verdorben.* [3]) *Der Satz von* Wert — vrent *steht zweimal in der Abschrift; das* ok *nach* tu dem anderen male *jedoch nur an der zweiten Stelle.* [4]) ahegede *die Abschrift.* [5]) hus *die Abschrift.* [6]) un *die Abschrift.* [7]) ererluden *die Abschrift.* [8]) deme *die Abschrift.* [9]) darus *die Abschrift.* [10]) ghenen *die Abschrift.* [11]) *So statt* bewisinghe *die Abschrift. Aus dieser ist* en *statt* unde *beibehalten.*

S. H. U. S. II. S. 168 aus Krohns Kollektaneen. Mecklenb. U. B. VII. 4902.

1828. Febr. 21. **637**

Ritter Wulff von Broehowe heuert vom Kloster Neumünster das Dorf Groſs-Flintbek auf zehn Jahre und überläſst diesem dafür auf gleiche Zeit Deutsch- und Kirch-Barkau und die Mühle zu Havighorst.

Uniuersis presencia visuris wlff de brochowe miles salutem in domino, Ne quod est certum fiat dubium requiritur testimonium scripturarum. Nouerint igitur tam posteri quam presentes. quod ego una cum filiis meis villam vlintbeke maiorem. a dominis preposito et conuentu in nouomonasterio recepi possidendam per decem‖ annos ab hinc futuros pro annua pensione sub condicionibus infra scriptis; Pro pensione enim uel hura dimisi predictis dominis villas Brochowe theutonicum.‖ et brochowe vbi ecclesia sita est. et molendinum in hauechorst cum omni iudicio. vtilitate. et fructu. ita quod in illis et in molendino infra tempus supra dictum nichil‖ iuris habebo nisi quantum fuerit eorum voluntatis; Predictis autem annis elapsis predicti domini uillam suam vlintbeke cum adiacentibus expedite recipient‖ et ego predicta bona; Si autem medio tempore morte preuentus fuero quocumque tempore anni nostra mutua sit locacio penitus terminata. ita quod heredes mei in‖ proximo festo sancti petri ad katedram predictis Dominis bona sua predicta restituent. sine aliqua contradictione. occasione qualibet procul mota. Edificia autem‖ mea preter propugnaculum quod per me uel filios meos deponetur secundum estimacionem proborum uirorum predicti domini michi soluent; Preterea recognosco me et‖ heredes meos obligatos esse predictis dominis in sexaginta duabus marcis lubicensibus eisdem persoluendis in hunc modum. Decem marcas in proximo festo‖ martini post primum nunc uenturum. Iterum decem in proximo tunc venturo dabimus expedite. reliquas quadraginta duas marcas post condictos predictos de‖cem annos si uixero ad quatuor annos immediate sequentes quolibet anno quartam partem; Si autem prius discessero heredes mei in primis quatuor‖ annis post discessum meum cum uiginti marcis ut dictum est. quadraginta duas marcas soluent in festo Martini quolibet anno quartam partem; vt‖ autem hec predicta firmiter obseruentur. amici mei et filii mei vnamecum data manuali fide promiserunt. quod appensione sigillorum nostrorum ad presencia protestamur.‖ fideiussores hii sunt. Ego wlf. et ditleuus pogghewisch milites.

Conradus et Hartwicus fratres dicti wlf. Otto et wlf fratres dicti pogghewisch.‖ Iohannes et ditleuus filii mei et. otto warnouwe famuli. Constat eciam et aliis quam pluribus fide dignis; Datum et actum. Anno domini‖ M^{0}. CCC^{0}. XXVIII^{0}. In vigilia sancti petri Ad kathedram.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Fünf Siegel. Vier Siegelstreifen. Cop. Bordesh. fol. 52a. Westfalen II. 102.

1328. Febr. 24. 638.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, verpfändet für eine Forderung von 500 Mark Pf. den Knappen Marquard Schack und Johann Mildehovet die Insel Billwärder und den Zehnten aus dem Ochsenwärder.

Nos Iohannes dei gracia Comes Holtzacie et Stormarie, Omnibus presens scriptum cernentibus seu audientibus cupimus esse‖ notum firmiter protestantes, quod diligenti deliberacione prehabita, strennuis famulis Marquardo scaken, et Iohanni‖ mildehouet nostris vasallis fidelibus, et eorum veris Heredibus, obligauimus iusto pigneris tytulo, pro Quingentis‖ marcis denariorum Hamburgensium, nobis integraliter persolutis, insulam nostram Billenwerder, et decimam nostram sitam‖ in Ossenwerdere, cum omnibus suis iuribus, prouentibus, et adiacenciis sicut site sunt in pratis, pascuis, agris‖ cultis et incultis, aquis, aquarum decursibus, terminis terminorum distinctionibus, Iudicio maiore et minori, et prorsus‖ cum omnibus et singulis suis proprietatibus et vtilitatibus, quibus pie recordacionis . . Progenitores nostri, et Nos. predictas‖ insulam et decimam vsque in hodiernum diem dinoscimur habuisse, quiete tenendas, ac pacifice et libere possi‖dendas, quousque predictis Marquardo scaken, Iohanni mildehouet, et eorum heredibus, supradicte Quingente‖ marce, denariorum Hamburgensium per nos, aut heredes nostros fuerint integraliter persolute, Et quicquam ipsi exposuerint‖ pro reformacione et reparacione aggerum seu aqueductuum, quos Sluse nominamus, seu pro aliis predicte‖ insule Billenwerder necessariis, quod nobis racionabiliter computare poterunt et monstrare, hoc ipsis‖ principali cum summa sine contradictione qualibet fauorabiliter persoluemus, Si vero quod absit, predicti Marquardus scake‖ et Iohannes mildehouet, in dicta insula proficere non poterint, nec eum ad statum pristinum reuocare, tunc iidem‖ Marquardus scake, et Iohannes mildehouet, et Heredes eorum, pro expositis ad memoratam insulam, obti‖nebunt nostram decimam in Ossenwerdere suprascriptam, donec ipsis omnia que exposuerunt et nobis compu‖tauerunt, integraliter persoluamus, et huiusmodi detrimentum, non in eos, sed in Nos, totaliter redundabunt,‖ Post hec vero predicta insula ad Nos, reuertetur, et sepedicti Marquardus Scake, Iohannes mildehouet‖ et eorum Heredes, ad Nos, de suis supradictis Quingentis Marcis denariorum Hamburgensium firmum re‖spectum habebunt, quas ipsis soluere non negabimus integraliter et complete, In quorum omnium euidens testi‖monium, Sigillum nostrum presentibus est appensum, Actum et datum Hamborch anno domini M^{0}. CCC^{0}. XX^{0} Octauo‖ in die sancti Mathie apostoli.

Original im Hamb. Archiv. Siegel verloren.

1328. März 13. 639.

Otto Wulverstorpe verkauft dem Kloster Neumünster sein Erbe im Dorfe Brügge.

Vniuersis presencia uisuris Otto dictus wluerstorpe salutem in domino. Recognosco cum protestacione presencium quod uendidi‖ Honorabilibus uiris. Domino preposito et conuentui in nouomonasterio omnem hereditatem quam habui in villa bruche‖ et terminis suis. in mansis. areis. pratis. et pascuis. palludibus. instagnacionibus. aquis. agris cultis et incul‖tis. cum omni iudicio. precise cum omni utilitate et fructu. ab eisdem pro suo beneplacito in perpetuum possidendam. Feo‖dum autem quod in iudicio habeo ego et heredes mei predictis dominis conseruabo sicut propria bona [mea] quo adusque‖ proprietatem eius ipsi uel ego a dominis terrarum poterimus obtinere. Vbi autem quando. uel cui uoluerint predictum feo‖dum resignabo. Ut autem hec uendicio rata maneat nec a quoquam heredum uel propinquorum meorum aliquatenus‖ infringatur. Amici mei infra scripti una mecum data manuali fide. et appensione sigillorum suorum cum meo! sigillo ad presencia protestamur. Fideiussores hii sunt. wlf de brochowe. et ditlewus poggewisch milites.‖ Conradus et hartwicus fratres dicti wlf. Otto et wlf fratres dicti pogghewisch. Iohannes brochowe et Iohannes war‖nowe. Iohannes walstorpe famuli. constat eciam et aliis quam pluribus fide dignis, Datum et actum. Anno domini‖ M⁰. CCC⁰. XX⁰. VIII. in die dominica. qua cantatur Letare Ierusalem.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Neun Siegeleinschnitte. Cop. Bordesh. fol. 19a. Westfalen II. S. 102.

1328. März 17. 640.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, verleiht der Stadt Heiligenhafen Zollfreiheit.

Nos Iohannes dei gracia Comes holtzacie et stormarie recognoscimus presentibus publice‖ protestantes. quod nos consulibus ac ciuibus opidi nostri in hilghenhauene et singulis‖ dictis consulibus. debitum et tallium dantibus. et precise illis. quos consules eorum conci‖ues esse confirmauerint. hanc dedimus libertatem. videlicet quod annonam suam‖ ac bona sua. siue ipsis propria fuerint. seu ab aliis accommodauerint. absque exactione‖ theolonii qualibet. aut quocumque alio inpedimento. vbicumque locorum,‖ maluerint, educere poterunt pacifice et quiete. Inhibentes districte ne‖ quis aduocatorum nostrorum in premissis ipsos audeat seu debeat molestare.‖ In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Plone‖ Anno domini. M⁰. CCC⁰. XXVIII⁰. feria quinta post letare.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegelstreifen mit Wachsspuren. Reg. Dan. 2040.

1328. März 21. 641.

Die Bürger zu Ripen beurkunden, daſs ihre Mitbürger Iohannes de Rothen, Hinricus frater Lothwici *und* Eklanus Hermannus *ihren Hof in der* Brethgade *daselbst, in dem der verstorbene* Nicholaus Noal *gewohnt hat, mit Stein- und Holzgebäuden, von der Straſse bis zum Fluſs und an die Pallisaden der Stadt sich erstreckend, ausgenommen die* via regalis, *dem Kloster* Lögum *verkauft haben und daſs ihrem Mitbürger* Thomas Waltherssen *der Kaufpreis ausgezahlt ist.* — „Notum facimus.“

— presentes litteras anno domini M CCC XXVIII die sancti Benedicti contulimus sigilli nostri[1]) communitatis munimine roboratas.

[1]) *l.:* nostre.

Reg. Dan. 2041.

1328. [März 24.] **642.**

Junker Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, verwendet sich beim Hamburger Kapitel für die Wahl seines Bruders Erich zum Dompropsten.

Honorabilibus Viris et Discretis Dominis, Decano, Scholastico, Cantori, Thesaurario, totique Capitulo Ecclesiae Hamburgensis; Dei Gratia Domicellus Adolphus Comes Holsatiae, Stormariae et in Schouenberg, promtum et benevolum rebus et corpore famulatum. Pro Domino Erico Concanonico Vestro, Fratre nostro dilectissimo vobis obnixis precibus supplicamus, quod Eum ad Praepositaram Ecclesiae vestrae, veluti ex nunc vacantem concorditer eligere et unanimiter ac benevole assumere dignemini propter Deum. Volumus enim omnia, quae contra vos in bonis aut personis Ecclesiae vestrae attentavimus in hunc diem, per emendam debitam et satisfactionem laudabilem, secundum vestra desideria amicabiliter revocare, et nihilominus vitae nostrae temporibus personas et bona vestrae Ecclesiae supradictae, undique in nostro Dominio per Nos, et extra per nostros amicos, non solum tanquam Advocatus, imo etiam sicut fidelis et idoneus Vasallus Ecclesiae, modis omnibus promovere, et fideli obsequio fideliter defensare, in his taliter facientes, ut Nos una cum omnibus nostris Consanguineis et amicis, ad devota sincera[1]) Ecclesiae Vestrae, vobisque omnibus et singulis maneamus iugiter obligati. Datum Schoenburg feria V. post Dominicam Iudica sub authentico nostro sigillo.

[1]) *l.:* servitia.

Staphorst, Hamb. Kirchengeschichte I. 2. S. 240.

1328. April 10. **643.**

Gerhard, Herzog von Jütland, Graf von Holstein, Verweser von Dänemark, Johann, Graf von Holstein und Stormarn, Herr zu Laaland und Fehmarn, und Adolf, Graf zu Schauenburg und Holstein, vereinbaren sich mit den Städten Lübeck und Hamburg über Geleit und Geleitsgeld.

Wi Gherard van ghodes ghenaden Hertoghe to Iutlande, Greue to Holtsten vnde stormaren, vormundere des rikes to denemarken. Iohan van der suluen ghenaden Greue to Holtsten|| vnde to stormaren, Here de lande to lalande vnde to vemeren. vnde adolph van der suluen ghenaden greue to Schowenborch vnde to Holtsten Bekennet vnde tughet in des||sen openen breuen, Dat wi mit vsen sunderliken vrunden, den Ratmannen to lubeke vnde to hamborch, hebbet ghedeghedinghet vnde ouer en ghedreghen, Also dat in vser|| herschap to lande vnde to wathere allerleye ghod schal tusghen den vorbenomeden steden lubeke vnde hamborch wesen vnde gan, in vseme veligheme leyde vnde bescherme. wand|| was vnde werk. schal gheuen leyde penninghe. Iewelk waghen twe mark penninghe. Queme dar ienich schade to. den scholen wi wedder leeghen binnen

sesteyn wekenen‖ na der tyt dat de schade schen is, do wi des nicht, so schole wi Hertoghe Gherard mit heren detleue van der wensine to rendesborch eder to hadersleue, vnde wi Gre‖ue Iohan mit Echarde brocdorpen to deme kyle eder to plone vnde wi greue Adolph to Hamborch eder to der Hatesborch in riden vnde scholen licghen van dennen nicht‖ to kerende bi vsen truwen de schade ne si to male wedder dan vnde legheret Vort mer aller leye ander ghȯd ane wand was vnde werk dat en schal nene leyde‖ penninghe gheuen vnde schal doch wesen in vseme bescherme vnde in veligheme leyde. To al so daneme ghȯde dat nen leyde ghift Queme dar ienich schade to den‖ en dorue wy nicht wedder lecghen noch dar vmme in riden. Mer wi scholen dat vor volghen mit rechte. vnde wesen dar na truweliken mit alle vser macht. dat de‖ schade werde wedder dan vnde legher to male. Oc ridende vnde gande lude vnde leddighe perde scolen wesen in vseme veligheme leyde vnde, scholen nene ley‖de penninghe gheuen. Oppe desse vorbenomeden dinghe aldus vnde stede vast to holdende so hebbe wi heren mit vsen mannen vorbenomed mit sameder hand‖ en truwen louet vnde hebbet desse schrift to eneme openbaren orkunde laten beseghelet mit vser aller ingheseghelen to warende ofte macht to hebbende bet‖ to sunte martines daghe de tokomende is aller neghest in deme winthere, De bref is ghe schreuen vnde gheuen na godes bord, dusent, drehundert achte unde twin‖tich iar Des achten daghes to paschen.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen Adolf. Zwei Schildrandsiegel fragment. Hans. U. B. II. 469. s. 461.

1328. Mai 6. **644.**

Das Kloster Ütersen überweist dem Kloster Neumünster zwei Füllen.

Vniuersis presencia visuris uel audituris Iohannes dei gracia prepositus. sanctimonialium in vtersten in omnium saluatore salutem. Recog‖noscimus tenore presencium publice protestantes, quod de vnanimi consensu et voluntate religiosarum dominarum Elyzabet priorisse tociusque‖ conuentus dicte ecclesie vtersten dedimus reuerendis viris domino Hinrico preposito suoque conuentui in Nouomonasterio duos poledros vnum tri‖ennem alterum vero quadriennem propagatos ab equabus dictis nostris dominabus libere nobis datis sicut in eorum priuilegio super hoc confecto plenius‖ est expressum, dictos autem pollědros prepositus et suus conuentus predicti vna cum nostro consilio vendent pro centum marcis denariorum lubicensis mone‖te quod si minus centum marcis soluerint seu valuerint, ab huiusmodi defectu usque ad valorem centum marcarum de nostris equabus uel‖ fetibus earum eos curabimus releuare, ita sane ut nobilium virorum et nostre ecclesie predicte in vtersten piorum benefactorum necnon et defensorum‖ dominorum videlicet Iohannis Comitis Holtzacie et Stormarie. ac Adolfi comitis Holtzacie et scowenborg sue ecclesie nouiter translate‖ tamquam virorum fundatorum memoriam deuocius et feruencius perpetuis temporibus peragere astringantur, si autem plus quam centum marcas polledri‖ soluerint, supradicti siue multum siue parum hoc fuerit, totum cum centum marcis predictis cedet in sue ecclesie pios vsus, tali tamen condicione‖ adiecta, ut ceteris omnibus nostris benefactoribus nobis et nostris dominabus commissis, in missis. vigiliis. oracionibus et in certis bonis operibus que per‖ eos dominus dignabitur operari dignentur facere recompensam. In huius rei euidenciam pleniorem presens scriptum sigillis nostris feci-

mus‖ communiri. Datum vtersten Anno domini M⁰. CCCXXVIII In die sancti Iohannis ante portam latinam.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Reste von zwei Siegelstreifen. Westfalen II. S. 103—104. Staatsb. Magazin III. S. 691. S. H. U. S. II. S. 70.

1328. Mai 6. 645.

Heinrich von Hetfeld, Johann von Edemiz, Reimbern Hovesche und Bertram Lange, Hamburger Bürger beurkunden, daſs ihr Mitbürger Heinrich Hamburg dem Geistlichen in Steinbek, Bruno, 28 Acker Landes in Billwärder und die Gerichtsbarkeit über 33 Acker daselbst verkauft hat.

Coram vniuersis presencia uisuris. Nos Hinricus de hetfelt et Iohannes de edemiz necnon Reymbernus houesche. ac bertrammus longus ciues hamburgenses profitemur et presentibus protestamur nobis esse notorium et nos fuisse presentes. vbi hinricus dictus hamborch conciuis noster. racionabiliter uendidit et liberaliter resignauit. honesto uiro domino brunoni rectori ecclesie in stenbeke. viginti octo iugera terre sita in billenwerdere prope locum dictum willersbrak. cum omnibus iuribus. proprietatibus et prouentibus suis. prout ad eundem hinricum ex obitu quondam petri de boyceneborch fuerint iure hereditario deuoluta. Ceterum predictus Hinricus resignauit eidem domino brunoni. iudicium super triginta tria iugera terre. eciam in billenwerdere sita similiter ad ipsum ex obitu dicti petri hereditarie deuolutum. cum omnibus iuribus libertatibus et proprietatibus. quibus nobilis dominus noster. dominus Adolfus quondam comes holtzacie et stormarie bone memorie hartwico de erteneborch dictum iudicium contulit et donauit. prout littere dicti domini Adolfi super hoc confecte lucide protestantur. Memoratus eciam hinricus recognouit sibi dicta iugera cum iudicio esse integraliter persoluta. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum hamborch in platea diuitum in loco dicto vordenbrodscrangen. Anno domini. M⁰. CCC⁰. XXVIII⁰. in die beati Iohannis ante portam latinam. hora uesperarum.

Lib. cop. cap. fol. 151a im Hamburger Archiv.

1328. Mai 12. 646.

Helena, Witwe des Grafen Adolf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, stiftet eine Vikarie in der St. Martinskirche zu Stadthagen.

In omnipotentis nomine Amen.: Nos. Helena. Relicta. Domini Adolphi pie memorie quondam Comitis Holtsacie. Stormarie et Scouenborch, Uniuersis ac‖ singulis audituris presencia seu audituris, salutem in eo qui omnia solus regit.: Quia dies domini sicut fur in nocte ueniet, oportet horam retribucionis eterne‖ multis misericordie operibus preuenire. Nosque firmiter credimus et perfecte, sanctum et salubre esse, orare pro defunctis, ut a peccatorum uinculis absoluantur.‖ vnam vicariam perpetue duraturam in Ecclesia parrochiali Sancti Martini in Greuenalueshagen. ad Altare Consecratum beatorum Petri et Pauli‖ apostolorum, Dotamus, dantes liberaliter absque omni exceptione Iuris et facti, ad eandem uicariam, de bonis vitalicii nostri, unum Mansum cum omni Iure.‖ Decima. Libertate. Proprietate. vtilitate et pertinenciis vniuersis, prout situs est in Campo Wychmensdorpe, in agris cultis et incultis. Siluis. Rube‖tis. Pascuis. viis et inuiis,

et simpliciter cum omni distinctione terminorum qua dictus Mansus ab aliis est distinctus.: Uolumus nichilominus‖ vt in dicto altari, omni die, Missa pro defunctis cantetur aut legatur, illis tantummodo festiuitatibus exceptis, in quibus defunctorum Missa, nisi fu‖nere presente, dici, per Iura Canonica prohibetur. Et quod ibidem perpetue. frequenter et cottidie, intra missarum sollempnia, prenominata Domini,‖ nostri. Adolphi. pie recordacionis, et progenitorum nostrorum. omniumque quorum Elemosinis dicta vicaria Dotata est, aut dotabitur in futurum, cele‖bretur memoria fideliter et deuote.: Et nos domicellus. Adolphus. Comes Holtsacie. Stormarie et Schowenborch, dei gracia Ericus. Electus‖ Prepositus Ecclesie Hammenburgh. et Gerhardus Hildensemensis et Mindensis Ecclesiarum Canonicus, Pium propositum Domine . . Matris nostre‖ predicte adimplere cupientes omnia et singula premissa, rite et rationabiliter, de consensu et consilio nostri esse facta recognoscimus ratifican‖tes ea et in hiis litteris approbantes. Renunciamus ergo expresse omni auxilio Iuris Canonici et Ciuilis, per quod premissa vel premissorum quod‖libet, in parte vel in toto infringi possent vel quomodolibet aboleri. In huius testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et‖ actum sollempniter presentibus vasallis nostris rogatis ad hec specialiter et uocatis. in Ciuitate nostra Greuenalueshaghen Anno‖ domini. Millesimo. CCC°. vicesimo. Octauo In die ascensionis domini.

Original im Archiv zu Stadthagen. Zwei Siegel an Siegelstreifen und zwei Siegelstreifen. Wippermann, Urkundenbuch von Obernkirchen 169.

1328. Mai 22—29. 1335. Octbr. 1. 647.

Stiftung der Pfarrkirche zu Ahrensböck.

Vniuersis praesentia visuris, Iohannes dei gratia Comes Holsatiae et Stormariae salutem in domino propositi nostri studium est, bonorum auctori, super acceptis beneficiis gratias pro modulo reddere, ac bone rei consilium dare, vt praesentis habeatur vitae subsidium ac sacrae religionis cultus congruum recipiat incrementum. Sane iam pridem in villa Arnesboken exstirpatis siluis et nemoribus et ad culturam redacta, In honore sanctae dei genitricis Ecclesiae pro nostra et progenitorum nostrorum salute, per nos ibidem fundatae duos mansos sitos in communibus agris Villae praedictae, et distinctos, cum omni iure et libertate nos meminimus assignasse. Deputantes eidem Ecclesiae septem scilicet Arnesboken Berkhorst Holzatendorp. Spechteshagen, Olden Zwogele Nyenzwogele Kelreshagen: Quas habito consilio Venerabilis patris Episcopi Lubicensis ad eandem Ecclesiam, iure parochiali decreuimus pertinere. Verum quoniam dos et mansi predicti pro sustentatione et victu sacerdotum et Clericorum ibidem deo seruientium, ac hospitalitate tenenda minus sufficere videbantur, Volentes ipsi rectori suisque successoribus copiosius prouidere: Donamus et assignamus eisdem, quosdam agros sitos, infra terminos Villarum adiacentium videlicet Arnesboken, Berkhorst, Holzatendorpe, Spechteshagen, cum omni iure, iudicio, proprietate et libertate, et nihilominus cum terminis et distinctionibus, quibus fidelis noster Aduocatus Iohannes de Broctorpe miles, bonae memoriae, eosdem terminos, cum quibusdam colonis villarum adiacentium, deputauit, distribuit, et distinxit. Ita videlicet, vt Lector ipsius Ecclesiae, ac eius vices gerens, qui pro tempore fuerint, potestatem habeant, et plenariam libertatem ligna cremabilia, et ad structuras dotis et Ecclesiae necessaria succidendi, ac cespites fodiendi in rubeto, quod dicitur Lut-

kemor, quociens et quando ipsis necessarium fuerit, vel etiam oportunum, Non obstante contradictione cuiuslibet hominis vel vniuersitatis, In quos dictus locus scilicet Luttekemor, quouis titulo translatus fuerit temporibus affecturis. Preterea vnam aream in Villa Arnesboken predicta pro habenda taberna, et aliam quandam specialem aream in eadem Villa sitam, in augmentum reddituum eidem rectori et suis successoribus deputauimus et recognoscimus deputatam. Concedentes eidem rectori et suis successoribus pro sua commoditate et placito aquam instagnandi prope dotem fluentem, ac in ea piscandi et piscibus vtendi, plenam et liberam potestatem: impedimento vel contradictione cuiuslibet alterius non obstante. Omnes insuper obuentiones et oblationes in esculentis et poculentis, videlicet pullos, hedos, agnos, vinum, cereuisiam et panem et his similia cuiuscunque generis vel speciei fuerint, idem Sacerdos et sui successores recipient, et in vsus suos conuertent, absque vlla diminutione, siue oblata fuerint imagini vel altari. Aliarum vero obuentionum et oblationum, in numero, pondere, vel mensura existentium, idem Sacerdos et sui successores, tertiam recipient portionem. Coeterum censum Ecclesiasticum, denarios inunctionum, visitationes infirmorum, intronizationes sponsarum, et omnia alia et singula secundum ius et consuetudinem dioecesis Lubecensis prefatus Sacerdos et sui successores perpetuo et inuiolabiliter obtinebunt. Prouiso quod infirmi extra villam Arnesboken visitandi, ipsi sacerdoti, ad infirmos exeunti et redeunti, eque copiam ministrabunt. Si quis autem contra praemissa, vel eorum aliquod in praeiudicium sacerdotum in Arnesboken, quicquid fecerit, vel attentare presumpserit, indignationem Dei omnipotentis, nostram, et haeredum nostrorum indignationem indubitanter se nouerit incursurum. Saluis nihilominus poenis, per venerabiles patres, Episcopos Lubicenses huiusmodi sacrilegis transgressoribus impositis, vel etiam imponendis. Datum et actum plone. Anno domini M⁰ CCC⁰ XX⁰ VIII⁰. in octauo pentechostes, praesentibus honorabilibus viris Domino Daniele Ecclesiae Hamburgensis Canonico. ac plebano in Oldenborch et domino Thiderico praeposito ymbriae, notario nostro dilecto, et strenuis famulis Marquardo Staken, Ekehardo Broktorpe nostris aduocatis, Hinrico Brokdorpe et Marquardo Brokdorpe, et aliis quam pluribus fidedignis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum euidens praesentibus est appensum.

Et nos Hinricus Dei gratia Lubicensis Ecclesiae Episcopus praesentes literas de verbo ad verbum personaliter diligenter perspeximus, eosque et contenta in eis, autoritate ordinaria ratificamus et confirmamus. In huius rei euidens argumentum ipsis sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Lubecae. Anno domini. M⁰. CCC⁰. XXXV. In die beati Remigii.

Dat theken war bii men dessen breff vthwendigen kennen kan Ist — 123. Mit dissem Titel vnde vpschriffte:

fundatio Ecclesiae parrochialis in Arnesboken.

Kopie im Geheimarchiv zu Kopenhagen. S. H. U. S. III. 1. S. 1.

1328. Mai 26. 648.

Gerhard, Herzog von Jütland, Graf von Holstein und Stormarn, Vormund König Waldemars, nimmt das Kloster St. Johann in Schleswig in seinen Schutz und befreit es von aller Schatzung und weltlichen Gerichtsbarkeit.

Gherardus dei gracia. . Dux Iucie. . Comes Holtzacie et Stormarie. Tutor||que Magnifici principis. domini Waldemaris. danorum S[clauorum]que regis. Omnibus

presens scrip||tum cernentibus salutem in domino sempiternam.. Nou[erint vniuer]si. Nos claustrum sanctimoni||alium beati Iohannis in Sleswich et eius bona [sub] nostra pace et protectione speciali recepisse. Dimittentes eisdem omnes [villicos] suos et colonos. ab omni grauamine expedicionis. Impeticione exactorea [innæ stuu]dh. Ceterisque solucionibus et omnibus oneribus iuris nostri. Preter vrbium [edificacionem et te]rre communem defensionem. liberos et exemptos.. hanc etiam [dicto claustro graciam] specialem facientes. vt eius villici et coloni nulli exactorum nostrorum super f[orefactis suis] pro iure nostro quid respondeant nisi eius procuratori.. Si quis vero [dicto clau]stro aliquam iniuriam fecerit. Terras aut bona aliqua ei de iure attine[ncia aufere]ndo seu modo quoquo contra iusticiam occupando. huiusmodi iniuriam rep[utabimu]s nobis factam. volentes eam procul dubio gladio nostro vindicare. Ne igitur hanc libertatem sepedicto claustro. a nobis concessam quis iuredictionis nostre audeat infringere illam sygilli nostri munimine duximus roborandam.. Datum. In castro Gotdorpe. In presencia nostra Anno domini. M°. CCC°. XXVIII.. proxima Quinta feria post festum Pentecostes.

Original im Archiv des Klosters St. Johann vor Schleswig, ergänzt aus neuerer Abschrift. Rest eines Siegelstreifens. Zeitschrift. Bd. VI. Repertorien S. 111. No. 10. Reg. Dan. 2041.

[1328.] Juni 19. **649.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, erbittet vom Erzbischof Johann von Bremen die Bestätigung seiner Übertragung des Patronatsrechts über St. Nicolai in Kiel an das Kloster Neumünster.

Uenerabili in cristo patri ac domino domino Iohanni sacrosancte bremensis ecclesie archiepiscopo Iohannes dei gracia comes holzacie et stormarie Se beniuolum et paratum in omni genere complacendi Cum propter deum et pro nostra nostrorumque progenitorum animarum salute religiosis viris preposito et conuentui in nouomonasterio ius patronatus ecclesie parrochialis in kil cum omnibus suis attinenciis constitute in vestra diocesi pure et simpliciter contulimus perpetuo possidendum Verum cum dictum monasterium omni sit solacio in temporalibus destitutum vestram supplicamus humiliter paternitatem quatenus miseriis angustiis et tribulacionibus dicto monasterio incumbentibus pie compacientes predictam ęcclesiam in kil sepedicto monasterio incorporare et vnire et ut conuentus eiusdem monasterii eandem ecclesiam menșe sue nimium exigue applicare valeat dignemini concedere liberam facultatem Quicquid in hiis facere decreueritis nobis litteratorie petimus si vestre placuerit paternitati remandari Datum in castro nostro plone In die sanctorum martirum geruasii et prothasii Et quia publico et maiori sigillo nostro caruimus ista vice secretum nostrum presentibus duximus apponendum.

Cop. Bordesh. fol. 97 a. Westfalen II. 89 mit der Jahreszahl 1322.

1328. Juni 24. **650.**

Helene, Witwe des Grafen Adolf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, verkauft dem Pleban Hermann in Hoyerssen *zwei Hufen in* Wychmanstorpe.

In Dei nomine Amen Nos Helena Relicta Domini Adolphi pie memorie quondam Comitis Holtsacie Stormarie et Schowenborch Universis et singulis ad quos presens scriptum peruenit cupimus esse notum et tenore presencium lucide protestamur Quod honorato viro Domino Hermanno vero Plebano in Hoyerssen pro quadam Summa pecunie nobis integraliter persoluta vendidimus duos Mansos cum omni iure Decimis libertatibus Proprietatibus Utilitatibus et pertinenciis vniuersis prout siti sunt in campis Wychmenstorpe Agris cultis et incultis. Siluis. Rubetis. pascuis. Viis et inuiis et simpliciter cum omni distinctione qua dicti mansi ab aliis sunt distincti ad aucmentandum redditus Vicarie per nos nouiter instaurate in Ecclesia parrochiali sancti Martini in Greuenalueshagen vt inibi altissimo deuocius seruiatur. Nos igitur vna cum dilectis filiis. Adolpho. Gherhardo et Erico beniuolenciam deuocionis et nichilominus multa grata seruicia prefati Domini Hermanni Nobis sepius impensa fauorabiliter intuendo eidem annuimus ex gracia speciali quod predictos mansos cum omnibus et singulis condicionibus suprascriptis dedit et assignauit vicarie nostre prefate et omnium missarum qui ex ea largiente deo perpetuo celebrantur particeps esse effectus. Renunciamus etiam exceptioni non sic rei geste omnibusque et singulis vtilitatibus et prerogatiuis que nobis et nostris heredibus natis et inantea nascituris in dictis mansis et eorum pertinenciis hactenus competebant vel possent quomodolibet competere tomporibus perpetue postfuturis. Testes aderant strenui viri Ludolfus de Mandeslo Bodo dictus Oem milites Hildemarus de Bardeleue Hinricus de Wedhe et Conradus Vunke famuli et plures alii fide digni In maiorem vero euidenciam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum in Greuenalueshagen Anno domini Millesimo CCC° vigesimo octauo In die natiuitatis Sancti Iohannis Baptiste.

Aus Capauns Abschriften im Archiv zu Bückeburg. Wippermann, Regesta Schauenburgensia 310. Urkundenbuch von Obernkirchen 171.

1328. Juli 16. **651.**

Burchard, Erzbischof von Bremen, und das Domkapitel daselbst bestätigen auf Wunsch des Grafen Johann von Holstein dessen Übertragung des Patronatsrechtes über St. Nicolai in Kiel an das Kloster Neumünster.

Borchardus dei gracia archiepiscopus, Otto prepositus, Fredericus decanus, Totumque capitulum sancte bremensis Ecclesie, Vniuersis presentes litteras inspecturis seu audituris cum no‖ticia infrascriptorum in omnium saluatore salutem; Dignum arbitramur et rationi consentaneum, ut ea que prouide fiunt scripti patrocinio roborentur, ne obliuionis incuria, uel posterorum calumpnia‖ valeant irritari; Proinde nouerint vniuersi, quod Magnificus vir dominus Iohannes Comes holtzacie et stormarie prout nobis in suis litteris declarauit, et augmentum gracie per nos fieri de‖uote supplicauit Nobilis viri gherardi similiter comitis holtzacie et Stormarie patruelis sui accedente consensu, zelo pie deuocionis accensus Ius patronatus Ecclesie parrochialis sancti,‖ Nicolai in kil, bremensis dyocesis iure hereditario ad ipsum deuolutum, cum omnibus iuribus suis et pertinenciis, Religiosis viris, preposito et Conuentui Canonicorum Regularium nouimonaster e‖iusdemii bremensis dyocesis perpetuo possidendum et retinendum donauit; Quam quidem donacionem nos in domino gratanter suscipientes ipsamque ratam et firmam

habentes et appro||bando confirmantes, deliberacione prehabita diligenti eandem ecclesiam in kil in predictos prepositum conuentum seu monasterium transtulimus et transferimus tenore presencium|| pleno iure Incorporantes nichilominus annectentes et vnientes prefatam ecclesiam cum suis fructibus, redditibus, prouentibus, obuentionibus et iuribus quibuslibet monasterio|| prelibato; Cupientes indigentiam iam dicti monasterii seu conuentus que multiplex est per huiusmodi vnionem aliqualiter releuari; Nouimus etenim quod non sine cordis dolore|| proferimus quod pretactum monasterium in medio nacionis peruerse positum, hostilibus incursibus, rapinis, incendiis ac diuersis iniuriis in suis bonis et iuribus grauiter est dilapsum|| Quodque idem monasterium, propter ipsius mutacionem qua prouide de loco in quo prius situatum extitit, nunc ad aptiorem locum vtiliter est translatum, oportebat et de||inceps oportebit importabilia subire honera expensarum; Concedentes libere preposito eiusdem monasterii quicumque pro tempore fuerit ut per se uel per aliam personam ydoneam regu||larem vel secularem, memoratam ecclesiam officiare et ecclesiastica sacramenta ministrare valeat, tenore presencium liberam facultatem; Prepositus vero nobis archi||episcopo et nostris successoribus, Synodalia consuetis temporibus ministrabit; In euidentiam igitur et testimonium predictorum omnium et munimen perpetuum Sigilla nostra presenti||bus duximus apponenda; Datum breme anno Domini Millesimo, Tricentesimo vicesimo octauo, In crastino Diuisionis sanctorum apostolorum.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegel an grün-roter Schnur. Eine andere Ausfertigung im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Cop. Bordesh. fol. 98 a. Westfalen II. 100 s. 109. Muhlius. Hist. cen. Bordesh. S. 578.

1328. Juli 19. 652.

Burchard, Erzbischof von Bremen, genehmigt die Verlegung des Klosters Neumünster.

Borchardus dei gracia sancte Bremensis Ecclesie Archiepiscopus. Omnibus ad quos presentes littere peruenerint|| salutem in eo qui est omnium vera salus Cum dilecti nobis prepositus et conventus Canonicorum Regularium|| in Nouo Monasterio Ordinis sancti Augustini nostre Bremensis diocesis Claustrum suum de loco in quo prius|| situatum extitit, racionabilibus ex causis, ad locum quieti et deuocioni Claustralium aptiorem, et cultui|| dei magis abilem, et a tumultu secularium alienum, prouide transtulerunt. Nos de manu domini|| cure pastoralis susceptum officium, sollerti studio excercere cupientes, translacionem ipsam confirma||mus, et locum in quo transpositum pridem est Claustrum, Nouum Monasterium volumus et precipimus|| appellari; Et quidem idem claustrum nouum cupientes in habitis conseruare, In deperditis restaura||re, et in salubri translacionis proposito promouere, priuilegia donacionum libertatum eidem a predecessoribus nostris|| uel quibuslibet personis aliis data, concedimus et volumus in sue firmitatis robore permanere, et eundem|| locum dotalibus insignimus priuilegiis, ut quicumque in eodem enormes insolencias vel violencias fecerint,|| ipso facto, sint excommunicacionis innodati sentencia, secundum canonicas sanctiones, Ceterum de promouendo|| idem claustrum paterne sollicitudinis curam habentes, Omnibus qui ad structuram ibidem|| Noui Monasterii seu claustri, manum porrexerint adiutricem; uel qui deuotionis uel orationis|| causa, ibidem, et quocienscumque, Cimiterium circumierint, uel corpus domini in visitacione infirmorum|| cum deuocione secuti

fuerint, saluis omnibus indulgenciis, predicto claustro prius datis, de omnipotentis dei misericordia, et beate marie virginis speciali clemencia; necnon Beatorum Petri et Pauli a‖postolorum eius meritis et auctoritate confisi, confessis et contritis XL. dies indulgenciarum de iniunctis‖ sibi penitenciis misericorditer in domino relaxamus, In predictorum testimonium sigillum nostrum presentibus duximus‖ apponendum Datum breme Anno domini M⁰. CCC⁰. XXVIII⁰. XIIII. kalendas augusti.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegelstreifen. Cop. Bordesh. fol. 4b. Westf. II. 101. Muhlius: Historia cenobii. Bordesh. S. 574.

1328. Juli 19. 653.

Burchard, Erzbischof von Bremen, nimmt das h. Geisthospital in Kiel in seinen Schutz.

Vniuersis presencia visuris Borchardus dei gracia sancte Bremensis Ecclesie Archiepiscopus salutem in eo qui est omnium‖ vera salus Cum nos ex iniuncto nobis officio teneamur cristi pauperes refouere et subditos oneratos protectionis solacio consolari, Hospitale sancti spiritus in kilone Bremensis diocesis diuersis vt audiuimus in personis et rebus iniuriis‖ lacessitum, sub nostre protectionis clippeo recipimus sub pena excommunicacionis quam in contrariantes mandatis nostris‖ ferimus in hiis scriptis precipiendo mandantes ne quis de cetero predictum hospitale in rebus vel personis Magistrum‖ fratres. aut sorores. iura vel bona mobilia vel immobilia presumat quomodolibet molestare. Ceterum volentes predictum‖ Hospitale amplexari donis gracie specialis, et vt capella sancti spiritus ibidem congruis honoribus veneretur‖ et a fideli populo iugiter frequentetur; Omnibus vere penitentibus et confessis qui ad structuram capelle seu‖ ad aliqua alia dicte capelle vel Hospitali necessaria manum porrexerint adiutricem seu eciam qui predictam‖ capellam devotionis vel orationis causa visitauerint Cimiterium ibidem quociensc umque circuierint, corpus‖ domini post communionem infirmorum secuti fuerint Missam de sancta cruce in eadem capella sextis feriis‖ audierint de omnipotentis dei misericordia beate virginis Marie et beatorum apostolorum Petri et Pauli meritis‖ et auctoritate confisi XL dies indulgenciarum de iniunctis sibi penitenciis misericorditer in . . . relaxamus.‖ Datum anno domini M⁰. CCC⁰. XXVIII⁰ XIIII kalendas augusti.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegeleinschnitt. Westf. IV. 3282.

1328. Juli 23. 654.

Walter, Propst von Obernkirchen und Archidiakon in Stadthagen, beurkundet, daſs die Gräfin Helena von Schauenburg eine Messe in der Martinskirche zu Stadthagen mit drei Hufen in Wichmerstorpe *ausgestattet hat.*

Vniuersis christi fidelibus ad quos peruenerit presens scriptum Walterus prepositus in ouerenkerken archidyaconus in Greuenalueshagen‖ salutem in domino sempiternam Vt ad bonum ceteri prouocentur merito uirtutes proborum et opera describuntur, vniuersis igitur tam presentibus‖ quam futuris tenore pesentum pateat euidenter. quod cum in altari quodam in honorem sanctorum Petri et Pauli apostolorum olim debita‖ dedicato in ecclesia beati Martini in Greuenalueshagen,

missa rarissime diceretur, Nobilis domina, Helena Comitissa felicis recor‖dationis, adolphi holtsacie, Stormarie, et Scowenborch quondam Comitis relicta inde promota. diuina quidem gratia preuenta,‖ quater in eodem altari officia missarum frequentius obseruentur in ipsius altaris dotem et rectoris eiusdem sustentationem pro adolphi‖ Comitis et sui ipsius ac heredum suorum animarum remedio‖ tres mansos in decimales in wichmenstorpe sitos liberaliter assig‖nauit Contulit et donauit in quibus.. plebanus loci nichil penitus iuris habebit Ne tamen inde aliquod detrimentum‖ sustineat.. plebanus omnes habebit oblationes, ad idem altare presentatas, Nec rector eiusdem altaris qui pro tempore fuerit‖ aliquas recipiet oblationes, votiuas ad plebanum de iure pertinentes in ipsius plebani preiudicium seu vices eius gerentis,‖ publice uel occulte, sed quas sic receperit plebano fideliter presentabit, nec de aliquibus ad ipsam ecclesiam seu plebanum‖ pertinentibus se quomodolibet intromittet, In quorum perpetuam memoriam mei archidyaconi predicti helene Cometisse donatricis‖ et henrici plebani sigilla presentibus sunt appensa, Et nos Helena Cometissa supradicta et Henricus plebanus Loci canonicus‖ Mindensis nostris sigillis presens instrumentum sigillauimus intestimonium premissorum actum et datum in Greuenalueshaghen..‖ anno domini M^{mo} CCC^{mo} XXVIII^{0}, X^{0} kalendas augusti.

Original im Archiv zu Stadthagen. Zwei Siegel an Pergamentstreifen.

1328. Aug. 8. 655.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs Heinrich von Hamme, Thesaurar in Hamburg, sein Bruder Otto und sein Neffe Heinrich dem Hamburger Kapitel 4 Mark Einkünfte aus Lütjensee für 50 Mark Lüb. Pf. verkauft haben.

Iohannes dei gracia Comes Holtzacie et Stormarie. vniuersis cristi fidelibus ad quos presentes litteras‖ peruenerint. salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi tam presentis temporis quam futuri. quod‖ dominus Hinricus Thesaurarius Hamburgensis et Otto frater suus, necnon Hinricus fratruelis eorum dicti‖ de Hamme. de nostro consensu et licencia speciali. vendiderunt Honorabilibus viris, dominis De‖cano. Totique Capitulo Ecclesie Hamburgensis. quatuor Marcarum redditus de omnibus agris agri‖culture dicti Hinrici de Hamme in villa Luttekense adiacentibus pro Quinquaginta Marcis‖ denariorum Lubicensium annis singulis infra Octauam beati Martini Episcopi expedite persoluendos.‖ Iudicio tamen maiore et minore eisdem et eorum heredibus libere reseruato, Si vero dictos quatuor‖ marcarum redditus ipsi vel eorum heredes predictis dominis.. Decano et Capitulo in dicto termino vt‖ premittitur expedite non soluerint, prefati domini habebunt auctoritatem huram suam pandandi‖ vel per censuram ecclesiasticam, vel alias quocumque modo poterunt districtius exigendi, Huius‖ pecunie Quadraginta marce tangunt Thesaurarium et residue decem marce. scolares‖ chorum frequentantes. Causa tamen specialis amicicie sepedicti domini concesserunt. predictis‖ de Hamme et eorum Heredibus, quod predictos redditus infra quamlibet octauam Martini. reemere‖ poterint pro Quinquaginta marcis denariorum, quando eis videbitur expedire. In cuius rei testimonium‖ sigillum nostrum. vna cum sigillis, domini Hinrici Thesaurarii. ac Ottonis fratris sui necnon‖ Hinrici. fratruelis eorundem dictorum de Hamme. presentibus est appensum.

Datum In Priwalc|| Anno domini. Millesimo. CCC°. XXVIII°. In Crastimo Sixti. Sinicii. et Egidii confessorum.

Original im Hamb. Archiv. Siegel des Hamb. Kustoden Hinricus gut, zwei andere fragmentarisch erhalten. Ein Siegeleinschnitt.

1328. Septbr. 1. 656.

Jakob, Bischof von Ripen, gewährt dem Abte Heinrich und dem Kloster Loci dei *eigenes Gericht über die Meier und Bonden* super causis Helligbrööde. — „Nouerint“.

Datum Ripis, Anno Domini M CCC XXVIII, die beati Egidii confessoris.

Reg. Dan. 2050.

1328. Septbr. 8. 657.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt den Gebrüdern Eberhard und Nikolaus von Alen den Besitz der Dörfer Steinrade und Eckhorst.

In nomine domini Amen. Nos Iohannes dei gracia comes Holtzacie et Stormarie recognoscimus et constare volumus Vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos de consilio et consensu fidelium nostrorum et omnium qui de hoc fuerant requirendi, cessimus et donauimus pure et libere discretis viris Euerhardo de Alen et Nicholao de Alen, fratribus ciuibus Lubecensibus et eorum veris heredibus in perpetuum tam masculis quam femellis in recompensam beneficiorum et obsequiorum que nobis ipsi fratres multipliciter exhibere studuerunt, duas villas, videlicet Stenrodhe et Echorst ad habendum et possidendum iure proprio in perpetuum cum agris cultis et incultis, pratis pascuis paludibus lignis rubetis aquis aquarumque decursibus et earum instagnacionibus, viis et inviis, exitibus et regressibus terminorum destinctionibus ut ipse due ville iacent, cum omni iure iudicio manus et colli et omnibus aliis iudiciis cum omni proprietate vtilitate commoditate seu fructu, et plane cum omnibus que pertinent aut pertinere poterunt ad has duas villas cum plenissima libertate, sic quod nec ipsi nec eorum subditi pro tempore residentes in hiis villis ad exactiones prestaciones precarias violentas vel ad aliqua seruiciorum genera nobis aut nostris heredibus vel cuiquam alteri teneantur quomodolibet obligati, habebunt insuper ipsi plenam et liberam potestatem has duas villas cum omnibus pertinenciis suis et condicionibus singulis suprascriptis transferendi quacumque alienacione decreuerint in quascumque personas tam ecclesiasticas quam seculares vbi et quando eis fuerit opportunum, et regendi eas cum iudicio Lubecensi prout regi solent ville site intra campimarchiam ciuitatis Lubicensis faciendique et dimittendi|| cum hiis duabus villis auctoritate sua propria in perpetuum quidquid velint, ad quod nec nostrum nec alicuius alterius consensum siue licenciam requirere tenebuntur, vnde concludendo sermonem declaramus et dicimus sepetactas duas villas Stenrodhe et Echorst cum omnibus pertinenciis suis ad predictos Everhardum de Alen et Nicholaum de Alen fratres et ad eorum heredes veros tam masculos quam femellas iure proprietatis perpetue pertinere sic quod nullus alius quam ipsi dumtaxat quicquid iuris retineat in eisdem. In testimonium et euidenciam premissorum omnium et singulorum sigillo nostro presens scriptum iussimus et fecimus roborari. Huius rei testes sunt Daniel canonicus Hamburgensis et plebanus in Oldenborgh, Marquardus stake, Echardus brochdorpe

armigeri, fideles nostri et Euerhardus campsor ciuis Lubecensis et quamplures alii fidedigni. Datum et actum in castro nostro Plöne Anno Domini millesimo Tricentesimo, vicesimo octauo in festo Natiuitatis beate Marie virginis gloriose.

S. H. U. S. II. S. 71 nach dem Original im Gutsarchiv zu Steinrade.

1328. Septbr. 22. **658.**

Papst Johann XXII trägt dem Bischof Johann von Schleswig auf, dem Presbyter Andreas von Gerding trotz des Makels seiner Geburt die Weihen zu erteilen.

Avinione X. Kal. Okt. an. 13.

Regest in Nye Kirkehist. Samlinger IV. S. 202.

1328. Septbr. 22. **658a.**

Papst Johann XXII schreibt an Nanno, Sohn des Peter, Prokonsul zu Schleswig, über eine in Schleswig erledigte Domherrnstelle und Präbende.

Von demselben Tage.

Regest in Nye Kirkehist. Samlinger IV. S. 202.

1328. Octbr. 6. **659.**

Burchard, Erzbischof von Bremen, bestätigt die Wahl Erichs von Schauenburg zum Propsten der Hamburger Kirche.

Borchardus dei gracia sancte Bremensis Ecclesie Archiepiscopus. Nobili viro Erico de Scowenborgh Preposito Ecclesie Hamburgensis salu||tem in eo qui est omnium vera salus. Olim vacante prepositura eiusdem Hamburgensis Ecclesie per obitum Leonis quondam eiusdem Ecclesie|| prepositi Iohannes Decanus et . . Capitulum ipsius Hamburgensis ecclesie te in prefate Ecclesie prepositum concorditer elegerunt. qui infra tem||pora a iure statuta, per procuratores tuos ad hoc legitime constitutos, cum exhibicione Decreti Electionis tue, confir||macionem huiusmodi Electionis de te facte, ac demum per te ipsum a nobis pluries petiuisti, humiliter et instanter, Nos|| igitur in premissis seruato in omnibus iuris ordine. Attendentes presertim persone tue nobilitatem et probitatis tue|| ac virtutis merita. Electionem huiusmodi de te factam, de consensu nostri Capituli, inuocato dei nomine confirmamus. Inues||tientes te nichilominus per annulum nostrum de dicta Hamburgensi prepositura. et ipsius pertinenciis ac iuribus vni||uersis. Necnon curam animarum plebis eiusdem prepositure. tibi districtius committentes. Protestamur tamen quod|| iuri nobis et Ecclesie nostre in prelibata prepositura Hamburgensi competenti. per hunc confirmacionis nostre actum non intendimus|| aliquatenus derogare In cuius rei testimonium mandauimus presentes litteras nostri Sigilli munimine roborari.|| Actum et datum in Municipio nostro Stadensi. Anno domini. Millesimo. CCC. XX°. octauo II. Nonas Octobris.

Original im Hamb. Archiv in zwei Ausfertigungen. Siegel des Erzbischofs an rotgelber Schnur an 1, 2 mit Siegelstreifen.

1328. Octbr. 6. **660.**

Burchard, Erzbischof von Bremen, überträgt dem Bremer Domherrn, Magister Johannes Bule, die Einführung des neuerwählten Hamburger Dompropsten, Erich von Schauenburg.

Borchardus dei gracia sancte bremensis Ecclesie Archiepiscopus. Dilecto sibi magistro Iohanni‖ bulen canonico bremensi salutem in domino, Cum nos virum Nobilem dominum Ericum de sco‖wenborch electum in prepositum Ecclesie Hamburgensis nostre dyocesis diligenti examinacione‖ et inquisicione prehabitis confirmauerimus non sine consensu nostri Capituli‖ speciali, Discrecioni vestre committimus et mandamus, quatinus ad dictam Ecclesiam‖ Hamburgensem personaliter accedentes, eandem dominum Ericum in corporalem possessionem‖ dicte prepositure inducatis et inductum defendatis, Contradictores et rebelles‖ auctoritate nostra per censuram Ecclesiasticam compescendo, Datum stadis Anno‖ domini. Millesimo. CCC°. XXVIII°. II. Nonas Octobris nostro sub sigillo.

Original im Hamb. Archiv. Siegel des Erzbischofs zerbrochen.

1328. vor Novbr. 1. 661.

Die Gemeinde der Osterharde (Öösterherret) *in* Föör *beurkundet, daſs ihr altersschwacher Landsmann* Arnfastus Harne, *zur Reise auſser Landes unfähig, seinen Sohn* Naffno *auf dem Hardesthing bevollmächtigt hat, um das ihm von seiner Frau zugefallene Erbteil:* in curia Holbeck in Iucia in Hwyttingherret, parochia Otter, *an Abt Heinrich und das Kloster* Lögum *zu verschöten, und daſs Abt Heinrich ihn entschädigt hat.* — „Nouerint vniuersi.“

Datum sub sigillo nostri Herreth anno domini M CCC XXVIII proximo placito ante festum omnium sanctorum.

Reg. Dan. 2051.

1328. Novbr. 1. 662.

Heinrich Blomenberg verpfändet seinem Schwiegersohn Heinrich von Nesse einen Butterzins.

Dominus Hinricus blomenberch obligauit et resignauit Hinrico de Nesse genero suo redditus octo quartalium butiri dictas verdere pro C. Marcis denariorum, cum omni iure et vtilitate quibus ipse dictas verdere butiri tenuit et habuit a domicello de scowenborch et si dictus Hinricus de Nesse in perceptione dicti butiri aliquem partiretur defectum, illum dictus blomenberch et ipsius heredes supplebunt, actum in vigilia omnium sanctorum.

Lib. contractuum fol. 36b im Hamb. Archiv.

1328. Novbr. 4. 663.

Burchard, Erzbischof von Bremen, bezeugt den Bischöfen von Lübeck, Ratzeburg und Schwerin, daſs er durch die Berufung des Provinzialkonzils in die Freiheiten der rechtselbischen Geistlichkeit nicht hat eingreifen wollen.

Vniuersis presencia uisuris Nos borchardus dei gracia sancte bremensis ecclesie archiepiscopus. cupimus fore notum. quod cum nuper venerabiles fratres nostros Lubicensem. Raceburgensem. et zwerinensem Episcopos. necnon alios prelatos et clericos. qui de iure uel de consuetudine fuerant euocandi. ad nostrum municipium stadense per nostras litteras euocassemus ad consilium prouinciale celebrandum. et ad pertractandum quedam ardua negocia. sedem apostolicam et statum vniuersalis ecclesie specialiter tangencia. constituti coram dictis nostris

suffraganeis et pluribus aliis prelatis et clericis fuimus protestati. quod per huiusmodi concilium nostrum. ac actus exercendos in ipso concilio. non intenderemus nobis et ecclesie nostre aliquid noui iuris acquirere. nec priuilegiis predictorum suffraganeorum nostrorum. ac aliorum prelatorum et clericorum transalbinorum in aliquo derogare. nec eciam iuri nostro antiquo. nobis et ecclesie nostre acquisito. per huiusmodi nostram protestacionem in aliquo preiudicium generare. In cuius rei testimonium presentem litteram mandauimus nostri sigilli appensione muniri. Datum et actum in municipio nostro stadensi anno domini. M⁰. CCC⁰. XXVIII. ipso die concilii qui erat feria sexta proxima post festum omnium sanctorum.

Lib. cop. cap. fol. 37b im Hamb. Archiv.

1328. Novbr. 11. **664.**

Gerhard und Giselbert, Grafen von Holstein und Stormarn, gestatten der Mariengilde in Rendsburg die Errichtung einer Vikarie.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen Gherardus et Ghyselbertus dei gracia Comites Holtzacie et stormarie vniuersis cristi fidelibus salutem in perpetuum‖ Cum humana sit labilis memoria et voluntas hominum instabilis necesse est vt ea que aguntur scripture testimonio perhennentur Hinc est quod ad omnium noticiam cupimus‖ peruenire Nos ob intuitum dei pariterque pium affectum bone voluntatis fratres congregacionis wlgato nomine dicte ghylde sancte marie in Reynoldesborch annuisse et concessisse vicariam accedente‖ consensu et voluntate domini Conradi plebani ibidem in Ecclesia instavrare, Assignatis sev collatis ad eandem quatuor mansis adiacentibus ville dicte Duvenestede qvi cum pensione sue redditibus‖ prouentibus ac pertinenciis ad vsum sacerdotis eiusdem vicarie inperpetuum pertinebunt Nos quoque eosdem mansos libertamus eximentes ab omni iurisdictione in qua a nobis subiecti hactenus tenebantur‖ Concedentes nichilominus et volentes incolas eorundem mansorum liberos et exceptos esse ab omni seruicio laboribusque ac grauaminibus ex parte aduocacie nostre inferendis eisdem. nisi quandoque‖ dum populus tocius terre nostre ob commune bonum et salutem comitatus compulsusque fuerit ad opus aliquod conficiendum sev labores et grauamina tolleranda. Item Driver noster‖ ciuis prefate et ciuitatis tradens assignauit vicarie duas hereditates positas inibi Harum vna situata est, in platea molendini altera vero in platea inferiori dicta hucstrate quarum pensionem‖ et quicquid de eis cedet vicarius annuatim tollet vsque dum eedem venumdate per fratres aut in bona alia commutabuntur vel in redditus expeditos, Porro vicariam pretactam contulimus syfrido filio cumpenic‖ ciuis nostri. Cum autem idem syfridus adhuc puer existat sic quod non possit preesse vicarie Dominus cristianus sacerdos cappellanus predicti domini Conradi in dicta ciuitate mox vt eandem eidem puero contulimus de‖ manu ipsius memoratam vicariam recepit institutus ad illam ex nostro iussu necnon et ex consilio ac consensu discretorum virorum Dominorum videlicet Conradi plebani prefati. simulque dosonis Bloc. Hartwici de Reuentlo.‖ militum. ottonis de dosenrode. Nycholai de tylenborch. sacerdotum. Insuper et plurium aliorum hominum proborum scilicet petri prouisoris domus sancti spiritus. ottonis dicti ploys. driver cumpenic. Iohannis wercmester. pariterque‖ fratrum tocius congregacionis ante tacte tam div quippe quousque prefatus syfridus receptis ordinibus vicarie preesse poterit, propria in persona Verump-

tamen si supradictus puer aut morte preueniretur aut quomodolibet aliter‖ prepeditus a vicaria cederet ex hoc deinceps idem dominus cristianus in vicaria prelibata perpetuus vicarius permanebit, Denique post obitum vtrorumque antedictorum scilicet Syfridi et cristiani sacerdotis cui eandem vicariam‖ dominus comes post porrexerit ipse in eadem sub pena priuacionis vicarie personali presencia residebit, Preterea vicarius supradicte vicarie. missam pro salute et suffragio tam viuorum quam mortuorum‖ defunctorum fratrum antetacte congregacionis in diluculo tempore Hyemali dicet. Estiuali vero tempore statim vt matutine sunt incepte vel in secundo pulsu celebrabit. Attamen propter presenciam sollempnis funeris‖ siue in summis festiuitatibus prorogaturus illam in aliam horam prout placuerit rectori transferet celebrandam, Quicumque eciam de oblacionibus aut votiuis de suis parrochialibus occulte vel manifeste perceperit‖ ipsi rectori integraliter presentabit, Ceterum si vicarius debitis horis et prout sibi constitutum est missas non celebraret ac ipse quidem bis aut ter ammonitus a tali dissvecia et inconueniencia celebrandi non desisteret mox‖ vniuersitas fratrum simulque cum assensu domini comitis et rectoris ecclesie si decreuerint habebunt facultatem et posse eum deponendi Item si antedictus cristianus vicarius prelibate vicarie excessum faceret‖ notorium qui probis viris et honestis vna cum domino nostro comite et plebano pariterque communitate fratrum culpabilis et enormis videtur adeo quod vicariam ipsis discutientibus iure demeruisset, extunc ipse a vi‖caria occasione huiuscemodi deponetur In Cuius rei euidentiam ampliorem Sigilla nostra vna cum sigillis dominorum silicet Conradi plebani Dosonis bloc. Hartwici de Reventlo militum. ottonis de Do‖senrode sacerdotis, necnon et fratrum antetacte congregationis. atque consulum ciuitatis et driver presentibus sunt appensa Datum Reynoldesborch. Anno domini M⁰. CCC⁰. XX⁰VIII⁰. In die Martini Episcopi.

*Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Sieben Pergamentstreifen, zum Teil mit Siegelresten. Zwei Siegeleinschnitte. S. H. U. S. II. S. 72. Reg. Dan. *1489.*

1328. Novbr. 27. 665.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft dem Kloster Ütersen die halbe Mühle zu Elmshorn für 25 Mark.

Uniuersis presentia visuris seu audituris, Adolfus dei gracia Comes Holtsacie et in scowenborch Salutem in domino, Quoniam labilis est humana memoria necesse est‖ ut ea que in tempore aguntur ne simul cum tempore pereant et euanescant litterarum testimonio perhennentur. Hinc est quod presentes cupimus scire et posteros non latere quod nos Habito ma‖turo consilio de consensu et ratihabicione omnium, quorum interesse debuit, vendidimus Domino Iohanni preposito, Ely-[sabet], priorisse, totique Conuentui sanctimonialium in vtersten dimidiam‖ partem et quicquid habuimus in molendino in Elmeshorne, cum omni iure Maiore et minore, aquis, aquarum decursionibus, restagnacionibus, piscationibus, et omnibus suis appendiciis‖ et vtilitatibus sicut ad nos et nostros heredes pertinuit, liberam ab omnibus angariis, prestacionibus, exactionibus, seruiciis, et breuiter ab omni onere vnde molendinarius‖ eiusdem molendini grauari poterit pro viginti quinque Marcis integraliter perceptis, et in nostros necessarios vsus conuersis, perpetuis temporibus pacifice et quiete possidendam‖ Hoc adiecto quod nos predictis, preposito, conuentui, et molendinario, ad meliorationem molendini, siue restaurationem cum necesse fuerit, damus plenam licenciam‖ ligna nostra secandi,

in omnibus siluis nostris, vbi eis magis videbitur expedire, Si vero bona nostra circumiacencia alicui obligaremus, venderemus, vel pro aliis bonis‖ permutacionem faceremus, quod ex hoc prefatis, preposito, conuentui, et molendinario, in omnibus et singulis libertatibus superius expressis, nullum impedimentum debet generari.‖ Si autem quod absit sepefati, prepositus, conuentus, et molendinarius, ex huiusmodi contractu aliquod grauamen pertulerit, hoc nos totaliter et finaliter tenebimur et debemus‖ amicabiliter disbrigare, In quorum omnium et singulorum maiorem euidenciam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, Datum anno domini M°, CCC°, XXVIII°.‖ in prima dominica aduentus domini.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegelstreifen.

1328. Novbr. 30. **666.**

Christof, König der Dänen und Wenden, Herzog von Esthland, belehnt den Grafen Johann von Holstein mit der Insel Fehmarn.

In nomine domini. Amen. Cristoforus dei gracia Danorum Slauorumque Rex Dux Estonie. Omnibus ad quos presens scriptum‖ peruenerit. salutem in domino sempiternam facta mortalium ideo rediguntur in scripta. ne propter obliuionem cito‖ subtrahantur noticie posterorum. Qua propter nouerint vniuersi presentis temporis et futuri nos bono et deliberato ani‖mo contulisse et dimisisse tytulo iuris pheodalis fratri. nostro karissimo. Nobili domino Iohanni Comiti holtzacie‖ et stormarie in recompensam beneficiorum debitorum et grauium obsequiorum. suo nobis fideli inpensorum iuuamine inpri‖ma adepcione nostre Regie Dignitatis Terram nostram ymbriam. quam inantea habebit possidebit et hereditabit‖ in omnes suos veros heredes ab eo tam masculini quam feminini generis descendentes et nostre collacionis et dimissionis‖ auctoritate dictus frater noster et sui heredes omnes perfrui debent eadem cum omnibus suis attinenciis in iuribus‖ iudiciis prouentibus libertatibus commoditatibus cum proprietate et condicionibus singulis prout nobis et nostris progenito‖ribus hactenus pertinebat. deb[ebi]t tamen inde nobis et nostris veris heredibus danorum Regibus facere homagii.‖ fidelitatis debitum sacramentum. Vt autem premissa robur optineant perpetuum firmitatis. presens scriptum‖ fecimus nostri sigilli munimine roborari Datum lubeke. anno domini M°. CCC. vicesimo octauo In die beati Andree apostoli.

*Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel an blauer Seidenschnur. Reg. Dan. *1492.*

1328. Novbr. 30. **667.**

Christof, König der Dänen und Wenden, Herzog von Esthland, bekennt, dem Grafen Johann von Holstein und Stormarn 20 000 Mark Cöln. Silbers schuldig zu sein und verpfändet ihm für die Hälfte dieser Summe die Insel Laaland.

Cristophorus dei gracia Danorum slauorumque Rex Dux estonie Omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino. Tenore presencium pub‖lice protestamur nos esse obligatos fratri nostro karissimo. Nobili domino domino Iohanni. Comiti holtzacie et stormarie. in viginti milibus marcarum‖ puri argenti Coloniensis ponderis. Pro cuius debiti medietate. scilicet pro Decem milibus marcarum puri argenti sibi recognoscimus impigno‖rasse et dimisisse Terram

nostram lalandiam cum omnibus suis attinenciis. iuribus. iudiciis. redditibus. prouentibus. libertatibus. venacionibus‖ et condicionibus singulis prout nobis et nostris progenitoribus hactenus pertinebat, vt ipse et sui heredes ea sine quouis obstaculo pacifice et‖ libere perfruantur Donec eis de dictis Decem milibus marcarum puri argenti vbi decreuerint in lubeke vel kylone plena persolucione ad ipsorum‖ placitum satisfiat, Sed medio tempore quo dicta. Decem. milia marcarum integraliter persoluta non fuerint nullum a nobis et nostris heredibus‖ in dicta Terra impedimentum vel obstaculum pati debent. Immo eos in libera et quieta possessione et fruicione illius tenebimur pro omnibus‖ defendere fideliter et tueri. eciam eis plenam damus auctoritatem monetandi in sax kopinghe et liberum faciendi cambium in Meo‖nia et falstria. sine dacione precambii sicut consuetum fuit ab antiquo. In hiis omnibus premissis vel aliquo premissorum si aliquid obstaculi vel‖ brige passi fuerint. Nos illud totum tenebimur disbrigare. De aliis vero Decem milibus. marcarum puri argenti Nos eidem nostro fratri‖ Quingentas marcas puri in Carnispriuio proxime venturo et. mille. ac quingentas. marcas puri. quam cito in Regnum Dacie peruenimus‖ de prima pecunia quam qualicunque modo habere potuerimus persoluemus, Insuper infesto beati michahelis proxime futuro. Duo milia. marcarum puri‖ necnon ineodem festo anni postea sequentis Tria milia marcarum puri, Et in vltimo termino qui erit. in Anno domini. M⁰. CCC⁰. Tricesimo primo‖ in dicto festo beati Michahelis iterum Tria milia marcarum omnium puri argenti finaliter persoluemus ad ipsius nostri fratris beneplacitum et fauorem‖ Pro quibus ad rehabendum et recuperandum nostrum Regnum nos iuuabit cum Centum. viris. dextrariis et armis expeditis. vel cum pluribus‖ si necesse fuerit. sed summa necessitate nobis ingruente nos iuuabit toto posse suo sub nostris periculis et expensis. Et quicquid racione nostri seruicii‖ vbicumque locorum receperit periculi siue dampni in captiuitate hominum perdicione Castrorum. municionum. Terrarum. equorum. aut qualiumcumque aliarum‖ rerum quod nobis racionabiliter poterit demonstrari. illud totum nos tenebimur refundere in estimacione possibili loco et terminis satisfacien‖do secundum quod diffiniendum et arbitrandum duxerint milites. duo ex nostra. et duo. ex parte nostri fratris ad hoc deputandi. Qui cum a fratre nostro‖ requisiti fuerint in certo loco conuenient et diffinient dolosa absentacione dilacione et excusacione exclusa penitus et semota. In quorum omnium‖ euidens testimonium presens scriptum nostro sigillo fecimus roborari. Datum lubeke Anno domini. M⁰. CCC⁰. vicesimo octauo In die‖ beati Andree apostoli.

In dorso *(s. XV.)*: littera cristoferi regis Dacie in qua recognoscit se teneri domino Iohanni Comiti holtzacie in XX milia marcarum puri argenti pro cuius summe medietate sibi et heredibus suis terram lalandie impignorauit.

*Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Doppelsiegel des Königs an blauer Seidenschnur. s. Reg. Dan. *1493.*

1328. Decbr. 23. **668.**

Papst Johann (XXII.) überträgt dem Boccius Riquardi *eine Domherrnstelle zu Ripen und läßt ihn im Besitz der Pfarrei* Bioldorp *im Bistum Schleswig. Als* exemtores *werden u. A. genannt: der Abt* loci dei, *der Propst von Schleswig.*

Avinione X. Kal. Jan. an. 13.

Regest in Nye Kirkehist. Samlinger IV. S. 203.

1328. **669.**

Heinrich, Graf von Schwerin, und Johann, Graf von Holstein und Stormarn, Herr von Laaland, Falster und Fehmarn, berichten dem Papste Johann XXII. über das Kurrecht der Herzöge von Sachsen (Lauenburg).

Sanctissimo in cristo patri ac domino. domino. Iohanni diuina prouidencia. Sacrosancte Romane ac vniuersalis Ecclesie summo Pontifici‖ Hinricus dei gracia Comes zwerinensis. Necnon Iohannes Eadem gracia Comes Holtsacie et Stormarie. Terrarumque‖ lalandie. valstrie et ymbrie Dominus. Cum recommandacione se ipsos. et deuota pedum oscula beatorum. Relacione nunciorum‖ Illustris principis Domini Erici. Saxonie. westualie. et angarie ducis. Sacri imperii archimarscalci ac eciam publica‖ fama referente. Ad noticiam dicti domini Erici Ducis ac nostram peruenit. Quod apud sanctitatem vestram quis inter predictum‖ Dominum Ericum ex vna. et Dominum Rodolfum parte ex altera Duces saxonie vocem in electione. Sacri Romani Imperii‖ debeat optinere dubium sit exortum. Nos igitur cum certa dominia in terris nostris. videlicet. Slauie. necnon Holt‖sacie et cetera in feudo a dicto domino Erico teneamus. Sanctitatem vestram ad requisicionem prefati domini Erici Ducis in quantum per‖ experienciam didicimus reddere duximus cerciorem. et presentibus litteris nostris sanctitati vestre significamus. quod a progenitoribus nostris‖ et senioribus ita accepimus. Quod Duces Saxonie partem orientalem ipsius Ducatus tenentes. Cui terra Hadelerie est‖ annexa. quam partem nunc tenet Dux Ericus predictus. Et presertim senior inter ipsos. vocem in electione Sacri Romani Imperii‖ duntaxat debeat obtinere. Ac progenitores et fratres ipsius domini Erici et ipse Ericus. fuerunt et sunt in possessione vel‖ quasi iuris Eligendi regem Romanorum. Temporibus etenim progenitorum nostrorum et nostris Illustris princeps. Dominus Io‖hannes ipsius domini Erici pater et in propria persona. Magnificum principem. Rodolphum cum ceteris coelectoribus suis et comprin‖cipibus regni in Regem Romanorum Elegit. Posthec vero Imperio vacante per mortem dicti Rodolphi. ipso eciam Iohanne‖ Duce sublato de medio. Iohannes et Albertus ipsius Iohannis liberi fratres sepedicti domini Erici nunc Ducis regem‖ adolphum elegerunt. Quo iterum defuncto et imperio vacante. Lupus de suartenbeke. ac Iohannes de Crummesse‖ Milites. de speciali mandato. dictorum Iohannis et alberti. Cum ceteris principibus et veris electoribus admissi. Dominum Hinricum‖ de lutzelenborch in Regem Romanorum Elegerunt. Quo iterum defuncto et vacante Imperio. Dominus Iohannes sepedicti‖ domini Erici frater senior inter ipsos a ceteris coelectoribus suis ad huiusmodi electionem euocatus. ipso Erico presente et consen‖ciente. Lodewicum tunc Ducem bawarie in Regem Romanorum elegit. Item quod ad dictum dominum Ericum et suos dictam‖ partem ducatus Saxonie tenentes. spectauerit et spectet ius eligendi tantum. patet ex eo. quod ad ipsum dominum Ericum‖ predictum tamquam ad arcimarscalcum sacri Imperii ab omnibus principibus orientalibus. Ducibus. Comitibus baronibus. et ce‖teris Nobilibus in omnibus causis de iure et de facto appellatur. qui eciam supradicta bona sua feudalia ab ipso recipi‖unt et se vasallos suos fore recognoscunt. Et Nos recognoscimus eiusdem fore vasallos interris nostris‖ supradictis. Item quod de predictis omnibus et singulis. In partibus saxonie. westualie. angarie. Marchionatus brandenburgensis‖ Slauie, Holtsacie et aliis locis vicinis fuit et est publica vox et fama. ac publica et notoria fuerunt et‖ sunt in locis supradictis a tanto tempore cuius contrarii memoria non existit. In quorum omnium euidenciam ad‖ requisicionem sepedicti domini Erici ducis. Sacri

imperii arcimarscalci. Sanctitatem vestram de predicto dubio infor||mando sigilla presentibus duximus apponenda. Datum anno domini. Millesimo. Trecentesimo. vicesimo Octauo.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Die Siegel der Grafen an Pergamentstreifen. S. H. U. S. II. S. 68. Sudendorf, Registrum II. 95. Mecklenb. U. B. VIII. 4884. Reg. Dan. 2053. s. Sudendorf. a. a. O. 97—100.

1328. **670.**

Heinrich Klein von Arivitroth (?) beurkundet die Grenzscheide zwischen den Dörfern Eigelstorp, Arnsfelde und Woldenhorn einerseits und Grofs- und Klein-Trittau und Krumbek andrerseits, welche erstere Graf Johann von Holstein und Stormarn mit dem Kloster Reinfeld gegen die letzteren austauscht.

Omnibus presens scriptum concernentibus Ego Hinricus Parvus de Arivitroth cupio fore notum, quod cum fieret permutatio villarum Eigelstorp, Arensfeld et Oldehorn et paludis bei Mohr, per Nobilem virum Dominum Iohannem, Comitem Holtsatiae et Stormariae, cum religiosis viris Dominis Abbate et Conventu de Reinefelde pro villis ipsorum, videlicet Trittau minori et maiori ac Crumbeke, Ego cum ceteris, qui ad huiusmodi specialiter vocati fuerimus ex precepto et iussu prefati Domini Comitis, disterminationem predictae paludis Beyemohr et terminorum eius distinctionem fideliter disterminavi et perequitando designavi et distinxi. Primo enim vadunt de loco qui Ridders Roth dicitur, vsque Weldiges Roth, et inde usque Spikers Roth, et inde per rivum qui Rie dicitur, descendendo usque in Schelen Horst, et inde per descensum Rie, qui circuit Prentes Horst usque in Gahrwische Brok, et inde per descensum Reif Rivi usque in Rumers Brok, et inde per descensum rivi, qui vadit in horokesten, usque in Bollbrugge, et inde per descensum hubberdes Rie usque in campum Iohannisdorpe et Beyenmohr, usque in rivum qui Ouwe vulgariter nuncupatur. His terminis disterminandis et disterminatis presens adfui et cum ceteris sequistris perequitando iuste determinavi, et in huius testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

Datum Anno Domini 1328.

Dies non est additus. Concordat cum suo Originali.

Dazu die Notiz: Litterae Iohannis Comitis Holtsatiae et Stormariae, concernentes fines et disterminationes Villarum Eigelstorp, Arentsfelde, Woldenhorn, quarum dato 1328 in festo S. Benedicti Abbatis[1]) easdem distinctiones et fines tradunt, quas subsequentes litterae in se haberent eo tamen addito, his litteris confectis et finibus inspectis, eos omnes interfuisse quorum termini praedictas villas et earum iura tangebant, interfuerunt Consules Hamburgenses Nicolaus Franchoser et Nicolaus de Monte.

Sigillum salvum, qui insidet equo habet certicam in Clypeo, et duas urticas, unam in capite, alteram in tergo equi.

[1]) *März 21.*

Nach einer buchstäblichen Kopie des Archivars Dr. Beneke: „einer alten Abschrift in einem die Walddörfer betr. Bericht von ca. 1650, welcher in zwei Exemplaren völlig gleichlautet.“

B. bemerkt dazu: Die Echtheit der Urkunde ist ebenso zweifelhaft als die Korrektheit der Abfassung. Das Archiv der Walddörfer ist nach Dr. Kellinghusens Mitteilung 1842 verbrannt.

1329. Jan. 18. **671.**

Erich, Propst von Hamburg, befiehlt dem Lande Ditmarschen, dem Erzbischof von Bremen den altüblichen Willkomm von 500 Mark Pf. zu entrichten.

Ericus dei gracia Hamburgensis Ecclesie prepositus. Vniuersis ac singulis Ecclesiarum et Capellarum . . rectoribus per prepositurам Hamburgensem constitutis seu eorum vices gerentibus‖ quibus presens mandatum exhibitum fuerit, salutem in domino sempiternam. Dudum nobis exposuit querulose venerabilis pater noster et dominus. borchardus bremensis Ecclesie archi Episcopus‖ quod cum vniuersalis terre Thetmarcie Inhabitatores et Incole ab antiqua et hactenus obseruata consuetudine quingentas marcas denariorum in iocundo aduentu cuilibet. archiEpiscopo‖ exhibere teneantur et offerre, Ipsi tamen in non modicam Domini nostri et Ecclesie sue bremensis lesionem dicte consuetudini vicem legis optinenti temerarie contraire et prefatam quingentarum‖ marcarum summam violenter et notorie retinere et subtrahere moliuntur. Nos Igitur nostre defensionis aminiculo, domino nostro et Ecclesie sue predictis succurrere volentes quantum possumus‖ vt tenemur. vobis et cuilibet vestrum sicut alias in Capitulo nostro mandari publice, et auribus omnium et singulorum fecimus inculcari, in virtute sancte obediencie et nichilominus‖ sub pena excommunicacionis sentencie, quam sex dierum monicione premissa, quorum duos pro primo duos, pro secundo et reliquos duos pro tercio ac pro peremptorio termino assignamus‖ in vos et vestrum quemlibet proferimus in hiis scriptis si nostris non parueritis mandatis, districte precipiendo mandamus, quatenus adhuc ad cautelam, que superhabundans non videtur‖ afferre nocumentum, licet alias monueritis, eosdem moneatis et propensius requiratis publice in vestris ecclesiis de ambone kylsemaken. Thetleuum de wintberghe, Nicolaum‖ oldages son. theden Iohan son. Nicolaum zweneken son. ricquardum de vlede, aduocatos, Ceterosque pociores terre thetmarcie videlicet Nicolaum boyenbeneken son. Maneken‖ ficken boyen son. herder zwineken son. volkolfum cristiani filium. henneken maken witededelues son. Macken macken stuuesson. henneken volquerdes son. lenzeken to bordorpe‖ vresen et nicolaum filium suum, sylef van hopen. Iohannem herenpeters son. ludeken oppenbutle. ruffum Iacobum. herdinck filium hilleken et thidemannum fratrem suum. Iohannem‖ vorwiben sone. suel et fratrem suum Nicolaum pribeken. hydden halleken son. vos boden son. Reymer van wesling. poppen mûter. zagher buteken. radolfum de loghe. Nekels[1])‖ vonwyben son.[2]) zagher hubbeken son. stille Iohanne, radolfum volkolues son. Reymer hyddes son. bernewolt. rode sylif. et brun. Clawes wadde. reymer woldeges son. wrang‖he. hydde ranke. kersten greten son. stilleken. theden oden son. Clawes hellen, marquard vocken son. thode. boye sasseke. yerreboyenson. herder dancleues son. wythe suwel. Ni‖colaum byl. ruffum reymarum. detleuum voth. Echardum vorn yden son thymmonem plûz. groteherdinck. Ierre kanne. boye syborgesson. Nigelde hollincstede. herderhalliges‖ sone. yebe de swinerhusen. arneken de delue. yebe kersten son. Iohannem vor ghadelen son et maken fratrem suum. volcer van houede. Merten van borstel. Iohann hylleken son. stokelet‖ Reymer wiben son. Eneke de tensebotele. Ottonem de ruscede. Iohan boye wlues son. grote otto van tensebotele. Hoseke schath. ac omnes et singulos terre thetmarcie pociores quorum‖ nomina sciueritis vel scire potueritis, vt infra mensem a tempore prime monicionis computandum continue, quem terminum eis et eorum cuilibet pro prima, secunda et tercia ac pro peremptoria monicione‖ prefigimus Domino nostro archi Episcopo predicto de quingentis marcis sibi racione Iocundi aduentus sui, vt premittitur, debitis satisfaciant cum effectu. Alioquin

dicto mense transacto qui‖ pro monicione Canonica ut premittitur interpellat, Ipsos aduocatos et pociores terre thetmarcie prenominatos et eorum quemlibet, quos vel quem inuocato cristi nomine excommunicamus in hiis scriptis‖ excommunicatos singulis diebus dominicis et festiuis, pulsatis Campanis, et Candelis extinctis publice in vestris ecclesiis nuncietis. Et, si quod absit, aduocati et pociores terre thetmarcie supradicti‖ qui non solum per se satisfacere verumquidem cum sint rectores policie ad satisfaciendum alios [3]) coartare efficaciter astringantur, per quindenam immediate sequentem in contumacia et rebellione‖ perstiterint extunc sine exspectacione alterius mandati propter eorum contumaciam in quacumque parrochiarum vestrarum visi fuerint vel aliquis eorum visus fuerit, ibi quamdiu moram traxerint continue et‖ post, eorum recessum per vnum diem cessari precipimus penitus a diuinis, ad interdictum si eorum meruerit proteruitas processuri, Scire vos et vestrum quemlibet volentes, quod contra negli‖gentes quoslibet et rebelles inquantum de iure potuerimus procedemus. In Hiis exequendis, alter alterum non exspectet. In signum execucionis nostri mandati vos qui requisiti fueritis presentes‖ litteras vestris sigillis, sub penis premissis reddite sigillatas. Datum Hamborch anno domini M°. CCC°. XXIX°. ipso die prisce virginis que fuit XV. kalendas mensis februarii nostro sub sigillo‖ Huiusmodi vero execucione facta. quiuis vestrum. presens nostrum mandatum immediate sine mora sub penis predictis alteri dirigere non omittatis. datum hamborch ut supra.

[1]) *am Rande:* Iohannem de Stella. [2]) *am Rande:* Dede mertenes son. [3]) *übergeschrieben.*

Original im Hamb. Archiv. 14 Siegel von 22 in Fragmenten erhalten.

1329. Jan. 20. **672.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs die Gebrüder von Wedel dem Hamburger Kapitel 3 Mark 8 Schilling Einkünfte aus dem Dorfe Sasel für 39 Mark Hamb. Pf. verkauft haben.

Omnibus presencia visuris seu audituris. Nos Iohannes dei gracia Comes Holtsacie et stormarie volumus‖ esse notum quod constituti in nostra presencia. Nycolaus. Hinricus et Iohannes filii Hinrici pinguis dicti‖ de wedele militis pie memorie quondam fidelis nostri. vendiderunt Capitulo. Ecclesie Hamburgensi‖ trium marcarum et octo solidorum redditus. iure hereditario possidendos. in villa sasle recipiendos an‖nis singulis in festo beati Mychaelis. de denariis iudicialibus et primis prouentibus in mansis ad hoc‖ specialiter deputatis. pro triginta et nouem marcis denariorum Hamburgensium quorum denariorum triginta mar‖ce pertinent ad prebendam frederici leonis. quondam Canonici Hamburgensis et residue nouem marce ad‖ camerariam eiusdem Ecclesie Hamburgensis. Mansi autem de quibus dicti redditus persoluentur sunt hii.‖ Mansus in quo nunc antiquus verest habitat soluit duodecim solidos. mansus in quo hince‖ wruke habitat soluit duodecim solidos, Item Iohannes de sasle de tercio manso dat duodecim‖ solidos. Iunior verest dat quindecim solidos de manso et quartali. Item de tribus quartalibus. arghe‖make nouem solidos persoluit. Saluis nichilominus et semper exceptis redditibus. quos Capitulum dicte‖ Hamburgensis ecclesie habuit prius in eadem villa sasle in mansis predictis. Si vero dictum censum predictorum‖ inhabitatores. non dederint termino supradicto. Capitulum sepedicte Ecclesie Hamburgensis pandandi‖ huram suam. vel colonos dictorum mansorum Hamborch arrestandi. vel eciam eundem censum per censuram‖ ecclesiasticam exigendi habebit liberam facultatem.

In quorum omnium et singulorum testimonium si‖gillum nostrum. vna cum sigillis predictorum fratrum presentibus est appensum. Sed quia Iohannes frater iunior. proprio‖ sigillo caruit. sigilli Nycolai fratruelis sui vsus fuit. Datum. Anno domini.‖ Millesimo. CCC°. XX° nono. In festo beatorum fabiani et Sebastiani.

Original im Hamb. Archiv. Die vier Siegel am Pergamentstreifen wohl erhalten.

1329. Febr. 22. 673.

Das Kloster Lüne tauscht vom Kloster Scharenbek (Marienbek) die Zehnten in Vasleuestorpe *und eine Hufe in Hitbergen gegen seine Besitzungen auf Kirchwärder ein.*

Vniuersis et singulis presens scriptum visuris uel audituris, Gherlacus dei gratia prepositus et conuentus Monasterii in Lune, salutem‖ in omnium saluatore, Tenore presentium recognoscimus publice protestantes, Quod vnanimi consilio et consensu, utilitate nostra in hoc multi‖pliciter ponderata religiosis et deuotis viris dominis Theoderico abbati et conuentui Monasterii Riui sancte Marie Cyst. ordinis via‖ permutationis pleno et perpetuo iure possidenda dimisimus omnia bona nostra in insula kercwerdere tam in agris quam edificiis‖ cum omni libertate, iustitia et utilitate quilibet hec bona usque in presens possedimus et potuissemus futuris temporibus possedisse.‖ recipientes ab eodem abbate et conuentu decimam tam maiorem quam minutam in villa vasleuestorpe, et vnum mansum liberum in villa‖ hitberghe cum omni iure ac proprietate sicut dicti dominus abbas et conuentus usque ad hec tempora bona habuerunt huiusmodi, ad‖ habendum in possessione perpetua, Ducentis et decem marcis denariorum nobis superadditis et solutis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris sunt appensa. Datum Lune anno domini. M°. CCC°. XXIX. In cathedra sancti petri.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Zwei Siegel an Pergamentstreifen.

1329. März 1. 674.

Heinrich Blomenberg überträgt seiner Tochter Elisabeth, Nonne in Ütersen, 1 Mark Rente aus seinem Besitz in Ottensen auf Lebenszeit.

Dominus Hinricus blomenberch resignauit filie sue Elizabeth, moniali in vtersten, redditus vnius marce, in bonis suis sitis in Tottense ad tempora sue vite, Post obitum eius reuertentur ad legitimos heredes, et si ipsa bona venderentur, nihilominus obtinebit redditus supradictos, Mychaelis dabitur census, Item Hinricus frater eiusdem Elyzabeth resignauit ei redditus. I. marce in hereditate Heleri Creken, vt sita est in parrochia sancti Iacobi. que eciam post suum obitum ad heredes sui fratris reuertetur. Et si isti redditus redempti fuerint ante obitum dicte Elyzabeth, tunc amicorum consilio ponentur ad alium locum certum, Actum kalendas marcii.

Lib. contractuum fol. 37 im Hamb. Archiv.

1329. März 19. 675.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs Heinrich von Hamme, Thesaurar in Hamburg, sein Bruder Otto und sein Neffe Heinrich dem Hamb. Kapitel 4 Mark Rente aus dem Dorfe Lütjensee für 30 Mark Pf. Lübsch. verkauft haben.

Iohannes dei gracia comes holtsacie et stormarie vniuersis cristi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Nouerint vniuersi tam presentis temporis quam futuri. quod dominus Hinricus thesaurarius hamburgensis et otto frater suus necnon Hinricus fratruelis eorum dicti de hamme de nostro consilio et licencia speciali uendiderunt honorabilibus uiris dominis decano totique capitulo ecclesie hamburgensis pro quinquaginta marcis denariorum lubicensium. quatuor marcarum redditus in villa Luttekense de primis prouentibus duorum mansorum quos hermannus linowe et hinricus dictus vruweke nunc colunt. singulis annis infra octauam beati Martini expedite persoluendos Iudicio tamen maiore et minore ipsis et eorum heredibus libere reseruato. Si vero predictos quatuor marcarum redditus dictorum mansorum inhabitatores prefatis dominis in dicto termino vt premittitur expedite non soluerint. decanus et capitulum hamburgensis ecclesie predicte habebunt auctoritatem huram suam pandandi uel eosdem colonos hamborch arrestandi. uel dictam huram per censuram ecclesiasticam exigendi. Supradicte quidem pecunie triginta marce pertinent ad memoriam domini Reyneri quondam uicarii hamburgensis et alie viginti marce ad memoriam Iohannis dicti de Ek quondam ciuis hamburgensis. Causa tamen specialis amicicie. memorati domini concesserunt predictis de hamme et eorum heredibus quod huiusmodi redditus infra quamlibet octauam pasche pro dicta pecunie summa in ciuitate hamborch expedite prefatis dominis persoluenda. reemere poterunt quandocumque eis uidebitur expedire. In cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillis predictorum de hamme presentibus est appensum. Datum anno domini M⁰. CCC⁰. XX⁰ nono dominica reminiscere.

Lib. cop. cap. fol. 110b im Hamb. Archiv.

1329. März 26. [1291. Decbr. 28.] 676.

Johann, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, bestätigt dem Kloster Reinfeld die Schenkung seines Oheims über Äcker zu Kronsmoor.

In nomine domini Amen Vniuersis hoc presens scriptum visuris seu audituris Iohannes dei gracia comes holtzacie et stormarie et de schowenburgh salutem in domino sempiternam Cum abbas et conuentus monasterii de reyneuelde quondam ut asserebant emissent agros sub aratro iacentes in curia cronesmore a felicis recordacionis domino Iohanne patruo nostro quondam comite holtzacie et super huiusmodi contractu litteras eiusdem domini Iohannis patrui nostri vero sigillo ipsius sigillatas veras et integras que per quendam fatuum maligno spiritu ductum lacerate fuerunt dicti abbas et conuentus nobis humiliter supplicarunt quatenus dictum contractum et in eo contenta ratificare et approbare ac nostris litteris firmare et roborare dignaremur Tenor vero litterarum patrui nostri talis erat Io dei gracia comes holtzacie Omnibus presencia visuris salutem in domino sempiternam Notum facimus vniuersis ad quos presens scriptum peruenerit quod nos agros sub aratro iacentes in curia cronsmore dominis de reynevelde pertinente ab omni exactione et peticione exemptos esse volumus et immunes dum aliqua fit peticio causa nostri quod presentibus protestamur Datum anno domini M⁰. CC⁰. XCI⁰. In die Innocentum Cum igitur de premisso contractu et de veritate ac integritate tam tenoris quam sigilli cordule dictarum litterarum et laceracione psarum postea subsecuta nobis facta fuerit plena fides nos dictorum abbatis et conuentus iustis supplicacionibus merito annuentes ne ob probacionis defectum

possit veritas deperire predictum contractum ratificamus et approbamus et presentibus litteris firmamus et roboramus et nichilominus ex certa sciencia dictos agros cum suis iuribus pertinentiis ac aliis superius expressatis ex habundanti dimittimus abbati et conuentui supradictis ac volumus quod presentes littere super premissis omnibus et singulis faciant plenam fidem eciam si nulle alie probaciones uel littere producantur In quorum testimonium presentes litteras sigilli nostri appensione iussimus communiri Testes huius rei sunt magister Iohannes gulo canonicus lubicensis Dominus Daniel prothonotarius noster canonicus hamburgensis, Marquardus stake aduocatus harmannus clenedenst consul lubicensis et thidericus albus ciuis ibidem et quam plures alii fide digni Datum et actum lubeke Anno domini Millesimo tricentesimo vicesimo nono Dominica qua cantatur Oculi mei semper ad dominum.

Cop. Bordesh. fol. 72b. s. Bd. II. Nr. 781. Westfalen II. 60.

1329. März 26. 677.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, dafs die Gebrüder von Wedel dem Hamburger Kapitel 4 Mark Einkünfte aus Bergstedt und Tremsbüttel für 50 Mark Hamb. Pf. verkauft haben.

Omnibus presencia visuris seu audituris. Nos Iohannes dei gracia Comes Holtzacie et Stormarie volumus esse notum. quod constituti in nostra‖ presencia. Nycolaus. Hinricus et Iohannes. filii Hinrici pinguis dicti de wedele milites pie memorie quondam fidelis nostri vendiderunt‖ Capitulo Ecclesie Hamburgensis. pro Quinquaginta marcis denariorum Hamburgensium. Quatuor marcarum redditus. de prouentibus primis. quorundam man‖sorum. in villis Bergstede et Tremettesbutle. annis singulis. infra octauam beati Mychaelis in ciuitate Hamborch expedite persoluendos,‖ Mansi quidem de quibus dicti redditus dabuntur sunt isti. de villa bergstede de manso quem bolcke faber colit dabitur vnus modius‖ siliginis, de manso in quo nunc make faber habitat, vnus modius siliginis, Item de manso. quem Henneke Tymmonis et Detleuus‖ colunt, vnus modius siliginis, de manso Iohannis burmestere vnius modius siliginis. de manso Iohannis filii. Egken vnus modius‖ siliginis. de manso Hannemann, vnus modius siliginis. de manso. Eleri, vnus modius siliginis. et de manso quem Iohannes Ec‖hardi colit. vnus modius siliginis. annis singulis persoluetur. Item in villa Tremetesbutle. de dimidio manso quem Iohannes wiseke‖ colit. viginti quatuor solidi et de tercia parte mansi quam Make kylman colit. duodecim solidi persoluentur. Si vero dictos redditus eorundem‖ mansorum inhabitatores non dederint termino supradicto. Capitulum dicte Hamburgensis Ecclesie pandandi huram suam. vel dictos Colonos‖ Hamborch arrestandi. vel huiusmodi redditus per censuram ecclesiasticam exigendi habebit liberam facultatem, Causa tamen specialis ami‖cicie Capitulum predicte Hamburgensis ecclesie. concessit prefatis fratribus de wedele. quod dictos redditus infra quatuor annos. proxime nunc venturos re‖emere poterunt. pro pecunia memorata in ciuitate Hamborch persoluenda. quod si non fecerint sepedicti redditus Ecclesie Hamburgensi perpetuis temporibus‖ pertinebunt. . predicti eciam redditus pertinent ad altare domini Hoyeri vicarii Hamburgensis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillis‖ dictorum fratrum de wedele presentibus est appensum. Sed quia Iohannes de wedele frater iunior proprio sigillo caruit,

sigillo Hermanni de lasbeke vsus|| fuit. Datum Anno domini. Millesimo. CCC°. XX°. nono Dominica Oculi.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen. Siegel der zwei Wedel und des Lasbeck an Pergamentstreifen.

1329. März 28. **678.**

Johann, Bischof von Schleswig, gewährt allen den Nonnen in Schleswig Hülfe Spendenden vierzigtägigen Ablafs.

Uniuersis presentes litteras inspecturis, Iohannes miseracione diuina Episcopus Sleswicensis, salutem in domino sempiternam|| Quoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus siue bonum fuerit siue|| malum oportet nos diem messionis extreme operibus misericordie preuenire, ac eternorum intuitu ea semina||re in terris, que reddente domino multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciam que tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam sempiternam. volentes igitur iuxta officii nostri debitum, de clausura monialium in sleswich nostre dyocesis sollerter intendere, vt moniales ibidem sancte a publicis et mundanis conspectibus separentur omnino valeant seruire deo liberius, et lasciuiendi oportunitate sublata, eidem, corda sua et corpora in omni sanctimonia diligentius costodire, ad quam quidem clausuram de nouo faciendam, multa requiruntur edificia sumptuosa, que absque nostris et aliorum fidelium elemosinis, perduci non possunt feliciter ad effectum vnde vniuersitatem vestram Rogamus attentius, et in domino exhortamur, vobis nichillominus in remissionem peccatorum iniungentes, quatinus de bonis vobis a deo collatis, ad opus tam pium tamque necessarium pias elemosinas et grata caritatis subsidia conferatis, vt per hoc et alia bona que Domino inspirante feceritis possitis ad eterne beatitudin[nis gaudia] peruenire, Nos igitur de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum auctoritate confisi, omnibus [vere] penitentibus et confessis, qui ad dictum opus manum porrexerint adiutricem. XL dierum indulgentias cum vna [kar]ena misericorditer in domino relaxamus. Dummodo extra nostram dyoc ad hoc accesserit dyocesani, voluntas et consensus, In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum in castro nostro Swauestath anno domini. M°. CCC° XXIX tertia feria post Dominicam qua cantatur Oculi.

Original im Archiv des Klosters St. Johann vor Schleswig. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Zeitschrift Bd. VI. Repertorien S. 110 Nr. 5. Reg. Dan. 2056.

1329. April 9. **679.**

Burchard, Erzbischof von Bremen, setzt die Höhe des Ackerzehnten für das Kloster Neumünster fest.

Vniuersis presencia visuris seu audituris Borchardus dei gracia sancte Bremensis Ecclesie|| Archiepiscopus Salutem in domino sempiternam, Noueritis, quod ab honorabilibus et religiosis viris|| preposito et Conuentu canonicorum regularium in Nouo Monasterio nostre Bremensis|| Dyocesis nobis humiliter extitit supplicatum ut de decimis ad dictum Monasterium|| spectantibus, et de eorum solucionibus

declaracionem facere dignaremur, Nos igitur de consensu nostri Capituli, vt dolus et fraus in decimarum solucionis amputetur|| presentibus declaramus, ac eciam predecessorum nostrorum declaraciones circa solucionem deci||marum predictarum, factas approbamus, quod quilibet qui predicto Monasterio decimam dare te||netur habens aratrum quocumque eciam tempore anni arauerit et de quolibet aratro deci||mam integram videlicet modiolos, sex siliginis vsualis mensure quolibet anno dare|| et exsoluere teneatur; In cuius declaracionis et approbacionis testimonium sigillum nostrum|| presentibus duximus apponendum. Datum Breme Anno domini. M°. CCC°. XXIX. Dominica Iudica me deus.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Muhlius, Hist. cen. Bordesh. S. 513. Cop. Bordesh. fol. 5b. Westfalen II. 105.

1329. Mai 13. **680.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, Graf Gerhard, Domherr zu Hildesheim, Halberstadt und Minden, und Graf Erich, Dompropst in Hamburg, übertragen dem Stift Obernkirchen eine Hufe in Wichmenstorpe.

Nos Adolphus Dei gracia Comes Holtzacie et in Scowenborch Gherhardus Hildesemensis Halberstadensis et Mindensis Ecclesiarum canonicus, nec non Ericus Hamburgensis Ecclesie Prepositus fratres eadem gracia Comites ibidem recognoscimus presentibus publice protestantes quod ad petitionem domine Helene matris nostre nobis dilecte et pro salute animarum nostrarum mansum unum in campo Wichmenstorpe situatum quem Thidericus Dominus Wackeruelt a nobis in pheodo tenuit et assensu fratris sui Domini Iustacii plebani in Lesse in manus nostras libere resignauit omni iure et proprietate ad eundem mansum pertinente sicut nos et nostri progenitores hactenus ipsum habuimus damus et in hiis scriptis dimittimus ecclesie et conuentui in Ouerenkerken specialiter ad Officium Sacriste perpetuis temporibus obtinendum Renunciamus igitur omni iuri quod nos in dictum mansum vel heredes nostri possemus in posterum suscitare. Dantes eidem Ecclesie in Ouerenkerken presens scriptum sigillo matris nostre et nostris sigillis communitum in testimonium euidens super eo Actum et datum Anno Domini M°. CCC°. Vicesimo nono Tercio idus maii.

Wippermann, Regesta Schauenburgensia 313 b. Urkundenbuch von Obernkirchen 176.

1329. Mai 14. **681.**

Junker Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, trägt seinem Knappen Heinrich von Welzede auf, seinem Kaplan Dietrich auf dem Pferde 100 Mark Hamb. Pf. auszuzahlen.

Dei gracia Domicellus Adolfus Comes Holtzacie et Schowenborg strennuo|| famulo suo Henrico de welzede seniori. salutem et noticiam subscriptorum|| Rogamus vtique volentes quatenus occasione qualibet postergata predilecto|| nostro Capellano Domino Tiderico vppenperde sacerdoti des Centum marcas|| denariorum Hammenburgensium de prima pecunia que tibi nostri nomine vsquam poterit|| deriuari. Ista nullatenus pretermittas si Nobis in aliquo volueris compla||cere. In huius euidenciam secretum nostrum presentibus est appensum. Datum Dominica Iubilate. anno domini M°. CCC° vicesimo Nono.

Original im Hamb. Archiv. Siegel des Grafen am Pergamentstreifen.

1329. Mai 17. **682.**

Marquard Homor, Marquard Witt, Heinrich von Wedel und Heinrich von Lasbeck verbürgen sich dem Hamburger Kapitel für 3 Mark Hamb. Pf. Rente aus einer Hufe zu Sprenge.

Uniuersis ac singulis presencia uisuris seu audituris. Nos marquardus homor. Marquardus albus. Hinricus de wedele et hinricus de lasbeke armigeri notum esse volumus et presentibus protestamur. quod constituimus ac facimus in hiis scriptis. nos et quemlibet nostrum insolidum. vna cum dicto marquardo homor pro ipso honorabilibus uiris dominis . . preposito . . decano et capitulo ecclesie hamburgensis debitores principales pro tribus marcis denariorum hamburgensium nomine census vnius mansi sibi ad beneplacitum eorum locati sine edificacione domus. quem consueuit habere magister ciuium in uilla sprenghe. singulis annis. quam diu idem marquardus dictum mansum coluerit in ciuitate hamborch infra quamlibet octauam beati martini persoluendos expedite. Promittimus eciam insolidum ut supra pro dicto marquardo. quod omnino sine contradictionis obstaculo deserere debebit dictum mansum. quando sibi predictum fuerit per dimidium annum. eciam si esset melioratus per eum melioracione que ghar dicitur et dictos dominos ne altari locare possint cuicumque voluerint, aliqualiter impedire non debebit. Si vero marquardus sepedictus deserere vellet dictum mansum. ipse dominus memoratus similiter ante per dimidium annum intimabit. Ceterum adicimus. quod non debet colonos dicte ville sprenghe nec aliarum uillarum ecclesie talliare seu exactionare. vel ad seruiendum sibi cogere. vel aliqua eisdem colonis grauamina quomodolibet irrogare. nisi posset a dictis dominis quod aliqua facerent sibi seruicia specialiter obtinere. quod si quod absit fecerit. ad satisfaciendum dictis dominis pro singulis iniuriis. dictis colonis per eum illatis. et pro tribus marcis predictis persoluendis singulis annis vt premittitur. volumus obligari. et nos ex nunc ut extunc obligamus in hiis scriptis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum hamborch. anno domini M°. CCC°. XXIX. feria quarta post Iubilate.

Lib. cop. cap. fol. 136 a im Hamb. Archiv.

1329. Juni 9. **683.**

Heinrich, Graf von Schwerin, und Junker Albrecht von Mecklenburg verbünden sich mit dem Herzog Erich und Junker Albrecht von Sachsen.

Wi Hinrich greue tů zwerin. vnde Albert Iunchere tů Mekelenborg van der gnade godes bekennet in desser scrift, Dat wi mit vnsen heren. hertoghen‖ Erike vnde Iuncheren alberte van sassen ghedeghedinghet hebben also hir na bescreuen steyt. Queme dat also dat vnser manne genich edder erer‖ knechte wellic. hertoghe Erike vnde Iuncheren Alberte van Sassen de vorbenomet sint. edder ere man. borghere. ofte huslude vorvinghen mit‖ roue. eder mit dufroue. mit brande dat openbare were. schuldeghet me vse man. borghere. eder huslude vmme desser stucke genich. des‖ schulde wi den. deme beschuldeghet vorbringen binnen virtegnachten. sic aftonemende also hir na bescreuen steyt. De ghoderhande‖ lude schullet sic des afnemen malk sulf drudde siner vrǒnt de vmberopen sint eres rechtis. Dat sulue recht schulden se dǒn vor ere knechte‖ De stadman edder Coppman de schal sic weren des mit siner vrǒnden sulf vifte de eres rechtis vmbesprokene lude sin. De husman sulf‖ seuede siner vrǒnt de vmberuchtet sin.

Desse were de moghen se hebben enewerve. anderwerve. tů dem drudden male scholen se vor‖ wnnen wesen eres rechtis. were dat also dat genich man dessen dinghen wedderstan edder wesen wolde. vnde worde wi van hertoghen‖ Erike vnde Iuncheren alberte de vorbenomet sin gheladen. des schulle wi en volghen. oft se vns dat virteynecht vore tů wetende don‖ mit sestich mannen vp orsen vp vse eghene kost. wint. vnde vorlis. mit ener blyden. vnde eneme werke. vnde scholen ok desse vorbe‖nomede heren volghen also verne also ere land keren. Desse vorbindinghe vnde vrede de schal stan nu van pinxsten vor over ver iar‖ vppe dat desse dingh stede vnde vast bliuen des hebbe wi Greue hinrich van zwerin. vnde Iunchere albert van Mekelenborch vnde vse‖ riddere. hinrich rauen. Iohan Lutzowe. bolto hasencop vnde wipert lutzowe dessen vorbenomeden heren intruwen louet vnde betughet‖ dat mit vnsen Inghesegelen. Desse bref de is ghescreuen tů Dutzowe na godes bort Dusent Drehundert Iar in dem neghen vndetwin‖tegesten Iare des vridaghes vor pinxsten.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Zwei Siegelstreifen. Sudendorf, U. B. VII. 49. s. M. U. B. VIII. 5060.

1329. Juni 11. 684.

Dietrich, Abt, und das Kloster zu Scharenbek sichern dem Herzog Erich dem Älteren von Sachsen für die von ihm gekauften Ländereien in Kirchwärder den Rückkauf zu.

Nos frater Theodericus Abbas. Totusque conuentus in Schermbeke. Tenore presencium recog‖noscimus ac testamur quod illustris princeps dominus ericus dux senior saxonie libertatem tri‖ginta iugerum et dimidii in kercwerdere ab ipso emptam pro triginta marcis hamburgensium denariorum‖ reemere poterit quolibet anno in kathedra sancti petri apostoli si tamen reempcio infra nati‖uitatem cristi et epyphaniam per dominacionem suam nobis fuerit intimata Insuper libertatem‖ nouem Iugerum to deme se decem Iugerum to deme temple. sedecim Iugerum to der‖ holake et quinque iugerum cum dimidio ad liberos agros nicolai van dratlop pertinen‖cium emptam ab eodem pro quinquaginta marcis denariorum hamburgensium reemere poterit in kathedra‖ sancti petri cum nobis ante nunciatum fuerit termino prius dicto. Confitemur eciam quod nostri‖ coloni predicta bona libere colentes ad aggeres et defensionem terre que lantwere dicitur‖ cum generalis necessitas exegerit et omnes coloni terre eiusdem iam predicta fecerint tunc et ipsi‖ vna cum incolis terre omnibus, hec eadem premissa facere tenebuntur In cuius Rei‖ Testimonium nostre ecclesie sigillum presentibus est appensum. Datum anno domini. M°.‖ CCC°. XXIX° In die beati barnabe apostoli.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Siegel des Klosters anhängend. Sudendorf, U. B. IX. 183.

1329. Juni 18. 685.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs Lambert und Marquard Strus dem Hamburger Kapitel eine Rente von 5 Scheffel Weizen aus einer Hufe zu Bunningstedt für 20 Mark Hamb. Pf. verkauft haben.

Vniuersis ac singulis presencia uisuris seu audituris. Nos Iohannes dei gracia comes holtsacie et stormarie cupimus fore notum. quod Lambertus et mar-

quardus fratruelis suus dicti strus de nostro consensu et licencia vendiderunt honorabilibus uiris dominis preposito. decano totique capitulo ecclesie hamburgensis. redditus quinque modiorum siliginis hamburgensis mensure in ciuitate hamborch singulis annis infra octauam beati martini. de primis prouentibus mansi eorum in bunningstede, quem wildich de engenhusen nunc colit expedite persoluendos. pro viginti marcis denariorum hamburgensium ipsis integraliter persolutis. Huius pecunie sedecim marce pertinent ad memoriam magistri Iacobi de stendal. et alie quatuor marce ad memoriam frederici Leonis quondam canonici hamburgensis. Si vero prefati mansi inhabitatores dictam siliginem debito tempore non dederint. dicti domini pandandi huram suam. vel per censuram ecclesiasticam exigendi. seu eiusdem ville colonos hamborch arrestandi. habebunt liberam facultatem. et si predicti redditus per aliquem inbrigati fuerint. Lambertus et marquardus dicti strus predicti. ipsos disbrigabunt. Insuper memorati domini. prefatis Lamberto et marquardo dictis strus. ex speciali amicicia et fauore concesserunt, quod huiusmodi redditus infra sex annos continuos reemere possunt pro pecunia predicta in ciuitate hamborch in festo penthecostes ipsis persoluenda. quod si non fecerint sepedicti redditus apud ecclesiam hamburgensem perpetuo remanebunt. In cuius rei testimonium. sigillum nostrum vna cum sigillis dictorum Lamberti et marquardi strus presentibus est appensum. Datum hamborch. anno domini. M° CCC° XXIX° in die sancte trinitatis.

Lib. cop. cap. fol. 111a im Hamb. Archiv.

1329. Juni 28. 686.

Christof, König der Dänen und Wenden, Herzog von Esthland, beurkundet, dafs er Herzog Albrecht von Sachsen für seine Hülfe gegen die Dänen 1000 Mark Silbers schuldig sei, verpfändet ihm dafür die Münze zu Randers, verpflichtet sich, keinen Frieden mit dem Grafen Gerhard zu schliefsen, ohne dafs dieser des Herzogs Forderungen an ihn befriedige, und verspricht ihm überhaupt vollen Schadenersatz.

Datum Lubeke Anno domini Millesimo Trecentesimo XXIX. in vigilia apostolorum Petri et Pauli.

*Sudendorf, U. B. VII. 217 nach einem Transsumpt von 1393 im Staatsarchiv zu Hannover. Reg. Dan. *1508.*

1329. Juni 29—Juli 5. 687.

Christof, König der Dänen und Wenden, gewährt der Stadt Kiel einen Platz auf den Schonischen Märkten.

C. dei gracia Danorum Slauorumque rex, Omnibus presens scriptum cernentibus, salutem in domino sempiternam. Noueritis quod nos ad instanciam nobilis‖ viri Domini Iohannis, Comitis Holtzacie, nostri fratris predilecti, exhibitoribus presencium ciuibus in kyl, vnum fundum siue locum in nundinis nostris scaniensibus‖ dimisimus, in quo tabernas suas possint construere et inhabitare annis singulis tempore nundinarum predictarum. Concedimus etiam eis ex‖ gracia speciali, omnes easdem libertates et gracias in hiis dictis nundinis, quas cetere ciuitates slauie et maritime a nobis et pro‖genitoribus nostris inipsis nundinis habere liberius dinoscuntur. Ceterum ipsis ex eadem donamus gracia singulari, quod,‖ quando aliquis eorum ciuium kylensium, pro licitis et honestis

negociis regionem nostram volens visitare, vel forsan cupiens ad aliam re‖gionem nauigio pertransire, ex permissione diuina naufragium paciatur, omnes res et bona ipsius naufragi, quas et que infra tri‖duum poterit adlitare vel quocumque alio modo appulse fuerint vel adiecte, siue ipse naufragus presens fuerit siue absens de mero iure et proprie‖ sint illius qui eas et ea possederat antequam huiusmodi naufragium pateretur; singulas eciam gracias, donaciones, ac libertates vni‖uersas, quas ab omnibus nostris progenitoribus aliquibus autenticis litteris, vel aliquo legitimo documento se habuisse docere poterint‖ quoquomodo, ratificantes et stabilientes, in hiis scriptis firmiter approbando; vnde per graciam nostram districte prohibemus, ne quis aduo‖catorum nostrorum, vel eorundem officialium, seu quisquam alius qui ibidem pro loco et tempore fuerit, ipsos ciues de kyl, super loco et liber‖tatibus predictis presumat aliquatenus molestare, prout indignacionem nostram et regiam vltionem voluerit euidencius euitare. In cuius‖ rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum kylis in nostra presencia, Anno domini M⁰. CCC⁰. vicesi‖mo nono, infra octauas beatorum apostolorum petri et pauli, Testibus Domicello, Ottone nostro filio. Hinrico splith milite, Dominis‖ bundone, Benedicto dicto krabbe, boo presbiteris, nostris capellanis, ac magistro Iohanne fabro nostro prothonotario predilecto.

*Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Rest des Siegels an grün-rot-gelber Siegelschnur. Reg. Dan. *1511. S. H. U. S. I. S. 486. Hans. U. B. II. 488.*

1329. Juni 30. 688.

Elisabeth, Herzogin zu Sachsen, Engern und Westfalen, und ihr Sohn, Junker Albrecht, verpflichten sich, in der Stadt Mölln oder deren Gebiet keine Burg oder Befestigung anzulegen.

Nos Elizabet dei gracia ducissa saxonie angarie et westfalie, nec non domicellus albertus eiusdem gracia dux ibidem‖ omnibus, tam presentibus, quam posteris, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in eo‖ qui est integra, et vera salus, Recognoscimus in hiis scriptis et publice protestando‖ nos, de maturo, et libero arbitrio nostro, toti vniuersitati, nostre Ciuitatis et opidi molne‖ libertatem subscriptum simpliciter prestitisse, istam videlicet, quod intra Ciuitatem, vel extra Ciuitatem‖ Molne super bona Ciuitatis, aut Ciuium, vt agros, aut Campos, cultos, et incultos, quos vniuersi‖tas, vel ciuium aliquis suos de iure vendicare poterunt, nullum castrum, vel munimen perpetuis‖ temporibus construemus, presertim, omni iure et proprietate, quo, vel qua, vniuersitas, dicte‖ nostre Ciuitatis, sub nostris antecessoribus, ac progenitoribus huc vsque vsa est, eodem iure et proprie‖tate, sub nobis nunc, et nostris heredibus et successoribus in futurum, libere, et absque perturbacio‖ne, perpetuo perfruetur, Ceterum vero dicta vniuersitas nostra, ita ydonee erga nos, et nostros‖ se regere debebit heredes, quemadmodum queuis vniuersitas sibi Ciuitatum generaliter obligatur‖ et obedire sicut sueta est, dominis suis veris, et legitimis obedire, de quo dicte vniuersitati‖ nostre fidem creditiuam simpliciter adhibemus, Vt autem premissa omnia firma, et illesa‖ permaneant, presentem litteram conscribi iussimus, et sigillorum nostrorum appensione roborari,‖ Datum anno domini, M⁰. CCC⁰. XXIX⁰. in die commemoracionis beati pauli apostoli.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegel an Pergamentstreifen. v. Meyern, Gründliche Nachricht von Herrschaft und Vogtey Möllen, Beil. Nr. 9.

1329. Juli 1. **689.**

Die Insel Fehmarn unterwirft sich dem Grafen Johann von Holstein.

Vniuersis presentia visuris seu audituris nos iurati terre ymbrie, Consules in Borch, ac communitas tocius terre, Salutem in domino Sempiternam, Tenore presencium‖ recognoscimus pupblice protestando, quod discordia que exstiterat inter verum nostrum dominum dominum Iohannem Comitem terre Holsacie, Stormarie et Lalandie, ac Ymbrie‖ terre nostre, compositio in hunc modum est facta, quod nos iurati, consules ac communitas tocius terre, domino nostro uero, Comiti Iohanni terre holsatie stormarie Lalandie atque‖ ymbrie, ac suis veris heredibus, resistere uel opponere non debemus in aliqua causa uel parte, terram suam ymbrie alienando, Super quod nos promisimus, Hasso Boter‖man de Mummindorp, Marquardus Wlf, Herdir vorreyger, Wolderic, Woldow, hinricus Drake, Marquardus de Blisekindorp, de Oinndorpe Bole grim Erph Bruc‖camp, Tideman Mule, Claus kath, de Alberstorpe, Petrus Claussen, Hanne Brutlach, de Tessekind, Tidericus Dreussen, Wolderic, Petrus Welmsen, De Nige Gelders‖torp Io Schat, Martinus Elirssen, de Sartindorp, Ciffridus de Oldegeldstorpe, Claus Trobe, De Bishopisstorp Bole Claus Tulin swagher, De Vaderstorpe hinricus‖ Riquardissen, Ianeke, Claus wimer de Gammindorp, Wolder krusinsen, kothe, herder kerstinsen, De Scherpingesdorp, wilberstorp wolder Ouensen Tode Middelmote, Tanko Schor‖ben, de Parrochia Peterstorp, Bruneswirt kerstin Beyger de Lemenekind, Iacobus Plos kerstin Minnekinsen, Bůlehamne, hamme, De Goldendorp, wedeke, wnner, de Suldestorp, Claus ykensen, Grote Reymarus, wadde de Rutze, Sthen, Ianekinsen, Peter Eykinsen, Cobind, Claus Sul, Riquardus merrinsen, de Bogymdorp, Mathyas‖ Ede kerstinssen de Marlovistorpe Claus Wigerdessen, Claus Sulleinch, Willekin De Slawistorpe Claus Blicke, Claus heymekinsen, Iungghe Iohan, Iuneke Dreussen‖ de Denschendorp, henneke Sone, Claus koning Brune Iohan, Cyrich kalo . . henne de wenekindorp Bolequant De Parrochia Bamerstorpe hinricus hild‖brant Io Schat, de Todindorp Stuyke, Claus Tidemannissen, de Putgardin Siber, Peter kut, Riquart woldoghe. Peter Stake de Porezen Grote Ditleuus‖ Sul de Clausterope Grone Odde Ianeke de Parrochia Borch, wlfardus Erpissen herdir in Monte soyle, Claus hughe, Silip, herman Schelinswagher, hosic, Reymer‖ kruse, Iohan ving, schele siger, Claus vercropin, de Markelsterop, Claus voghit, Claus wittensen, De Nyendorp Io vos, Rike wilher, de Galindorp Iohan willer Minnekinsen‖ Damtisdorp, Rode wolder, henneke Diderkissen hinze clippingh Nanne Schowirt, slobersterop helricus Burowe Claus Siuerdissen, Metzindorp Peter syric Claus zilifissen, alber Buwinsen‖ wise Ede, Sarnisdorp Godemann et Claus Godemannissen solidum fide data, etiam si aliqui predicte terre ymbrie domino nostro uero, domino Iohanni Comiti, et suis heredibus se opponere uellent quod apsit,‖ tales fidefragos, qui wlgariter dicuntur vredebreker, statim inpediemus, et nos cum adiutorio aduocati, Domini Iohannis, domini nostri Comitis supradicti, iudicamus tales fidefragos‖ prout ius talium requirit. preterea, si aliqui fidefragi terre ymbrie in ciuitatibus, castris, opidis, uillis et ubicunque locorum, inuenti fuerint, siue profugi, siue alio modo pena mortis‖ diiudicabuntur, extunc per nos, uel per nostros nuncios, uel cum litteris erimus prompti domino nostro, Domino Iohanni Comiti terre holsacie ac nostre, ad huiusmodi negocium prosequendum, cum fuerimus requisiti, Testes huius facti sunt isti infrascripti, Ditlevus de Bucwolde, Emecinus de Santberghe volradus de Reuintlo milites, Conradus de Athyndar, Iohannes de‖ hattorpe, Iohannes de Schepinstede, hinric de bucholte consules de

Lubeke, et alii quam plures fide digni, In cuius rei testimonium, sigillum nostre, cum sigillo opidi in‖ Borch presentibus sunt appensa, Datum, Anno domini M°, CCCXXIX, in Octaua sancti Iohannis Baptiste.

*Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Rest eines Siegelstreifens, zwei Siegeleinschnitte. Reg. Dan. *1512. s. Zeitschrift der Gesellschaft Bd. X. S. 71ff.*

1329. Juli 6. 690.

Ritter Ludolf und Heinrich, Gebrüder von Scharfenberg, vergleichen sich mit dem Hamburger Kapitel, demselben 160 Mark Lüb. Pf. Schadenersatz in bestimmten Terminen zu bezahlen.

Vniuersis ac singulis presentes litteras inspecturis. Nos Ludolphus et Hinricus milites fratres dicti de scarpenbergh, notum esse volumus et presentibus‖ protestamur. Quod cum inter honorabiles viros dominos . . prepositum . . Decanum et Capitulum hamburgensis ecclesie ex vna et Nos parte ex altera. super‖ quibusdam dampnis et iniuriis dictis dominis in bonis eorum illatis. dissensionis materia foret grauiter suscitata et diucius agitata, tandem composicio‖ amicabilis mediante domino Hinrico de hamme, eiusdem ecclesie Thesaurario intercessit in hunc modum. Quod Nos dictis dominis . . preposito. Decano et Capitulo‖ hamburgensis ecclesie, pro omnibus et singulis dampnis et iniuriis supradictis, Centum et. sexaginta. marcas. denariorum lubycensium, exsoluere volumus et de‖bemus, in certis terminis et temporibus infrascriptis infra muros Ciuitatis hamburgensis expedite. videlicet. quadraginta marcas denariorum in festo sancti Mar‖tini episcopi proxime nunc instanti. Item in festo Pentecostes immediate sequenti. quadraginta marcas denariorum. Item in festo sancti Martini episcopi‖ anni futuri, quadraginta marcas denariorum. Et in festo Pentecostes iterum immediate sequenti, quadraginta marcas. denariorum. lubicensium, pro quibus Nos, volradus‖ miles. et Marquardus famulus fratres dicti de tzwle. Thetleuus de tzwle. Marquardus et volquinus dicti de scarpenbergh famuli, ac Ludolphus‖ filius domini Hinrici de scarpenbergh militis predicti, et quilibet nostrum nos in solidum vna cum iam dictis militibus. Ludolpho et hinrico fratribus de scar‖penbergh dictis. eisdem dominis . . preposito . . Decano et Capitulo hamburgensis ecclesie, debitores principales facimus et constituimus in hiis scriptis. pro‖mittentes bona fide. quod temporibus, loco et modo premissis, dictas. Centum. et sexaginta. marcas denariorum. lubicensium, ipsis dominis integraliter exsol‖uemus. Quod si non fecerimus, extunc in festo sancti Nicolai episcopi proxime nunc venturi, vna cum prefatis militibus. Ludolpho et Hinrico‖ fratribus de scarpenbergh Ciuitatem hamborch intrabimus, nec inde exibimus donec memoratis dominis . . preposito . . Decano et Capitulo ham‖burgensis ecclesie. Quadraginta marcas. denariorum lubycensium. exsoluerimus in parata pecunia vel in amicicia eorundem. Item si festo pentecostes‖ immediate sequenti iterum de quadraginta. marcis. denariorum. lubicensium tunc soluendis non satisfecerimus, extunc in festo Natiuitatis Iohannis‖ baptiste proxime sequenti ut prius Ciuitatem hamborch intrabimus, inde non exituri. donec ipsis satisfecerimus in parata pecunia seu‖ fauore. Insuper si in eisdem terminis videlicet, sancti Martini episcopi et pentecostes anni futuri. et semper in quolibet eorum. quadraginta‖ marcas denariorum lubycensium vt premittitur non exsoluerimus, extunc in festo sanctorum, Nicolai episcopi, et Natiuitatis Iohannis baptiste immediate tunc‖ sequentibus, prefatam Ciuitatem hamborg simili modo intrabimus inde

non exituri, donec ipsis satisfecerimus in parata pecunia vel aliud ab‖ eis optinuimus causa amicicie specialis. preterea si aliquis fideiussorum predictorum medio tempore decesserit quod absit, Nos Ludolphus et Hin‖ricus milites fratres de scarpenbergh supradicti, infra Mensem postquam requisiti fuerimus, alium loco eius eque dignum et ydoneum statuemus.‖ quod si non fecerimus, extunc ambo eandem Ciuitatem hamborch intrabimus, si autem vnus nostrum in partibus non fuerit filius eius senior‖ intrabit pro eo inde non exituri, donec alium loco eius statuerimus eque dignum. In quorum omnium et singulorum euidens testimonium‖ sigilla nostra presentibus duximus vnanimiter apponenda, Actum et datum Lynowe, Anno domini. Millesimo. Trecentesimo vice‖simo nono. In Octaua apostolorum petri et pauli beatorum.

Original im Hamb. Archiv. 6 Siegel fragmentarisch, 2 Siegelstreifen.

1329. Juli 10. 691.

Christof, König der Dänen und Wenden, Herzog von Esthland, belehnt den Ritter Johann Cale mit einem Hofe in Seedorf.

[Nos C]ristoforus dei gracia danorum slauorumque rex dux Estonie omnibus presens scriptum cernentibus sal[utem‖ in domino sem]piternam Nouerint vniuersi presencia visuri uel audituri. quod nos. Iohanni dicto. calen, mili[ti] de heredum nostrorum‖ [con]sensu Curiam nycolai dicti. brun. in zedorp sitam cum omnibus suis attinenciis [propri]etati[bus liber]‖tatibus fructibus iuribus et iudiciis quorum excessus ad quadraginta marcarum cupreorum denariorum et infra se‖[datur pro] ducentarum marcarum redditibus in bonis dicti nyckils. brun. extorquendis et percipiendis concessim[us‖ ti]tulo feodi eo iure libere et pacifice possidendam quo predictus nyckils. brun. eandem curiam [c]um dictis‖ [redditibus li]berius possidebat, et si in redditibus ducentarum marcarum supradictarum in eisdem bonis aliquem defectum pateretur [illum de a]liis bonis eidem supplebimus. quidquid uero dictis ducentarum marcarum redditibus superfuerit hoc nostre burse [et camere applicari de]bebit, de dictis tamen bonis idem dominus Iohannes. cale. ad presens cum tribus viris armigeris et dextrariis expe[ditis]‖ . . . . . dictus Iohannes cale et sui heredes qui pro tempore fuerint in eisdem bonis residenciam fecerint corporalem . . . .‖ . . [ui]ris armigeris et dextrariis expeditis nobis et nostris heredibus cum fidelitatis homagio [tenebuntur‖ expedite sub]uenire qualibet contradictione semota. In cuius rei testimonium secretum presentibus est appensum‖ Datum Luttekenborch. anno domini. M°. CCC°. XXIX°. In die septem fratrum.

*Original im Archiv des Klosters Preetz, zerfressen und beschnitten, ergänzt aus S. H. U. S. I. S. 235. Reg. Dan. *1513.*

1329. Juli 15. 692.

Gerhard und Johann, Grafen von Holstein und Stormarn, schliefsen Frieden.

Wi Gherad vnde Iohan van der gnade godes Greuen to Holsten vnde to Stormeren‖ betüget vnde bekennet in desseme Openen breue. Dath wi alle vse dingh vnde vse‖ scelinghe gvght dar ienich twischen vs worde des got nicht en wille op vse Truwen vnde‖ leuen mannen hebben ghe laten. de hir na screuen stan. wi Gherad van vser weghene‖ op her dosen blocke. her Hartwich van

Reuetlo vnde op Henneken Hummersbutle. wi Io||hann van vser weghene. op her volrad van Reuetlo. Marquard Staken vnde Echard broc||dorpen. Al so dath desse vorbenomeden susse van vser beyder weghene gansze maght|| scollen hebben vs vmme alle scelinghe to vntscedende, vnde wath se spreken twischen|| vs vmme alle scelinghe dar scal vs beyden ane noghen. Vortmer were dath dath|| van dessen sussen vt den dren af beyden siden enman storue. so scolle wi vser en deme dath|| to boret mit den twen dar de durde van storuen is vsen vedderen to sich nemen. vnde wi|| twe vedderen mit den anderen twen scollen vnder vs enen anderen kesen in des doden|| stede. Och scollen desse susse alle de slote de wi nu in deme ryke to Denemarken heb||ben eder noch winnen vnde weruen moghen mit minne eder mit vnminne to sich ne||men vnde scollen se holden van vser beyder weghene to vser beyder hant al so langhe|| bet wi van scult vnde van scaden si ghe nomen. Desse slote de wi nu hebben eder hebben|| moghen scollen desse vorbenomeden susse to sich nemen mit landde vnde mit aller gulde.|| also se in dem ryke be leghen sin. Vortmer were dath dath desse susse vnder sich nicht|| en kunden ouer en werden. wo de meste Menighe van dessen sussen ouer en wert dar|| scal dath recht bliuen vnde wi scollen vs dar ane laten noghen. Vortmer so wanne,|| wi van den sloten in deme ryke to Denemarken sceden sin vnde we scadelos vnde scultlos|| maket sin. vnde de Herscop to Plone loset is so scollen alle desse vorbenomeden deghe||dinghe maghtlos wesen. Desse bref is screuen vnde geuen to der Honsune vnder|| vser beyder ingheseghele. Dusent iar. Drehundert iar in deme Neghen vnde Twinte||gesten iare na godes bort in der twelf apostole Daghe.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Pergamentstreifen mit Siegelresten. Reg. Dan. *1514.

1329. Juli 15. 693.

Papst Johann (XXII.) *gewährt dem Grafen Johann von Holstein und seiner Gemahlin* Mitislaue, *Tochter des verstorbenen Grafen Nikolaus von Wittenburg, für ihre eingegangene Ehe und den darin erzeugten Sohn nachträglichen Dispens wegen des erst nachher zu ihrer Kenntnis gelangten Ehehindernisses, ihrer Verwandtschaft im vierten Grade.* — „Intenta salutis operibus.“

Datum Auinione Idus Iulii pontificatus nostri anno tercio decimo.

Nye kirkehist. Samlinger IV. S. 201.

1329. Juli 23. 694.

Die Gebrüder Grafen Adolf, Gerhard, Domherr von Halberstadt, Hildesheim und Minden, und Erich, Dompropst zu Hamburg, Junker und Erben der Grafschaft Schauenburg, verkaufen dem Kloster Obernkirchen $4^1/_2$ *Hufen in Oldendorpe bei* Kerspowe *mit Hof und Haus, die ihnen die bisherigen Lehnsträger, die Gebrüder Konrad, Arnold, Gerhard und Bodo von Winninghehusen gegen 30 Mark Bremisch abgetreten haben.* — „Vt ea que permansura contrahuntur.“

Actum et datum, Anno ab incarnatione Domini M°. CCC°. vicesimo nono. Decimo Kalendas Augusti.

Wippermann, Urkundenbuch für Obernkirchen 178.

1329. Juli 25. **695.**

Junker Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt mit Zustimmung seiner Brüder Gerhard und Erich dem Rate zu Hannover drei Hufen Landes im Dorfe Gherdene, *die bisher Johann von Stenhus der jüngere von ihm zu Lehen trug.*

Actum et datum anno Domini M⁰. CCC⁰. vicesimo nono, in festo sancti Iacobi apostoli.

Urkundenbuch der Stadt Hannover I. 162 nach dem Original im Stadtarchiv.

1329. Septbr. 1. **696.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, gewährt dem Kloster Scharembek Mahlfreiheit für dessen Windmühle in Kirchwärder.

Ericus dei gratia dux saxonie, Angarie. et Westfalie Tenore presencium publice recognoscimus et testamur. Quod de mera‖ nostra liberalitate graciose donauimus viris religiosis Domino abbati et conuentui in Scherembeke ob fauorem indesinentem‖ ad nos habitum licenciam et facultatem perpetuis temporibus molendi, ac frumenta cuiuslibet generis, ad usus quoslibet terendi in‖ molendino quod uento mouetur in insula que kercwerdere [1]) dicitur, in eorum agris liberis situato nec incolas terre eiusdem prohibebimus‖ in molendino. Damus etiam liberam facultatem cum omni Iure disponendi cum eodem molendino quodcumque premissis viris religiosis‖ placuerit tempore quolibet in futurum. Et si premissum molendinum processu temporis fuerit vetustate consumptum, ex tunc‖ nouum in eodem loco construere poterunt et vti eodem prout placuerit, et eisdem expedierit sub perpetua libertate.‖ Datum louenborch sub Sigillo nostro. Anno domini. Millesimo. CCC⁰. XXIX. In die sancti egidii abbatis.

[1]) 2.: kercwerder.

Original in doppelter Ausfertigung im Staatsarchiv zu Hannover. Siegel des Herzogs am Pergamentstreifen. Sudendorf, U. B. IX. 184.

1329. Septbr. 9. **697.**

Gerhard Friis, Bürger zu Ripen, bekennt, dem Kapitel daselbst 3 Mark Pf. von seinem Hof in Klein-Fardrup (Norder-Fardrup) schuldig zu sein.

Omnibus presens scriptum cernentibus. gerardus dictus friis. Ciuis Ripensis. salutem in‖ domino sempiternam. Constare volo vniuersis, tam presentibus quam futuris, quod Recognos‖co me teneri obligatum Nobilibus viris Dominis Canonicis Ripensibus in Tribus marchis‖ denariorum de Curia mea in liitlæ far thorp quam habui de domina wændæle Relicta‖ Iohannis Tuchi sen. pro anniuersario Iacobi liitærøth bone memorie. quolibet anno‖ integraliter persoluendis. donec Eisdem alios Redditus Trium marcharum in Terris eme‖ro. uel tantam pecuniam assignauero cum qua possunt emere Redditus memoratos.‖ In Cuius Rei Testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno do‖mini Millesimo Trecentesimo. vicesimo Nono. in crastino Natiuitatis beate virginis‖ gloriose.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel am Pergamentstreifen.

1329. Septbr. 20. **698.**

Graf Adolf, Gerhard, Domherr zu Hildesheim und Minden, Erich, Dompropst zu Hamburg, Gebrüder, Grafen zu Holstein und Schauenburg, schenken dem

Kloster Obernkirchen das Patronatsrecht über die St. Martinskirche zu Grevenalveshagen mit den Vikarien und der St. Johanniskapelle zu Bisschepingerode. — „Omnibus et presentibus."

Actum et oblatum Anno ab incarnatione Domini Millesimo trecentesimo vicesimo nono. Duodecimo Kalendas Octobris.

Scheidt, Vom Adel II. 281. Wippermann, Regesta Schauenburgensia 314. Urkundenbuch von Obernkirchen 179.

1329. Septbr. 21. 699.

Claus und Heinrich von der Lieth und die Gebrüder Heinrich Luder und Christian verkaufen dem Kloster Harvstehude den Zehnten in Twielenflet.

Dith is gheschen in deme iare dat ghod gheboren wart. Dusendesten. Drehundesten. Neghen vnde Twinteghesten. In deme hilgen daghe sunte Mathei des apostoles. dat wi her hynric en riddere. Clawes en knape brodere. heren hynrikes sone van der lith. enes ridderes des olden. vnde wi hinric. luder vnde kersten brodere vnde knapen vnde des vorsprokenen heren hynrikes des iungen. mit wlbort. vnde mit rade vnser rechten eruen. vnde vnser vrende hebbet vorkoft deme erliken manne heren willekene deme Proueste to herwerdeshude. Dat is to deme Iuncvrowendale bi hamborch. vnde deme menen conuente. enen rechten kop des ghantzen thegeden to thvilenulete. bi der stad to stade. dede vns to horde kornethegeden vnde smalthegeden. vnde so wat dar van thegeden weghene to boren mach. mit ghanceme eghendome ene to besittende vnde beholdende. also he vse vnde vser elderen was vnde ghe wesen heft bette an desse tit. vor vifhundert vnde sechtich marc hamborger penninge. De de prouest vnde Conuent vs den ersten penning, mit deme lesten ghantzeliken betalet heft. vnde hebbet. Vnde desse gantze theghede dene we vnde vse rechten eruen vor koft hebben. De beghint sic mit Badeken houe buten deme dorpe. vnde endet sic to deme martvlete. dar vnse 'gůt kert. vnde ouer deme martvlete den thegheden ouer enen morghen de de hort Reynolde van Catteshusen. vnde ouer vif hunt de de horet Catteswine van bassenulete. vnde we. vnde vse rechten eruen scolet desses voresprokenen tegheden Deme Proueste vnde sineme Conuente gantce warschap don wanne vnde wor men des van vs begheret. vnde we. vnde vse rechten eruen scolen dessen voresprokenen tegheden vplaten mit handen vnde mit munde vor deme Greuen van schowenborch. wanne de prouest vnde de Conuent ene hebben moghet. Vnde queme ienegherleyge hindernisse in desse stucke de hir voresproken sint. wanne me vns dat kundeghede ofte vnsen rechten eruen, so scole wi dar na binnen achten daghen. in komen to stade. vnde dar nummer vt. Alle desse ding. de hir vore sproken sint. de ne werden gantzeliken gheholden vnde bewaret. vnde dit hebbe we her hynrik. vnde clawes brodere. vnde we hynrik Luder vnde kersten knapen, vnde brodere. De hir vore benomet sint entruwen ghelouet. vnde dessen bref mit vsen Ingheseghelen beseghelet. vnde ik Dyderic en knape. vnde en broder der voresprokenen heren hynrikes vnde Claweses. bekennen des in desseme suluen breue. Dat alle desse dink. vnde desse kop in der voresprokenen vorbindinge. mit mineme rade. vnde miner vulbort vnde miner rechten eruen is gheschen. vnde des to ener openbaren betuginge. so hebbe ic oc min Inghezeghel to deme breue henget. Desser sake der sunt tughe. De erliken lude. Her Nicolaus de abbet. van vnser vrowen van stade. Her Nicolaus de prouest van sunte Iuriane to stade. Her gherlef hern hermannes sone des

schulten en riddere. Allart van merzele en knape. Her daniel van deme kerchoue de eldere. Her luder van haghene. Her olric vamme stenhus borghermestere. gunter. daniel de iungere van me kerhoue vnde dyderik sin broder. de de suster kindere sint des vorbenomeden heren hynrikes. Clawes van byhusen. Meyneke coche. Iohan van deme sande. Iohann vern eylsede vnde Hynrik van hitzewede vnde mer guder lude. Den me wol trvwen mach. Unde desse brev is vt ghegheuen in deme iare vnde in deme daghe. Also hir vore beschreuen is.

Cop. Harvstehud. fol. 30a im Hamb. Archiv. s. 1330. Juli 13.

1329. Septbr. 28. 700.

Christof, König der Dänen und Wenden, Herzog von Esthland, schenkt unter Zustimmung seiner Erben, des Königs Erich und der Junker Otto und Waldemar, seinem Oheim Junker Albrecht, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, das Land Doslande *(Taasing).* — „Nouerint vniuersi."

Datum Copenhauen Anno domini Millesimo CCC° vicesimo nono In profesto beati Michaelis archangeli gloriosi.

Sudendorf, U. B. VII. 219 nach einem Transsumpt von 1393 im Staatsarchiv zu Hannover.

1329. Septbr. 30. 701.

Werner Godonis, Vikar zu Hamburg, verkauft seinen Anteil an der Gerichtsbarkeit des Dorfes Großensee dem Hamburger Kapitel.

Vniuersis ac singulis presencia visuris seu audituris. Ego wernerus godonis perpetuus ecclesie hamburgensis‖ vicarius cupio fieri manifestum. quod partem maioris iudicii ville Grotensame tangentem quod qui‖dem iudicium Honorabiles viri, domini Hinricus de hamme Thesaurarius hamburgensis qui quadraginta marcas‖ exposuit et fredericus dannenbergh tutor meus. quondam dicte hamburgensis Ecclesie vicarius pro se‖ centum marcas et ex parte mea sexaginta marcas denariorum exponens, a Comitibus holtsacie. pro ducentis‖ marcis iam dictis olim emerant sed prefatus dominus Thesaurarius vendidit postmodum partem suam. domino fre‖derico predicto, Honorabilibus viris dominis meis decano et Capitulo hamburgensis ecclesie, ad vsus prebendarum suarum rite et‖ racionabiliter[1]) vendidi pro quadraginta marcis denariorum. mihi in numerata pecunia integraliter persolutis, ita‖ quod fratres mei vel Consanguinei nullam actionem. contra eosdem dominos meos habere poterint vel de‖bebunt occasione partis iudicii supradicti. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appen‖sum. Datum et actum hamborch. anno domini. M°. CCC°. XX°. nono. in crastino beati Mychaelis. presentibus‖ discretis viris dominis. willekino Eueringh et Nicolao de wittenborch perpetuis vicariis ecclesie‖ sancti Petri in hamborch, Conrado dicto wildestorp. et Iohanne pralen. presbiteris. testibus ad premissa‖ vocatis specialiter et rogatis.

[1]) *zu ergänzen:* meam partem.

Original im Hamb. Archiv. Siegel des Ausstellers am Pergamentstreifen.

1329. Octbr. 15. 702.

Papst Johann (XXII.) *beauftragt den Erzbischof Karl von Lund, den päpstlichen Pönitentiar Johann von Nyborg und Peter Gervasii, den Domherrn des h.*

Euodius Uniciensis, *den Grafen Gerhard von Holstein, falls derselbe die der römischen Kirche im Schleswiger Bistum entzogenen Güter und Gelder zurückgegeben und vollen Sehadenersatz geleistet habe, vom Kirchenbann zu lösen.* — „Si nobilis vir."

Datum Auinione Id. Octobr. pontificatus nostri anno quarto decimo.

*Reg. Dan. *1519.*

1329. Octbr. 25. **703.**

Johann, Bischof von Schleswig, bewilligt dem Kloster Loci dei *in Sachen der* Helligbröed *eigene Gerichtsbarkeit über die Hintersassen* (familia) *desselben.* — „Noueritis."

Datum Suawesteth anno domini M CCC XXIX. In die beatorum Crispini et Crispiniani martirum.

Reg. Dan. 2066.

1329. Novbr. 11. **704.**

Christof, König der Dänen und Wenden, belehnt den Herzog Knut von Halland mit dem Herzogtum Esthland.

Christophorus dei gracia. danorum sclauorumque Rex Omnibus presens scriptum cernentibus. salutem in omnium saluatore. Tenore presencium constare volumus vniuersis. presentibus et futuris‖ quod Anno domini. millesimo trisceontesimo vicesimo nono die beati martini Episcopi. Ringstadis Inter nos et liberos nostros Ex vna parte Ac principem nobilem. Dominum Ducem. kanutum‖ in hallandia et samsø. liberos suos consanguineos et fautores ex altera parte sub sufficienti litterarum et promissionum caucione. in modum qui sequitur placitatum Exstitit et condictum. videlicet‖ quod omnes Excessus. Rancores. inimicicie. et dissensionum materie quecunque qualescunque inter nos vsque in presentem diem ventilati. sint in perpetuum annichilati. Ex cordibus nostris Ra‖dicitus exstirpati, nec vmquam ad vindictam decetero Reducendi Nos interim prelibati. Rex Cristophorus et liberi nostri. Ex vnanimi consilio nostro et assensu Ipsi domino Duci kanuto‖ et heredibus suis. post ipsum. Ducatum Estonie. prout Eum vmquam liberius. a corona. Regni nostri. possedimus. Cum Omnibus et singulis Castris municionibus. Ciuitatibus villis forensibus.‖ Reualia wæsenbergh et narwæ. ac omnibus aliis Regalibus. bonis. causis. iuribus. et libertatibus donamus. ac omni iure pheodali assignamus. perpetuis futuris temporibus possi‖dendum ipsum que et heredes suos post ipsum. in corporalem possessionem ipsius Ducatus Estonie iurium suorum et omnium bonorum predictorum. ex parte nostra et liberorum nostrorum introducimus‖ transferentes in eosdem. plenum proprietatis ius et possessionis dominium. ipsum ducatum. Cum omnibus suis adiacenciis. ab inpeticione omnium disbrigatum liberrime Reti‖nendi. Ablata. a nobis et heredibus nostris penitus. omni facultate et posse. ipsum ducatum. cum attinenciis suis prius dictis a dicto domino Duce kanuto et heredibus suis.‖ vllo vmquam adiuuencionis ingenio Reuocandi. Insuper obligamus. nos et omnes liberos nostros. ad mandandum et informandum finaliter. omnes et singulos ipsius ducatus Incolas‖ vt dicto. domino. Duci. kanuto. et heredibus suis. sincere fidelitatis homagium faciant. Reddituri se. ipsis tamquam vero suo principi et domino. obsequiosos et benignos. ad stan‖dum

suis per omnia Requisicionibus et mandatis. Item. promittimus. bona fide media. quod dilectus et fidelis nobis. Dominus henricus. dictus spliit. miles. ipsi domino. duci kanuto vel‖ heredibus suis ipsorum Certis nunciis. prenotatum Ducatum Estonie cum dictis adiacenciis suis. infra proximum festum pentechostes. libere resignabit tam ex parte nostra. quam‖ nostrorum liberorum. Contingente. autem. quod idem dominus henricus. in Resignando. ipsum Ducatum. Et forsan tempore. ineuitabilibus prepedimentis impediatur. Ex tunc sepedictis.‖ domino duci. kanuto vel liberis suis certis nunciis. prenominatum Ducatum Estonie. infra proximum et immediate subsequens festum natiuitatis Iohannis bap‖tiste. sine omni impedimento et dilacione vlteriori. faciemus finaliter. assignari. Ceterum etiam nos fide media. per presentes. astringimus. quod postquam vltra passagium. beltes‖ sund. scilicet. in feonia et iucia. in Regem Recepti fueramus. ac ibidem pro Rege et domino Reputati. Predicto domino duci Kanuto et suis liberis pro premissis omnibus‖ et singulis. que inter Nos. et ipsos placitata sunt, Inuiolabiliter obseruandis. Caucionem consimilem. sub sigillis Dominorum Archiepiscopi et aliorum Episcoporum omnium et suorum capellanorum‖ scilicet in skania et syælandia commorancium sine omni contradictione. debeamus procurare. Vt autem omnia et singula predicta huic presenti placitacioni inserta Robor habeant‖ firmitatis Nec in aliquo futuris temporibus videantur diminuta. Non solum. Nos. verum eciam. Magnificos principes. et dominos. Milites et armigeros infra scriptos. per presentes‖ domicellum Magnopolensem. henricum moltsan Thetleuum de bokwald. Emechinum de Wonsflet. Nicholaum de Ransow henricum mørdæræ. heyne. de Retsow. Con-‖radum moltikæ. wykkonem de lobeke. hermannum de krenmun. nortman. wipertum. lutzowe. henricum de barnacoghe. iohannem de plæsse. Markar‖dum stake. Marqwardum de brochthorp. henricum de brocthorp. et nicholaum de brocthorp milites conradum preen. fikkonem moltikæ. Nicholaum de lobækæ he‖nichinum Møltike. Eggardum brokthorp et godfridum. de molendino. Armigeros. qui omnes et singuli super obseruacione premissorum omnium et singulorum. vna nobis‖cum in solidum. bona fide media promiserunt. In cuius Rei testimonium. sigillum nostrum. vna cum sigillis prescriptorum principum militum et armigerorum presen‖tibus litteris duximus apponendum. Actum et datum anno loco et die supradictis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zehn Siegel an Seidenschnüren.

1329. Novbr. 12. **705.**

Christof, König der Dänen und Wenden, vergleicht sich mit Graf Johann von Holstein.

We Cristofer van der ghnade ghodes en koningh dher denen vnde der wende be kennen vnde be thugen oppenbare in dessen iewardighen breuen dat twisken vns vnde al vnse hulpere af ene sid vnde vnsem leuen broder ghreue Iohan van holsten vnde al syne hulpere af ander sid ghededinghet is en ghanze‖ sone in der wise also hir na be schreuen steyt. Tu dem ersten male lathe we vnde vse rechten eruen. dat ghanze land tu vemeren. tu rechtem lene ghreue Iohan vnde al sinen rechten eruen beyde sonen vnde dochteren na rechtem erue lene ewechliken to besittende mit allem koniglikem rechte vnde‖ mit aller ghulde. vnde we. vnde vnse eruen dar nicht mer op to sakende. Vortmer hebbe we vnde vsen eruen. ghreue Iohan vnde sinen eruen. dat ghanze land tu lalande mit dem hus tu alholme sat in pande vor twintich dusent mark lodeghes suluers

kolnischer wicht. mit allem rechte alse ith|| be leghen is. vnde want we eder vnse eruen. dem ghreuen Iohan vnde sinen eruen beredet dat vorscreuen suluer. also dat em nŏghe. so scollen se vnsz wedder antwerde vnbeworren beyde land vnde slothe tu lalande. Vortmer we vnde vse eruen. setten tu pande dem ghreue Iohan vnde syne eruen de lan||de. Schone vnde Selande, behaluen kalingborch. vnde dat dar tu lighen schal. vnde behaluen dat. dat de van wenden. de van mekelenborch. vnde hertughe knut in den landen hebben. Desse land vnde slote dar ume lathe wi dem ghreuen vnde synen eruen. vor so vele suluers. also he vns rekenen vnde be wisen|| mach redelken. Vortmer sette we ghreue Iohan. vnde synen eruen. dat hus tu hintzeghauel vor dat hus tu kalingborch vnde wat ghulde men leghen scal tu dessen beyden husen. dat man se redelken van holden moghe. dat scal stan van vser weghen. oppe hern Iohan van plesse vnde Clawes van|| lobek. van des ghreuen weghen. op her marquart staken. vnde op Echart brucdorpe. Wer it ok. dat we dat hus tu hinceghauel mit dedinghen eder mit mynne nicht krighen kůnden. so scŏlle we vns dar vor leghen mit al vnser macht. vnde scollen dar nummer sonen eder daghen. wene|| hebben dat hus. is vs des ghreuen Iohane dar tu noth. so schal he vs dar tu volghen mit syner macht also it redelk is ift we en dar to bebodet. vnde wan vs dat hus aller ers wert. so scholle wet dem ghreuen antworden ane weddersprake vmbeworren. vortmer wat van schatte valt|| vppe Iutlande vnde fůne dar scolle we vnde vse eruen. ghreue Iohan vnde synen eruen van laten vp boren den susten penningh. vnde den scollen se opboren alle iar bet in den dach dat se ere suluer ghanzeliken op ghenŏmen hebben. dar em vnse land vnde slote vor stan. Vortmer scal men in den|| vorsproken sloten desser lande de ghreue Iohan van vs tu pande heft. also vele ghulde leghen. also twe dudissche ridder spreken van vnser weghene. vnde twe dudessche ridder van des ghreuen weghene also se er recht dar tu důn willen. dat men desse slote redelken van holden mŏghe|| vnde wat ghreue Iohan vnde syn eruen. bouen de ledinghe desser slote opboren vt dessen landen. dat scollen se vs vnde vsen eruen. rekenen alle iar vnde afstan. an dem suluer. dar en vnse land vnde slote vor stan. Vortmer můthe we wol oft we willen vse boden hebben bi deme schatte den de ghre||ue vnde de syne op boret in dessen landen. dat sulue můt he wol wedder dhun by der opboringhe vses schattes. Vortmer ghreue Iohan vnde de van syner weghen de slote inne hebbet. de scollen vs des vor wissen. so wan de ghreue vnde syne eruen. dat suluer ghanzliken inne hebben dar|| en desse slote vnde land vor stan tu pande. so scollen se vs vnde vsen rechten eruen. de land vnde slote wedder antwerden ane weddersprake vmbeworren. Vortmer de ertzebisscop van luden. sin Capittel. syn kirke. vnde syne menen papen. de scollen mit vns hebben na dessem daghe vnde dar tu|| mit vsen eruen ene ghanze stede sone. Wer ok dat we desse land vol loseden. so scolle we se io by desser sone laten. Vortmer al de ghŏne de bynnen schone vnde selande wonen de scollen ok na dessem daghe mit vns hebben ene ghanze sone vnde mit vsen eruen. by namen her albert albert sen|| marscalk lodeghewes vif. kinder. vnde al ere vrent. her peter nicols sen lukke. vnde prouest Ions syn broder vnde al er vrent. her anders peter sen van allendorp. her anders nicols sen. her anders vnde her peter stiggho. her ketel peters sen. her peter ions sen de kentseller vnde her herman de kerkher|| van syebů. vortmer nicols anders sen. Iohan hasenbergh. hinrik peters sen. Erik ions sen. Aghehase. vnde scolen se laten by al erme ghude rechticheyt vnde vriecheit. dat se redelken be wisen

mo̊gghen vortmer de sone de ghreue Iohan twisscen vns vnde ghreue gherarde dedinghet heft de scal‖ mit vns vnde vsen eruen stede vnde ghanz bliuen. Vortmer nemende an vse sone. drosten lauren. hern offen nicols sen. hern Esschel krak. vnde al de tu vs ghekeret sint. van denen. de scolen by al erme ghode rechteheyt vnde vriecheit bliuen. dat se redelken be wisen moghen. We scollen ok vnde vse eruen‖ hertoghen alberte van sassen syne dedinghe vnde breue holden dhe wy eme ghegheuen hebben. vortmer isses vs noth. so scal vs ghreue Iohan volghen oppe fũne vnde Iutland mit hundert mannen. is des ok noth he scal vs dar volgen mit al syner macht. dat sulue scolle we ome wedder dhůn‖ oppe selande vnde schone malk dem anderem tu helpende vnde welk vser den anderen ladet de scol eme vnde de synen de kost gheuen vortmer vse slote vppe fũne vnde Iutland scolle we be valen na erme rade. hern Iohannes des heren van wenden vnde hern Iohan van plesse. Desse...‖ scollet den ghreuen dar an be waren oft is se suluen an ghinghe. des løuet he en. vortmer de ghene. de van vser weghene oppe fũne vnde Iutland de slothe in nemen scollen. de scollen ghreue Iohanne dat vor noghen. Wer dat we desse vorscreuen sone an ieneghen stukken breken‖ so sc..... by deme ghreuen bliuen mit den sloten bath an den dach. dat wi dat wedder dhun. vortmer de ghene de oppe selande vnde schone van des ghreuen Iohannes weghene de slote scollen in nemen. se scollen vs des vor wissen. Wer dat de ghreue desse vorscreuen sone‖ an ieneghen dinghen breke so scollen se mit den sloten by vs bliuen vnde helpen bet in den dach dat de ghreue vp dat wedder deyth. Wer ok dat we desse dingh nicht en helden. so scollen de van wenden vnde van mekelenborch. mit eren sloten de se an dennemarken‖ hebben werde vse viende. vnde deme ghreuen helpen vnde scollen deme ghreuen volghen mit viftich mannen. vnde scolen vse vigende bliuen bet in den dach dat we dat wedder dhun. vnde dessen viftich mannen scal de ghreue gheuen de kost vnde eren schaden wedder noghen. wer‖ ok dat ghreue Iohan desse vorscreuen dingh an ieneghen stukken breke. so scollen desse vorsproken heren. vs dhun de vorbenomeden hulpe dun. an aller wise also hir vor be schreuen steyt. vortmer wer dat we edder ghreue Iohan desse sone an ieneghen dinghen breke welk‖ vser se breket deme scollen de van wenden vnde van mekelenborch in Dudesschem landen vmbehulpen wesen. vnde syne ridder der van meklenborch sollen im det vor wissen. dat se dat weren scollen wor se mo̊ghen. dat vt synen hauenen vnde landen nen hulpe hebben mugghe‖ nen de desse so̊ne bricht. Vortmer wer dat we hertoghen kanute de sone de twisschen vns vnde em ghe dedinghet an ieneghen stukken breke. so scollen de van wenden vnde de van mekelenborch mit eren sloten de se hebben an denemarken. vnde ok de ghene de van vser‖ weghene op Iutland vnde fune de slote inne hebben bliuen by hertogen kanute. vnde werden vse vigende. bet in den dach dat we dat wedder dhun. vortmer mit desser sone scollen los wesen alle vanghene. de nicht en dinghet hebben. vnde alle reyseghe haue de‖... me vrede gheno̊men is de scal men wedder gheuen. vortmer de koninghinne van sweden. vnde ghreue ghunsels kindere van wittenborch vnde alle dudesschen de vse man sint. se sin we se sin. de scollen al eres rechten erue ghodes. dat se hat hebben. vnde noch hebben.....‖... iken bruken. weret ok dat ieman hadde breue tu vordende op erue ghut deme scolle wi stede des an denemarken en recht is, vortmer de schade de bynnen vrede schen is. de scal stan van vser weghene op hern hinrik moltzan. vnde heren Iohan van plesse. vnde‖ van des ghreuen weghene scal it stan op

den van Oldenborch vnde Echart brucdorp. vortmer wer dat we de borch van kalingborch loseden. er we loseden de slote vnde land de greue Iohan van vs tu pande heft. so scollen de ghene dar wi kalingborch vnde seborch van losen se deme‖ vorsproken greuen antwerden. Wer ok dat we vse land vnde slote van ghreue Iohan vor loseden. so scolen de ghene de kalingborch vnde seborgh inne hebben vs antwerden wanne weit van en losen vor dat suluer war it vor steit. vortmer all desse vorbenumende land schone selande vnde‖ lalande vnde slote dar inne. helsingborch. valsterbode vnde schonvre. Wordingborgh. Seborgh. Corshů. vnde alholm. de late we koning Cristofer. vnde vse rechten eruen. ghreue Iohanne vnde al synen rechten eruen to pande mitt allem konichlikem rechte vnde vriheit mit nůth‖ mit vrucht. mit bede mit scatte. vnde mit allen dinghen de dar van komen mŏghen. also alse se beleghen sint mit kerklen. vnde allen ghestliken lenen. vnde gheuen eme vrige macht tu lenende alle gestlike lene in dessem lande de us moghen boren tu lene...‖ bet in den dach dat we eder vse eruen. van dem ghreuen Iohan vnde sinen eruen desse land vnde slote losen. al[se] hir vorbeschreuen steyt. vnde wer dat dhen ghreuen Iohan oder syn eruen. wil eme desse Land vnde slote tu pande stan. ieman wolde be werren in den landen vnde‖ sloten. dat scolle we vntwerren in minne oder an rechte. kunne we des nicht důn. so scůlle wy vnde vse eruen dat helpen keret mit al vnser macht. vortmer nu en dinghesdaghe vort over achtedaghen scalman leghen enen hof to helsingborgh. dar scal vse koningh‖ Erik allen denen en ghanze sone dhun vmme de dingh de an em ghe schen sint. vnde des negesten mitwekens na deme houe scal greue Iohan. vsen vorsproken sone antwerden vsen ridderen. vnde scal ok op der stede wedder senden alle velich. vortmer dat we vnde vnse‖ erue dessen vorscreuen sone stede vnde vast holde. Dat loue wi vor vntruwen mit vnsen twen sonen. Erik vnde otten. vnde mit vs louet her hinrik moltzan. her hinrik morder. her heyne van Betzowe. vnde her Conrad molteke riddere. Conrad pren. Clawes hane. Vicko. Otto vnde Thideke‖ molteke knechte. Vortmer louet mit vs her Iohan vnde henneke heren van werle. vnde dar tů. her vicko van lobek. her herman van Cremůn her hinric nortman riddere vnde Clawes van lobek eyn knecht. Vortmer louet mit vns Iungher Albert van Meklenborgh. her. Ecpert lutzow‖ her hinrik van barnekow. her Iohan van plesse. riddere. henneke molteke. vnde Ghodeke van der molen. knechte. Desse hebbet mit vns ghelouet vntruwen. vnde er ingheseghele ghe henghet vor desse breue. Dhe sint ghescreuen vndo ghe gheuen in der‖ stat to Ringhstede na der bord ghodes Dusent iar Drehundert iar. neghen vnde twintich iar. des sonendaghes negest na sunte Mertens daghe des hilghen bisscoppes.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zehn Siegel an Pergamentstreifen, vier Siegeleinschnitte. Reg. Dan. 2069.

1329. Novbr. 13. 706.

Papst Johann (XXII.) *befiehlt dem Grafen Gerhard von Holstein, die im Schleswiger Bistum von ihm eingezogenen Güter und Gelder der römischen Kurie herauszugeben und Schadenersatz zu leisten, und stellt dann die Lösung vom Kirchenbann in Aussicht.* — „Infesta dudum insinuatione."

Datum Auinione Id. Nouembr. pontificatus nostri anno quarto decimo.

Reg. Dan. *1520.

1329. **707.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, überträgt dem Kloster Loccum den Zehnten in Groten-Gestorpe.

In nomine domini amen, Nos . . adolfus dei gracia. Comes . . Holtsacie et in Scowenborch, vniuersis cristi fidelibus innotes‖cimus per presentes, Quod accedente nobis voluntate et consensu expresso fratrum nostrorum Gerhardi et . . Erici ac aliorum nostrorum‖ quorum interesse poterat heredum, decimam in Groten Gestorpe cum omni iure suo, quo ad nos pertinebat et sicut eam a‖ progenitoribus nostris et nobis. . . hartbertus miles de mandaslo, et ipsius filii hactenus in retrofeudo tenuerunt, cum eorum‖ eciam consensu, in Monasterium de lucka, Cysterciensis ordinis et Myndensis dyocesis, pro remissione peccatorum parentum nostrorum, ac‖ nostrorum transtulimus et in hiis litteris transfferimus, quiete et perpetuo possidendam, In cuius translationis nostre testimoni‖um, eidem Monasterio facte, presentes litteras nostri sigilli munimine decreuimus roborare, Actum et datum in Greuen‖alueshaghen, anno domini, M⁰. CCC⁰. vicesimo nono.

Original im Archiv des Klosters Loccum. v. Hodenberg, Calenb. U. B. III. (Kloster Loccum) Nr. 733.

1329. **708.**

Burchard, Erzbischof von Bremen, zeigt dem Lande Dithmarschen an, daſs aus der an ihn erfolgten Leistung von Zehnten und sonstigen Abgaben nicht die Befriedigung der dem Hamburger Propsten Erich zuständigen Forderungen zu schlieſsen sei.

Borchardus dei gracia sancte bremensis ecclesie archiepiscopus. iudicibus. aduocatis. et vniuersitati terre thitmarcie. salutem in domino. Vestram discrecionem volumus non latere. quod licet nuper de decimis. censu. ac aliis debitis nobis satisfeceritis. per hoc tamen intencionis nostre non existit. nec esse debuit. sicut nec est. nobilis viri domini Erici hamburgensis ecclesie prepositi iuri sibi competenti racione emendarum eidem debitarum ex eo quod censuram ecclesiasticam paruipendentes ipsam diu sustinuistis animis induratis seu ex aliis causis quibuscumque preiudicium generare aut ei in aliquo derogare. Datum nostro sub sigillo. anno domini M⁰. CCC⁰. XXIX⁰.

Lib. cop. cap. fol. 39b im Hamb. Archiv.

1329. **709.**

Marquard, Bischof von Ratzeburg, und Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, genehmigen die Stiftung einer Vikarie zu Büchen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ne Deuotarum mencium pietatis opus. quod ob salutem animarum‖ cristifidelium. in celo Thesaurizancium memorie dignum sortitur effectum. cum decursu temporis per obliuionem intereat expedit ut in exemplar posterorum‖ Roboretur patrocinio scipturarum Hinc est quod nos marquardus dei gracia Raceburgensis Ecclesie Episcopus necnon Ericus eidem gracia Saxonie westualie‖ et angarie dux Recognoscimus coram omnibus in hiis scriptis. Quod quidam deputati. Electi. seu iurati. Ecclesie beate virginis thorboken‖ bonum utile ipsius ecoclesie pretendentes quandam de nouo vicariam de deposito oblatarum elemosinarum instituunt cum consensu nostro. atque ipsius

plebani‖ ac omnium singulorum quorum interest in hunc modum. videlicet quod eandem vicariam dotabunt ac dotant. cum redditibus annuis sedecim marcarum‖ nummismatis lubicensis per presbiterum possidendam. iugiter et regendam. Eiusmodi eciam redditus. Suo sic assignauit presbitero nouem marcas annuatim‖ tollendas. quarum sex de ipsa villa Thorboken et tres de denariis qui colliguntur in aqua que vocatur. Deluene. et dicuntur arinkpenninghe recipi‖ et omni anno. quas scilicet nouem marcas reddituas. iidem iurati anobis retinent. et sibi pro nonaginta marcis lubicensium denariorum compararunt Ita tamen‖ quod easdem nos aut heredes nostri reemere poterimus. dum nobis expedit pro pecunia memorata. porro ipsi iurati hanc pecuniam in Redditus nouem‖ marcarum ad vsus ipsius presbiteri vicarii commutabunt. Insuper septem marcas de parte oblacionum ipsis iuratis deputatarum prenotato vicario‖ annis singulis ministrabunt. donec redditus sibi valeant comparare. Itaque ergo idem vicarius suo preesse debebit officio in qualibet‖ septimana. quinque missas. vnam pro viuis aliam pro defunctis. que pro salute animarum suarum eidem Ecclesie duas donauerunt Elemosinas. et reliquas tres vero pro beneplacito celebrabit. sub horis tamen competentibus vero plebano. seu ipsius vices gerenti. Terciis ac quartis feriis vacabit ce‖lebrabit prout decuit ipsius arbitrium voluntatis. Preterea si quandocunque plebanus ipsius Ecclesie requirat et indigeat Tunc idem vicarius de missa deputata seu missa iuuando . . . . . pro suo beneplacito celebrabit. Si quid eciam. idem vicarius de votiuis oblacionibus aut memoriis . . . notum plebano titulo.‖ certo veritatis . . . . . presentabit Preterea qui quidem ad emendacionem dicte vicarie uel vicarii. per quoscunque. nomine testamenti. elemosine seu doni quocunque nomine‖ Datum uel assignatum fuerit hoc inter se plebanus et vicarius communiter partientur. Si autem plebanus credere nollet simpliciter veritatis verbo ipsius vicarii‖ hoc inter . . . . cuilibet anni temporibus dum a plebano requiritur suo iuramento verius declarabit. quod nichil sustulerit. de v . . . . . memor . . . testamen‖tis seu quibuscunque piis recepcionibus occultis seu manifestis. quod ipsi plebano posset quomodolibet pertinere. vt autem . . . . . vicarie institut . . . . .‖ preordinatarum obseruantia inviolabiliter perseueret. Nos Marquardus. Episcopus. et Ericus dux patroni dei gracia presens scriptum nostrorum sigillorum munimine dux‖imus roborandum Datum et actum Anno domini M⁰. CCC⁰ vicesimo nono.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Spuren zweier Siegel. s. Meckl. U. B. VIII. Nr. 5009.

[1329.] **710.**

Adolf, Graf von Schauenburg, überläßt dem Bischof Ludwig von Minden den halben Zehnten zu Grindowe *zu Gunsten seines Bruders, des Herzogs Otto von Lüneburg.*

Datum Winsen nostro sub Secreto.

Sudendorf, U. B. I. 248 nach dem Original im Staatsarchiv zu Hannover.

1330. Febr. 25. **711.**

Christof und Erich, Könige der Dänen und Wenden, übertragen ihrem Schwiegersohn, dem Grafen Gerhard von Holstein und Stormarn, die Insel Fühnen als erbliches Lehen und die Anwartschaft auf das Herzogtum Südjütland.

In nomine sancte. et indiuidue trinitatis. . Amen. Cristoforus dei gracia . . Danorum . . Sclauorumque Rex . . . Ericus eadem gracia. Rex Danorum et Sclauorum . . Vniuersis cristi fidelibus|| presentem Paginam visuris seu audituris. Salutem in domino. Cum noticia rei geste. Humanarum rerum multitudinem varii comitantur euentus . . Necesse est ergo ut ea que sub tempore geruntur,|| ne simul cum tempore transeant viuaci litterarum testimonio perhennentur . . Nouerit igitur tam presencium etas quam futurorum felix successio. Quod nos matura deliberacione prehabita. Sanisque|| ducti consiliis. Nobili viro domino Gherardo. Comiti Holtzacie et Stormarie. Genero nostro suisque veris heredibus totam terram Pheonie cum omni iure regio. ac vtili dominio|| Cum vniuersis vasallis habitantibus in eadem. et plane cum omni iure. Commodo. et vtilitate. et cum omnibus et singulis fructibus. prouentibus. et redditibus ipsius. sicut eam possedimus et habuimus|| hucusque dimisimus et Contulimus iure Pheodali temporibus perpetuis. possidendam . . Saluum tamen sit nobis quod insule circa dictam terram Pheonie site et posite que wlgariter øø dicuntur et|| que itinere equestri attingi non possunt. in predicta nostra collatione et inpheodacione minime sunt incluse . . Predictus etenim comes. et sui heredes in successiuam generacionem dictam terram Pheonie. cum|| omni vtilitate et Commodo. sicut domini dominia. Commodius et vtilius tenere et possidere possunt a nobis in Pheodo habere debent inperpetuum pacifice et quiete. Pro hac enim terra et|| collatione libera facta. dictus Comes gener noster et sui heredes nobis et nostris heredibus Cum quinquaginta dextrariatis expeditis armis seruire tenentur et si necesse habuerimus contra quoscun||que Ducatu Sunderiucie et Comite Iohanne holtzacie exceptis nos sequi tenentur toto suo posse sub nostris tamen lucris atque dampnis. Nos eciam Castrum Hincegauele. cum medietate dicte terre|| Pheonie. Comiti predicto presentare et resignare debemus in presenti. Sed Castrum Nyborgh cum alia iam dicte terre medietate. Cum omni iure regio in nostra tenebimus et recipiemus potestate quousque Cas||trum Helsingborgh. nobis fuerit resignando presentatum. Quo facto Castrum Nyborgh cum medietate terre Pheonie quam in nostra habemus potestate. Comiti predicto aut suis heredibus. resignabi||mus et ipse suique heredes totam terram Pheonie ex tunc libere possidebunt sicuti est premissum. . Ceterum si Domicellum waldemarum Ducem Iucie absque legittimo herede discedere con||tingeret extunc. Nos. Comitem predictum et heredes suos de Ducatu Sunderiucie inpheodare tenemur et debemus. quem et actu cum dicto Domicello insolidum inpheodauimus. et postquam|| sepedictus Comes et heredes sui post mortem dicti Domicelli de dicto Ducatu inpheodati per nos fuerint et possessionem ipsius pacificam adepti. ex tunc Comes sepedictus et heredes sui terram|| Pheonie predictam nobis dimittent et resignent et ad nos et regnum nostrum sine omni impedimento et contradictione libere reuertetur. Si uero aliqui contra huiusmodi nostram inpheodacionem|| tam dicte terre Pheonie quam Ducatus Sunderiucie se vellent opponere et Comitem predictum et heredes suos in possessione. dicti Ducatus ac terre Pheonie aliqualiter inpedire. Nos|| totis viribus nostris cum omni fidelitate procurare et efficere debemus quod Ducatum Iucie predictum ac memoratam terram Pheonie possint optinere et possidere pacifice et quiete. . Insuper|| memoratus Comes gener noster et sui heredes in sepedicta terra Pheonie exercere debent et Officiales eorum nomine ipsorum omnia iura et quascumque consuetudines que et quas nos personaliter|| facere et exercere possemus in eadem et litteris suis causas secundum leges regni Dacie in terra predicta Pheonie iudicabunt. . Sepedicti eciam Comes

et sui heredes ius patronatus et presentaciones‖ Ecclesiarum ac beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque prout nobis in sepedicta terra Pheonie conpetere potuerunt possidebunt libere et habebunt. Preterea pro nobis et nostris heredibus‖ plane et simpliciter renunciamus quibuscumque excepcionibus ac subsidiis iuris uel facti. et precipue illo non obstante quo dicitur quod bona Corone de regno Dacie possint minime alienari,‖ quibus dicta nostra Collacio et inpheodacio terre Pheonie possent infringi aliqualiter aut subuerti. Sed sepefatus Comes et sui heredes terram Pheonie predictam cum omnibus suis iuribus‖ ut premissum est quacumque Callida occasione. postposita libere in perpetuum possidebunt. In premissorum omnium euidens testimonium. Sygilla nostra presentibus sunt appensa.. Datum. Anno domini M°. CCC°. Tricesimo. et actum In Ciuitate Rypensi. In dominca qua Cantatur Inuocauit.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei Siegel an Seidenschnüren. Reg. Dan. 2073.

1330. März 4. 712.

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, stiftet eine Kapelle zu Ehren des heiligen Nikolaus vor dem Thore der Stadt Rendsburg.

In nomine sancte et Indiuidue trinitatis amen, Gherardus dei gracia Comes holtzacie et stormarie vniuersis cristi fidelibus presentem paginam inspecturis seu audituris Salutem in eo qui est omnium vera salus Cum perpetua noticia rei geste ex speciali deuocionis affectu quem pro augmentacione diuini cultus ut tenemur gerimus ipsum totis viribus nostris fouere promouere et ampliare singularis sollicitudo nobis a domino tributa nos pertrahit et inducit. Hinc est quod tam presentibus quam futuris temporis successoribus notum esse volumus et lucide protestamur ne presens nostra accio quam perpetuam esse cupimus temporali fluxu capiat detrimentum quod piis et sanis ducti consiliis pro remedio salute animarum parentum nostrorum ac nostra coniugisque nostre quandam Cappellam in honorem beati Nicolai confessoris atque pontificis extra portas nostri opidi Rendesborch construi decreuimus ipsamque pro sustentacione inibi deo famulancium dotauimus in hunc modum Nos enim ante omnia ad vsus dicte Cappelle libere contulimus omnia que infra viam continentur que de Castro Rendesborch directe transit per voraginem que proprie sluse dicitur usque ad eccclesiam beate virginis Marie sitam extra dictum opidum Rendesborch et vltra a dicta ecclesia usque ad terminos opidi iam dicti quicquid enim infra dictam viam et terminos sepedicti opidi usque ad ecclesiam beate marie virginis comprehenditur cum campo quodam loco qui koppelle dicitur cum areis et duobus paruis campis situm versus aquilonem iuxta ecclesiam Beate virginis predictam cum parua eciam domuncula iuxta dictam viam posita versus aquilonem et area dicte domui adiacente ad dictam Cappellam temporibus perpetuis pertinebit Pomerium tamen nostrum infra sepedictam viam sitam in predicta nostra donacione minime inclusum Preterea dedimus et concessimus plenam libertatem omnibus et singulis hominibus volentibus molare ad molendinum Renneuelt vt ad dictum molendinum frumenta eorum deducere valeant et ibidem molare simpliciter et sine pena Duos enim mansos iuxta dictum molendinum sitos cum omni iure commodo et vtilitate inperpetuum et cum omni proprietate et libertate capelle contradidimus memorate. Insuper et totum pratum in Elesbeke[1]) ad vsus capelle sepedicte inperpetuum adiacebit Ceterum discretus vir

dominus Otto de dosenrode presbiter cappellanus noster dilectus quem ad regimen dicte capelle canonice presentauimus de bonis sibi a deo collatis suffragantibus ad hoc quibusdam amicis suis ad dictam Capellam perpetue donauit et assignauit quatuor mansos sitos in villa schuldorpe Quam quidem donacionem presentibus approbamus ipsosque mansos cum omni proprietate et libertate et iudiciis et omni iure ac vniuersis attinenciis ipsorum pratis pascuis siluis aquis piscaturis agris cultis uel incultis et plane cum omni commodo et vtilitate prout in suis terminis sunt diuisi capelle prescripte approbamus ac in eam ipsos mansos transferimus modo quo possumus meliori Insuper perpetuos redditus vnius mese siliginis in molendino quod dicitur ad schachte terciam eciam partem in piscinis et in duobus stagnis in schuldorpe dictus dominus Otto in perpetuum ad dictam cappellam assignauit Et nos ipsorum omnium plenam proprietatem et libertatem conferimus sub testimonio premissorum Preterea dominus otto predictus rector cappelle iam dicte et successores sui qui pro tempore fuerint plenam et largam habebunt licenciam succidendi quecumque ligna vbicumque per dominium nostrum existencia quercina aut fagina uel cuiuscumque generis existant valencia et vtilia ad structuram domorum pro necessitate eorum et eciam que possint sufficere ad cremandum Ceterum si nos molendinum in Renneuelde predictum ad vsus nostros proprios apponere curaremus extunc in recompensam dicti molendini nouem mesas siliginis in certis redditibus et bonis conuenientibus et pro commodo positis ad dictam cappellam assignare et donare cum omni proprietate et vtilitate tenemur et debemus Nos enim super hec omnia et quicumque heredes nostri dictum dominnm ottonem suos eciam quoscumque successores cum sociis ipsorum et familia ipsis attinente tamquam nostros cappellanos bona eciam omnia ad dictam cappellam iam collata et in futurum qualitercumque donanda cum omni fidelitate et constancia et quicumque aduocati et officiales nostri nostro ac heredum nostrorum nomine tamquam bona nostra propria debemus a quacumque infestacione violencia defendere et tueri In premissorum omnium euidens testimonium et robur perpetue firmitatis sigillum nostrum presentibus est appensum Datum et actum Anno domini M°. CCC°. trigesimo in die dominica qua cantatur reminiscere.

[1]) ? Liesbecke.

Transsumpt vom Jahre 1427, Oktober 29, im Staatsarchiv zu Schleswig. Reg. Dan. 1593.

1330. März 4. **713.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem Kloster Wennigsen vier Hufen in Bennigsen.

Dei gracia, Nos Adolfus comes holtsatie et in Scowenborch, Omnibus presens scriptum visuris seu audituris cupimus fore notum‖ publice protestando, Quod prehabita deliberatione sufficienti ac de plenario consensu omnium nostrorum verorum heredum vedelicet Gherardi‖ et Herici fratrum nostrorum dilectorum, dei intuitu nostrarumque animarum ac aliorum nostrorum parentum salutis eterne ob respectum, proprie‖tatem quatuor mansorum qui siti sunt in campo bennekessen, quorum mansorum duos, borchardus et helmicus fratres, famuli‖ dicti de bennekessen, ac alios duos mansos luderus et wicbrant ac berenwardus fratres, famuli dicti de Oslenessen a nobis‖ tenuerunt iure pheodali, cum omnibus suis iuribus et attinentiis tam in villa quam extra villam scilicet pratis pascuis aquis‖ siluis

cultis pariter et incultis seu colendis resignauimus et contulimus rite ac rationabiliter preposito priorisse et conuentui sanc‖timonialium monasterii in weningessen perpetuis temporibus possidendum, vt hec autem firma permaneant et inconuulsa nostra‖ Sigilla apponi fecimus huic scripto, Datum in Scowenborch anno domini M°. CCC° trigesimo, Dominica Reminiscere.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Drei Siegel am Pergamentstreifen. v. Hodenberg: Calenb. U. B. VIII. (Kloster Wennigsen) Nr. 123.

1330. März 19. **714.**

Albrecht, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, gewährt dem Kloster Neumünster das Recht, Erb- und Lehngüter und Gerichtsbarkeit zu erwerben und Lehngüter in Erbgüter zu verwandeln.

Vniuersis cristi fidelibus presentia visuris seu audituris Albertus dei gracia dux saxonie angarie et westfalie‖ salutem in eo qui est omnium vera salus. Ne ea que fiunt in tempore lapsu temporis euanescant scripture patrocinio robo‖rantur. Ad noticiam igitur tam futurorum quam presencium cupimus peruenire quod nos pro salute progenitorum successorum uel heredum‖ nostrorum et nostra honorabilibus viris preposito et conuentui de nouomonasterio bremensis dyocesis donauimus et donamus tenore‖ presencium libertatem et auctoritatum emendi comparandi seu quoquo modo consequendi bona hereditaria ac eciam feodalia et‖ iudicia que quocumque modo ad nos uel heredes nostros deuolui possunt vel poterunt in futurum. Preterea si qua bona feodalia predicti‖ prepositus et conuentus seu eorum ecclesia ex quorumcumque dominorum comitum holtzacie militum vasallorum uel aliorum donacione et vendicione‖ in presenti habent uel in futurum habituri sunt in bona hereditaria commutamus. In euidenciam igitur et testimonium predictorum sigillum nostrum presentibus duxi‖mus apponendum. Testes huius sunt ludolfus miles dictus de lasbeke. Gherardus dictus godowe. Hinricus dictus smilowe‖ famuli et quam plures alii fide digni. Datum in nouomonasterio Anno domini M°. CCC°. XXX°. feria secunda post letare.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Cop. Bordesh. fol. 89b. Westfalen II. 107. Muhlius: Hist. cen. Bordesh. S. 586.

1330. März 24. **715.**

Ludolf und Heinrich, Ritter, Gebrüder von Scharfenberg, verkaufen ihren Anteil am Hamburger Zoll für 360 Mark Hamb. Pf. dem Hamburger Kapitel.

Omnibus presencia visuris seu audituris. Nos ludolphus et Henricus fratres dicti de scarpenberghe‖ milites Notum esse volumus, et presentibus protestamur, nos et quemlibet nostrum, per nos et cuiuslibet‖ nostrorum heredes, natos et nascituros, Honorabilibus viris dominis . . preposito . . decano et Capitulo‖ Hamburgensis Ecclesie viginti marcarum redditus denariorum Hamburgensium in Theolonio Ciuitatis‖ Hamburgensis, quos leo et hinricus ferduardi filius, quondam Ciues Hamburgenses et demum‖ Nycolaus de lynowe awnculus noster possederunt, a quo nos emimus singulis annis, statutis‖ ad hoc temporibus, de collecta dicti Theolonei post primas, septuaginta marcas de secunda pecunia‖ immediate distribuenda percipiendos perpetuo et habendos cum omni iure, proprietate et libertate prout‖ in litteris patentibus Nobilium virorum, dominorum Gherardi, Iohannis

et Adolphi, Holtsacie, Storma||rie et in Scowenborch Comitum continentur. pro Trescentis et sexaginta marcis denariorum hamburgensium|| nobis in numerata pecunia integraliter persolutis, racionabiliter vendidisse, Transferentes in|| eosdem . . prepositum . . decanum et Capitulum dicte Hamburgensis Ecclesie omne ius quod nobis aut heredibus nostris|| in dictis viginti marcarum redditibus competebat, Et nichilominus promittimus in hiis scriptis bona|| fide, quod eosdem dominos in nullo vmquam tempore, per nos, nostrosque heredes impedire seu molesta||re debebimus, quominus dictos viginti marcarum redditus a quoquam hominum contingerit imbrigari. nos disbrigare|| tenebimur, et warandiam per annum et diem facere de eisdem obligamur in hiis scriptis cum effectu.|| Datum sub sigillis nostris in Castro nostro lynowe. anno domini, Millesimo. CCC⁰. XXX⁰. sabbato ante dominicam qua|| Cantatur, Iudica me deus.

Original im Hamb. Archiv in zwei Ausfertigungen. Siegel der beiden Scharfenbergs fragmentarisch.

1330. April 9. **716.**

Albrecht, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, verpfändet sein Land seinem Oheim, dem Grafen Gerhard von Holstein und Stormarn.

We albert van der gnade godes hertoghe to sassen, to Eggeren vnde to Westfalen be kennet vnde be tughet an desseme openen breve dat we hebbet|| ghe sat to eyneme pande vnseme leven Ome greuen gherde van holsten vnde van stormeren vnde oc sinen reycten erven alle vnse lant vnde vnse|| herschap mit al vnsen mannen mit alleme reycte mit aller nutticheyt, mit aller nut mit aller vrucht, mit der stat to Molne mit der woninghe|| vnde mit dem gode to bergherdorpe mit deme wolde mit holte, mit watere, mit weyde, mit vischerige, mit tollenden, mit Molen, mit deme lande to|| hadelen alse it vnse elderen vns hebbet van older tit ghe ervet vortmer mit allen stucken also vnse lant vnde vnse herschat bo leghen is vnde|| als we se nu suluen hebbet vnde bo sitten, vor Tendusent march lodeghes silueres de vnse om greve gher mede gaf vnser leven moder vor|| Elseben do se konig Eric nam to ener vrowen vortmer were dat so dat we na vnses leven omes rade nemen ene vrowen vnde na vnser vrunde ra||de vnde we kindere van ere toghen vnde reycte erven, so ne schal greve ghert vnde sine erven vs nicht be weren noch panden an vnser her||schap vnde lande, Mer sterve we vnde vse erven ane erven so schal vnse om greve ghert van holsten vnde sine reycten erven vnse herschap vnde|| vnse lant holden vor eyn pant vor also vele gheldes also hir vor sproken is vortmer toghen we doyctere bi vnser vrowen de schal greve ghert vnse|| om edder sine reycten erven beraden na vnser vrowen rade vnde sines silues vnde oc siner erven rade vortmer na rade vnser vrunde in beyden syt|| na vnseme dode vortmer ofte we leneden eder gheven vnser vrowen ghulde vnde liftucht makeden in vnseme lande in welker ghulde weir de ghe||ven vnde be schehden de schal se vnbe woren vnde vulle netliken be holden al de wile dat se levet, mer dat schal stan to willecore vnses leven o||mes vnde siner erven dat se de liftucht vnde de ghulde losen moghen so wanne se willen vmme pennighe also it van vnses omes vrunden gre||ue gherdes vnde siner erfnamen vppe de eynen sit, vnde oc van vnser vrowen weghene vnde erer vrunde vppe de anderen sit vruntliken wer||de ghe deghedinget vnde maket vortmer were ienich man de vnse lant vnde vnse herschap na vnseme dode mit reycte losen moycte|| de schal se

losen van vnseme vor sprokenen ome greve gherde edder van sinen reycten erven, vor Teyndusent march lodeghes silueres vnde|| oc vor also vele gheldes also he ofte sine erven vnser vrowen be red vnde gheven hevet vor ir ghulde vnde ir liftucht vortmer schole we de ste[de]|| vnde man de dar wonet an vnse herschop vnde an vnseme lande vnde vs vnseme ome greve gherde vnde sinen erven hulde ghen laten|| wan he edder sine erven dat eschen vnde wanne it vns in beyder sit be heghelich is, To eynneme tughe alle desser vorsprokenen dingh, so|| hebbe we hertoghe albert van sassen vnse Inghesegel henget to desseme breve, Desse bref is ghe gheven vnde screven, Dusent iar|| tre hundert iar na godes bort an deme drittighesten iare des Manendaghes to pasche.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel am Pergamentstreifen. Reg. Dan. 2574.

1330. Mai 4. **717.**

Heinrich, Bischof von Lübeck, gewährt allen zum Bau des Klosters Preetz Hülfe Spendenden vierzigtägigen Ablafs.

H[e]nricus dei gratia lubicensis Ecclesie Episcopus Vniuersis et singulis [ecclesiarum recto]ribus au[t eorum]|| vices gerentibus. per preposituram Poricensem constitutis. salutem in o[mnium salvatore.] Cum [monasterium] sanctimonialium in poretze sit in aliquibus suis partibus vetustate consumtum ade[o quod sine] fidelium elemosinis nequaquam valeat reformari. vniuersitatem vestram rogam[us et requiri]||mus ac in domino exh[or]tamur. quatenus diebus dominicis et festiuis cum vobis visum fuerit [e]xpedire|| vestros parrochianos omnes et singulos prout vobis subsunt modis omnibus quibus melius|| poteritis inducatis [ut a]d dictum monasterium reparandum, de bonis a deo sibi collatis, pias|| elemosinas studeant [e]rogare vt fraternitatem dictarum monialium ob hoc habentes|| omnium bonorum que pro viuis et defunctis die noctuque apud eos fiunt sint participes|| in vita pariter et in morte. Nos vero ad tam pium opus animas fidelium inuitare|| volentes. de omnipotentis dei misericordia. et beatorum petri et, pauli, apostolorum eius, auctoritate|| confisi, omnibus vere penitentibus et confessis qui pro reformacione dicti monasterii manus po[rrex]||erint adiutrices. quadraginta dierum et vnius karene veniam, in domino misericorditer|| relaxamus Presentibus nostri sigilli appensione munitis. post annum a data presencium|| computandum minime valituris. Datum Lubeke. anno domini. M⁰. CCC⁰. tricesimo|| [in c]rastino Inuentionis sancte crucis.

Original im Archiv des Klosters Preetz. Rest eines Siegelstreifens. S. H. U. S. I. S. 235.

1330. Mai 13. **718.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem St. Mauritiusstift vor Minden den Zehnten aus dem Hofe Utenburgh.

Dei gratia, nos . . Adolphus, comes holtzacie et scowenburgh, notum facimus vniuersis presentibus publice protestan||do, quod diuine remuneracionis intuitu et pro salute animarum nostrarum, voluntate bona et consensu fratrum. gherhardi et|| Erici, omniumque heredum nostrorum, quorum interest vel interesse poterit, damus liberaliter et dimittimus, ius patronatus|| decime pertinentis ad curiam, vtenburgh, quam gherhardus, famulus dictus parws a nobis in pheodo|| tenuerat et in manus

nostras libere resignauit, ecclesie et conuentui in insula extra muros mynden. Cum omnibus suis vtilitatibus, perpetuis temporibus obtinendum, Renunciantes omni iure, quod nos vel heredes nostri in dic||tam decimam possemus in posterum suscitare, dantes eidem ecclesie presens scriptum nostro communitum si||gillo, in testimonium super eo, Anno incarnationis dominice, M⁰, CCC⁰, Tricesimo, Sabbato proximo post ascensionem domini.

Original im Staatsarchiv zu Münster. Rest des Siegelstreifens.

1330. Mai 15. **719.**

Erich, Propst von Hamburg, Johann, Dekan, und das Kapitel daselbst beurkunden, daſs der Geistliche Rothmar zur Stiftung einer Vikarie zu St. Nicolai in Hamburg seinen Besitz bei Billwärder, Ausschlag geheiſsen, geschenkt hat.

Uniuersis presencia uisuris. Nos Ericus dei gracia prepositus Iohannes decanus et Capitulum ecclesie hamburgensis notum esse volumus. quod constitutus in nostra presencia discretus uir. dominus rothmarus presbiter. pro fratris et sue animarum remedio donauit et libere resignauit ad uicariam quam tenet dominus fredericus de Sankenstede in ecclesia sancti Nicolai in hamborch. terram quam habuit prope billenwerder que vtslach dicitur. ad hunc finem. quod in qualibet septimana in vna missa. dicti fratris sui defuncti et post mortem suam similiter sua specialis memoria perpetuo peragatur. Quod stricte consciencie vicariorum qui pro tempore fuerint duxit committendum. In cuius rei testimonium sigillum nostri capituli vna cum sigillo domini Rotmari predicti presentibus est appensum. Datum hamborch anno domini. M⁰. CCC⁰. XXX feria tercia proxima ante festum ascensionis domini.

Lib. cop. Cap. fol. 73a im Hamb. Archiv.

1330. Juli 13. **720.**

Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, genehmigt den Verkauf des Zehnten zu Twielenflet seitens der Familie von der Lieth an das Kloster Harvstehude.

Vniuersis et singulis presencia uisuris seu audituris. Nos Adolphus dei gracia. holtzacie. stormarie et in schowenborch Comes. notum esse uolumus et protestamur presentibus. quod hynricus miles. et Nicolaus famulus fratres. Hynricus. Luderus. et Cristianus iam dicti Hynrici militis filii dicti de lith nostri vasalli. secundum tenorem litterarum infra scriptarum. quarum tenor [1]) talis est. Domino suo magnifico et nobili domicello Adolpho comiti holtzacie stormarie et in schowenborch Hynricus miles et Nycolaus famulus fratres. Hynricus. Luderus et Cristianus iam dicti Hinrici militis filii. Dicti de Lith. cum debita fidelitate seruicium et honorem. Sciat dominacio vestra quod nos heredum nostrorum accedente consensu. uendidimus et resignamus honesto viro. Domino Willekino prouisori. Abbatisse et Conuentui Monasterii in valle virginum prope hamborch. decimam nostram integram tam superiorem quam minutam id est smalentegheden in twilenulete. quam a vestra magnificencia in feudo tenuimus. coram uobis in hiis scriptis resignamus. quod presentibus firmiter protestamur. cum instancia deprecantes. quatenus eandem decimam memoratis. Prouisori. Abbatisse. et conuentui iure hereditario et proprietario conferre dignemini propter deum. Quod nos vna cum ipsis cupimus deser-

uire, In testimonium autem dicte vendicionis et resignacionis. sigillis nostra presencia fecimus roborari. Datum stadis in festo beati Mathei anno domini M⁰ CCC⁰. XXIX. Vendiderunt et resignauerunt de nostro consensu expresso. Domino Willekino prouisori. Abbatisse et conuentui Monasterii iam dicti decimam predictam tam minutam quam superiorem pro certa pecunie summa. eis expedite persoluta. et nos per nos nostrosque heredes transtulimus. et nichilominus transferimus in hiis scriptis in eosdem. Prouisorem. abbatissam et conuentum. omnem proprietatem et libertatem et omne Ius. quas vel quod hactenus habuimus in dicta decima. tam superiori quam minuta. sic quod pro eadem decima ecclesie bremensi ad exhibendum seruicii et honoris debitum prout prius manere uolumus obligati. Huius rei testes sunt fideles nostri Lodewicus posth miles. Albertus noster notarius. hynricus de wilsede senior. Adolphus de holte. et plures alii fide digni. In cuius rei testimonium. sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Hamborch Anno domini M⁰ CCC⁰. triscesimo. In die beate Margarete uirginis.

[1]) *es steht da:* teneor.

Cop. Harvsteh. fol. 32a im Hamb. Archiv. s. 1329. Septbr. 21.

1330. Juli 15. 721.

Erich, Propst von Hamburg, sondert die Kirche zu Lütjensee als ein eigenes Kirchspiel aus.

Omnibus cristi fidelibus presentem litteram inspecturis, Nos Ericus dei gracia prepositus ecclesie Hamburgensis‖ cupimus fieri manifestum. quod Nos pensata necessitate Colonorum de villis Luttekense et Gronewolt,‖ propter malum statum terre et castra circa eos iacencia, ad Ecclesiam suam parrochialem videlicet Trutowe, non‖ valencium secure venire. ob preces Honorabilis viri domini Hinrici de Hamme Thesaurarii Ecclesie‖ nostre Hamburgensis. de consensu dominorum nostrorum . . Decani et Capituli Hamburgensis ecclesie iam dicte, ac de consensu‖ domini Nicolai de clempowe nunc plebani ecclesie in Trutowe, Capellani in villa Luttekense, baptis‖malem, ac parrochiam specialem in futurum esse concessimus et permisimus de gracia speciali, In qua parrochia, Coloni‖ de villis Luttekense et Gronewolt predicti, diuinum officium audient, ecclesiastica sacramenta recipient. et‖ omnia et singula debita facient, sicut ad Ecclesiam Trutowe facere consueuerunt, Prefatus quidem‖ dominus Hinricus, cum consensu Ottonis fratris sui, et Hinrici fratruelis eorum, dictorum de hamme, ad dotacionem‖ dicte parrochialis Ecclesie, pro anime sue et progenitorum suorum salute, infrascriptos redditus assignauit, vi‖delicet vnum mansum situm in Luttekense, quem ipse dominus Hinricus olim sub agricultura sua habuit,‖ cum omnibus attinenciis suis, lignis, pratis, pascuis. aquis. aquarumque decursibus, ac omni fructu. vtili‖tate et proprietate, quibus ipsum multo tempore quiete possedit, Cuius mansi omnimodam proprietatem. Nobilis vir‖ dominus Iohannes Comes holtsacie, in perpetuum dicte Ecclesie liberaliter erogauit, sicut in ipsius litteris plenius‖ continetur. Item viginti quinque hemptones siliginis, de agricultura dicti Hinrici de hamme famu‖li, . . plebano prefate ecclesie Luttekense. singulis annis soluendos, Qui possunt reemi pro vigintiquinque‖ marcis denariorum hamburgensis monete, Item redditus duarum marcarum, de manso quem Gotscalcus‖ burmester in Luttekense coluit, annuatim tollendos, Item decimas soluentes quatuordecim modios‖ siliginis in odingo, vno hemptone minus, et dimidium Top lini, in hiis villis, scilicet, Kerc-

sten‖beke dimidium chorum siliginis, Osterstenbeke sex modios siliginis, Bocberghe decem hemp‖tones siliginis et Hanevalle vnum hemptonem siliginis et dimidium top lini, Censum vero dictarum‖ villarum Luttekense et Gronewolt in siligine et auena, qui dicitur kercscult, prefatus Nicolaus de‖ clempowe nunc plebanus in Trutowe, tantum ad vite sue tempora, retinebit. post cuius obitum, idem census,‖ . . plebano in Luttekense, qui pro tempore fuerit, persoluetur. et idem . . plebanus in Luttekense dabit pro‖ dicto domino Nicolao de clempowe, quamdiu ipse Nicolaus vixerit, vnam marcam denariorum annuatim ad quan‖dam vicariam ecclesie hamburgensis, Quo Nicolao decedente . . Plebanus in Luttekense. ad soluci‖onem huiusmodi marce de cetero non erit astrictus. Preterea memoratus dominus Hinricus Thesaurarius‖ ius presentandi personam ydoneam ad dictam Ecclesiam Luttekense, vite sue temporibus optinebit, post‖ cuius mortem, Otto frater suus, et Hinricus fratruelis eorum, vel heredes eorundem, dicti de hamme, tantum du‖abus vicibus personam ydoneam ad dictam ecclesiam presentabunt, et postheo eiusdem ecclesie collacio‖ ad nos et Successores nostros libere reuertetur, Addito eciam, quod . . plebanus sepedicte ecclesie luttekense‖ nobis debitam obedienciam faciet, et debita onera supportabit, sicut alii subditi nostri faciunt, secundum consuetu‖dinem in prepositura nostra hactenus obseruatam, et tres missas in Cappella Gronewolt qualibet eb‖domada celebrabit, In recompensam vero huiusmodi sui laboris, prefatus dominus Hinricus eidem . . plebano‖ integrum Censum vnius mansi in Gronewolt, quem Hartwicus dikman quondam coluit, cum omni libertate‖ et proprietate donauit, sicut eciam apparet in litteris dicti . . Comitis manifeste, ac idem plebanus, cuiusdam‖ Tymmonis layci. qui tempore gentilitatis dictum locum Luttekense non sine graui periculo subegit, et omnium‖ amicorum suorum ibidem a paganis interfectorum et eorum qui postmodum a propagine sua descenderunt, vel in futu‖rum descendent et specialiter dominorum Hinrici et Hermanni fratrum de hamme, militum et vxorum eiusdem Hinrici‖ scilicet. Gysselen et Hillen, ac filiorum eorundem. Rudolfi. Iohannis. margarete. marquardi et volradi,‖ necnon omnium qui ad structuram dicte ecclesie et ad cultum diuinum ibidem, suas dederint elemosinas, et spe‖cialiter cuiusdam Thiderici stuten, dyaconi chori hamburgensis, memoriam ad populum faciet, sicut‖ pro mortuis et benefactoribus, in ecclesia dei fieri est consuetum, Predictorum omnium eciam memoria, quater in‖ anno. scilicet. post octauas pasche. sancti Iohannis baptiste, beati Michaelis, et Natiuitatis cristi, in‖ vigiliis et missis, per dictum plebanum sollempniter peragetur. In quorum omnium testimonium. sigillum‖ nostrum. vna cum sigillis, Capituli hamburgensis. domini Hinrici Thesaurarii, Ottonis fratris sui et Hin‖rici fratruelis eorum. predictorum, presentibus litteris est appensum, Datum et actum Hamborch. Anno do‖mini. Millesimo. Trecentesimo Trecesimo In festo Diuisionis apostolorum.

Original im Hamb. Archiv. Siegel des Propsten und des Kapitels leidlich, drei andere sehr fragmentarisch erhalten.

1330. Juli 17. 722.

Der Rat zu Lüneburg beurkundet das Zeugnis des Dekans zu Bardowiek, Nikolaus, und seiner Mutter über die Salzgüter des Klosters Reinfeld.

Nos Consules Ciuitatis Luneburg Gerbertus Magistri putei, Hermannus Huc, Iohannes Om, Nicolaus Garlop, Iohannes Longus, Albertus Holle, Iohannes de Melbeke, Iohann. Dicke, Burchardus Hogeri, Nicolaus Hoyke Thidericus Abben

borch, Iohannes de Molendino Tenore presencium recognoscimus publice protestantes Quod Honorabilis Vir, discretus dominus Nicolaus, Decanus Ecclesiæ Bardwicensis in nostra presentia constitutus asseruit, et uoce publica affirmauit, Quod ipse cum Matre sua et progenitoribus suis quinquaginta annis, prouidit et collegerit bona Dominorum de Reyneuelde salinaria infra scripta Videlicet, in Domo Egbertinge, duas sartagines, ad dextram manum, introitu domus, cum Vtrisque Dominiis liberas, de quibus nullus omnimodo datur census, et in Domo Eghetinge vnum plaustrum in sartagine que uocatur Gunchpanne, ad dextram manum cum ingreditur dicta domus Et Iohan. Dicke inter nos numeratus vocetenus testabat, quod dicti Domini predictum Plaustrum, in suo Dominio possiderunt. Verum cum dicta Bona, tanto tempore a dictis Dominis quiete possessione et pacifica sint possessa Nos specialiter requisiti Sigillo nostræ Ciuitatis presentibus appenso hæc duximus confirmanda. Datum, Anno Domini incarnationis Millesimo. Trecentesimo, Tricesimo. In die sperati Martyris et sociorum eius.

Kopie des 16. Jahrhunderts, beglaubigt von Albert Berner aus Lübeck im Geheimarchiv zu Kopenhagen.

1330. Juli 23. **723.**

Gerhard, Johann und Adolf, Grafen von Holstein, Stormarn und Schauenburg, bestätigen die Urkunde der Gebrüder Scharfenberg vom Jahre 1330, März 24.

Nos Gherardus. Iohannes. et Adolfus. Holtsacie. Stormarie et in scowenborch dei gracia Comites‖ vniuersis et singulis presencia visuris seu audituris, notum esse volumus et presentibus protestamur, quod‖ domini Ludolfus et Hinricus fratres dicti de scarpenberch milites. de nostro et cuiuslibet nostrum expresso consensu‖ pro trecentis et sexaginta marcis denariorum hamburgensium racionabiliter vendiderunt, honorabi‖libus viris. dominis. preposito. Decano et Capitulo hamburgensis ecclesie viginti marcarum redditus. in‖ Theolonio Ciuitatis nostre hamburgensis, quos a nobis in pheodum tenuerunt, cum omni iure proprietate‖ et libertate prout in litteris eorum continetur, quarum tenor talis est:

(Folgt die Urkunde der Gebrüder Scharfenberg aus dem Jahre 1330, März 24.)

Vnde dictam venditionem approbantes, dimisimus‖ et transtulimus. et nichilominus dimittimus et transmittimus in hiis scriptis, in dictos . . prepositum . . Decanum et Capitulum hamburgensis ecclesie predicte. omnem proprietatem et libertatem et generaliter omne ius, quod‖ nobis et heredibus nostris. in dictis viginti marcarum redditibus competebat. vel competere poterat quo‖modolibet in futurum. In cuius rei euidens testimonium. sigilla nostra presentibus sunt appensa.‖ Datum anno domini M⁰. CCC⁰. XXX⁰. In crastino marie Magdalene in Ciuitate Hamburgensi.

Original im Hamb. Archiv. Zwei Siegel des Grafen fragmentarisch, drei weitere Siegeleinschnitte.

1330. Aug. 10. **724.**

Christof, König der Dänen und Wenden, beurkundet, daſs sein Schwiegersohn, Graf Gerhard von Holstein und Stormarn, als Bürge für den zwischen ihm und dem Grafen Johann von Holstein und Stormarn geschlossenen Frieden einsteht.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Cristoforus dei gracia. Danorum Slauorumque rex. Salutem in domino Sempiternam‖ Notum esse cupimus et presentibus publice protestamur. Quod ad supplicaciones nostras nichilominus ad

iussum nostrum expres||sum. Nobilis vir Dominus Gherardus Comes Holtzacie et Stormarie gener noster pro nobis factus est promissor et vna nobiscum|| et pro nobis promisit fide data Nobili viro Domino Iohanni Comiti Holtzacie et Stormarie pro compositione inter nos et dictum|| dominum Comitem Iohannem ordinata Nos etiam presentibus firmiter nos obligamus quod dictum Comitem Gherardum in pro||missione pro nobis facta debemus conseruare saluum et indempnem. et illa plenius perficere que in litteris inter dictum fratrem|| nostrum et nos editis plenius continentur, In Cuius rei testimonium Sygillum nostrum presentibus est appensum. Datum Anno|| domini M⁰. CCC⁰. XXX⁰. In die beati Laurencii Martyris Gloriosi.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel am Pergamentstreifen.

1330. Septbr. 10. **725.**

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt der Stadt Stade ihre Privilegien.

Vniuersis presentia visuris seu audituris Gerardus dei gratia Comes Holtsatiae et Stormarie in domino salutem et rei geste agnoscere veritatem. Cupientes progenitorum nostrorum pia facta etiam pro fauore amicorum rata et grata habere priuilegiaque libertates et immunitates ab ipsis concessas et indultas seruare illesas. vt tenemur. Ne et per nos et heredes nostros euanescatur quod per progenitores nostros matura deliberatione est digestum. Notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuri temporis successoribus et protestamur lucide per presentes, quod speciali fauore et promotione moti quibus famosis viris Consulibus totique communitati oppidi Stadensis obligati sumus per multimoda seruitia et beneplacita nobis exhibita et impensa. Comperta etiam in hac parte mera veritate omnia et singula priuilegia super libertatibus immunitatibus ac quibuscunque generis edita et confecta. ipsis Consulibus et communitati qualitercunque indulta et concessa prout in ipsis priuilegiis manifeste continetur a nostris progenitoribus confirmamus et approbamus eaque rata et grata habemus et pro nobis nostris heredibus habebimus infuturum. Rogamus itaque omnes et singulos ciues oppidi stadensis predicti in huiusmodi libertatibus immunitatibus ac quibuscunque generis ipsis per progenitores nostros qualitercunque donatis infestare audeat aliqualiter vel impedire In quorum omnium testimonium euidens sigillum nostrum maius presentibus est appensum Datum et actum anno domini Millesimo Tricentesimo Trecesimo In crastino natiuitatis beate Marie virginis gloriose.

Kopie vom Jahre 1549 im Stadtarchiv zu Stade. Pratje: Bremen und Verden VI. S. 144.

1330. Septbr. 15. **726.**

Gerhard, Johann und Adolf, Grafen von Holstein, Stormarn und Schauenburg, bestätigen den Verkauf von 20 Mark Hamb. Pf. Rente aus dem Hamburger Zoll seitens der Gebrüder von Scharfenberg an das Hamburger Kapitel.

Nos Gherardus, Iohannes et Adolfus, Holtsacie, Stormarie et in|| Scowenborch, dei gracia Comites, vniuersis ac singulis presencia visuris|| seu audituris notum esse volumus, et presentibus protestamur, quod domini Ludolfus|| et Hinricus fratres de scarpenberg, milites, de nostro et cuiuslibet|| nostrorum expresso consensu, pro Trecentis et sexaginta marcis denariorum|| hamburgensium vendi-

derunt Honorabilibus viris. dominis . . preposito . . Decano|| et Capitulo hamburgensis ecclesie, viginti marcarum redditus in theolonio|| nostre Ciuitatis hamburgensis, quos a nobis in feodo tenuerant, cum omni|| iure. proprietate et libertate sicut ipsos hactenus pacifice possederunt|| vnde dictam vendicionem approbantes, dimisimus et transtulimus. et nichilominus|| dimittimus et transferimus in hiis scriptis in dictos . . prepositum . . Decanum et|| Capitulum hamburgensis ecclesie predicte omnem proprietatem et libertatem, et generaliter|| omne ius, que vel quod, nobis et nostris heredibus, in dictis viginti mar||carum redditibus competebant, vel competere poterant quomodolibet in futurum.|| In cuius rei euidens testimonium, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Da||tum Anno domini. M°. CCC°. XXX°. in crastino exaltacionis sancte crucis in|| castro Segheberghe.

Original im Hamb. Archiv. Ein Pergamentsiegelstreifen.

1330. Septbr. 21. **727.**

Heinrich, Propst, Eckehard, Prior, und das Kloster zu Neumünster überlassen Herrn Nikolaus Stenhus den Nießbrauch von 8 Mark von ihm erworbener Renten aus Kremsdorf auf Lebenszeit und bestimmen deren spätere Verwendung.

Nos hinricus dei gracia prepositus Eckehardus prior Totusque conuentus Canonicorum regularium in|| nouomonasterio recognoscimus tenore presencium publice protestantes. quod nos octo marcaram redditus|| ab honorabili uiro domino Nicolao dicto stenhus in villa krempdorpe emptos et comparatos nobis|| autem per eundem dominum Nicolaum coram prefecto et scabinis ore et manu secundum predicti loci iuris con||suetudinem resignatos. ad diuersos ecclesie nostre usus ipso defuncto perpetuo tollendos. per nos ibidem|| extorquendo. eidem domino nicolao uel cui ipse optinendum commiserit. uite sue temporibus cuiuscumque status|| uel condicionis uel quocumque eciam locorum fuerit expedite exsoluere debebimus annuatim post mortem|| uero ipsius quatuor marcarum predictarum redditus cedent ad ecclesie nostre structuram due ad cameram|| vna ad emendacionem librorum et vna ad anniuersarii sui memoriam missis et vigiliis in ecclesia nostra|| iugiter peragendam. vt autem hec pia ordinacio rata et inconuulsa permaneat. presentem paginam|| sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri. Datum anno domini M°. CCC°. XXX. in die beati Mathei apostoli.

Original im Altnordischen Museum in Kopenhagen. Zwei Siegelfragmente. Westfalen II. 106.

1330. Septbr. 30. **728.**

Johann, Propst, und das Kloster zu Uetersen verzichten gegen eine Zahlung von 100 Mk. Hamb. Pf. auf die ihnen von den Scharfenbergs verpfändete Rente von 10 Mark aus dem Hamburger Zoll.

Nos Iohannes prepositus Totusque conuentus sanctimonialium in vtersten tenore presencium protestamur. nos recepisse centum marcas denariorum hamburgensium in numerata pecunia. ab honorabilibus uiris dominis . . preposito . . decano et capitulo ecclesie hamburgensis pro redditibus decem marcarum in theloneo ciuitatis hamborch. nobis per dominos Ludolfum et Hinricum de scarpenbergh milites obligatis cum filia glusinghes, eosdem redditus ex iussu dictorum militum. prefatis dominis . . preposito . . decano et capitulo hamburgensi resignantes, et

omnem vtilitatem et omne ius quod in ipsis redditibus habuimus. ex nunc dictis dominis dimittentes. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum vtersten. Anno domini. M°. CCC°. XXX. in die sancti Ieronimi confessoris.

Lib. cop. Cap. fol. 85a im Hamb. Archiv.

1330. Octbr. 1. 729.

Waldemar, Herzog von Jütland, und Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigen die Privilegien der Ripener Kirche.

Uniuersis presentes litteras inspecturis, Waldemarus dei gracia dux Iucie. et Gherardus eadem gracia comes Holtzacie et‖ stormarie. salutem in domino sempiternam. Ne quod Rite gestum actumue fuerit, deficiente viue vocis oraculo, obliuione‖ ex lapsu temporis inuoluatur, solet scripturarum testimonio perhennari, Inde est, quod constare volumus vniuersis‖ nos ex deliberato consilio, dominis, Iacobo diuina miseracione episcopo Ripensi, Canonicis suis, et clericis dyocesis supradicte‖ monasteriis, necnon familiis omnium predictorum, omnes libertates et gracias, exempciones, et supportaciones, quas hactenus‖ habuerant, per priuilegia Regum danorum et Ducum Iucie, tenore presencium confirmasse, Ac de nouo eisdem‖ per presentes, similes libertates. et gracias, vbique in nostris dominiis concessisse, Quare omnibus officialibus nostris et‖ aduocatis, seu substitutis ab eis, sub optentu gracie nostre, firmiter inhibemus, Ne predictos dominos, aut familias‖ illorum, ecclesias, seu monasteria, contra libertates et gracias supradictas, molestare, vel grauare attemptent aliqualiter‖ seu presumant, Pronunciantes nichilominus, si quid in contrarium attemptatum fuerit irritum et inane, ac nullius‖ existere firmitatis, In cuius Rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda, Datum Ripis‖ anno domini. M°. CCC°, Tricesimo, In die Remigii confessoris, Presentibus dominis, dosone dicto blok, Hartwico‖ reuetlo, abel waldemari, et Iacobo Rostæth, militibus, ac aliis. pluribus, tam clericis, quam laicis‖ fidedignis.

Original in zwei gleichlautenden Ausfertigungen im Geheimarchiv zu Kopenhagen. An jeder ein Siegel am Pergamentstreifen. Reg. Dan. 2080.

1330. Octbr. 2. 730.

Willekin, Propst, Mechtild, Äbtissin und das Kloster zu Harvstehude verzichten gegen eine Zahlung von 40 Mark Hamb. Pf. auf die ihnen von den Scharfenbergs verpfändete Rente von 4 Mark aus dem Hamburger Zoll.

Nos willekinus prepositus Mechtildis abbatissa. Totusque Conuentus sanctimonialium in herwerdes‖hude. tenore presencium publice protestamur. nos recepisse ab honorabilibus viris dominis . .‖ preposito . . decano et Capitulo hamburgensis ecclesie quadraginta marcas denariorum hamburgensium in numerata pecu‖nia. pro redditibus quatuor marcarum in Theolonio ciuitatis hamburgensis nobis per dominos Ludolfum et‖ Hinricum fratres de scarpenbergh milites pro quibusdam expensis per filias dicti‖ domini Ludolfi in monasterio nostro assumptis, vnde ex iussu dictorum. militum prefatos quatuor mar‖carum redditus. memoratis dominis. preposito. decano. et Capitulo hamburgensi in hiis scriptis libere resig‖namus. omne ius quod in ipsis redditibus habuimus, prefato capitulo dimittentes. In cuius rei testi‖monium sigillum Conuentus nostri presentibus est appensum. Datum in

Monasterio nostro herwerdeshude|| Anno domini. M⁰. CCC⁰. XXX⁰. feria tercia post festum beati Michaelis.

Original im Hamb. Archiv. Siegel des Grafen fragmentarisch am Pergamentstreifen.

1330. Octbr. 18. 731.

Waldemar, Herzog von Jütland, bestätigt dem h. Geisthause zu Flensburg seine Privilegien und seine Einkünfte im Gesamtbetrage von 12 Mark Korn und 100 Mark Kupferpfennigen, gleich 10 Pfund Sterling, frei von aller landesherrlichen Abgabe und verleiht ihm die Vierzigmarkgerichtsbarkeit mit Ausnahme des theghn gyald. — „Quia domum."

Datum anno domini millesimo CCC tricesimo in festo sancti Luce ewangeliste, presente domino G. dei gracia comite Holsatie et Stormarie, tutore nostro et auunculo predilecto.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Seidelin, Dipl. Flensborg. I. 16. Reg. Dan. 2081.

1330. Octbr. 18. 732.

Waldemar, Herzog von Jütland, bestätigt die Freiheiten des h. Geisthauses zu Flensburg (Flensborch), *seine Besitzungen, insbesondere die auf dem* Kaarschorp-*Felde von* Kallo Fraeleffszen *und* Anty *erworbenen, seine Einkünfte im Betrage von 12 Mark Kornrente und 100 Mark Kupferpfennigen, gewährt ihm Anbauberechtigung in der Stadt und auswärts, besonderen Frieden für den Hof in Flensburg und untersagt alle Beschwerungen des Klosters, wie das bereits in vier Briefen an die Harden seines Herzogtums ausgesprochen ist, bei 40 Mark Strafe.* — „Cum nos domum."

Datum anno domini M⁰. CCC⁰ XXX in festo beati Lucae evangelistae presente domino G. dei gratia comite Holsatie et Stormarie, tutore nostro et auunculo nostro praedilecto.

*Nach drei Kopien des vorigen Jahrhunderts im Flensburger Ratsarchiv. Seidelin, Dipl. Flensborg. I. 17. Reg. Dan. *1536.*

1330. Octbr. 22. 733.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft dem Kloster Fischbek den Zehnten im Dorfe Fischbek.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Cristi fidelibus vniuersis. Nos adolfus dei gracia comes holtzacie et in sco||wenborch ad perpetuam rei geste memoriam presens scriptum Nouerint tam presentes quam futuri, Quot nos deplena uolunta||te beneplacito et consensu, Domine heylewigis vxoris nostre legitime. Adol. Heyle. et alhey. filiorum nostrorum. Gherardi.|| et Ereci. fratrum nostrorum et omnium heredum et coheredum nostrorum ac omnium quorum consensus ad hoc fuit merito requirendus. vendidi||mus et in hiis scriptis vendidisse recongnoscimus. venerabili domine. L. abbatisse. et Conuentui Monasterii in visbeke. Mindensis|| dyocesis. Decimam nostram in visbeke sicut eam huiusmodi cum suis attenentiis quesitis et acquerendis. siluis, pratis, pascuis, ac|| aliis iuribus et pertinenciis vniuersis cum omni iure et libertate, commodo et honore quiete et paci-

fice, perpetuo possidendam Con‖stituentes dominam Abbatissam et Conuentum predictos ueros et perpetuos predicte decime possessores. Recipientes ab ipsis in precium.‖ Quingentas et quadraginta marcas bremensis argenti hamelensis ponderis et valoris nobis traditas et solutas, Re‖nunciamus igitur publice et patenter omni beneficio iuris canonici et ciuilis quibus iam dicte scilicet. Abbatissa et Conuentus in posses‖sione prefate decime per nos aut per heredes nostros posset aliqualiter inpediri, in super si exaliquo casu emergente, rei euentus poposcerit‖ et nos ac heredes nostri ex parte abbatisse et Conuentus predictorum requirimur, dicte decime eis vendite. vbicunque et quandocunque indigent‖ warandiam prestabimus, veram, iustam, debitam, et consuetam, promittentes vna cum fratribus et heredibus nostris, premissa omnia‖ et singula in violabiliter obseruare. Testes sunt Iohannes buscho, willikinus de holte milites. Adolfus de holte Iohannes‖ de bardeleue. sten de widen famuli et plures alii fide digni. Et in horum robur et euidens testimonium, sigillum nostrum‖ pro nobis et heredibus nostris vna cum sigillis fratrum nostrorum predictorum presentibus est appensum. Et nos Gherhardus et Ericus fratres‖ predicti pro euidentia nostri consensus sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno domini Millesimo Tricentesimo. Trigesimo. In crastino vndecim millium virginum.

Original im Archiv des Klosters Fischbek. Ein Reitersiegel am Pergamentstreifen, zwei Pergamentstreifen.

1330. Novbr. 1. **734**

Ritter Wulff von Brokowe und seine Söhne verkaufen dem Kloster Neumünster Ländereien aus den Dörfern Bissee, Luderstorpe und Gro∫s-Harrie.

Vniuersis presencia visuris Wlf miles de brocowe Iohannes et marquardus filii eius salutem in domino Recognoscimus‖ presentibus protestantes Quod vendidimus iure empcionis titulo. honorabilibus viris preposito et conuentui in nouo-‖ monasterio. Tres partes vnius mansi in villa que dicitur maior bysticce et totum quod ibidem habuimus cum omni‖ iudicio et tres partes in villa luderstorpe. et totum quod eciam ibidem habuimus cum omni iudicio et vnum mansum‖ in villa que dicitur maiori[1]) harge cum pratis pascuis paludibus lignis stangnis instangnacionibus. agris‖ cultis et incultis. et precise cum omni vtilitate et fructu que nos racione tuicionis Alheydis filie ottonis de‖ wluerstorpe patruelis nostri contingebant. Pro octuaginta marcis denariorum lubicensium in solucionem debitorum‖ predicte Alheydis totaliter conuersorum. Et ne predicti prepositus et conuentus uel eorum ecclesia pro predicta empcione in posterum‖ aliquatenus molestetur. Vel empcio predicta. a quoquam propinquorum uel alienorum eciam dum ipsa Alheydis ad annos discre‖cionis peruenerit maritum duxerit uel alium tutorem habuerit irritetur Nos vna cum amicis nostris infra‖scriptis predictis preposito et conuentui fide data promisimus et ad hoc eciam heredes nostros omnes obligauimus, vt omnia‖ predicta perpetuo firmiter obseruentur. Preterea eisdem preposito et conuentui. dimidiam aream que nos iure hereditario‖ contingebat dimisimus perpetuo possidendam. sitam in villa que dicitur brugke. fideiussores nobiscum sunt hii. domini‖ Albernus marquardus et albernus fratres filii eius. et marquardus filius fratris sui dicti de wisck milites. Conradus‖ Hartwicus et marquardus fratres dicti wlf Otto et wulff fratres dicti pockwisch. et Marquardus de de knop famuli‖ In euidenciam igitur et testimonium predictorum sigilla pre-

sentia presentibus sunt appensa, Anno domini M°. CCC°. XXX. In die omnium sanctorum.

[1]) *Cop. Bordesh. liest ebenso. W.:* maior.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Fünf Siegel, zwei Siegelstreifen. Ein Siegeleinschnitt. Cop. Bordesh. fol. 39b. Westfalen II. 105.

1330. Decbr. 23. **735.**

Jakob, Bischof von Ripen, vereinigt die erledigte Präpositur des Almundsysæl *und das Kirchspiel Sundstrup mit der Ripener Kantorei.*

Uniuersis presentes litteras inspecturis. Iacobus Diuina miseracione episcopus Ripensis salutem in Domino sempiternam‖ Debitum officii pastoralis, quo sollicitamur cotidie, circa comoda subditorum nos excitat et hortatur vt quos‖ laboribus magis assiduis in Do . . . nouerimus insudare, amplioris prerogatiuam stipendii, prosequamur, Cum‖ onus et emolumentum, Teste legit . . . sanctione, Iusto penso adequari Debeant et librari. Sane, cum cantoria‖ ecclesie nostre, cui ordinacio chori, et ecclesie gubernacio sint commisse, adeo in redditibus sit tenuis et exilis. Vt‖ cantori qui pro tempore fuerit, nequeat necessariis prouidere Nos paterno affectu, super hoc remediare salubriter cupien‖tes, ex deliberato consilio dilecti nostri capituli et ex consensu, concorditer et vnanimiter habitis De causa, in nostro capitulo‖ generali Eidem cantorie preposituram almundsysæl et ecclesiam smithstorp, sibi prius annexum, per mortem prepositi Io‖hannis skaningh, canonice nunc vacantem, ab omni compoto et Raciocinio, nobis et successoribus nostris De iure seu consuetudine, inde debitis amodo in futurum, omnino liberam et immunem per presentes annectimus perpetuo et‖ vnimus. Easdem insimul in vnam Dignitatem, videlicet cantoriam indissolubiliter combinando. quia teste beato gregorio, man‖data celestia geruntur efficacius per prelatum quantumcumque eciam ydoneum excellenter, si sua onera cum suis fratribus‖ parciatur Damus insuper ac tribuimus in hiis scriptis, cuilibet cantori Dignitatem supradictam legitime consecuto in prefata‖ prepositura iurisdictionem ordinariam pleno iure, sicuti Racione cantorie prius dinoscitur habuisse cum secundum canonica‖ instituta. beneficium quod alteri canon . . annexum fuerit, naturam eius cui vnitur induit et assumit. Vt‖ igitur dicta annexio seu ver . . . . ad Decorem et vtilitatem ecclesie nostre status. nec non ad congruam sustentacionem‖ cantoris eiusdem, qui cotidianis suis curis et sollicitudinibus circumfertur, a malignancium impugnacione remaneat‖ in concussa, Magistrum Thuconem nunc cantorem nostrum, in dictam vnionem consencientem, et eandem sponte acceptantem‖ pro se et suis successoribus, annulo nostro inuestiuimus corporaliter De eadem. ac sibi presentes litteras, sub nostris et Dilecti‖ capituli nostri sigillis dedimus ad cautelam et ob noticiam futurorum. Actum et Datum balghum anno Domini‖ Millesimo. Trescentesimo, Tricesimo, In vigilia vigilie natiuitatis domini. Presentibus viris honorabilibus Dominis‖ Magistro petro thu . . . . is et Gøtone, canonicis Ripensibus. Domino Iohanne niclas sen milite et astrado Dyacono‖ ac aliis pluribus f . . . dignis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei grün-rote Seidenschnüre. Reg. Dan. 2084.

1330. Decbr. 31. **736.**

Johann und Adolf, Grafen von Holstein, Stormarn und Schauenburg, beurkunden den zwischen Johann von Hummersbüttel und dem Hamburger Kapitel geschlossenen Vergleich.

Nos Iohannes et adolphus dei gracia Comites holtzacie et Stormarie ac in Scowenborgh vniuersis pre‖sentes litteras inspecturis cupimus fore notum Quod cum nuper inter Honorabiles viros dominos prepositum‖ Decanum et Capitulum Ecclesie Hamburgensis, ex vna, et Iohannem de Hummersbutle armigerum, ex altera parte‖ dissensio verteretur, dictis, preposito, Decano et Capitulo eundem Iohannem ex eo et pro eo, quod ipse deci‖mas de Curia sua in Steghen et aliis bonis suis sitis in Terra Stormarie, Hamburgensi Ecclesie‖ recusauit soluere, necnon super diuersis dampnis et iniuriis per ipsum Iohannem et suos in hac parte complices, presertim‖ per rapinas et ablacionem bonorum suorum, eidem Ecclesie et ipsis Colonis violenter illatis, incusantibus tandem‖ nobis mediantibus, hinc inde super hiis huius composicionis ordinacio interuenit. In primis, dictus Iohannes de‖ Hummersbutle, omnia dampna illata. et qualitercumque, per se, vel alios, suo nomine, dicte Ecclesie seu ipsius colonis‖ ablata, refundet et restituet integraliter et complete inter quatuor septimanas continuas a data presen‖cium computandas. Super aliis vero. videlicet super principali negocio dictarum decimarum soluendarum et prefatarum‖ iniuriarum satisfactione, est inter easdem partes amicabiliter compromissum. Ita videlicet quod stren‖nui Milites domini Ditleuus de wensyn. et dose Bloc, per ipsum Iohannem nominati. et duo alii per prelibatos‖ prepositum, Decanum et Capitulum deputandi, dominica proxima qua cantatur Letare Ciuitatem Lubicensem intrabunt, in‖de nullatenus exituri, nisi per ipsos huiuscemodi dissensiones totaliter sint sopite. Quibus omnibus ami‖cabiliter sic sopitis et ad effectum perductis. inter prenominatos . . prepositum . . Decanum et Capitulum. ac prefatum Iohannem et‖ ipsius heredes. necnon ipsius in hac parte complices, rata et firma composicio, occasione premissorum omnium‖ inperpetuum permanebit. Pro bono eciam pacis et concordie prelibati, prepositus, Decanus et Capitulum sepedicto Iohanni‖ et suis in hac parte complicibus, absolucionem ab excommunicacionis sentencia, qua ad ipsorum instanciam sunt liga‖ti infra quindenam continuam a data presencium numerandam, obtinebunt. Insuper pro hiis omnibus inuiolabi‖liter seruandis et complendis, sepedictus Iohannes de Hummersbutle, personaliter, et pro eo strennui‖ Milites, dictus Ditleuus de wensyn, Marquardus Brocdorpe et Luderus de Borstele. data fide,‖ pro Ecclesia vero Hamburgensi, domini Ericus prepositus et Iohannes Decanus, nobis stipulantibus‖ sollempniter promiserunt. et se pro hiis efficaciter obligarunt. In cuius rei euidens testimo‖nium Sigilla nostra presentibus litteris sunt appensa. Acta sunt hec in Ecclesia in plone. Anno‖ domini M°. CCC°. XXX. in die beati Siluestri pape.

Original im Hamb. Archiv. Zwei Reitersiegel an Pergamentstreifen.

1330. 737.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, dafs die Gebrüder Heinrich und Otto von Hamme und ihr Neffe Heinrich zur Ausstattung des neuen Kirchspiels Lütjensee eine Hufe in diesem Dorfe geschenkt haben.

Omnibus cristi fidelibus presentem litteram audituris Nos Iohannes dei gracia‖ Comes holtsacie et stormarie volumus esse notum, quod Honorabilis‖ vir, dominus Hinricus Thesaurarius ecclesie hamburgensis et otto frater‖ suus ac Hinricus fratruelis eorum, dicti de hamme, de nostro expresso‖ consensu, vnum mansum in luttekense, quem idem dominus Hinricus quondam‖ sub agricultura sua habuit, cum omni fructu et vtilitate ad Dotacionem‖ noue parrochie in luttekense,

pro animarum suarum et progenitorum suorum salute,‖ liberaliter donauerunt, vnde ad instancias prefati domini Hinrici, omnem‖ proprietatem, quam nos vel heredes nostri in dicto manso habere videbamur . . Ple‖bano memorate parrochie in luttekense qui pro tempore fuerit, dimisimus‖ et eciam conferimus in hiis scriptis, Ad maiorem autem euidenciam. presens‖ scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari, Datum Anno‖ domini Millesimo CCC. XXX.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen am Pergamentstreifen.

[ca. 1330.] **738.**

Heinrich von Wedel und Hermann von Hamme bezeugen, dafs die Brüder Otto und Marquard von Hamme für eine Schuld an eine Vikarie von 150 Mark Pf. 10 Mark Rente aus der Mühle und 4 Mark Rente aus zwei Hufen in Lütjensee verpfändet haben, auch für eine andere Schuld von 12 Mark sich zu einem jährlichen Abtrag von 1 Mark verpflichteten.

Nos Hinricus de wedele et Hermannus de hamme recognoscimus quod constituti in presencia nostra. otto et marquardus fratres de hamme recognouerunt se ex parte patris et ex parte propria et eorum patruelium esse obligatos ad quandam uicariam in centum et quinquaginta marcis denariorum. pro quibus de consensu comitis obligauerunt decem marcarum redditus in molendino in luttekense et quatuor marcarum redditus in duobus mansis ibidem sicut in litteris comitis super hoc confectis continetur. Item se recognouerunt recepisse duodecim marcas denariorum pertinentes ad memoriam Marquardi de horst. quas frater eorum dominus Hinricus de hamme thesaurarius ecclesie hamburgensis recepit a domino hartwico de herslo canonico ecclesie eiusdem. de quibus annuatim vnam marcam denariorum ad memoriam dicti Marquardi de horst dare tenentur. quousque summam restituerint. quod nos rogati protestamur sub sigillis nostris plenius in hiis scriptis.

Lib. cop. Cap. fol. 130b im Hamb. Archiv.

1331. Jan. 1. **739.**

Der Rat zu Stade beurkundet, dafs sein Ratsgenosse Ulrich Rosencranz dem Erzbischof Burchard von Bremen 4 Mark Einkünfte aus dem Dorfe Krummendiek im Lande Kedingen verkauft hat.

Uniuersis ac singulis presentes litteras inspecturis seu audituris Nos daniel de cimiterio senior. Luderus de haghene. ac alii consules opidi stadensis. notum esse volumus et presentibus protestamur. quod constitutus in nostra presencia discretus uir olricus rosencranz noster in consilio socius, clare recognouit se uendidisse racionabiliter. cum omni iure proprietate ac libertate venerabili in cristo patri ac domino borchardo sancte bremensis ecclesie archiepiscopo. redditus quatuor marcarum in uilla crummendik sita in terra kedingie in domo et frusto adiacenti in quibus hinricus dictus molner tamquam firmarius moratur. singulis annis in quolibet festo beati petri ad cathedram de primis prouentibus. qui de dictis domo et frusto adiacenti proueniunt in dicto opido stadensi leuandos expedite. pro sexaginta marcis denariorum hamburgensium sibi in numerata pecunia realiter persolutis. transferens in dictum dominum archiepiscopum omnem libertatem et proprietatem predictas et generaliter omne ius quod sibi et heredibus suis in dictis

quatuor marcarum redditibus competebat uel competere poterit quomodolibet in futurum. Ceterum nos. consules predicti sufficienter certificati per testes ydoneos quam plures ciues nostros, protestamur in hiis scriptis, quod dictus Olricus rosencranz antedictos quatuor marcarum redditus a uero proprietario videlicet Nicolao dicto rode. pro iusto precio legitime comparauit. et quod cum eisdem redditibus quatuor marcarum denariorum hamburgensium disponere poterat pro sue libito voluntatis. Promisit eciam idem olricus de euictione et dictum dominum archiepiscopum warandizare per annum et diem. ne redditus quatuor marcarum sepedicti. a quoquam hominum euincantur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum. vna cum dicti olrici sigillo presentibus est appensum. Actum et datum stadis. Anno domini. M°. CCC°. XXXI. in die circumcisionis domini. Testes aderant. Nicolaus prepositus stadensis. Hincekinus et Radekinus de campe fratres. Nicolaus spiker. Iohannes blocland et Hinricus buxtehude ciues stadenses et alii quam plures fide digni.

Lib. cop. Cap. fol. 145a im Hamb. Archiv.

1331. Jan. 3. 740.

Burchard, Erzbischof von Bremen, stiftet eine Vikarie im Hamburger Dom.

Nos Borchardus dei gracia sancte bremensis Ecclesie Archiepiscopus, vniuersis ac singulis presentes litteras inspecturis seu audituris Notum esse|| volumus clare protestantes, quod ad laudem dei et gloriose virginis matris marie et in remissionem peccatorum nostrorum de expresso consensu|| honorabilium virorum dominorum, Erici prepositi, Iohannis decani et . . Capituli Hamburgensis Ecclesie nostre dyocesis, instaurauimus et fundauimus vnam|| prebendam minorem in dicta Hamburgensi Ecclesia. quam cum quatuor marcarum Redditibus sitis in terra kedingie in villa crummendick|| in domo et frusto adiacenti, quem nunc Heynekinus Molner ad firmam tenet, de bonis nostris patrimonialibus, et per industriam con||quisitis, legitime comparatis, dotauimus in effectum, vnde ex gracia speciali dictorum . . prepositi . . Decani et . . Capituli Hamburgensis Ecclesie presenta||cionem ydonee persone ad illam prebendam per nos vt premittitur instauratam et secundum consuetudinem Ecclesie Hamburgensis sufficienter dotatam|| prima vice duntaxat optinuimus, ita quod qualitercumque et quocienscumque ipsam prebendam deinceps vacare contigerit, collacio ad . .|| prepositum . . decanum et . . Capitulum Hamburgensis Ecclesie predictos perpetuis temporibus permanebit, Ceterum oppressione et paucitate personarum dicte|| Hamburgensis Ecclesie pro conseruacione iuris ipsius laborare valentium consideratis et adtentis, suadente eciam euidenti vtilitate duas|| prebendas minores equales prebende nostre per magistros Iohannem de Solteneshusen et wernerum militis dicte Hamburgensis Ecclesie canoni||cos, in dicta Hamburgensi Ecclesia fundatas et instauratas, prebendam videlicet Iohannis in villa hamme, et prebendam werneri|| quam dictum . . Capitulum de communibus bonis suis exsoluet, modo et forma quibus supra dotatas confirmauimus et nichilominus in nomine|| domini confirmamus in hiis scriptis, ordinationem Capituli in hoc approbantes, quod Canonici existentes in istis tribus prebendis de nouo ut|| premittitur instauratis, ad alias minores prebendas prius incorporatas, cum eas vacare contigerit, ascendere debeant, et easdem|| sibi gradatim adoptare, Debent eciam uti in omnibus illo iure quo ceteri canonici in prebendis minoribus prius incorporatis|| constituti, hactenus vti consueuerunt, In

quorum omnium et singulorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum ‖ Breme Anno domini M⁰ CCC⁰. XXXI⁰. feria quinta ante Epiphaniam domini.

Original im Hamb. Archiv. Ein Pergamentsiegelstreifen.

1331. Jan. 10. 741.

Papst Johann (XXII.) *bestellt* per provisionem *den Bremer Domherrn Helembert zum Bischof in Schleswig nach dem Tode des Bischofs Johann und gestattet ihm, der durch Bischof Guncelin von Albano konsekriert ist, den Antritt.*

Avinione IIII. id. Ianuar. pontificatus nostri anno XV.

*Reg. Dan. *1549.*

1331. Jan. 20. 742.

Junker Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, vidimiert die Urkunde Albert Zabels von Lauenburg vom 8. Mai 1320 und bestätigt die darin enthaltene Schenkung.

Adolfus domicellus dei gracia comes holtzacie. stormarie et schowenborch. Vniuersis presencia visuris salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi. quod constitutus in nostra presencia. Discretus vir Dominus Rothmarus filius godekonis presbiteri. sanus mente et incolumis corpore. nobis exibuit quasdam litteras patentes, non rasas. non abolitas. non cancellatas. nec in aliqua sui parte viciatas. sed integras et omni suspicione carentes. sigillis famosorum virorum quondam Zabelli de louenborch militis. Marquardi staken. et Iohannis de hummersbutle famuli firmiter communitas. quorum tenor sequitur in hec verba.

(Folgt die Urkunde Zabels von Lauenburg 1320, [ascens. dom.] *Mai 8.)*

Hiis igitur litteris lectis. et diligenter auditis. memoratus dominus Rothmarus. coram nobis ut premittitur constitutus. ex mera pietate in remedium suorum peccatorum prefatos redditus siue censum donauit Monasterio in valle uirginum. ea libertate et iure quibus ipse emerat. et multis annis possederat. perpetuis temporibus libere possidendos. Nos autem sue bone voluntatis affectum benigniter intuentes. Hanc suam donacionem presentibus confirmamus. Renunciantes omni iuri quod nobis et nostris heredibus aut successoribus inperpetuum competere posset in redditibus sepedictis. et huiusmodi ius omnino transferimus in Monasterium memoratum. huius rei testes sunt. honorabiles viri Domini Ericus prepositus ecclesie hamburgensis frater noster. Willekinus prepositus sanctimonialium vallis uirginum. Albertus prothonotarius noster. Hynricus de groninge. Thidericus vppen perde. perpetui vicarii Hamburgensis ecclesie iam dicte. cum pluribus aliis fidedignis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum hamborch anno domini M⁰. CCC⁰. XXXI⁰. in die beatorum fabiani et sebastiani martiris.

Cop. Harvstehud. fol. 39a im Hamb. Archiv.

1331. Febr. 23. 743.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, schenkt dem Kloster Neumünster die Gerichtsbarkeit über sieben Hufen in Luderstorpe, *Reesdorf und Brügge.*

Omnibus presencia visuris Iohannes dei gracia Comes Holtzacie et stormarie salutem in ‖ domino. Discretorum humane sagacitatis presencia circumspecta constituit ut per presencia litterarum ‖ sigilla instrumenta acta preterita immutabiliter

conseruentur. Ad noticiam igitur presencium‖ et futurorum perueniat quod nos ob diuine remuneracionis intuitum animeque nostre ac progeni‖torum nostrorum animarum salutem. proprietatem iudicii maioris et minoris. supra septem mansos‖ in dominio nostro sitos videlicet in luderstorpe quatuor. in radegestorpe duos cum dimidio‖ et in uilla bruckhe dimidium mansum et septem areas beniuole dimisimus preposito et conuen‖tui in nouomonasterio perpetuis temporibus libere possidendam In cuius rei testimonium‖ sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in kil. Anno domini M°. CCC XXXI. in vigilia beati Mathie.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegelstreifen. Westfalen II. 107.

1331. Febr. 24. 744.

Henneke von Hummersbüttel vergleicht sich mit Graf Gerhard von Holstein über die Pfandschaften auf Fühnen.

Heyl to ghode allen den de dessen bref sen vnde horen. Ich henneke van hummersbottel. be kenne vnde be thyghe oppenbare in desseme openen breue. dat ich na rade miner leuen vrende‖ hebbe annamet van mineme leuen heren greuen Gherarde van holtzsten vnde stormeren. vor mine scult. de he mi sculdich is. de ich eme rekent hebbe. vnde uortmer dar to rechtliken eme bi‖wisen mach. also danighe dinc. also hir na bi screuen stan. To deme ersten male dat hus to hincegauele mit der gancen helfte. des landes to fyne. mit bede mit kercteghheden. mit tolne‖ mit munte. mit aller nut. mit aller frucht. vnde mit alleme rechte. vnde mit aller rechtegheyt. also alse he it nu heuet vnde sin noch werden mach eme truweliken to bi warende. Dat sulue‖ hus hincegauele. dat scal ich eme holden. vnde bi waren mit also danighen gulden vnde kost. alse her dose bloc. her niclaus. vnde her hartwich van reuentlo. vnde her Luder van dem borstele‖ spreken. dat ich dat wol holden moghe. vnde so wat ich dar en bouene op bore. uth deme haluen lande to fyne. it si wilker leye wis dat it si. dat scal ich mineme heren greuen gherarde. reke‖nen vnde afslan in der scult de he mi sculdich is. Were oc dat mi dat hus to hincegauele aue wunen worde. so scal he mi dat hus to dorninghe. mit der gancen voghedighe. alse se bi leghen is‖ mit aller nutt mit aller frucht, vnde mit alleme rechte. alse he it heuet. vor mine scult wedder laten in de suluen stede. so wanne it los is. von hern hartwiche. vnde her niclaus van reuentlo.‖ Worde mi oc dat hus to dorninghen aue wunen. so scal he mi dat hus to plone wedder laten in de suluen stede. vor alle de scult. de he mi denne sculdich is. Hir en bouene heuet he mi oc ghe‖laten. in de suluen scult de he me sculdich is. de helfte der bede vnde des kercteghheden. binnen deme hertichrike. des gancen landes tu sunderiutlande. vnde in allen kopsteden de dar binnen Lighen‖ vnde oc in der voghedige. vnde in der stat to ripen. vnde in der voghedige. vnde in der stat to koldinghe. vnde oc in deme lande to Erre. de wile he dat lant ledigh vnde los heuet. vnde‖ oc in langhelande gift eme dat wedder werdet. Ane also uele gulde. dar men dat hus to traneker. wol mede holden mach. vnde alle desse vorbenomeden dinc. de scal ich be holden. vnde hebben also langhe. wante‖ mi al min scult ver gulden is. de he mi sculdich is. vnde oc allent so wat ich desser bede. vnde desses kercthegeden op bore. ut dessen vorbenomeden landen. vnde ut dessen kopsteden. dat scal ich eme re‖kenen. vnde afslan. in der suluen scult de he mi sculdich is. vnde so watte vogbede he settet op de slote. vnde op dat hus. binnen dessen vorbenomeden landen. de scollen

na rade der ver riddere de hir vore‖ bi screuen stan. mich des wis maken. dat nu volghe ganceliken desse helfte der bede. vnde desses kercthegheten. so wat dar uth kumt. vnde ut komen mach na desseme daghe. Were oc dat dar‖ celingh worde. dat desse vorprokenen lande ver brant. edder verdinghet worden. so scal he mi echt lik dǒn. vor mine scult. na rade der suluen ver riddere de hir vor binomet stan. Were oc‖ dat. dat hus to plone loset worde. so scal he mi van deme suluen suluere ghelden alle mine scult. de he mi denne sculdich is. Losit oc de koningh van denemarken de pande. de he van eme heuet‖ so scal he mi dar af ghelden. bi ret he eme al. so scal he mi al op ghelden. bi ret he oc eme mer de helfte. so scal he mi miner scult de helfte dar af bireden. Hir mede scal ich henneke‖ laten. van al den panden. de ich hebbe van mines vorbenomeden heren weghene. mit ghudeme willen. ane van dessen vorbenomeden sloten. vnde van anderen panden. also alse hir vor in desseme‖ suluen breue biscreuen steyt. were oc dat mines hir vnder to kort worde. so scal min here hern niclaus van reuentlo. vnde hern ludere. van deme borstele. van miner eruen weghene. holden‖ alle desse dinc. also alse se hir vore. bi screuen stan. Worde oc der twiger ienich to kort. so scal he hartwich van reuentlo. treden an der suluen stede. were oc dat min here mit mi.‖ edder ich mit eme mit gichte scelende worden. des scolen de suluen vere vorsprokenen riddere volle macht hebben van vnser beyder weghene vns to likende, vnde to scedende. in minnen‖ edder in rechte. Alle desser vorsprokenen dinc sint thůghe. desse suluen vere vorbenomeden riddere. vnde her marquart van der wische en ridder. vnde her Dideric fulendorp en kerc‖here to lunden. vnde volrad glusinc. vnde hinric van nubile. vnde to tůghe oc aller anderen ghuden lude. vnde alle desser dinc. de hir vore bi screuen stan. hebbe ich min inghese‖ghel ghe henghet to desseme suluen breue. vnde is ghegheuen. vnde screuen in reynsborgh. Na godes bort Dusent iar drehundert iar in deme enen drittigsten iare‖ in deme daghe des hilghen apostoles sunte mathias.

In dorso *(s. XV.)* Dominus G. comes commisit Io. hummersbuttele Castrum hinsegauele.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel des Hummersbüttel am Pergamentstreifen.

1331. März 3. 745.

Ritter Laurentius Jönsson beurkundet, dafs er für Herzog Waldemar von Jütland mit Graf Gerhard von Holstein über die Insel Langeland verhandelt hat und Schiedsrichter bestellt sind, sowie dafs der Graf die Insel Errie *als Pfand behält.*

Omnibus presens scriptum cernentibus. Laurencius iøns sen miles. Salutem in domino sempiternam. Notum facio vniuersis, me, consilio meorum amicorum mediante cum‖ nobili domino, domino Gerhardo, comiti holtsacie, ex parte illustris principis, Domini waldemari ducis iucie, sui awnculi dilecti, in modum qui sequitur concordasse. et‖ arbitros de terra langlandie inter nos vtrosque ordinanda, videlicet Dominum dosonem bloc et dominum abel milites, Laurencium Thrugot et Iohannem byorn sen armigeros statu‖isse. et qualiter ipsi ordinauerint de ipsa terra inter nos. vtrobique ratum seruabitur. atque gratum, et interim ego Laurencius iøns sen miles, vna cum heredibus et‖ amicis meis omnibus, mei causa facere vel omittere volentibus, cum dicta terra et castro tranecher ad seruicia dictorum dominorum eis necessaria promti consedebimus et parati.‖ necnon dictam terram cum castro pacifice cum heredibus meis possidebo. Donec alia bona equiualencia. mihi. vel

eis per dictos arbitros fuerint assignata. Si vero mibi‖ vel meis heredibus aliquod contrarium contingat in premissis hoc in manibus dictorum arbitrorum stabit finaliter discuciendum. Si eciam aliquem de dictis arbitris medio‖ tempore mori contingat, alius miles aut armiger sibi equalis ex quacumque parte loco ipsius instruatur. et contra quoscumque preter dominum Iohannem comitem de holtzacia‖ dictos dominos infestantes ego Laurencius iøns sen cum fautoribus et amicis meis totis viribus eos fideliter adiuuabo. Ceterum ego Laurencius iøns sen et Esger frost milites cum‖ amicis nostris. quos predicti domini dux et comes ad seruicia sua receperunt et inposterum fuerint recepturi, omnia bona nostra in ipsorum dominiis et districtibus‖ sita cum omnibus iuribus et libertatibus sicuti ea liberius habuerunt nobis, libere resignabunt, et nos, in omni iure nostro fideliter defendere, preplacitare, ‖ et pre esse debebunt, prout dominus vasallos et fideles suos de iure preesse et defendere teneatur. Insuper predictus dominus Gerhardus comes, aut sui heredes terram errie‖ sub titulo pigneris pro mille marchis puri argenti optinebit, Donec per me vel meos heredes eadem terra pro dicta pecunia, ab ipso vel suis heredibus finaliter re‖dimatur. Super premissis omnibus, omnes et singule sediciones, discordie et suspiciones, quomodolibet inter nos vtrobique hucusque mote et habite, amica‖biliter et pacifice, omnimode sunt sedate et sopite. In cuius rei euidens testimonium sigillum meum. vna cum sigillis meorum amicorum infrascriptorum, videlicet Domini Esgeri‖ frost, Laurencii thrugæthsen andree aughæ sen. Iohannis byorn sen. pauli glop, Iohannis laurencius sen et petri laurencius sen sunt appensa. Datum Anno‖ domini Mill°. CCC°. tricesimo primo Die dominico quo cantatur oculi mei semper.

*Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Von acht Siegeln vier erhalten. Reg. Dan. *1551.*

1331. März 17. 746.

Die Knappen Otto Rone und Hartwig Rammekendorpe geben dem Herzog Erich von Sachsen gegen die Zahlung der Pfandsumme, 130 Mark Lüb. Pf., das Dorf Wigershope *zurück.*

Nos Otto Rone hartwicus Rammekendorpe famuli‖ recognoscimus tenore presencium protestantes, quod illustris‖ princeps dominus Ericus dux Saxonie, bona sua a nobis redimen‖do, in villa wigershope nobis ab ipso obligata, nostram nobis‖ pecuniam videlicet centum et triginta marcas denariorum lubicensium plene persoluebat, verum quia literas super dictam ob‖ligacionem confectas amisimus dicti principis sigillo sigillatas,‖ nos eidem principi supradicto promittimus fide data, quod a nobis‖ et a nostris heredibus in dictis bonis, seu pro prefatis denariis‖ nobis solutis videlicet centum et triginta marcis denariorum nunquam de cetero debeat quouis modo perturbari, Insuper promitti‖mus modo quo supra, si predicte litere inuente fuerint, quod ipsas sepefato domino nostro domino Erico duci Saxonie, absque difficultate aliqua debebimus presentare, In cuius rei testimonium‖ presentem literam nostris sigillis propriis sigillauimus, Datum louenborg anno domini, M°, CCC°, XXXI°, in dominica qua cantatur Iudica.

In dorso (*s. XV.*): dat Otto Rone den sassen herinne hefft vorkofft dat dorpp wygerschorp vor XXX mark; *a. m.* (*s. XV.*): Dat otte rone heft vorkoft dat dorpp wigerschope den sasen heren.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegelfragmente an Pergamentstreifen. Sudendorf, U. B. IX. S. 71.

1331. März 25. **747.**

Ritter Hartwig von Reventlo und Johannes Schonenbeke verkaufen dem Kloster Neumünster ihren Besitz in Luderstorpe, *Brügge und Reesdorf für 300 Mark Lüb. Pf.*

Ad noticiam presencium et futurorum hominum perueniat, Quod nos Hartwicus miles dictus de Reuetlo et Iohannes dictus sconenbeke‖ cum consensu et concilio propinquorum et amicorum nostrorum, mansos et areas in villis, Luderstorpe, Brucghe et Radegestorpe sitas,‖ cum omni Iudicio, maiori et minori, et prescise cum omni vtilitate et fructu, sicut aliquando fuerunt bone memorie‖ Iohannis dicti swin, et Marquardi dicti sconenbeke militum, vendidimus mera emptione Honorabilibus viris‖ dominis . . preposito et Conuentui in nouomonasterio, pro Trecentis marcis monete Lubicensis, et Caucionem que‖ wlgariter dicitur sele fecimus coram plebe. Si vero quisquam heredum vel propinquorum nostrorum predictos dominos in supra‖dictis bonis infra annum et diem quoquomodo inquietare uel molestare presumpserit, nos volumus et debemus dis‖brigare. Nos vero et heredes nostri predicta bona repetere non debebimus, nec sepedictos dominos in eisdem aliquatenus impe‖dire; Pro hiis seruandis vna nobiscum, Nicolaus et Iwanus dicti de Reuetlo Iohannes de Dosenrode milites‖ Iohannes swin de clawesdorpe Iohannes wallsdorpe et Hinricus grip, fide data promiserunt, In euidenciam‖ igitur et testimonium predictorum, sigilla supra nominatorum cum nostris presentibus sunt appensa. Datum et actum, Anno‖ domini M⁰. CCC⁰. XXX⁰. primo, In annunciacione beate Marie virginis.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Vier Siegel, ein Pergamentstreifen. Cop. Bordesh. fol. 19b. P. Lambeccii, Res Hamburgenses II. S. 81. Westfalen II. 108.

1331. März 30. **748.**

Das Kirchspiel Lunden beschwert sich bei Erich, Dompropsten zu Hamburg, und dem dortigen Kapitel über seinen Pleban Dietrich.

Nobili prelato et famoso domino erico dei gracia preposito hamborgensi totique capitulo ibidem‖ communitas parrochianorum ecclesie lunde debitam subieccionem cum salute perhenni vestre‖ significamus honestati quod plebanus noster dominus thidericus cum villanis lunde beniuole non concor‖dat eoque quasdam terras ad vsus sacerdotis expositas pro prebendis communibus predictorum villanorum‖ reprobat et indebite contradicit. quarum fructus idem thi. quatuor annis gratenter (?) collegerat et vnus‖quisque sacerdotum vnus post alium. X persone vel plures ad tempus ducentorum annorum et vltra habuerant‖ amicabiliter et inconqueste et antiquum ius eorum wlt indebite adnichilare. et ob hanc causam, in‖firmos nostros non wlt uisitare. infantulos babtizare. mortuos sepelire nec predictis‖ villanis sacramenta aliqua ministrare quod orrendum est auditu de quo eciam multa animarum pericula‖ poterint prouenire, quapropter sub alas vestre protectionis tamquam filii orphani confugimus in hac parte‖ vt nobis in hac causa tamquam pater pius et misericors et iustus iudex esse dignemini‖ amore iesu cristi nostrarumque precum interuentu, non sinentes dictos villanos a memorato domino indebite aggra‖uari quod cupimus deseruire vobiscum in omnibus bonis et vita, quod per denominacionem ecclesie nostre approba‖re volumus vndique verba nostra esse vera per omnia et non falsa In cuius rei testimonium sigillum nostrum‖ presentibus est appensum Datum anno domini M⁰ CCC⁰ XXX⁰ I⁰ in vigilia pasche.

Original im Hamb. Archiv. Siegelfragment.

1331. April 14. 749.

Heinrich, Bischof von Lübeck, gewährt vierzigtägigen Ablafs allen zum Bau des Klosters Preetz Hilfe Spendenden.

Hinricus dei gratia Lubicensis Ecclesie Episcopus vniuersis et singulis. prepositis, prioribus. Decanis.|| Ebdomedariis. Ecclesiarum seu capellarum Rectoribus. aut eorum vices gerentibus. per diocesin|| Lubicensem. constitutis. ad quos presencia peruenerint salutem in omnium saluatore, Cum ad constructio||nem et reparationem. monasterii. sanctimonialium in poretze. nostre diocesis olim per incendium|| destructi, proprie non suppetant facultates, vos omnes et singulos requirimus in domino|| et monemus. quatenus dicti monasterii nuntii. cum ad Ecclesias vestras venerint, ob causas|| predictas fidelium elemosinas petituri, parrochianos vestros exhortari sollicite et studiose|| curetis inducere, in remissionem peccaminum eis iniungentes, vt de bonis sibi a deo|| collatis, ipsis ad prefatam structuram, pia karitatis subsidia largiantur ob hoc celeste|| premium recepturi, vosque una cum parrochianis vestris per huiusmodi et alia pietatis|| opera perueniatis ad eterne patriam claritatis. Nos enim de omnipotentis dei miseri||cordia, ac beatorum petri et pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et|| confessis, qui ad reparationem dicti monasterii suas manus adiutrices porrexerint, XL dierum et vnius karene veniam in domino misericorditer relaxamus, presentibus. post|| triennium a data presentium minime valituris, Datum lubeke. nostro sub sigillo, anno|| domini. M⁰. CCC⁰. XXX⁰ primo dominica qua Cantatur misericordia domini.

Original im Archiv des Klosters Preetz. Ein Siegel am Pergamentstreifen. S. H. U. S. I. S. 236.

1331. Mai 2. 750.

Papst Johann XXII. hebt auf Wunsch des Grafen Johann von Holstein (Holtzetie) *für dessen Lehen und Pfandschaften in Dänemark den über das Land verhängten Kirchenbann auf, welcher über dasselbe wegen König Christofs Gewaltthaten und namentlich wegen der Gefangensetzung des Bischofs Tucho von Borglum verhängt war.* — „Sincere deuotionis."

Datum Auinione. VI. nonas. Maii pontificatus nostri anno XV.

*Reg. Dan. *1555.*

1331. Mai 15. 751.

Der Knappe Johann Grube, genannt Mildehovet, verpfändet 11 Mark Einkünfte zur Sicherung der Wiederherstellung der Glocken in den Kirchen zu Allermöhe, Billwärder und Moorfleth, da die jetzigen auf die Bitte der Kirchspiele verkauft und der Erlös zur Besserung der Deiche verwandt werden soll, und das Hamburger Kapitel seine Einwilligung dazu von solcher Sicherstellung abhängig macht.

Vniuersis ac singulis presentes litteras inspecturis seu audituris. Ego Iohannes gru[be] dictus mildehouet famulus notum esse uolo protestans in hiis scriptis. quod cum presentibus iuratis ecclesiarum ac pocioribus terre paludis bilne pro necessaria reparacione aggeris. aliaque publica et euidenti vtilitate ad vendendum tres campanas de campanilibus trium ecclesiarum videlicet anremude bilne vrenflete ab honorabilibus uiris dominis . . preposito . . decano et capitulo hamburgensis ecclesie auctoritatem petentem et assensum, finaliter responderunt. quod in nullum

euentum ad hoc auctoritatem et consensum preberent, nisi de restitucione aliarum campanarum equiualencium in pondere et valore. ad campanilia sua caucio sufficiens daretur cum effectu. vnde ego Iohannes predictus in palude raghet quod dicitur retbruch pro me et heredibus meis obligo et dimitto in hiis scriptis vndecim marcarum redditus de primis prouentibus vndecumque deriuantibus. singulis annis in quolibet festo martini percipiendis. et sub bona clausura thesaurarie hamburgensis ecclesie custodiendis. quoadusque tanta summa fuerit collecta quod tres campane equiualentes in pondere et valore vt premittitur fieri possint et ad campanilia sua fuerint realiter restitute, ex tunc dicti redditus vndecim marcarum ad me et heredes meos libere reuertentur. pro hiis omnibus et singulis obseruandis. ego Iohannes grube predictus vna cum Iohanne staken pro se et fratribus suis ac aliis quorum tutelam gerit promittimus presentibus data fide submittentes nos et quemlibet nostrum iurisdictioni iudicum delegatorum et ordinariorum quorumcumque. ita quod possint nos cohercere per censuram ecclesiasticam si contingeret premissa uel premissorum quodlibet in aliqua sui parte quod absit infirmari quomodolibet uel differri. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum hamborch. Anno domini. M°. CCC°. XXX primo feria quarta. ante festum penthecostes.

Lib. cop. Cap. fol. 121a im Hamb. Archiv.

1331. [Nach Mai 15.] **752.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, genehmigt die Verpfändung des Knappen Johann Grube, genannt Mildehovet.

Nos Iohannes dei gracia holtsacie et stormarie comes vniuersis ac singulis presentes litteras inspecturis notum esse volumus quod obligacionem reddituum vndecim marcarum in palude raghet quod dicitur retbruch factam per iohannem gruben dictum mildehouet preposito . . decano et capitulo hamburgensis ecclesie pro tribus campanis ecclesiarum bilne. anremude et in vrenulete venditis pro necessaria reparacione aggeris. reficiendis et ad campanilia sua restituendis secundum tenorem litterarum dicti iohannis exinde confectarum ratificamus et in hiis scriptis approbamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini M°. CCC°. XXX. primo.

Lib. cop. Cap. fol. 121a im Hamb. Archiv.

1331. Juni 19. **753.**

Papst Johann (XXII.) *gestattet dem erwählten Bischof Helembert von Schleswig, obwohl er noch nicht im Besitz des Provisionsdekrets ist, den Antritt seines Amtes und die Verwaltung des Bistums auf drei Monate. Gleiche Briefe ergehen an das Kapitel zu Schleswig, sowie an die Unterthanen desselben.* — „Pridem ecclesia."

Datum Auinione XIII. kal. Iulii pontificatus nostri anno XV.

*Reg. Dan. *1558, *1559, *1560.*

1331. Juni 28. **754.**

Wilhelm, Propst, Mechthild, Äbtissin, und das Kloster zu Harvstehude, sowie der Hamburger Bürger Bertram Tolner verkaufen an die Gebrüder Gottfried und Claus Ibing zwei Wispel Weizen jährlicher Rente.

Omnibus in perpetuum audituris presencia seu visuris, wilhelmus prepositus, Mechtildis abbatissa, Totusque‖ Conuentus monasterii in valle virginum, necnon Bertrammus tholner ciuis Hamburgensis, Cum‖ deuotis oracionibus salutem in domino sempiternam. A memoria presencium volumus non excidere, et ad gene-‖raciones posteras cupimus feliciter peruenire, quod Nos, omni quorum intererat requisito et accedente‖ beneplacito et consensu, vendidimus et resignauimus honestis viris Godfrido et Nycolao fratribus‖ dictis ybing, ciuibus Hamburgensibus, et eorum veris heredibus, redditus duorum chororum siliginis‖ de redditibus illorum quatuor chororum siliginis, quos Nos ab honorabili viro quondam domino‖ Leone Hamburgensis ecclesie preposito pro nostris denariis comparauimus, iure hereditario et vigore‖ proprietario. singulis annis, et statutis temporibus, in molendinis Hamburgensibus, pacifice tollendos‖ et perpetue possidendos. prout Nobiles viri, domini, Gherhardus, Iohannes et Adolfus, comites‖ holtzacie, stormarie et Schowenborch, dictos Redditus nobis dederunt et liberaliter dimiserunt,‖ Quorum litteras super hiis nobis datas, volumus prefatis Godfrido, Nycolao, et eorum heredibus‖ tamquam nobis in omnibus suffragari, Transferimus eciam in eosdem Godfridum. Nycolaum et eorum‖ heredes, necnon in eorundem successiuam generacionem omne ius hereditarie et proprietarie successionis‖ quos Nos habuimus in redditibus supradictis, In cuius rei testimonium sigillis nostris Presencia‖ fecimus firmiter roborari. Datum et Actum Anno domini, Millesimo. CCC°. XXX°, Primo, In vigilia‖ beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Original im Hamb. Archiv. Siegel der Äbtissin, des Propsten und des Bertram Tolner.

1331. Juli 24. **755.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, schenkt dem Kloster Neumünster die Gerichtsbarkeit über sieben Hufen in Luderstorp, *Reesdorf und Brügge.*

Omnibus presencia visuris Iohannes dei gracia comes holtzacie et sturmarie salutem in domino Discretorum humane sagacitatis prouidencia circumspecta constituit, ut per presencia litterarum sigillique instrumenta acta preterita immutabiliter conseruentur Ad noticiam et presencium et futurorum perueniat, quod nos ob diuine remuneracionis intuitum, animeque nostre ac progenitorum nostrorum animarum salutem proprietatem iudicii maioris et minoris super septem mansos in dominio nostro sitos videlicet in luderstorp. quatuor, in radegestorp duos cum dimidio et in villa bruckghe dimidium mansum et septem areas beniuole dimisimus preposito et conuentui in nouomonasterio perpetuis temporibus libere possidendas In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum in kyl Anno domini M°. CCC°. XXXI°. In vigilia beati Iacobi.

Cop. Bordesh. fol. 21a. Westfalen II. 107.

1331. Juli 25. **756.**

Die Gebrüder Burchard und Heinrich Snewen überlassen den Herzögen Otto und Wilhelm von Lüneburg und Braunschweig ihren Hof in Gorrieswärder.

Nos. Borchardus ac Hinricus. fratres. famuli dicti snewen. vniuersis‖ hoc scriptum intuentibus volumus esse notum. quod matura deliberatione‖ ac prehabita consentanea voluntate. Resignauimus nostris domicellis‖ Ottoni ac wilhelmo. ducibus

de luneborch et brunswich. ac eorum iustis‖ heredibus. Curiam nostram sitam in insula gorieswerdere Cum omni fructu‖ et vtilitate videlicet pratis. paschuis. agris. cultis et colendis. necnon‖ omni iure proprio veluti ipsam possedimus. hucusque. et presentis scripti tenore. de‖ omnium nostrorum heredum consensu quorum post obitus nostri terminum poterit interesse‖ Resignamus. dantes eisdem liberam facultatem faciendi et dimittendi‖ quidquid ipsorum placuerit voluntati cum eadem. In Huiusmodi Signum ve‖ritatis sigilla nostra presentibus sunt appensa anno domini M°.CCC°.XXXI°. in die‖ Sancti Iacobi appostoli maioris.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Zwei Siegel an Pergamentstreifen. Sudendorf, U. B. I. 514.

1321. Juli 25. **757.**

Die Gebrüder Burchard und Heinrich Snewen mit ihren Oheimen Mathias, Otto und Burchard überlassen den Herzögen Otto und Wilhelm von Lüneburg und Braunschweig einen Hof in Gorrieswärder.

Nos Borchardus ac Hinricus fratres famuli dicti snewen. necnon. mathias. Otto.‖ et borchardus nostri patrui. dicti. Cognominis presentibus recognoscimus publice protestantes‖ quod nos de bona voluntate. ac expresso consensu omnium nostrorum verorum heredum., dimisimus‖ ac presentibus Resignamus. Illustribus principibus domicellis nostris ottoni ac Wilhelmo. ducibus de‖ luneborch et brunswich ac eorum veris heredibus. Curiam nostram sitam in gories‖werdere. Cum pratis paschuis agris cultis et colendis et cum omnibus pertinentibus ad‖ eandem. et cum omni iure proprio quemadmodum ad nos hucusque pertinebat. iure hereditario‖ atque perpetuo possidendam. promittentes eis dictam curiam auctorizare qualibet inpeti‖cione procul mota. In huius rei testimonium hanc litteram nostris sigillis duximus‖ Roboratam Datum anno domini. M°. CCC°. XXXI°. in die sancti Iacobi appostoli maioris.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Zwei Siegel an Pergamentstreifen. Drei Siegelstreifen. Sudendorf, U. B. I. 514b.

1331. Aug. 5. **758.**

Papst Johann (XXII.) *quittiert dem Bischof Helembert von Schleswig den Empfang der zugesagten, zu Brügge in der Diöcese von Tournay zahlbaren zweitausend Goldgulden, von denen achthundert Regalen gleich neunhundertvierzig Goldgulden, vom Bischof persönlich und der Rest von tausend und achtzig Gulden durch Nicolarus (!) Gerardi, Archidiakon zu* Wicha *im Schleswiger Bistum, entrichtet seien.* — „Dudum tu frater."

Datum Auinione non. Augusti pontificatus nostri anno XV.

*Reg. Dan. *1561.*

1331. Aug. 19. 1333. Mai 18. **759.**

Junker Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, gibt dem Heinrich Ridder eine Anzahl Renten aus der Vogtei, dem Zoll, der Accise und den Mühlen in Hamburg zu Lehen.

In omnipotentis nomine amen. Eiusdem gracia Nos domicellus. Adolfus. Holtzacie. Stormarie. et Scowenborg Comes. Vniuersis ad quos peruenerit presens scriptum Cupimus‖ esse notum et tenore presentium recognoscimus publice pro-

testando, Quod de consilio nostrorum fidelium vasallorum, dilecto Nobis, hinrico Militis dicto filio Iohannis‖ eiusdem cognominis, quondam Ciuis hammenburgensis, infrascripta bona ad nostram collacionem specialiter pertinencia, videlicet Redditus decem Marcarum‖ in aduocacia, et Redditus Quatuor Marcarum in Theloneo et vngheldo nostri in hammenburg, immo in illis ducentis minus duabus marcis, que statim‖ et continue post primas Septuaginta Marcas inpheodatis diuiduntur, Item redditus Sex chororum siliginis et dimidii Chori tritici et[1]) Triticei bracei in nostris‖ Molendinis ibidem, Cum dimidietate vnius Campi dicti wlgariter Copple, siti iuxta hammenburg apud fontem sancte Marie ad partem orientalem, Item‖ redditus vnius et dimidii Chororum Tritici et Triticei brasii, in eisdem Molendinis ad collacionem nostram vna et patruelium nostrorum spectantes‖ Communiter cum debita et consueta inpheodacionis sollempnitate, ore et manu in pheodo contulimus, et iusto pheodi tytulo conferimus, in hiis scriptis‖ annis singulis, statutis ad hoc temporibus percipiendos libere et pacifice, Promisimus eciam et tenore presencium irreuocabiliter arbitramur. quod nos . . et nostri‖ heredes . . ac inperpetuum successores, prefata bona omnia et singula, predicti hinrici, veris heredibus siue feminei sexus fuerint aut virilis. et eorum‖ veris heredibus, natis, et inperpetuum nascituris, inpheodo vtique conferre debebimus, et debebunt, quandocumque et quocienscumque fuerimus, aut fuerint requisiti‖ non obstante si inpheodandi se cum dictis bonis inpheodari in parte postulauerint vel in toto. Annuimus insuper et donamus ex gracia speciali. prefato hinrico‖ Militis. omnibusque et singulis ipsius veris heredibus prenarratis, quod ab armorum seruiciis que heruard appellantur, angariis eciam et perangariis perpetue,‖ sint exempti, et a ceteris omnibus et singulis qualicumque nomine censeantur, que de bonis pheodalibus exiguntur, vel exigi poterunt in futurum. ex consuetudine‖ vel ex iure sint iugiter supportati. Huius facti Testes sunt, predilectus frater noster. dominus Ericus, prepositus Ecclesie hamburgensis, dei et apostolice sedis gracia‖ hildensemensis Ecclesie nunc electus, dominus willekinus prepositus sanctimonialium in valle virginum. Arnoldus de Eddelingdorpe miles. Albertus noster Notarius. Hinricus de hetuelde et‖ Nycolaus frantzoiser. Nycolaus de monte Consules in hammenburg. hinricus et hinricus de welzede. Iohannes et lodewicus de westendorpe famuli et‖ plures alii fidedigni. In maiorem tamen euidenciam Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum hammenburg in Curia domini prepositi hamburgensis‖ Anno domini Millesimo. CCC°. primo, in Crastino sancti agapiti martiris hora quasi Sexta. Nos vero prior et Conuentus fratrum predictorum, Et nos Gardianus‖ et Conuentus fratrum minorum in hamborch huiusmodi litteras non cancellatas, non rasas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas, sed omni suspicione‖ carentes, vero ac integro predicti domicelli Adolfi holtzacie, stormarie. et scowenborg Comitis, sigillo sigillatas, Nos vidisse recognoscimus et legisse. Quod cum appensione sigillorum nostrorum presentibus protestamur. Datum hamborch proxima tercia feria ante festum penthecostes. Anno domini M°. CCC°. XXXIII°.

[1]) t. e. *übergeschrieben*.

Original im Hamb. Archiv. Siegel der Franziskaner fragmentarisch am Pergamentstreifen. Ein Siegelstreifen.

1331. Septbr. 14. **760.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, schenkt dem Kloster Scharnbek die Abgaben einer Hufe zu Kirchwärder.

Ericus dei gracia dux Saxonie, angarie et westfalie, Omnibus cristi fidelibus salutem inperpetuum, Libertates quas de gracie‖ nostre liberalitate sperantibus indulgere solemus ad commodum, sic nostrarum muniri volumus testimonio litterarum ut contra quoslibet‖ prauorum incursus robur optineant ac validum munimentum, Igitur ad notitiam vniuersorum deducimus presentium tenore‖ litterarum, quod propter frequentem beniuolentiam, et precipue propter labores quos venerabilis dominus Theodericus abbas mo‖nasterii in Schermbeke propter nos subiit versus Coloniam pro prebenda dilecto filio nostro Iohanni consequenda, graciose‖ donamus cum consensu omnium heredum nostrorum quorum interest uel interesse poterit, in remedium anime nostre ac progenitorum‖ nostrorum eidem abbati et Conuentui in Schernbeke, precariam maiorem ac minorem et omnem exactionem quocumque‖ censeatur nomine, vnius integri mansi in kercwerdere situati, qui to deme temple wlgariter nuncupatur volentes‖ iam dictum mansum, cum omni iure siue seruicio aliquo, et cum omni integritate siue qualibet diminutione quem‖ admodum prefatum mansum nostri progenitores ab antiquo habuerant iam dicte esse ecclesie temporibus perpetuis liberum et‖ immunem, nichil iuris quocumque nomine dici possit in memorato manso nobis vel nostris heredibus tempore quolibet‖ reseruantes, In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini. M⁰. CCC⁰. XXXI.‖ In exaltacione Sancte crucis.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Reitersiegel an gelb-grüner Schnur.

1331. Septbr. 22. **761.**

Johann Hake, Official des Erzbischofs Albert von Bremen, befiehlt dem Rektor der Kirche zu Kiel eine Anzahl von Geldsummen zu arrestieren.

Iohannes hake officialis reuerendi in cristo patris ac domini domini Alberti sancte Bremensis ecclesie archiepiscopi. Discreto viro domino‖ Rectori ecclesie opidi in kyl vel eius vices gerenti salutem in domino. Mandamus vobis in uirtute sancte obediencie quatenus sub‖ pena excommunicationis arrestetis pecunias infrascriptas. videlicet sub Makone visch. L marcas. Item sub vxore‖ sua VI. marcas Sub Iohanne Herzen X. marcas. Sub Hinrico Culen X marcas et ultra et sub Mar‖quardo westede X. marcas uel circa. In quibus quondam Tymmoni dicto molner. bone memorie ac suis sociis‖ tenemur obligati. Item arrestetis vniuersaliter et publice de ambone omnia et singula debita et bona predicti Tymmonis‖ et sociorum eius apud quoscumque consistant. que eciam presentibus arrestamus ne de ipsis alicui satisfaciendo reuenderit‖ donec domino Iohanni wygen officiali prepositure hamburgensis et fratri suo Euerhardo de nonaginta quatuor marcis racione debiti sit‖ plenarie satisfactum. Super cuius execucione reddite litteram sigillatam. Datum Hamborg anno domini M⁰. CCC⁰. XXXI⁰. sequenti die beati Mathei‖ apostoli martiris sancti.

Original im Hamb. Archiv, lädiert. Siegel am Siegelstreifen. Ein Siegelstreifen.

1331. Septbr. 29. **762.**

Erich, Propst, Johann, Dekan, und das Kapitel zu Hamburg bestätigen die Stiftung einer Vikarie seitens des Thesaurars Heinrich von Hamme.

In nomine domini amen. vniuersis cristi fidelibus presentes litteras inspecturis. Ericus dei gracia prepositus. Iohannes decanus et capitulum ecclesie hamburgensis

in cristo salutem. Iustum et racionabile fore probatur ut illius voluntas seu desiderium impleatur qui perpetuum beneficium faciendo. diuinum cultum wlt salubriter augmentare. et hoc eciam clericorum inopiam intendit misericorditer releuare. Hinc est quod de omnium nostrum pleno consensu et vnanimi voluntate honorabilis vir dominus hinricus de hamme quondam ecclesie nostre thesaurarius diuina gracia preuentus. vnam vicariam perpetuam in ecclesia nostra hamburgensi ad honorem dei et beate marie virginis. necnon pro anime sue et omnium benefactorum suorum salute instaurauit. Ad cuius dotacionem octo marcarum redditus in villa Smalenbeke et octo marcarum redditus in uilla bunningstede sitos. sicut in litteris comitis Iohannis super hoc confectis plenius continetur prouide comparauit. Ad huiusmodi quidem uicariam. iohannes greseke clericus. scolaris dicti domini hinrici per ipsum canonice presentatus a domino decano nostro in ecclesie nostre perpetuum uicarium est receptus. Qui quidem Iohannes et successores sui. omni iure et libertate sicut ceteri ecclesie nostre vicarii plenarie perfruentur. Ad memoriam eciam dicti domini hinrici. in ipsius anniuersario in choro hamburgensi more solito distribuendam. duarum marcarum redditus de vno manso in uilla Meyendorpe quem nunc heyeke colit, annuatim soluendi, sunt empti. Cupientes ergo prefato domino hinrico pro huiusmodi deuocionis affectu. aliquam beniuolenciam exhibere sibi graciose duximus concedendum. quod ius patronatus dicte vicarie. uite sue temporibus obtinebit. Eo vero decedente Otto frater suus et hinricus fratruelis eorum. vel eorum veri heredes dicti de hamme. tantum modo duabus vicibus. personam ydoneam ad prefatam uicariam concorditer poterunt presentare et post hec eiusdem uicarie collacio capitulo nostro hamburgensi perpetuis temporibus pertinebit. Ne autem premissa successu temporis infringantur. uel obliuioni tradantur. presentem paginam sigilli ecclesie nostre et sigilli prefati domini hinrici appensione duximus roborandam. Datum hamborch. anno domini M⁰. CCC⁰. XXX primo In die beati Michaelis.

Lib. cop. Cap. fol. 73b im Hamb. Archiv. Staphorst, Kirchengesch. I. 2, S. 243 zu 1330.

1331. Septbr. 29. 763.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, dafs die Knappen Otto und Hartwig Zabel zur Ausstattung einer Vikarie dem Hamburger Kapitel 16 Mark Hamb. Pf. Rente aus acht Hufen in Schmalenbeck verkauft haben.

Nos Iohannes dei gracia Comes Holtsacie et stormarie. vniuersis hanc litteram visuris seu audituris volumus esse notum. quod Otto et Hartwicus dicti zabel famuli, de consilio amicorum suorum. ac de nostro consensu et licencia speciali vendiderunt iure hereditario et proprietario pro ducentis marcis denariorum hamburgensium ipsis in numerata pecunia persolutis. honorabilibus viris dominis . . preposito . . decano et capitulo hamburgensis ecclesie. ad dotacionem uicarie per dominum Hinricum de hamme quondam ecclesie nostre thesaurarium instaurate. et ad duas vicarias per nicolaum decani in ecclesia sancti petri in hamborch fundatas. Sedecim marcarum redditus denariorum hamburgensium de octo mansis in villa smalenbeke situatis. cum omnibus attinenciis suis. lignis. pratis. pascuis. aquis aquarumque decursibus. necnon cum omni vtilitate proprietate et libertate. sicut dicti famuli eosdem mansos vsque ad hoc tempus libere possederunt. singulis annis infra octauam beati Michaelis in ciuitate hamburgensi perpetuis temporibus expedito soluendos. ita quod possessor vicarie domini Hin-

rici de hamme predicti. solus octo marcas. et alii duo uicarii Nicolai decani. octo marcas similiter percipiant singulis annis vt supra narratur. Isti quidem nunc colunt mansos predictos. becker. wolder. cruse. make. Ehardus winter. Herthe. damquardus. Iohannes longus. et Elizabeth uidua. Si uero quod absit aliquis dictorum mansorum desertus remanserit dampnum census eiusdem mansi. prefati uicarii equaliter sustinebunt. Predicti vero domini . . prepositus . . decanus et capitulum hamburgensis ecclesie iudicium et seruicium dictorum mansorum dictis famulis ex speciali amicicia dimiserunt. et iidem famuli erunt fauorabiles iudices hominum dictorum mansorum et nullam exactionem seu peticionem facient vel aliquid noui statuent vnde dicta bona possint aliquatenus deuastari. quod si fecerint. ipsi pro huiusmodi iniuria satisfacere tenebuntur. Ceterum si dictorum mansorum coloni debito tempore ut premittitur huram suam non dederint, memorati uicarii habebunt potestatem huram suam pandandi. uel per censurum ecclesiasticam exigendi. seu colonos in ciuitate hamborch arrestandi. et nos Otto et hartwicus famuli predicti. vna cum dilecto awnculo nostro Iohanne de hummersbutle. data fide promittimus in hiis scriptis quod dictos dominos in prefatis bonis nunquam impedire vel perturbare volumus. et si dicta bona inbrigata fuerint. nos ea disbrigabimus. et eorum colonos ut nostros fideliter defendere volumus et tueri et si contrarium fecerimus. nos respondere tenebimur pro defectu. Nos vero Iohannes dei gracia Comes predictus. omne ius dictorum mansorum quod ad nos spectabat memorate ecclesie hamburgensi pro nostra et progenitorum nostrorum salute conferimus in hiis scriptis. Ad maiorem autem firmitatem. presens scriptum sigillo nostro. et sigillis ottonis et Hartwici zabel. necnon Iohannis de hummersbutle famulorum duximus roborandum. Actum et datum Anno domini. M⁰. CCC⁰. XXX primo. in die beati Michaelis.

Lib. cop. Cap. fol. 111b im Hamb. Archiv.

1331. Octbr. 16. **764.**

Ritter Segeband von Wittorpe gewährt dem Herzog Erich von Sachsen den Rückkauf der ihm verpfändeten Vogtei zu Hitbergen und des Zolles zu Eſslingen für 500 Mark Pf.

Datum anno domini M⁰ CCC⁰ XXXI⁰. In die galli et lulli confessorum.

Sudendorf, U. B. VII. 64 nach dem Original im Staatsarchiv zu Hannover.

1331. Octbr. 16. **765.**

Helembert, Bischof von Schleswig, beurkundet dem Erzbischof Burchard von Bremen und seinem Bruder Volquin Grelle eine Schuld von 300 Mark Silber.

Nos Helembertus dei gratia Slewicensis ecclesie episcopus in hiis scriptis publice recognoscimus‖ et notum facimus vniuersis. quod a reuerendo in cristo patre domino borchardo sancte bremensis ‖ ecclesie archiepiscopo, et volquino dicto grellen eius fratre, habuimus et mutuo recepimus‖ tricentas marcas, puri argenti lubicensis ponderis nobis integraliter ab eisdem traditas[1])‖ et solutas,[2]) et quas expendimus et conuertimus in vtilitatem nostram, et ecclesie nostre supradicte. promit‖tentes eisdem in hiis scriptis fide data, quod dictas tricentas marcas, eisdem uel eorum procur‖atori certo, soluemus. et reddemus expedite, et sine fraude, infra hinc, et festum nati‖uitatis beati Iohannis baptiste proxime affuturum. renuntiantes

nichilominus. exceptioni non num||erate pecunie, non tradite non solute. et generaliter omnibus exceptionibus quibuscumque, que contra|| recognitionem et promissionem nostras predictas, possent qualitercumque. obici uel opponi|| in quorum omnium euidens testimonium sigillo nostro roborari mandauimus presens scriptum|| datum in kilone anno domini. M⁰. CCC⁰. XXXI⁰. ipso die galli et lulli.

[1]) *as auf Rasur.* [2]) *desgl.*

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Siegel am Pergamentstreifen.

1331. Octbr. 26. **766.**

Papst Johann (XXII.) *beurkundet, daſs die Grafen Gerhard und Erich von Holstein und Schauenburg mit ihrer Mutter, der Gräfin Helene, das Patronatsrecht über die St. Martinskirche in Stadt Hagen und eine Vikarie in der St. Johannis-Kirche zu Bischopgerode dem Kloster Obernkirchen geschenkt haben.*

Iohannes Episcopus Seruus Seruorum Dei dilecto filio preposito et dilectis in Christo filiabus Priorisse et Conuentui monasterii Sanctimonialium in Ouerenkerken per Prepositum et Priorissam soliti gubernari ordinis sancti Augustini Mindensis Diocesis Salutem et Apostolicam benedictionem Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis vt id per Sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane peticio vestra nobis exhibita continebat quod dilecti filii nobiles viri Adolphus Gherhardus et Ericus fratres comites Holtzatie et in Schowenborch ac dilecta in Christo filia Helena mater eorum tunc Ecclesie Sancti Martini in Greuenalueshagen et perpetuarum vicariarum constitutarum in ea nec non capelle Sancti Iohannis Ewangeliste in Bysschepingerode Mindensis Diocesis patroni cupientes terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare ius patronatus quod in ecclesia vicariis et capella predictis habebant vobis et per vos monasterio vestro pro suarum et parentum ac Successorum ipsorum animarum salute in perpetuum pia liberalitate donarunt prout in patentibus litteris inde confectis dictorum Comitum et matris sigillis munitis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris Supplicationibus inclinati quod super hoc ab eisdem Comitibus et matre pie et prouide factum est ratum et gratum habentes id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione Septimo Kalendas Nouembris Pontificatus nostri anno quinto decimo.

Aus Capauns Abschriften im Archiv zu Bückeburg.

1331. Novbr. 22. **767.**

Heinrich, Propst, und Elisabeth, Priorin zu Preetz, weisen dem Kloster Preetz für die unsicheren Einkünfte aus Stakendorf andere zu und behalten der Priorin alle Verfügungen über das genannte Dorf vor.

Uniuersis presentis et postere etatis, ad quos presens scriptum peruenerit, Hinricus dei gracia porezensis ecclesie prepositus. Elyzabeth priorissa Totusque conuentus eiusdem loci, salutem in omnium|| saluatore. Notum esse volumus quod cum per predecessores nostros, videlicet, prepositum Conradum, Adelheydim priorissam, de consilio et vnanimi consensu nostri conuentus eorum temporibus

existentis, bonis ecclesie‖ nostre plane computatis ac diligenter taxatis, ad uictum et vestitum personarum ibidem degencium, Sexaginta marcarum redditus in villa Stakendorp singulis annis tollendi pie fuerint assignati,‖ Et dicti redditus a colonis eiusdem ville propter eorum inopiam non possint singulis annis per nos integraliter extorqueri, Nec predictorum scilicet, Conradi prepositi, Adelheydis priorisse, statuta salubria‖ volumus infringere sed in melius reformare necessitate frequentique instancia tocius nostri dicti conuentus ducti utique et compulsi, predictarum LX. marcarum redditus in alios certiores redditus duximus [commutandos. Quare]‖ prefatis personis, in nostro conuentu degentibus, loco ville supradicte Triginta sex marcarum redditus in [ui]lla Porsuelde, in uilla Lepelkendorpe decem marcarum redditus, quam in presenti tempore Thymmo de Olthenna‖ pro eadem pensa habet, Et in uilla Vrouwendorpe Quatuordecim marcarum redditus, quam Iohannes [M]eynarsdorpe, pro eodem censu ab ecclesia tenet, singulis annis sine aliquo obstaculo plane et integraliter‖ recipiendos, specialiter et liberaliter assignamus. Statuimus nichilominus de consensu tocius nostri conuentus, ut priorissa que tunc pro tempore fuerit, secundum formam ordinacionis, priuilegio dato, super uillam predictam Stakendorp insertam‖ perpetuis temporibus omnia et singula ordinet et disponat. Vt autem factum nostrum pretactum ratum et conuulsum permaneat, presentem paginam, sigillorum nostrorum, nostri videlicet et conuentus appensione, fecimus communiri,‖ Datum et actum Poretze, Anno domini [M°] CCC° XX[X]I° In festo beate Cecilie virginis et martyris gloriose.

Original im Archiv des Klosters Preetz. Reste von zwei Siegelstreifen. S. H. U. S. I. S. 237.

1331. 768

Ritter Knut Friis *und* Henric Perssön *beurkunden, Friesland von König Christof und seinen Söhnen zu Lehen zu tragen, und verpflichten sich, keine Burg im Lande anzulegen.*

Datum M. CCC. XXX. primo.

Regest in Michelsen, Nordfriesland S. 283 nach den Wordingborger und Calundborger Registranten. Reg. Dan. 2087.

1331. 769.

Der Knappe Lambert Struz stattet eine Vikarie im Hamburger Dom mit einer Rente von 8 Mark aus der Mühle zu Bünningstedt und anderen Einkünften aus.

Vniuersis ac singulis presentes litteras inspecturis seu audituris. Ego Lambertus struz famulus notum esse cupio presentibus protestando, quod vicariam domini werneri de arnesboke quam dominus Marquardus pater meus et Henneke coldehoue dicti de hummersbotle ad laudem dei genitricis marie in ecclesia hamburgensi instituere et fundare decreuerunt, effectualiter dotaui de consensu heredum meorum et omnium quorum interest cum bonis infrascriptis. In primis cum octo marcis denariorum de primis prouentibus molendini bunningstede in campo tymmershorne cum duabus marcis In area longi halkes sex solidos. In area roden quatuor solidos. Item in area burmester quatuor solidos, Item in manso quem colit molendinarius quatuor modiis siliginis. In dimidio manso rederi duobus modiis siliginis. In manso thiderici lubbeken quatuor modiis siliginis. In manso cathrepel quatuor modiis siliginis. In dimidio manso grawehinrikes duobus modiis siliginis.

In dimidio manso hallec duobus modiis siliginis. In dimidio manso Henrici wolderici duobus cum dimidio modiis siliginis in dicta uilla bunningstede. vnde ego Lambertus supradictus volens effectuare conceptum patris mei et hennekini predictorum predictam uicariam vt premittitur dotaui hamburgensis ecclesie in omnibus iure saluo. Ceterum vicarius dicte uicarie si voluerit memoriarum esse particeps. duas marcas singulis annis in choro more consueto distribuendas ministrabit. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo marquardi struz presentibus sunt appensa. Datum anno domini. M⁰. CCC⁰. XXX. primo.

Lib. cop. Cap. fol. 132b im Hamb. Archiv.

1331. **770.**

Henrici Lasbecken renunciatio ab omni impetitione super villam Havickhorst. 1331.

Angeführt: Hansen, Nachricht von den Holstein-Plönschen Landen S. 128.

1332. Jan. 10. **771.**

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, schließt Frieden mit Christof und Erich, Königen von Dänemark.

In. Godes namen amen. Wi Gherhard van der gnade godes greue tů holsten vnde tů Stormeren betiughet vnde bekennet in desseme openen breue dat twischen den Edelen herren. kunningen Cristofere vnde Erike van denemarken. vnde vseme leuen vedderen greuen Iohanne van holsten. van der enen weghene vnde vs van der anderen weghene ghe deghedinghet is en ganz sone desse vore benomeden kuninge scolen vs vnde vsen rechten eruen setten tů eneme‖ pande. dat ganze lant tů nortiutlande vnde dat ganze lant tů fůne. mit sloten vnde mit mannen de in dessen landen beleghen vnde wonende sin mit alle kůnichlicheme rechte mit nutter herscap also herren aller nůttest‖ herscop holen vnde hebben můghen vnde mit rechte der kerken lene vnde aller ghestliken lene de in dessen landen be leghen sin. vnde ganzliken mit aller nůt. rechte. vnde bequemicheyt also se desse lande vore hat hebben vor hundert‖ dusent lodeghe marc siluers kolnescher wicht. desse lant de moghen se losen vor dit vore benomede siluer so wan se můghen vnde willen. vnde scolen se losen tů samene. vnde tů eneme male. vnde scolen dat siluer bereden dar id‖ vs vnde vsen eruen nicht entueret en werde vortmer scal vse veddere Greue Iohan losen vnde vnbeworren maken dat hus tů hincegaule vnde helfte des landes to fůne van henneken hummersbotle vor also dane scult dar dat‖ hus unde de helfte des landes fůne van vser weghene vore steyt. Oc scal use vor benomede veddere losen vnde vmbeworren maken dat hus tů plone vor alsodane schult dar dat hus van vser weghene vore steyt. Desse lant vnde‖ slote scolen wi hebben also dat de beltessunt twischen fůne unde Selande de schede si vnde dat westerhaf tů Iutlande vnde so wat twischen deme beltessunde vnde deme westerhaue begrepen is id si klene eder grot vnde de ǒlande de bi dessen‖ landen beleghen sin. vnde alle dat ie tů̊ dessen landen leghen heuet. vnde benamen des kuninges fresen scole wi vnde vse rechten eruen hebben tů eneme pande also hir vorgesproken is. vse veddere Greve Iohan scal oc hebben al sin erue‖ gut tů Iutlande vnde tů fůne vnbeworren. Hir vmme scole wi vseme vedderen weder laten dat hus tů plone.

also id vse veddere vs leth. mit mannen vnde mit ghulde vnde scolen de man weder an vsen vedderen wisen. vnde alle vangene|| an beyden siden de scolen wesen ledich vnde los. vnde binamen hertoch Otto vnde de biscop van burlum. vnde de biscop scal gheuen sine openen breue dat he vp den kuningh vnde alle de ene hulpen van nene vorderinge hebben moghe. Vordmer|| Iuncher albrecht de hertoghe van sassen vse om. scal doslande hebben vnbeworren. Oc scole wi vseme vore benomeden vedderen. antwarden dat lant tů langelande vnde dat hus tu traneker vnbeworren mit alleme rechte. mit|| kerlenen vnde mit allen gheystliken lenen. vnde so wanne de kůninge Iutlande vnde fůne. losen. so scal vse veddere vs eder vseme ome deme hertoghen van Sleswich langelande weder antwarden vnbeworren. Oc scal de kuningh vs weder|| antwarden dat hus tů scandelborch. vnde de wile dat wi dat lant tů langelande vseme vedderen nicht antwart en hebben. so scalman dat hus tů Scandelborch vnde dat lant tů Erre antwarden twen edder dren vses vedderen manne|| de we kesen willen vt syme rade. De scolen dat hus vnde dat lant tů Erre holen tů vses vedderen hant. also lange bet wi vseme veddere langelande antwart hebben vnbeworren. so wanne dat geschen is. so scalman vs dat hus tů|| Scandelbůrch vnde dat lant to Erre weder antwarden. vnbeworren. were over dat des vs not were. so scal dat hus tů Scandelborch. vse opene slot wesen tů al vsen noden. Vordmer scole wi vseme vorbenomeden vedderen hel||pen mit hundert mannen vp orsen binnen denemarken. vnde dat selue scal vs vse veddere wedder důn. vnde so wanne vs vse vedere volc sant. deme scole wi sceppen kost vnde spise. vnde vmme deme lande tů holsten gicht dat lant|| ienich here eder ander man an vechten wolde. so scole wi vseme vedderen helpen mit ganzer macht vp vse eghene kost win vnde vor lus. vnde dat selue scal vse veddere vs weder důn. Were oc dat die konnig desser sone|| vs nicht holden enwolde. vnde se vs breke. vnde vs an vsen panden. vnde landen de we hebben tů denemarken bewerren wolde. so scal vse veddere vse helper wesen vp den kŏning vnde vp al sine helpere. vnde dat selue scole|| wi vseme veddere weder dŏn. Were ok dat de kŏning edder ienich man vses vedderen viant worde. so scole truweliken wi vseme vedderen helpen. vnde dat selue scal vse veddere vs weder důn. vortmer scal vse vorbenomede veddere|| Iuncher woldemars viant nicht werden al de wile dat wi ene vore deghedinget. vnde vse om scal vses vedderen viant nicht werden weder. vortmer scal vse vorbenomede veddere hebben sestich laste korne gheldes. de|| helfte tů Iutlande vnde de helfte tů Fůne. Binnen desser vorbenomeden sone scal wesen binamen. van der kuninge vnde van vses vedderen weghene her offe nickelsøn. her Eskel krat. her knut frise. Agho hase. Hinrich|| petersøn. hedhege. peter deken. van vser weghene har laurencius ionsøn. her peter vnde her anders stiucge. her las laurensøn. Tymme tymsøn. Nickels andersøn. Boualke. bucge. Peter broc. vnde ganzliken al vse man. vnde|| al vses vedderen man an beyden siden. vnde aller malkes scal sin gůt hebben so wor it geleghen is vnbeworren. Vortmer binnen desser sone vnde dessem vrede van vses vedderen weghene scolen wesen desse heren.|| hertoghe Erich van sassen. her Borchart de bischop van bremen. Iuncher albrecht van mekelnborch. Greue hinrich van zwerin. van vser weghene Iuncher albrecht de hertoghe van sassen. Iuncher wol||demer de hertoghe van sleswich. greue alef van Scowenborch. vnde wie Iunchere woldemer. en hertoghe tů sleswic betiughet vnde bekennet dat desse vorbenomede sone. vnde de latinge des landes. tů|| langelande van useme volborde vnde willen is. vnde tů ener vestinge desser vorbenomeden ding so hebbe wi vse yngesighel henget tů desseme breue. Dat wi

Greue ghert alle desse dincg stede vnde vast‖ holen, so hebbe wi eme entruwen lauet. vnde vse yngheseghel henget tů desseme breue. desse bref is gescreuen vnde geuen in der stat tů deme Kile. dusent iar. vnde drehundert in deme twe vnde drittighesten‖ iare na godes bort. des vrigedaghes binnen den achte daghen tů twelften.

In dorso *(s. XIV.)*: littera comitis Gherardi super inpigneracione terrarum nortiutie pheonie frisonum regis et terrarum de erria et langhlandia.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei Siegel an Pergamentstreifen. Reg. Dan. 2088.

1332. Jan. 25. 772.

Junker Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, verkauft dem Hamburger Bürger Nikolaus von Berg das Dorf Langenhorn für 200 Mark Hamb. Pf.

In nomine domini amen, Adolfus domicellus dei gracia. Comes Holtzacie. Stormarie et Scowenborch,‖ vniuersis in perpetuum presencia visuris vel audituris, Salutem in domino, Nouerint vniuersi tam posteri quam‖ presentes, quod Nos ex pleno consensu et voluntate dilecte matris nostre domine Helene, Comitisse Holtzacie‖ Stormarie, et Scowenborch, ac dominorum Gherardi et Erici fratrum nostrorum, necnon et fidelium vasallorum‖ nostrorum, maturo et diligenti prehabito consilio, vendidimus honesto viro, Nycolao de monte Ciui‖ nostro in Hamborch, et eius heredibus natis et nascituris, villam nostram Langhehorn, cum omnibus suis‖ agris cultis et incultis, pratis, pascuis, lignis, lignorum fructibus et vsibus, silvis, rubetis, locis‖ palustribus, aquis, aquarum decursibus, omnique distinctione terminorum, iudicio maiore et minori, et‖ vniuersaliter cum omnibus suis iuribus, prouentibus et pertinenciis, quibus pater noster bone memorie, et‖ Nos, dictam villam possedimus multis annis, pro Ducentis marcis denariorum hamburgensis monete nobis‖ integraliter persolutis, iure et titulo proprietatis perpetuis temporibus, quiete pacifice et libere possidendam.‖ Promittimus eciam in hiis scriptis, quod Nos, in dicta villa, pro nobis et nostris heredibus, et vniuersis, si qui‖ dictam villam successu temporis impetere voluerint, eosdem Nycolaum et suos heredes. ab huiusmodi impeticione‖ liberos et indempnes seruabimus, ipsis prestaturi warandiam debitam atque iustam, Nos eciam et heredes‖ ac officiales nostri, non debemus memorate ville Colonos aliquibus angariis, seu perangariis,‖ seruiciis, precariis, seu exactionibus aggrauare. Ceterum prefati Nycolaus et sui heredes possunt dictam villam‖ obligare vendere vel donare, cuicumque vel quibuscumque voluerint in parte vel in toto, et ille vel illi‖ cui vel quibus dictam villam obligauerint, vendiderint vel donauerint, debebunt ipsam pacifice possidere‖ saluis et conseruatis sibi libertatibus et condicionibus omnibus supradictis, Verumptamen prefatus Nycolaus nobis‖ contulit ex gracia speciali, quod infra Sex annos a data presencium continue subsequentes, et semper infra festa‖ beati Martini et pasche, et non aliis anni temporibus, possimus dictam villam, nostris propriis denariis, predicto‖ Nycolao vel suis heredibus in Ciuitate hamburgensi numerandis, ad vsus nostros proprios reemere‖ pro dicta pecunie quantitate. Post elapsum autem Sex annorum reemendi non habebimus facultatem.‖ Ceterum si eandem villam per nostros. aut Ciuitatis hamburgensis, vel dictorum Nycolai et heredum suorum, emulos,‖ quod absit, contigerit rapinis aut incendiis deuastari, huiusmodi deuasta-

cionem Nos aut heredes nostri‖ ipsis non imputabimus et super eo non mouebimus questionem. Testes aderant honesti viri, dominus wil‖lekinus prepositus in Herwardeshude. Iohannes de bardeleue Miles, Lambertus de Raboyse armiger, vasalli‖ nostri, Albertus notarius noster, Hinricus de hetfelt, Hinricus de nesse. Iohannes de edemiz, et Nycolaus fransoy‖ser, Consules hamburgenses, fideles nostri et plures alii fidedigni. In cuius rei testimonium sigillo nostro‖ roboramus presens scriptum, Datum et actum Hamborch, In Conuersione sancti pauli Anno domini Millesimo‖ CCC⁰. Tricesimo Secundo.

Original im Hamb. Archiv in doppelter Ausfertigung, beide mit Reitersiegeln an roter Schnur. Klefeker X. S. 142.

1332. Febr. 5. **773.**

Johann, Graf von Holstein, und die Ritter Eghard Brockdorp und Emekin Wulflet entlassen die von ihnen gemachten Kriegsgefangenen.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Iohannes dei gracia Comes Holtzsacie et Stormarie‖ Eghardus brokdorp et Emekinus Wufflet milites, Eternam in domino salutem, Notum facimus‖ vniuersis presentibus et futuris, quod nos omnes et singulos captiuos. per nos seu nostros fau‖tores vel coadiutores. dilecto patruo nostro, domino gherardo Comiti holtzsacie seu‖ suis fautoribus vel Coadiutoribus aliiscunque attinentes, qualitercunque Captiuatos in hunc diem‖ Eorundemque compromissores, ab impeticione nostra heredum nostrorum seu aliorum quorumcumque‖ omni dubitacionis seu protractionis materia postposita quittos et excusatos per presentes‖ dimittimus et liberos penitus faciemus, In Cuius rei testimonium sigilla nostra‖ presentibus duximus apponenda. datum Anno domini. Millesimo. Trecentesimo. Tre‖cesimo. secundo. die beate agathe virginis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegel, zwei Siegelstreifen.

1332. März 4. **774.**

Papst Johann (XXII.) *nimmt das Kloster Neumünster in seinen Schutz.*

Iohannes episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis preposito et conuentui monasterii Nouimonasterii per prepositum soliti gubernare ordinis sancti Augustini bremensis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum Eapropter dilecti in domino filii, vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu, personas vestras et locum in quo estis diuino obsequio mancipati, cum omnibus bonis que in presenciarum racionabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem decimas terras vineas, domus possessiones et alia bona vestra sicut ea omnia iuste et pacifice possidetis vobis et per uos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, salua in predictis decimis moderacione concilii generalis Nulli ergo omnino hominum liceat hac[1]) paginam nostre confirmacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum Datum Auinione IIII⁰ nonas Marcii pontificatus nostri Anno XVI⁰.

[1]) *l.:* hanc.

Cop. Bordesh. fol. 5b. Westfalen II. 108. Muhlius, Hist. cen. Bordesh. S. 512.

1332. März 4. **775.**

Papst Johann (XXII.) bestätigt die Übertragung des Patronatsrechts über die St. Nikolaikirche in Kiel seitens des Grafen Johann von Holstein und Stormarn an das Kloster Neumünster.

Iohannes episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis preposito et conuentui monasterii nouimonasterii per prepositum soliti gubernari ordinis sancti Augustini bremensis diocesis Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum Sane peticio vestra nobis exhibita continebat quod nobilis vir Iohannes comes holtzacie et stormarie bremensis et lubicensis diocesis olim patronus parrochialis ecclesie sancti nicolai in kil bremensis diocesis cupiens terrena pro celestibus, et transitoria pro eternis salubri commertio commutari pro sua suorumque parentum animarum salute ius patronatus quod in dicta ecclesia tum habebat uobis et monasterio uestro venerabilis fratris nostri bremensis archiepiscopi ad id accedente consensu pia et prouida libertate donauit prout in patentibus litteris inde confectis ipsius comitis sigillo munitis plenius dicitur contineri Nos ¡taque vestris supplicacionibus inclinati quod super hoc ab eodem comite pie et prouide factum est ratum et gratum habentes id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum Datum Auinione IIII[o] nonas Maii pontificatus nostri Anno sexto decimo.

Cop. Bordesh. fol. 97 b. Westfalen II. 104.

1332. März 13. **776.**

Othinkar Petersen und Iwar Bondysen, Domherren zu Schleswig, entscheiden in dem Prozefs des Bischofs Jakob von Ripen und des dortigen Kapitels gegen den Magister Hennekin Henceri, Priester zu Draghby, zu Gunsten der von den ersteren eingelegten Appellation an den römischen Stuhl.

Othenkarus petri et iwarus bondy sen canonici sleswicenses in causa que vertitur inter reuerendum dominum Iacobum episcopum ripensem et capitulum suum ex vna, ac magistrum Hennekinum|| henceri rectorem ecclesie draughby arusiensis diocesis parte ex altera, iudices subdelegati a venerabili viro domino nicholao sestæth canonico ibidem vnico iudice in causa supradicta a sede apostolica|| delegato vniuersis archidyaconis prepositis abbatibus prioribus gardianis ebdomadariis ac ecclesiarum rectoribus per dyoceses ripensem et arusiensem constitutis salutem et|| mandatis nostris immo verius apostolicis firmiter obedire, Quia procurator reuerendi patris et capituli predictorum coram nobis die sibi super hoc assignata per veridica instrumenta tam in romana curia|| facta quam alibi demonstrauit liquido et probauit, quod iidem domini episcopus et capitulum contra prefatum magistrum H. iustis ex causis et certis in canone approbatis legitimo tempore ad sedem apostolicam || appellarunt et appellacionem suam debito tempore fuerant persecuti, ne idem magister H. in eorundem ecclesia reciperetur in canonicum et in fratrem, et hec eadem rescriptum apostolicum quod in romana|| curia super hiis impetrarunt clare attestatur et insinuat luculenter, quocirca ad requisicionem dicti procuratoris dei nomine inuocato ac communicato consilio

peritorum in scriptis interloquendo sentencialiter|| diffinimus eundem reuerendum patrem et suum capitulum bene et legitime appellasse ac appellacionem suam fuisse infra iuris terminum prosecutos, pronunciantes per consequens in hiis scriptis memoratos|| dominos episcopum et capitulum aut ecclesiam eorundem esse vel fuisse per exsecutores eiusdem H. nullis sentenciis aliqualiter irretitos, Quare cassamus, et irritamus immo cassum et irritum per presentes|| denunciamus quicquid contra appellacionem predictam et a quoquam fuerat attemptatum, vobis igitur omnibus et singulis ac cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie et sub penis suspensionis et excommunicacionis|| quam vel quas in vos et quemlibet vestrum sex dierum monicione premissa quorum duos pro primo duos pro secundo et residuos duos pro tercio termino peremptorio et monicione canonica vobis assignamus|| ferimus in hiis scriptis, si non feceritis quod precipimus districte precipiendo mandamus, quatinus in ecclesiis vestris eundem reuerendum patrem et capitulum suum quociens et quando vos super hoc duxerint requirendos|| auctoritate apostolica denuncietis non esse uel fuisse ex parte eiusdem Hennekini, aliquibus sentenciis innodatos, nec ingredientes ecclesiam eorundem licet quidam stulte et perperam sapientis iuris ignorancia cxcecati|| non sine sui confusione palam hoc asserere sunt conati, cum dicant iura, pendente appellacione nichil penitus innouanda, Actum et datum sleswiic in ecclesia maiori, Anno domini. M°. CCC°|| tricesimo secundo in crastino beati gregorii pape presentibus viris honorabilibus dominis Hermanno in barighsysel, Iohanne in eydersteth prepositis et canonicis sleswicensibus necnon dominis cristiano|| et ewrardo canonicis ibidem ac eciam dominis tuchone robyyn et wibaldo sacerdotibus cum aliis quam pluribus clericis et laicis fidedignis.

*Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei Siegeleinschnitte. s. Reg. Dan. *1569.*

1332. April 3. **777.**

Adolf, Graf von Schauenburg, Stormarn und Holstein, schenkt dem Kloster Obernkirchen Dorf und Zehnten zu Suthorsten, *drei Hufen des* Haslehof *in* Velden *drei Hufen des Hofes* Rorekersen, *welch letzteren* Iohannes Rorekersse *zu Lehen trug. Erich, erwählter Bischof von Halberstadt, Gerhard, Domherr zu Halberstadt, Hildesheim und Minden, Adolfs Brüder, bestätigen diese Schenkung.*

Donatum et actum anno Domini M°. CCC°., Tricesimo secundo, Tertio nonas Aprilis.

Wippermann. Urkundenbuch von Obernkirchen 197.

1332. April 26. **778.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, stiftet eine Vikarie zu Neuen-Gamme.

Ericus dei gracia dux saxonie angarie et westfalie. Omnibus presencia visuris seu audituris salutem in domino. Ne ea que geruntur in tempore simul pere||ant cum tempore cum sit causa corrupcionis, expedit ipsa et precipue que ob honorem diuini nominis fiunt scripturarum testimonio perhennari, Igitur tenore| presencium ad cunctorum noticiam cupimus peruenire. quod consensu et auctoritate venerabilis patris et domini, domini Marquardi episcopi Raceborgensis et consensu, ghe||rardi rectoris ecclesie in noua gamma accedentibus, pro remedio animarum progenitorum nostrorum et nostri in ecclesia noue gamme perpetuam vicariam fundaui||mus et altare inibi in honore sancti spiritus fecimus dedicari, istam vicariam

prima collacione contulimus domino marquardo dicto Riken pure|| propter deum, Nos quidem Ericus dux et elizabeth ducissa saxonie huius vicarie nostris temporibus erimus collatores coniunctim et diuisim, Cum autem mortis|| imperio decedere nos contigerit ipsius vicarie collacio ad razeburgensem episcopum deoluetur. Hanc vicariam dotauimus cum redditibus duodecim|| marcarum denariorum quos in theloneo nostro in eyslinghe prefatus marquardus et sui successores post festum mychaelis annis singulis recipient|| expedite perpetue possidendos. primo vero dominus her. thelonarius et sui successores XII. marcas annis singulis circa idem festum recipient|| theloneo ab eodem. Prefatus autem dominus marquardus Rike pia motus mocione hanc vicariam sic sibi collatam meliorauit cum redditibus|| VI. marcarum quarum due de dimidio manso quem nunc habet bruno et vna marca de vno frusto mansi quem pro nunc habet gheringhus frater brunonis et due|| marce de dimidio manso quem nunc habet hinricus strusz. et 1. marca de vno frusto mansi annis singulis tollentur perpetue durature. Sacer||dos autem dicte uicarie et altaris quicumque fuerit singulis diebus exceptis duobus diebus scilicet tercia et quinta feria missam vnam celebrabit aut faciet celebra||ri hora qua plebano videbitur expedire, precipue autem die dominico missam de corpore cristi, feria secunda pro defunctis, feria quarta de sancto spiri||tu. feria sexta de sancto Iohanne ewangelista, sabbato de sancto alexio. Si vero aliquo dierum plebano necesse fuerit, tunc vicarius relicta missa deputa||ta sibi, aliam pro plebano duntaxat sollempnem habuerit memoriam uel presens funus fuerit celebrabit, Si quis eciam dictus vicarius de obla||cionibus uotiuis uel pro memoriis agendis receperit id totum, sub simplici verbo veritatis plebano presentabit, insuper quicquid ad emendacio||nem dicte uicarie uel vicarii per quoscumque, nomine testamenti elemosine uel doni uel quocumque nomine datum et assignatum fuerit hoc pleba||nus et vicarius equaliter parcientur, Si autem plebanus credere nollet simplici verbo vicarii suo iuramento confirmabit vicarius semel in anno|| quod plebano restituit seu presentabit, quicquid de predictis oblacionibus uotiuis memoriis, testamentis. siue donis quibuscumque occultis et manifes||tis ad ipsum fuerit deriuatum Ne igitur super premissis in posterum dubium oriatur presens scriptum inde confectum sigillis nostris et dictorum episcopi et rectoris|| duximus consignandum, Datum louenborch, anno domini M°. CCC°. XXXII. in dominica Quasi modo geniti Nos igitur . . episcopus predictus|| dictam vicariam et omnia et singula premissa ratificamus. auctorizamus approbamus et confirmamus in nomine patris et filii et|| spiritus sancti. Et ego rector predictus consencio et in euidenciam maiorem sigilla nostra appendi fecimus huic scripto Datum anno loco die quo|| supra Et ego marquardus rike prenominatus melioracionem sic factam per me ut premittitur in suo uolo robore perpetue permanere|| eamque meo sigillo protestor quod loco. anno. die. pretactis apposui in pleniorem euidenciam huic scripto.

Original im Lübecker Archiv (Bergedorfensia Nr. 4). Vier Siegel an Pergamentstreifen.

1332. April 26. **779.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, bestimmt Einkünfte aus dem Zoll zu Eßlingen für die von ihm zu Neuen-Gamme gestiftete Vikarie.

Nos Ericus dei gracia dux Saxonie, angarie et westfalie. Tenore presencium publice protestamur, Quod postquam|| contulimus discreto viro domino marquardo

dicto Riken vicariam per nos dotatam in ecclesia noue gamme‖ sibique duodecim marcarum redditus deputauimus in theloneo nostro eyslinghe per ipsum et suos successores perpe‖tue annis singulis tollendos ut in priuilegio sibi super hoc concesso euidencius continetur, pro‖ nunc vero idem theloneum ad manus obligauimus alienas, prefato igitur domino prenumeratos redditus‖ duodecim marcarum annis singulis recipiendos in passagio nostro erteneborch deputamus ex dimidieta‖te eiusdem passagii quamdiu alia dimidietas non fuerit disbrigata, Cum vero totum passagium ad nos fuerit‖ deuolutum eandem pecuniam de toto passagio recipiet annis singulis expedite, postquam. domini. her. thelo‖narius, thideri. de ouesuelde, Ni. ghir pecuniam vicariis ipsorum assignatam secundum eorum priuilegia passagi‖o receperint ab eodem, Insuper cum prefatum nostrum theloneum in eyslinghe, ad nos fuerit deuolutum, prenominatus‖ dominus marquardus XII. marcarum redditus recipiet annis singulis ab eodem, In cuius euidenciam sigillum nostrum‖ presentibus est appensum, Datum louenborch anno domini, M°. CCC°. XXXII. Dominica, Quasimodo geniti.

Original im Lübecker Archiv (Bergedorf. Nr. 5). Reitersiegel am Pergamentstreifen.

1332. Mai 18. **780.**

Papst Johann (XXII.) *gestattet dem Ritter Abel Woldemari und seiner Gattin Cecilia in der Schleswiger Diöcese während des Interdikts Gottesdienst zu halten, und in einem anderen Schreiben die Wahl eines Beichtigers.*

Avinione XV. kal. Iun. anno 16.

Regest in Nye kirkehist. Samlinger IV. S. 212.

1332. Juni 16. **781.**

Papst Johann (XXII.) *befiehlt Giselbert, dem erwählten Bischof von Halberstadt, und seinem Bruder, dem Grafen Gerhard von Holstein, den durch päpstliche Provision eingesetzten Bischof Helembert von Schleswig anzuerkennen, ihre Besetzung und Schatzung des Bistums aufzuheben und das Verbot, den Bischof in der Stadt Schleswig und im Herzogtum Jütland zu herbergen, zurückzunehmen.* — „Quemadmodum habundanter.“

Datum Auinione XVI. kal. Iulii pontificatus nostri anno sextodecimo.

Reg. Dan. *1575.

1332. Juni 16. **782.**

Papst Johann (XXII.) *beauftragt den Propst von St. Georg in Stade, den Propst zu Hamburg und den päpstlichen Kaplan Jakob von Mutina, den Bishof Helembert von Schleswig, der anfänglich auf die irrtümliche Nachricht vom Tode seines Vorgängers Johann vom Papst schon zum Bischof ernannt sei, dann nach dem wirklichen Tode Johanns durch Provision die Verwaltung des Stiftes auf drei Monate erhalten habe, bis die endgiltige Kanzleiausfertigung seiner Ernennung habe vollendet sein können, inzwischen aber an der Veröffentlichung der ersten Bestallung und am Betreten der Stadt Schleswig von der weltlichen Gewalt gehindert sei, in sein Bistum einzuführen und die Unterthanen desselben zum Gehorsam zu bringen.* — Violentiarum presumptuosis ausibus.

Datum Auinione XVI. kal. Iulii pontificatus nostri anno XVI.

Reg. Dan. *1576.

1332. Juni 25. **783.**

Adolf, Graf von Schauenburg, dankt dem St. Martinskapitel zu Minden für die Verpachtung der Klostergüter Venrodere *und* Horsten.

Adolfus dei gracia comes in Scowenborch discretis viris decano et capitulo ecclesie sancti Martini Mindensis‖ fauoris quicquid poterit cum salute, Super eo quod decimas et bona vestra in venrodere et in horsten nobis pro‖ pensione locaueritis amicabilem vobis gratiam referimus intimantes vobis quod dicta bona vestra vobis‖ liberaliter resignamus recognoscentes etiam quod nos amplius nolumus intromittere de eisdem sed absque‖ nostro inpedimento et cum beneplacito nostro cuicunque decreueritis bona locare poteritis antedicta, quod‖ recognoscimus in hiis scriptis, In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum‖ Datum in crastino beati Iohannis baptiste anno domini, M°, CCC°, XXXII°.

Original im Staatsarchiv zu Münster. Rest eines Siegelstreifens.

1332. Juli 6. **784.**

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt die Privilegien der Stadt Schleswig.

Vniversis Presencia visuris seu audituris . . Gherardus dei gracia . . Comes Holtzacie et Stormarie‖ salutem in domino sempiternam. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris. quod nos vidi‖mus literas Illustrium et magnificorum Principum Dominorum. Abel. et waldemari quondam regum‖ Dacie nec non et aliorum successorum ipsorum. continentes libertates et gracias Ciuibus sleswicensibus ab ipsis indultas. Ita videlicet quod dicti ciues per totum regnum Dacie et in quibuscumque terris et terminis ipsius libere sua mercimonia ducere possunt. Emere et vendere et Empta absque aliquo Theloneo aut alia aliqua talliacione vel contradictione deducere quacumque prohibicione generali non obstante. . habent eciam dicti Ciues sleswicenses omnes et singulas libertates. gracias. et Commoda. que et quas Ciues aliorum Ciuitatum Oppidorum aut villarum regni Dacie in Nundinis Scanøør habere dinoscuntur. Rogamus igitur studiose omnes et singulos de quibus nobis boni habenda est fiducia. Nichilominus: aduocatis nostris. et Officialibus eorundem districte iniungimus et mandamus. quatinus dictos ciues sleswicenses nobis speciali familiaritate et protectione. coniunctos et commissos in ipsorum libertatibus. graciis et Commodis ipsis ab antiquo a regibus Danorum predictis et aliis ipsorum successoribus indultis et concessis amore. nostri promoueant et in hiis et aliis ipsos tangentibus non permittant indebite molestari. Pro quo omnibus et singulis in hac parte causa nostri facientibus ad specialia seruitia erimus utique obligati. . . Datum Gottdorpe. Anno domini M°. CCC°. XXX°. Secundo. In Octaua apostolorum Petri et Pauli.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegelstreifen an seidener Schnur. Reg. Dan. 2090. Hans. U. B. II. 524.

[?1332. Aug. 8.] **785.**

Papst Johann (XXII.) *gestattet dem Bischof Hellembert von Schleswig, die von ihm bisher innegehabte Dompfründe zu Hamburg an eine geeignete Persönlichkeit zu verleihen.*

Auinione VI. Id. Augusti.

Regest in Nye kirkehist. Samlinger IV. S. 213.

1332. Aug. 18. **786.**

Burchard, Erzbischof von Bremen, bestätigt dem Kloster Neumünster die früher bewilligten Indulgenzen.

Vniuersis presencia visuris seu audituris. Borchardus dei gracia sancte‖ bremensis Ecclesie archiepiscopus. salutem in eo qui est omnium vera salus Cu‖pientes dona gracie spiritalis in quantum in nobis est peramplius augmen‖tare. vt eo vberior sit fidelium deuotio. quo se sperat maiora‖ animarum remedia salubriter habituri. a dilectis nobis in cristo‖ preposito et Conuentu Canonicorum regularium nouimonasterii bremensis dyocesis‖ nobis extitit humiliter supplicatum. vt Indulgencias et gracias. eorum Ecclesie‖ specialiter concessas. ab archiepiscopis et Episcopis confirmare auctoritate ordinaria digna‖remur. Nos ipsorum peticioni iuste et racionabili misericorditer annuentes.‖ Indulgencias et gracias vsque in presens ab omnibus pontificibus ad eorum‖ Ecclesiam datas auctoritate ordinaria in domino presentibus confirmamus. Et‖ nos de omnipotentis dei Misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum‖ eius auctoritate confisi omnibus et singulis qui ad predictam Ecclesiam manus quoquo‖modo porrexerint adiutrices quadraginta dierum indulgencias et vnam‖ karenam de iniunctis sibi penitenciis in domino relaxamus. In cuius nostre con‖firmacionis et gracie donacionis euidens testimonium sigilli nostri munimine ro‖borari mandauimus presens scriptum. Datum Stadis anno domini. M°. CCC°. XXXII°.‖ in die beati agapiti martiris.

Original im Altnordischen Museum zu Kopenhagen. Siegel am Pergamentstreifen. Westfalen II. 111. Muhlius, Historia cen. Bordesh. S. 591.

1332. Aug. 20. **787.**

Vergleich zwischen dem Bischof Helbrecht (Hellembert) von Schleswig und den Grafen Giselbrecht und Gerhard von Holstein.

In Gades Nahmen Amen. Wy Otto van deme Kile, Marquardt van der Wische Rorlandt, Arvandt van deme Vissbeke, de Riddere, Arneke Vissbeke de Wepener bekennet und betüget in dissem apenen Breffe, dat wy mit deme Rade vnd mit der hülpe Hern Dosen Blockes desses Ridders vnd Volrad Glysinges des Wepeners gedegedinget hebben twischen dem ehrliken Hern, Heren Helbrechte dem Bischop van Schlesswigk van der enen wegene vnd den Edlen Heren Giselbrechte vnde Gerhardt den Greven tho Holsten van der anderen wegene, ene vrentschop vnd ene gantze sone umme alle schelingh de twischen en wass an beiden siden, in desse wise. Disse vorbenomede Bischop schall Iunchern Woldemares des Herthogen van Schlesswigk vnd desser vorbenomeden Greven van Holsten truwe denest wesen mit sinen Schlote und mit aller siner Hülfe, und de Hertoghe van Schlesswigk mit dessen vorsproken Greven scholen verdegedingen Heren Helbrechte den Bischop van Schlesswigk in allen sinen rechten saken. Vortmer schall disse Bischop dessen Greven bereden dusent lodige mark sülvers Colnischer Wigt tho dessen tiden in deme Hove tho Rome, Vifftehalbhundert mark tho Sunte Michels Dage de nu negest thokamende iss, vortmehr Sestehalffhundert mark schall he bereden in disser wiss, den van Revetlo schall he geven ehre geldt nu tho Sunte Mertens Dage und tho Paschen, So wat dar aver blifft in den Sestehalffhundert marken unberet, dat schall he dessen Greven effte eren rechten Erfnamen bereden tho Sunte Wolborde Dage. Vortmehr schall desse vorbenomede Bischof Greve Gerharde bereden Veffteynhundert mark lodiges

sülvers Colnischer wigt tho dessen Iahren, alse hir naschreven iss, tho Paschen vort over ein Iahr Viffhundert mark, so tho deme Paschen vort over ein Iahr Viffhundert mark, de drüdden Viffhundert mark tho Paschen vort over ein Iahr. Were aver dat desse vorsprokene Bischop Greve Gyselbrechte, de hir vorbenomed iss, en stichte van deme Pavesen vorworve und hülpe, dat he na siner Vrende Rath annamen wolde.so schall Bischop Helbrechte desser Veffteinhundert mark los wesen und dat stichte schall desse Bischop entwehren under siner Kost mit breven und mit allen dingen de darup fallen mogen. Ock schall desse vorbenomede Bischof Greve Gyselbrechte de Scholmesterye tho Bremen und Iunchern Clawesse greven Gerhardes Sohne de Provende thoBremen, also alse he se hadde van deme Paweste, beholden und schall de Greve uff desse Leen sylven under siner Kost entrichten und schall se tho Lande senden twischen hir und Sunte Nicolaus Dage, de nu negest thokamende iss. Vortmehr desse vorsprokene Bischop schall nummer nene Vorderinge oder nen man van siner wegene hebben umme de gulde de greve Gerhard uppebordt hefft udt dem Bischopdohme tho Schlesswigk und schall noch de Greven noch ehren Erffnahmen noch eren Ammetlüden iummer anspreken over desse Gulde und hadde he ock ienige Klage in deme Have tho Rome vor deme Pavese vmme Greve Gerde, dar he tho werrende muchte mede kamen, dar schall he en van entwerren und genssliken van nehmben. Vortmehr so wanne desse vorbenomeden Iahr der beredinge umme kamen sin, so schall idt umme de Muren, de Bischop Iohan buwet hedde umme dat Huss tho Schwavestede, tho Greve Gerdes willen stan, icht he de Muren wedder breken will oder nicht, und de Bischop en schall dat Huss tho Schwavestede nicht muren, idt en sy dess Herthogen van Schlesswigk und Greve Gerdes willen. Vortmehr were dat desse vorbenomede Bischop storve und wy Lovere, de vor disse versprakene degedinge lovet hebben, tho dessen tiden und Iahren, alss hir vorschreven is, nicht bereden en mochten, so schole wy Greve Gerharde oder sine rechten Erven andtwerden de Schlote des Bischopdomes tho Schlesswigk und de schall Greve Gerherde oder sine Erfnamen also lange holden. beth se ehre sülver gantz tho male inne hebben,' und wanne Greve Gerhard und sine Erven ehre sülver hebben, so en scholen se nochten de Schlote nicht van en andtwerden, wy Lovere en hebben gantzlichen usse schuldt inne, de wy redeliken undt rechtliken bewisen mogen van des Stichtes wegene van Schleswigk. Dat desse degedinge alle de hir vorbeschreven stan gantzliken werden holden, und so waner de Bischop Helbrecht van Schlesswigk tho Lande kumpt, de ock stede unde vest holde und darvor volge alle dat wy degedinget hebben, so hebbe wy Otto van deme Kile, Arvandt van Fischbegke, Marquard van der Wische, Riddere, Arneke Vischbegke en Wepener dessen Heren in truwen lovet und mit ener samenden Handt. Ock schall mit dessen vorbenomeden degedingen all dingk und schelinge gentzliken scheden wesen twischen desseme vorbenomeden Bischope und dessen Greven und alle den ienen de an beiden siden verdacht sin, se sin Papen oder Leyen und bi nahmen de Domheren van Schlesswigk, de by en bleven sin, und Mester Hinrich de Kerckher van Lüttkenborch und Herman van Heren scholen ene gantze sone hebben mit dessen vorsprokenen Bischope. Were aver dat de Bischop van Schlesswigk mit sinen Domhern schellende worde, de by Greve Gerharde bleven sin und by sinem Broder Greve Giselbrechte, dess scholen disse vorbenomeden Greven gentzlichen weldigh wesen tho scheidende an minne oder an Rechte. Dat love wy gentzliken also vore. Desse breff is geschreven

und geven im 1332 Iahr na Gades Bort des negesten Donredages na unser Fruwendage alse se tho Hemmel vor, under unsem Insegel.

*v. Stemann, Geschichte des öffentlichen und Privatrechts des Herzogtums Schleswig III. S. 4. Reg. Dan. 2092 = *1584.*

1332. Aug. 24. 788.

Hoger von Distorpe und Heinrich Bekerholt beurkunden, dafs der Bürger Johann Campe aus Crempe für 45 Mark Hamb. Pf. einer Vikarie zu St. Petri in Hamburg fünf Acker Landes verkauft hat.

Vniuersis presentes litteras inspecturis seu audituris. Nos Hogerus de distorpe‖ perpetuus vicarius hamburgensis. et Hinricus dictus bekerholt ciuis ibidem‖ volumus esse notum. quod nobis presentibus et mediatoribus, discretus vir‖ Iohannes dictus campe oppidanus in Crempe vendidit iuste et racionabiliter‖ pro Quadraginta marcis. et quinque marcis denariorum hamburgensium sibi in numerata‖ pecunia integraliter persolutis. ad vicariam per ludekinum de berchstede‖ in ecclesia sancti petri in hamborgh instauratam, quam nunc habet Nicolaus‖ greseke clericus, Quinque iugera iacencia in iure oppidi crempe, inter‖ bona dotis ecclesie eiusdam oppidi Crempe, et agros domus sancti spiritus in hamborch‖ apud locum qui dicitur borchwal, cum omni proprietate et libertate sicut ipsa‖ iugera tenuit libere perpetuis temporibus possidenda, De predictis quidem‖ iugeribus prefatus Iohannes campe et sui heredes Quatuor marcas denariorum‖ annuatim persoluent, quarum dimidietatem in quolibet festo beate walburgis‖ et aliam partem in festo beati feliciani possessori dicte vicarie, expedite‖ soluere tenebuntur. quod si non fecerint, predicte vicarie minister. poterit alteri‖ locare pretacta iugera. prout sibi videbitur expedire. Sepedictus eciam‖ Iohannes resignauit memorata iugera coram scabinis et sculteto, prout‖ fieri est consuetum in terra. Testes eciam aderant discreti viri. Iohannes‖ greseke vicarius hamburgensis. Hinricus de righe. et Hinricus haldestorpe‖ ciues hamburgenses. ad premissa vocati. In premissorum euidenciam. sigilla nostra‖ presentibus litteris sunt appensa. Datum hamborch anno domini M°. CCC°.‖ XXX°II°. In die beati Bartholomei apostoli.

Original im Hamb. Archiv. Ein Siegelfragment, ein Pergamentstreifen.

1332. Octbr. 9. 789.

Burchard, Erzbischof von Bremen, bestätigt ein Privileg des Grafen Johann von Holstein und Stormarn für Neumünster.

Nos Burchardus dei gracia Sancte bremensis ecclesie archiepiscopus Recognoscimus tenore presencium publice protestantes. nos in die beati dyonisii episcopi. Nobilis viri Iohannis Comitis‖ Holtzacie et sturmarie patentes litteras non abolitas non cancellatas nec aliqua sui parte viciatas. uerum eciam predicti comitis. maioris veri integri et illesi sigilli appensione muni‖tas formam subscriptam et seriem litterarum per omnia continentes vidisse et legisse; In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum bremis[1]) Anno domini M° CCC° XXXII predicto die dyonisii et martiris. (*Folgt die Urkunde des Grafen Johann von 1322. Aug. 14.*)

[1]) *auf Rasur.*

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Cop. Bordesh. fol. 97b fügt hinzu: Originale habetur in cista circa ianuam. Et copiam vide infra folio. *Westfalen II. 87:* Sub unico sigillo satis quidem leso.

1332. Octbr. 10. **790.**

Der Rat zu Hildesheim schließt ein Bündnis mit dem Grafen Adolf von Holstein (to Holtseden) *und Schauenburg namentlich gegen Heinrich, Herzog von Braunschweig, der gegen Erich von Schauenburg Ansprüche auf das Bistum Hildesheim erhebt, nach welchem der Graf der Stadt mit funfzig Reisigen zu Hilfe ziehen soll und keiner ohne den anderen Frieden schließen darf innerhalb bestimmter Frist.*

— ghegheven na goddes bort dusent unde drehundert iar in deme tvey unde drittighesten iare des sunavendes in der menetweken.

R. Döbner, Urkundenbuch der Stadt Hildesheim I. 849 nach dem Original im Stadtarchiv. s. 848 ff.

13[32?]. Octbr. 23. **791.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, und Ritter Johann Brokdorp beurkunden, daß Graf Gerhard von Holstein 80 Mark Pf. an den Ritter Wasmod Kint für sie aus der Zahlung des Herzogs Waldemar von Jütland zahlen soll, und quittieren dem Grafen und Herzog.

Nos Iohannes dei gracia comes Holtzacie et S . . . et Iohannes brocdorpe‖ miles, presentibus publice protestamur, Quod n . . lis vir Dominus Gherardus‖ Comes holtzacie patruus noster dilectus, Discreto, viro Domino wasmodo‖ dicto kint militi, octoginta marcas denariorum lubicensium de persolutione quam‖ domicellus woldemarus Dux Ivcie nobis persoluere debet, ex parte‖ nostra infra hinc et festum pasche proximum, erogaret, Comitem‖ G. et domicellum woldemarum predictos quitos et solutos dimitti‖mus de predictis, In cuius rei euidenciam sigilla nostra presentibus sunt appen‖sa. Datum Lubeke anno domini. M. CCC°. XX . . . e beati Seuerini Episcopi.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel verloren.

1332. Novbr. 5. **792.**

Albrecht, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, beurkundet, daß der Streit zwischen dem Hamburger Kapitel und Ditmar Passert über Ländereien in Alten-Gamme beigelegt ist.

Vniuersis ac singulis hoc scriptum visuris seu audituris. Nos Albertus dei gracia dux saxonie‖ angarie, et westfalie, volumus esse notum, quod omnis materia dissensionis inter honorabiles vi‖ros dominos . . prepositum . . decanum et capitulum ecclesie hamburgensis, ex vna, et Ditmarum passert, parte ex altera,‖ super quibusdam iugeribus seu agris in antiqua gamma sitis, ad eandem ecclesiam hamburgensem spectantibus, susci‖tata, coram nobis et aduocatis nostris, amicabiliter composita et terminata extitit in hunc modum, prefati‖ quidem domini . . prepositus . . decanus et capitulum hamburgense, ab omni hura seu censu, de dictis agris, per eundem‖ Ditmarum multis annis detentum, ex speciali gracia ipsum solutum et liberum dimiserunt. Nec Idem ditmarus‖ uel ipsius heredes pro grunthura vel slusepenninghe, seu quibuslibet aliis expensis seu oneribus,‖ racione dictorum agrorum per eum vt asserit expositis siue factis, pro preterito et futuro tempore, a prefatis dominis postu‖labunt, sed ab omni actione que eis contra ipsos dominos competebat vel competere potuerit, omnino cessabunt‖ Predictus vero ditmarus passert et sui heredes memorato capitulo hamburgensi pro dictis agris,

tres marcas de‖nariorum in ciuitate hamborch dabunt annis singulis expedite, nisi ipsum Capitulum potuerit iuste probare‖ quod de eisdem agris sit plus hactenus persolutum, huiusmodi quidem summe dimidietatem in quolibet festo beati‖ Martini et aliam dimidietatem in festo beati Petri ad cathedram, vt premittitur, erogabunt, Si vero‖ dictus ditmarus vel ipsius heredes, dictam pecuniam in prefatis terminis non soluerint expedite. extunc‖ a memoratis agris sponte et sine qualibet repugnacione recedentes omnia edificia in ipsis agris con‖structa, absque omni onere et expensarum refusione, capitulo supradicto dimittent. et tunc Idem capitulum locandi‖ eosdem agros et edificia, cuicumque voluerit, habebit liberam potestatem. In premissorum omnium testimonium si‖gillum nostrum presentibus est appensum. Datum Molne. anno domini. M⁰. CCC⁰. XXXII⁰. Nonas nouembris.[1])

[1]) *Das Tagesdatum mit dunkler Tinte von, wie es scheint, anderer Hand nachgetragen.*

Original im Hamb. Archiv. Siegel verloren.

1332. Novbr. 12. 798.

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, überträgt mit seinen Brüdern Erich, erwähltem Bischof von Hildesheim, und Gerhard, Domherrn daselbst, das Leibgedinge seiner Mutter Helene auf seine Gemahlin Heilwig.

Nos Adolphus Dei gracia comes Holtzacie et in Scowenborgh scire cupimus uniuersos ad quos presens scriptum peruenerit publice protestando quod nos vnanimi consensu ac libera voluntate dilectorum fratrum nostrorum Erici Hildesiensis Ecclesie Electi et Gherhardi eiusdem Ecclesie Canonici subscripta ac omnia et singula bona que ad vsum vite qui vulgariter liftucht dicitur perdilecta mater nostra Helena dinoscitur possidere videlicet curiam in Mersch cum decem mansis curiam in Ostendorpe cum quinque mansis et dimidio decimam in Ostendorpe casam in Honroderen Superiorem et inferiorem curiam in Bochove cum sex mansis indaginem Randenberghe cum decima curiam in Haddendorpe cum quatuor mansis cum decima tam maiori quam minori Septem casis et singulos homines utriusque sexus, in Borstelde mansum que habet Elyzabeth decimam totius ciuitatis Greuenalueshaghen censum arearum qui dicitur worttins et ibidem omnia molendina villam quam Volckerdesdorpe et Kukeshagen curiam Ghelehof ultra Koldenbeke septem mansos in Musinghe septem mansos Nortsele Lewenhaghen Luderscheuelt Prouesteshaghen Biscopingherode Crepehagen et tres mansos ante valuam Greuen Alueshagen Ouerenworden, Hauechorst homines in Nederenworden vorenhagen bona in Enetesen cum hominibus annexis et campum qui dicitur Bulsinghes velt cum omni iure et utilitate et singulis pertinentiis ipsorum bonorum sicut a matre nostra nunc possidentur contulimus et presentibus assignamus Heylwigi nostre legitime conthorali ad vsum vite qui Liftucht dicitur post obitum matris similiter possidenda In cuius facti noticiam et euidens testimonium sigillum uostrum presentibus est appensum Et nos Dei et apostolice sedis gracia Ericus Hildesiensis Ecclesie Electus nec non Gherardus eiusdem Ecclesie Canonicus fratres Adolphi antedicti huic assignationi seu collationi in omnibus liberaliter annuentes ipsamque gratam et ratam seruare volentes sigilla nostra una cum sigillo predicti fratris nostri Adolphi pro ratihabitione presentibus duximus apponenda Actum et datum Anno domini M⁰ CCC⁰ Tricesimo secundo In crastino sancti Martini Episcopi et Confessoris.

Nach Capauns Abschrift im Archiv zu Bückeburg.

1332. Novbr. 25. **794.**

Der Knappe Lambert Struz verkauft dem Hamburger Kapitel 8 Mark Rente aus dem Dorfe Bünningstedt für 100 Mark Hamb. Pf.

Ego Lambertus dictus struz famulus tenore presencium recognosco publice protestando. quod de consensu heredum nostrorum et amicorum meorum consilio vendidi iure hereditario et proprietario pro centum marcis denariorum hamburgensium michi in numerata pecunia persolutis. honorabilibus uiris dominis . . preposito . . decano et capitulo hamburgensis ecclesie. ad dotacionem uicarie per dominum Hinricum de hamme quondam eiusdem ecclesie thesaurarium instaurate. octo marcarum redditus denariorum hamburgensium de infrascriptis bonis in villa bunningstede situatis. cum omnibus attinenciis suis. lignis. pratis. pascuis. aquis. aquarumque decursibus. necnon cum omni vtilitate. commoditate et libertate. sicut ipsa bona vsque ad hoc tempus possedi libere et quiete. singulis annis infra octauam beati michaelis in ciuitate hamborch perpetuis temporibus expedite soluendos. Isti quidem nunc colunt bona predicta de quibus hunc censum persolunt. Petrus dat vnam marcam denariorum de dimidio manso. Item stapeluelde vnam marcam denariorum de dimidio manso. Iohannes wolderi tres marcas de vno manso. Langben viginti quatuor solidos de vno manso. Hinricus wolderi decem hemptones siliginis. Hinricus reder sex solidos de area. Item quidem campus in bunningstede soluit duos modios siliginis. quos tolop morans in dedelmestorpe ipsum colens persoluit. Predicti vero domini . . prepositus . . decanus et Capitulum ecclesie hamburgensis. iudicium et seruicium dictorum bonorum michi ex speciali amicicia dimiserunt. Et preterea bona fide promitto. quod ero fauorabilis iudex hominum predicta bona colencium. et nullam exactionem seu peticionem faciam. vel aliquid noui statuam. vnde ipsa bona possint aliquatenus deuastari. quod si fecero tenebor satisfacere pro huiusmodi iniuria et offensa. Ceterum si dictorum bonorum coloni. tempore debito ut premittitur. huram suam non dederint possessor memorate vicarie habebit potestatem huram suam pandandi. vel per censuram ecclesiasticam exigendi. seu colonos in ciuitate hamborch arrestandi. Et nos Iohannes de hummersbutle. necnon marquardus filius rauen strus. et marquardus filius henningi struz. fratrueles memorati lamberti. data fide promittimus in hiis scriptis. quod prefatus Lambertus, memoratos dominos in predictis bonis nunquam perturbabit vel impediet quoquomodo et si ipsa bona ab aliquo fuerint inbrigata. nos vna cum dicto Lamberto ea tenebimur disbrigare. Quod si non fecerimus. satisfaciemus et respondebimus pro defectu. In huius rei euidenciam pleniorem sigillum meum et sigilla dictorum compromissorum meorum presentibus litteris sunt appensa. Actum et datum hamborch. anno domini. M°. CCC°. XXXII°. in die beate katherine uirginis gloriose.

Lib. cop. Cap. fol. 133b im Hamb. Archiv.

1332. Novbr. 26. **795.**

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, behält sich und seiner Gemahlin Elisabeth das Besetzungsrecht der Vikarie zu Neuen-Gamme lebenslänglich vor, das nach ihrem Tode auf den Bischof von Ratzeburg übergehen soll.

Nos Ericus dei gracia Dux saxonie, angarie et westfalie, Recognoscimus et notum facimus in hiis‖ scriptis Quod iuspatronatus in perpetua vicaria, quam instaurauimus in ecclesia noue ghamme. et quam‖ dominus Marquardus presbiter, dictus Ryke,

ad presentacionem nostram nunc habet, nobis et vxori nostre dilecte‖ domine Elyzabeth reseruauimus, Nobis vero, dictaque domina vxore nostra dilecta mortuis, apud heredes nostros‖ huiusmodi ius patronatus non debebit manere. sed qui pro tempore Episcopus Raceborgensis fuerit. dictam vicariam quoci‖enscumque et quandocumque vacauerit, conferre poterit et debebit, In cuius rei testimonium sigillum nostrum de man‖dato nostro presentibus est appensum, Testes huius sunt, Discreti viri domini, Olricus rector ecclesie in louenborgh‖ Iohannes de soltowe et Hermannus perpetui vicarii in louenborgh, et capellani nostri, et luderus clericus et‖ notarius noster, Datum louenborgh, anno domini M°. CCC°. Tricesimo secundo, feria quinta proxima, post diem‖ beate Katherine virginis.

Original im Lübecker Archiv (Bergedorfensia Nr. 6). Reitersiegel am Pergamentstreifen.

1332. Decbr. 5. **796.**

Hellembert, Bischof von Schleswig, gewährt vierzigtägigen Ablafs für den Wiederaufbau des Klosters Neumünster.

Hellembertus miseratione diuina sleswicensis Ecclesie Episcopus vniuersis cristi fidelibus presentes litteras‖ inspecturis salutem et sinceram in domino caritatem, Virgo venustissima et omnium virginum floribus‖ insignita. de cuius pulcritudine sol et luna mirantur cuius precibus innatus populus cristianus‖ florem preciosissimum inarcessibilem et eciam dominum Iesum cristum ineffabili sancti spiritus cooperante‖ gracia perduxit ob eius reuerenciam loca eiusdem virginis vocabulo insignita sunt a cristi‖ fidelibus merito reuerenda et eius piis adiuti suffragiis eterne retribucionis premia consequi‖ mereamur. Rogamus igitur vniuersitatem vestram et hortamur in domino in remissionem vobis pecca‖minum iniungentes quatinus ad Ecclesiam beate virginis in nouo Monasterio Bremensis dyocesis‖ ordinis sancti Augustini imploraturi a domino veniam dilectorum in humilitate specialius attendatis et‖ ad structuram eiusdem Ecclesie elemosinarum vestrarum manus vestras porrigatis adiutrices‖ Nos enim vt cristi fideles quasi per premia salubriter ad premia imitemur de omnipotentis dei‖ misericordia, et beatorum petri et pauli apostolorum eius . . auctoritate confisi quadraginta dies de‖ iniuncta eis penitencia misericorditer in domino relaxamus dummodo dyocesis ad id voluntas‖ accesserit et consenserit Datum in castro Swauested Anno domini M°. CCC. XXXII in profesto‖ sancti Nicolai Episcopi presentibus post annum ad data presencium minime valituris.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel am Pergamentstreifen.

1332. Decbr. 13. **797.**

Hellembert, Bischof von Schleswig, verpfändet Herrn Siegfried von Sehestedt für eine Schuld von 150 Mark Lübsch die bischöflichen Zehnten im Kirchspiel Sieseby.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Hellembertus dei gracia Episcopus sleswicensis, salutem‖ in domino sempiternam, Notum facimus vniuersis, quod Recognoscimus nos teneri et esse‖ veraciter obligatos, strenuo domino Sifrido de sesteeth ac suis veris here‖dibus in ducentis quinquaginta marchis. denariorum lybicensium, pro Expensis per ipsum factis in Castro stubbe ac aliis necessariis

pro vtilitate Ecclesie nostre sleswicensi, pro quibus sibi et heredibus suis decimas nostras Episcopales in omnibus villis in parochia Siceby sitis, ex consensu et voluntate capituli nostri obligamus per presentes, Tali condicione quod si dicte decime pro dicta summa pecunie infra Octauam beati martini non redimantur, prefate decime ipsi domino Sifrido cedant libere disponende, in sortem principalis debiti minime computande, Hoc adiecto quod predictas decimas ab impeticione cuiuslibet qui Eas Rite et iuste impetere possit, disbrigare debeamus nostris sumptibus et expensis. In cuius Rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo Capituli nostri predicti presentibus est appensum. Actum et Datum swauesteeth anno domini, Millesimo. C°C°C°. Triscesimo secundo in die beate Lucie virginis.

Original im Archiv des Klosters St. Johann vor Schleswig. Zwei Siegel am Pergamentstreifen. Zeitschrift Bd. VI. Repertorien S. 111 Nr. 6. Reg. Dan. 2091.

1332. Decbr. 28. 798.

Der Knappe Everhardus Neesten tritt dem Grafen Adolf von Schauenburg einen seiner Frau Elisabeth als Leibzucht bestimmten Hof mit vier Hufen in Suthorsten unter ihrer und ihres Vaters, Ritter Bodo Om, Zustimmung ab.

— anno Domini, M°, CCC°, Tricesimo Tertio, quinto Kalendas Ianuarii.

Wippermann, Urkundenbuch von Obernkirchen 207.

1332. 799.

Der Knappe Johann Brokowe beurkundet, daſs sein verstorbener Bruder Marquard alleiniger Mörder des Johann Hane ist.

Ego Iohannes dictus brokowe famulus Recognoui coram Nobili viro domino meo Domino Iohanne‖ Comite Holtzacie et aliis militibus, et multis fidedignis et presentibus Recognosco. quod homicidii illius‖ quod heu frater meus Marquardus bone memorie in occisione quondam Iohannis dicti Hane perpetrauit. nul‖lus reus exstitit nisi predictus frater meus. Vnde eciam nullus inculpari poterit, nisi qui mecum sufferre de iure‖ tenetur inimicicias capitales. In cuius euidenciam sigillum meum presentibus est appensum.‖ Datum Anno Domini. M. CCC. XXXII°.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegelstreifen. Westfalen II. S. 111 mit der Bemerkung: In sigillo conspicitur lupus cursitans.

[? 1332.] 800.

Papst Johann (XXII.) *gestattet dem Magister* Nicolaus de Sestede *die Annahme einer Dompfründe zu Ripen unter Beibehaltung einer gleichen in Schleswig und der Kirche zu Sieseby.*

Regest in Nye kirkehist. Samlinger IV. S. 213.

[? 1332.] 801.

Papst Johann (XXII.) *gestattet dem* Cristiernus Maltonis *die Übernahme einer erledigten Schleswiger Dompfründe unter Beibehaltung der Kirche zu* Lekky *in demselben Bistum.*

Regest in Nye kirkehist. Samlinger IV. S. 212.

1333. Jan. 6. **802.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, schenkt dem Ritter Albert Zabel eine Hufe im Dorfe Siek.

Nos Iohannes dei gracia comes holtsacie et stormarie vniuersis presencia uisuris seu audituris volumus esse notum. quod fideli nostro alberto dicto zabel militi quendam mansum in wlensik. quem a nobis in feudo tenuit. quemque andreas et radeke suus vicinus. nunc colunt et inhabitant. cum omni iudicio maiori et minori. ac censu et proprietate libere donauimus iure hereditario perpetue possidendum. ipsumque dimittendi. donandi. vendendi seu obligandi. cuicumque seu quibuscumque ecclesie uel ecclesiis ac persone seu personis voluerit. cum eisdem iudicio. censu et proprietate habebit liberam potestatem. In quo quidem manso ad augmentacionem cultus diuini de consensu nostro dimisit ecclesie in wlensik ad vsus rectoris eiusdem qui pro tempore fuerit. duorum talentorum redditus denariorum lubicensium. de primis eiusdem mansi fructibus seu prouentibus. annuatim percipiendos ac perpetuo libere possidendos. Idemque sacerdos pandandi dictos redditus duorum talentorum seu sufficiens pignus pro eis extorquendi de dicto manso uel cultoribus seu inhabitatoribus eius habebit liberam potestatem. aut de mandato prepositi hamburgensis faciet cum voluerit dictos redditus per censuram ecclesiasticam extorqueri. In quorum omnium et singulorum predictorum euidenciam pleniorem sigillum nostrum vna cum sigillo prefati alberti militis presentibus duximus apponendum. Datum arnsuelde Anno domini. M°. CCC°. XXXIII°. in die epyphanie domini.

Lib. cop. Cap. fol. 119b im Hamb. Archiv.

1333. Jan. 13. **803.**

Adolf, Graf von Schauenburg, Holstein und Stormarn, schenkt auf Wunsch seiner Brüder Erich, erwählten Bischofs zu Hildesheim, und Gerhard, Domherrn daselbst, dem Kloster Obernkirchen das Patronatsrecht über den Zehnten zu Heuetsezen, *den bisher Ritter Bodo Ohm von ihm zu Lehen trug, und das Eigentum von drei Hufen in* Scheyden, *die der Knappe Ludolf Tregel zu Lehen hatte.*

— Donatum(?) et actum Anno Domini Millesimo trecentesimo tricesimo tertio, in octaua Epiphanie Domini.

Wippermann, Regesta Schauenburgiensia 326. Urkundenbuch von Obernkirchen 208. s. 207.

1333. Jan. 31. **804.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, genehmigt die Befestigung der Stadt Crempe.

Omnibus presens scriptum cernentibus Iohannes dei gracia comes Holtzacie et Stormarie salutem in domino sempiternam. Cum iam dudum nostri dilecti consules et communitas ciuitatis Crempe in terra paludensi plurima dampna spolia furta et hiis similia sustinuerunt a diuersis ea de causa quia omnes dictam ciuitatem visitantes die noctuque ipsis ciuibus ignorantibus et quiescentibus pro ipsorum beneplacito voluntatis intrare potuerunt in ipsorum ciuium preiuditium et grauamen, Nos vero attendentes inopiam ipsorum intuitu dei precibus multorum inclinati licet antiquitus temporibus predecessorum et progenitorum nostrorum

apud eosdem moris non fuerat vnquam, tamen vt premittitur propter diuersas causas satis periculosas nobis et ipsis predictis ciuibus omnibus dictam ciuitatem Crympam inhabitantibus de consensu nostrorum fidelium consiliariorum auctoritate dedimus specialem prenarratam graciam, videlicet muniendo dictam ciuitatem plancis que in communi dicuntur plancken cespitibus lapidibus fossis melioribus vel aliis quibuscunque modis poterint prout ipsis videbitur expedire. Inter alia auctoritate nostra exitus viarum et valuas dicte ciuitatis. disponant et ordinant[1]) pro ipsorum beneplacito voluntate[2]) in locis conuenientibus nobis et nostris officialibus necnon et aduocatis pro eo minime requisitis. Ne autem predictos ciues contra gratiam ipsis a nobis indultam de nostris impedierit quilibet in futurum, presens scriptum nostri sigilli secreti munimine roboratum ipsis contulimus. In testimonium et cautelam inhibentes omnibus nostris officialibus et aduocatis vt predictos ciues in gratia iam indulta non impediant prout nostram indignationem duxerint euitandum. Testes huius rei sunt dilecti nostri et fideles milites domini Benedictus senior et iunior dicti de Aleuelde Hinricus et Marquardus fratres dicti Brockdorp et Nicolaus Langhelowe. Datum et actum Plone anno domini M CCC° XXXIII Dominica qua cantatur Circumdederunt me.

[1]) *l.:* ordinent. [2]) *l.:* voluntatis.

Kopie des Transsumpts von 1363, Novbr. 7 auf Papier im Archiv der Stadt Wilster. Corpus constit. Holsatic. III. S. 278. Zeitschrift der Gesellschaft Bd. VIII. Repertorien S. 54.

1333. Febr. 22. 805.

Junker Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem Lüneburger Bürger Johann Bischopping seinen Anteil am Hofe Middelhoue.

Adolfus dei gracia, domicellus, holtzacie et scowenborch, Comes, Vniuersis presencia visu||ris vel audituris, sinceram in domino caritatem, Recognoscimus tenore presencium, firmiter protes||tantes, quod de pleno consensu et voluntate, dilecte matris nostre domine helene comitisse holzacie|| et schowenborch, ac fratrum nostrorum, fidelium vasallorum, diligenti prehabito consilio, ad Iohannem|| Bischopinc Ciuem in Luneborch et suos veros heredes natos et nascituros, Ius proprietatis, quod|| nos hucusque possedimus et habuimus et nostri progenitores bone memorie, multis annis pos||sederunt, In Curia Middelhoue dicta, sita in villa Ødem propter instancias peticiones et|| amicicias hildemari de Odem famuli, nobis factas, presentibus transfferimus et donamus. Ita quod|| prefati, Iohannes bischopinc et sui heredes, dictam Curiam in Odem cum omni Iure libertatis|| possunt et debent, libere, pacifice, absque nostra et nostrorum heredum succedencium, inpeticione per||petue possidere. Insuper si dictum Iohannem vel suos heredes dictam curiam vendere con||tingeret, extunc ille vel illi frui et vti debet, dictis libertatibus per nos concessis|| in ·Eadem. Vt autem hec translacio et donacio, a nobis nec a nostris heredibus, nec per quemcunque|| nomine nostro, reuocari, infringi, seu mutari queat, presens scriptum, exinde confectum|| et nostro sigillo munitum Eidem . . et suis heredibus in Euidens testimonium, duximus|| conferendum, Datum et actum hamborch, Anno, domini Millesimo Trecentesimo. tricesimo tercio|| feria secunda proxima post dominicam. Inuocauit me.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Reitersiegel am Siegelstreifen. v. Hodenberg, Lüneb. U. B. VII. 363.

1333. April 26. 806.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, dafs der Knappe Lambert Strus dem Hamburger Kapitel 8 Mark Einkünfte aus Bunningstedt verkauft hat.

Uniuersis presentes litteras inspecturis seu audituris. Nos Iohannes dei gracia comes holtsacie et stormarie volumus esse notum quod Lambertus strus famulus de nostro consensu et licencia vendidit rite et racionabiliter pro iusto precio honorabilibus viris dominis . . preposito . . decano et capitulo hamburgensis ecclesie. ad vsus vicarie per dominum Hinricum bone memorie de hamme quondam eiusdem ecclesie thesaurarium instaurate. Octo marcarum redditus de agris seu mansis eiusdem lamberti in villa buningstede sitis ministro dicte vicarie perpetuis temporibus expedite soluendos. sicut in prefati Lamberti litteris super hoc confectis. clarius continetur. vnde dictam vendicionem gratam et ratam habentes, ipsam ex certa sciencia confirmamus. et omne ius si quod in ipsis agris seu mansis. nobis competit, vel competere poterit. memorate ecclesie hamburgensi dimittimus et conferimus in hiis scriptis. Huius rei testes sunt strennui milites et honesti. domini Nicolaus de reuentlo Iohannes de kil. ac Gherlacus watmolte famulus. Ad maiorem eciam euidenciam sigillum nostrum presentibus litteris est appensum. Datum Hamborch. Anno domini. M°. CCC°. XXXIII°. in crastino beati marci ewangeliste.

Lib. cop. Cap. fol. 111a im Hamb. Archiv.

1333. Mai 25. 807.

Gerhard von Schauenburg, Domherr zu Hildesheim und Minden, Ritter Bodo Om, die Knappen Giso von Landsberg, Konrad Vincke, Arnold von Westendorp und Johann Grip der Ältere, Bürger zu Stadthagen, verbürgen sich dem Kloster Obernkirchen für eine Hufe in Sulhorsten.

Nouerint uniuersi quibus expositum fuerit presens scriptum quod nos Gherardus de Scowenborgh Hildesemensis et Myndensis Ecclesiarum Canonicus, Bodo Om miles, Ghyso de Landesberghe Conradus Vincke Arnoldus de Westendorpe famuli et Iohannes Grip Senior opidanus in Greuenalueshaghen ecclesie et Conuentui sanctimonialium in Ouerenkerken prestare volumus et debemus iustam warandiam bonorum in Sulhorsten videlicet quatuor mansorum quos Euerhardus Neesten famulus eidem Ecclesie et Conuentui vendidit iuste et perpetue venditionis tytulo sicut in litteris inde confectis euidentius continetur ipsamque ecclesiam et conuentum ab omni impeticione seu euictione hereditaria volumus precauere quod sub sigillis nostris appensis vna cum sigillo Euerhardi Neesten famuli antedicti communicata manu promisimus et in solidum data fide promittimus per presentes Datum anno Domini M° CCC° Tricesimo tertio feria tertia in Ebdomada penthecostes.

Nach Capauns Abschrift im Archiv zu Bückeburg. Wippermann, Urkundenbuch von Obernkirchen 212.

1333. Juni 18. 808.

Die Gemeinden der Pilworomherret, Bokingherret, Horsbyherret *huldigen Herrn Otto, König Cristofs Sohn.*

Datum anno Domini M. CCC. XXXIII. die Marci et Marcelliani.

Regest in Michelsen, Nordfriesland S. 283 aus dem Wordingborger und Callundborger Registranten. Reg. Dan. 2095.

1333. Juni 29—Juli 6. **809.**

Ritter Ludolf Lasbek und die Knappen Bertold, Hermann und Johann überlassen dem Kloster Reinbek drei Hufen in Woltorpe.

Nos Ludolphus Lasbeke miles, Bertoldus, Hermannus et Iohannes famuli ipsius liberi, praesentibus recognoscimus et publice protestamur, Quod resignauimus vnanimi consensu Omne ius. si quod habuimus, aut habere potuimus, in tribus mansis, sitis in Campo villae Woltorpe, ad vsus sanctimonialium Claustri et Conuentus Reynebeke, Similiterque resignauimus. eisdem omne ius, si quod nobis debebatur in bonis curie Hauena, Insuper donauimus de libero et vnanimi consensu eisdem sanctimonialibus vnum mansum, situm in Campo villae praenominatae cum omni iure, quo ad nos pertinebat, perpetue possidendum ab eisdem, Ipsumque Conuentum ab omni et qualicumque impetitione prenominatorum bonorum tenebimur disbrigare, Ipse vero Dominus Willekinus eo tempore prepositus vna cum Conuentu sanctimonialium Reynebeke, fauorabiliter facientes filiam Hermanni, Nostram vero sororem receperunt in sanctimonialem et monacham. pure propter Deum. Nos etiam Lu. Scarpenberch et Walquinus milites et Deth de zulen, famulus a quorumcumque postera impetitione, Ipsum Conuentum, data fide promittimus disbrigare, In cuius testimonium sigilla nostra, cum sigillis Lu. Lassbeken militis, et liberorum suorum praesentibus sunt appensa, Data Anno Domini, M⁰. CCC⁰. XXXIII⁰ In octaua apostolorum Petri et Pauli.

Kopie auf Papier im Staatsarchiv zu Schleswig.

1333. Juli 27. **810.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet seinem Neffen, dem Grafen Adolf von Holstein und Schauenburg, das Wiedereinlösungsrecht des verpfändeten Schlosses Wohldorf, der Dörfer um Hamburg und des Geleitsrechts auf der Straße von Hamburg nach Lübeck.

Dei gracia Nos. Iohannes Holtzatie et Stormarie, Comes. Tenore presencium recognoscimus et irreuo‖cabiliter arbitramur, quod dilectus patruelis noster. Adolfus. Holtzacie et Schowenborch Comes, ac veri‖ heredes ipsius. omnia et singula bona sua, que Nobis vna cum Castro Wolttorpe obligauerat, videlicet‖ parrochias. Berchstede. vulesyik. Radeleuestede. et partem parrochie sancti Iacobi in hamburg‖ que est extra extremum Murum ciuitatis predicte. vasallos. homines in eisdem parrochiis habitantes‖ Insuper et partem illam ducatus inter Ciuitates Lubeke et hamborch quam Nobis in prima obligacione‖ obligauerant, dum adhuc Castrum vtersthen ab ipso . . tytulo pigneris teneremus, redimere possunt a Nobis‖ et nostris heredibus pro eadem summa pecunie, qua nobis obligauit dicta bona, que in litteris ipsius patentibus‖ super obligatione predicta confectis plane et lucide continetur. Prefatam redemptionem Nos et nostri heredes . . vtique‖ admittere debebimus et debebunt, omni occasione negandi exclusa, non obstantibus arbitriis aut priuilegiis‖ incontrarium editis siue factis, cuiuscumque eciam firmitatis fuerint vel vigoris et ceteris omnibus non obstan‖tibus que vigorem presentis priuilegii possent aliqualiter inpedire. minuere vel cassare. Datum Lu‖beke presentibus Nobilibus viris Domino Gherardo Comiti holtzatie et [domino] Borchardo. Comiti in Swa‖lenberch, singulisque Consiliariis nostris In euidentiam et robur perpetuum premissorum sigillum nostrum‖ presentibus est appensum

Anno domini. Millesimo. CCC⁰. tricesimo tertio feria tercia post festum sancti Iacobi apostoli.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Einschnitt des Siegels. s. Falcks Archiv III. 83.

1333. Juli 29. 811.

Sühne zwischen Graf Gerhard von Holstein und dem Knappen Johann von Hummersbüttel.

Notum sit vniuersis tam Presentibus quam futuris quibus Exhibitum fuerit presens scriptum. Quod sub Anno domini M⁰. CCC⁰. XXX⁰. Tercio proxima quinta‖ feria post festum beati Iacobi apostoli in Nouo Monasterio per Nos milites. dominos Dosonem dictum bloch hartwicum de Reuetlo. Nycolauum de Reuetlo et Lu‖derum de borstele in quos per Nobilem virum dominum nostrum Gherardum Comitem holtzacie et Iohannem de humersbutle armigerum tamquam in amica-‖biles Compositores arbitros exstiterat compromissum plena amicabilis atque perfecta Composicio et Sona. Super omnibus et singulis discordiis. litibus et con‖trouersiis inter predictos videlicet comitem ex vna et Iohannem de hummersbutle parte ex altera qualitercunque habitis in hunc modum que sequitur extitit‖ ordinata et per nos milites predictos plenius placitata Primo enim dictus Iohannes debet reddere Comiti predicto et suis omnia et singula que in terra Pheonie‖ per ipsum iohannem suos Officiales aut familiam sibi attinentem vltra expensas que secundum ordinacionem et arbitrium nostrorum militum predictorum in Castro Hince‖gauele consumi poterant siue ista sint in annona. argento. Pecore aut quibuscunque aliis rebus sunt leuata et percepta. et hanc restitucionem‖ dictus Iohannes faciet cum Triginta militibus et armigeris sub iuramento Corporaliter prestito quod omnia et singula Comiti sepedicto et suis restituerit‖ que de iure reddere tenebatur et satisfecerit pro eisdem. Insuper Iohannes predictus omnia et singula que per hinricum Suartewlf aut famulos ipsius hin‖rici de terra Pheonie vltra expensas in Castro Hincegauele consumptas sicut nos milites. predicti nostras expensas estimamus. sunt deducta red‖dere tenetur et debet modo simili sicut est premissum. Preterea dictus Iohannes omnia et singula que in Nortiucia aut Sunderiucia. In decimis. aut ex‖actionibus uel contribucionibus aut quibuscunque aliis obuencionibus percepit et leuauit que proh . . . Comiti non computauit illa sepedict . . . .‖ cum domino nostro predicto diligenter examinemus sed per dictum dominum nostrum et nos repertum fuerit quod aliqua sint que Comes Gherardus minus iuste soluere‖ teneretur illa Iohannes predictus Comiti reddere debet aut satisfacere pro eisdem. Si etiam repertum fuerit quod dictus Iohannes in ipsis Computationibus se neglexit‖ illa neglecta Comes memoratus debet refundere Iohanni sepedicto Est eciam per nos milites predictos placitatum de aliis causis in quibus dictus dominus‖ . . Comes Iohannem predictum inpetit et incusat. Quod si alique cause ex eis sunt in quibus dictus Iohannes fatetur se culpabilem. pro illis dictus Iohannes. Co‖miti satisfacere debet cum triginta militibus et armigeris sub iuramento corporaliter prestito quod omnibus et singulis satisfecit in quibus de iure‖ satisfacere tenebatur. De illis vero causis in quibus se negat esse culpabilem cum triginta militibus et armigeris vt premittitur se plenius expurgabit‖ Insuper dictus Iohannes vna cum filio suo fide data et per iuramentum Corporale dicto domino Gherardo et quibuscumque suis in hac parte auxiliatoribus cau‖cione que wlgariter Orveyde dicitur faciet . . . et

viginti amici sui milites et armigeri fide data solummodo promittent quod nec ipse nec‖ heredes sui aut quicunque alius nomine suo contra Comitem heredes suos aut quoscumque auxiliatores suos in hac parte in futuris temporibus brigam‖ seu litem occasione illorum que contra Iohannem predictum per ipsum et suos auxiliatores facta sunt monebunt aut ea aliqualiter in odio suscitabunt. Pre‖dicta etenim omnia et singula dictus Iohannes ante instans festum sancti Martini plenarie adimplebit. Per premissa placita et Composicionem erit inter‖ dominum . . Comitem predictum. Volradum et Marquardum dictos Glusingh et alios quoscumque pro parte dicti Comitis suspectos parte ex vna. ac Iohannem‖ de hummersbutle. Hinricum Swartewlf et alios quoscumque pro parte dicti Iohannis suspectos plena amicicia et sona inuiolabiliter obser‖uanda. In quorum Omnium euidens testimonium Sygilla nostrorum militum predictorum sunt appensa. Datum et actum anno die‖ et loco quibus supra.

*Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegel am Siegelstreifen. Spuren fernerer Besiegelung. s. Reg. Dan. *1625.*

1333. Aug. 2. **812.**

Waldemar, Herzog von Jütland, tritt seinem Oheim, dem Grafen Gerhard von Holstein und Stormarn, die Inseln vom Mittelfahrtssund an (östlich) ab, Langeland ausgenommen.

Omnibus Presens scriptum Cernentibus. Waldemarus dei gracia . . Dux Iucie. Salutem in domino sempi‖ternam. Notum facimus vniuersis tam Presentibus quam futuris et protestamur publice per Presentes‖ Quod Nobili viro domino Gherardo Comiti holtzacie et Stormarie. awnculo nostro karissimo suisque‖ veris heredibus. omnia et singula bona siue insulas que wlgariter øø dicuntur si que ab illa‖ parte Middeluarssund nobis conpetere poterunt libere dimisimus Langlandia tamen excepta et‖ talia bona nequaquam inpetere aut repetere debemus tam diu quousque tota terra Pheonie‖ a dicto Awnculo nostro aut suis heredibus per nos fuerit liberata In cuius rei testimonium Sy‖gillum nostrum Presentibus est appensum . . Datum Anno domini M. CCC. XXX Tercio In‖ Crastino beati Petri ad vincula.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegeleinschnitt. Reg. Dan. 2097.

1333. Aug. 6. **813.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, überläfst den Hamburger Bürgern, den Gebrüdern Heinrich, Johann und Winand von Stendal 30 Mark Rente aus dem Hamburger Zoll und Ungeld, sowie aus der alten Mühle 6 Wispel Weizen, 2 Wispel Weizenmalz und 7 Mark Hamburger Pf.

In nomine domini amen. Eiusdem gracia Iohannes. Comes Holtzacie et Stormarie. Vniuersis in perpetuum presencia visuris in omnium‖ saluatore salutem. Tenore presencium recognoscimus publice protestando, quod fideles nostri, Hinricus, Iohannes et winandus fratres de stendal‖ Ciues Hamburgenses quondam a Nobis Redditus Triginta marcarum in Theloneo et vngheldo nostro Hamburgensi, de prima‖ pecunia inde proueniente singulis annis percipiendos, necnon Redditus Sex chororum siliginis et duorum Chororum Tritici‖ vel Triticei brasii ac Redditus septem Marcarum denariorum Hamburgensium in veteri molendino dicte nostre

Ciuitatis‖ Hamburgensis, singulis annis tollendos ut premittitur, in pheodo tenuerunt, Sed quia dignitas et debitum nostre dominacionis‖ exigit, ut fideles nostros respiciamus muneribus gracie specialis, et illos potissime, qui apud Nos et progenitores nostros vberi‖orem graciam suis obsequiis et beneficiis meruerunt, Noscat igitur felix etas presencium et prospera successio futurorum quod‖ Nos ex sufficienti deliberacione et fidelium nostrorum Consiliariorum maturo consilio propter multimoda seruicia nobis et patri‖ nostro felicis recordacionis quondam Comiti Holtzacie et Stormarie, nobili, per predictos Hinricum de Stendal, Ciuem Ham‖burgensem et Iohannem ac winandum fratres suos bone memorie, sepius exhibita fideliter et impensa, damus et in hiis scriptis‖ dimittimus eidem Hinrico de Stendal et fratruelibus suis, ac eorum heredibus natis et perpetuo nasciturís, prefatos Redditus‖ iure hereditatis et proprietatis perpetuo libere possidendos, Transferentes in dictos Hinricum et suos fratrueles et ipsorum‖ heredes omne ius quod nobis et nostris heredibus, ac Successoribus, tam in armorum seruiciis, quam aliis quibuscumque, quocumque‖ nomine censeantur que in bonis pheodalibus requiruntur ex consuetudine vel ex iure, competere posset in bonis et redditibus‖ supradictis. Arbitramur nichilominus et fideliter promittimus in hiis scriptis pro nobis et nostris heredibus et in perpetuum Successoribus‖ quod prefati Hinricus et sui fratrueles, et ipsorum heredes, necnon vniuersi ac singuli, ad quos per hereditariam successionem‖ vendicionem, obligacionem seu donacionem, vel per quamlibet aliam disposicionem, prefati redditus fuerint deuoluti, vendendi‖ obligandi, donandi seu dimittendi eosdem Redditus, coniunctim vel diuisim, in perpetuum liberam habeant facultatem‖ Nobis ac nostris heredibus et inperpetuum Successoribus minime requisitis, Huius facti Testes sunt Honorabiles viri domini. Iohannes‖ Decanus, Iohannes scolasticus, et Daniel Canonicus, Hamburgensis Ecclesie, Bertrammus Cremon prothonotarius noster, Iohannes de Kyle‖ Hinricus scarpenberch milites, Hinricus et Hellembernus de Hetfelt, et Nycolaus fransoyser, Ciues Hamburgenses nostri‖ fideles, et plures alii fide digni, In maiorem autem euidenciam premis sorum, Sigillo nostro presencia fecimus communiri, Actum et datum‖ Hamborch in nostra presencia, Anno domini. Millesimo, Trecentesimo, Tricesimo, Tercio, In die Sanctorum Sixti felicissimi et Agapiti martirum.

Original im Hamb. Archiv in zwei Ausfertigungen, in der 1. Reitersiegel des Grafen an roter Schnur, in der 2. an grüner Schnur.

1333. Aug. 9. 814.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs der Knappe Johann Mildehovet dem Hamburger Kapitel eine Hufe in Meiendorf für 20 Mark Hamb. Pf. verkauft hat.

Vniuersis ac singulis presentes litteras inspecturis seu audituris Nos Iohannes dei gracia Comes Holtzacie et stormarie‖ cupimus fore notum. quod Iohannes mildehouet famulus de nostro consensu et licencia vendidit pro XX[ti] marcis denariorum‖ Hamburgensium sibi integraliter persolutis. honorabilibus viris domino . . preposito . . decano et capitulo ecclesie Hamburgensis ad vsus memorie domini‖ Hinrici de Hamme quondam Thesaurarii Hamburgensis, vnum mansum situm in villa Meygendorpe quem nunc‖ colit Heyeke, soluentem singulis annis in festo beati Martini. duas marcas denariorum, cum attinenciis suis‖ lignis. pratis. pascuis. aquarumque[1]) decursibus. necnon omnibus vtilitatibus. iuribus et commoditatibus.

ac iudicio‖ sicut ipsum possedit. perpetuis temporibus. iure hereditario et proprietario possidendum. prefatus eciam Iohannes‖ mildehouet. vna cum, Nicolao filio domini Iohannis de wedele militis. ac Hinrico filio domini Hinrici de wedele‖ militis, in solidum data fide promiserunt, quod Idem Iohannes mildehouet prefatam ecclesiam Hamburgensem in possessione‖ dicti mansi nullo tempore impediet vel turbabit. et si quod absit contrarium fecerit. ipsi in solidum pro eo satisfacere tenebuntur.‖ prestabit insuper dictus mildehouet warandiam de dicto manso. sicut in terra nostra fieri est consuetum. et Idem‖ Mildehouet poterit reemere dictum mansum. infra duos annos. continuos, pro pecunia memorata. Nos‖ autem Iohannes Comes predictus dictam vendicionem ratam habentes et confirmantes, omne ius quod‖ in dicto manso habere potuimus vel in futuro valebimus optinere, memorate ecclesie Hamburgensi. pro nostra et pro‖genitorum nostrorum salute. dimittimus et donamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro‖ et predictorum famulorum sigillis fecimus roborari. actum et datum Hamborch anno domini M⁰. CCC⁰. XXXIII.‖ In vigilia beati Laurencii martiris. Testes aderant.

[1]) *fehlt:* aquis.

Original im Hamb. Archiv. Drei Siegelfragmente, ein Siegelstreifen.

1333. Aug. 10. 815.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt den Verkauf von 6 Mark Pf. aus den Mühlen zu Oldenfelde und Rahlstedt seitens seines verstorbenen Vaters, des Grafen Gerhard, für eine von diesem zu Hamburg gestiftete Vikarie.

Vniuersis ac singulis presens scriptum visuris seu audituris. Nos Iohannes‖ dei gratia Comes holtsatie et stormarie volumus esse notum. quod pater‖ noster dilectus dominus Gherardus quondam comes holtsatie et stormarie. pie memo‖rie vendidit ecclesie hamburgensi sex marcarum redditus, ad vsus vicarie per eum ibidem instaurate. de molendinis in oldenuelde et Radoluestede. cum omnibus‖ vtilitatibus. iuribus et prouentibus annuatim soluendos. sicut in eiusdem patris‖ nostri[1]) plenius continetur. Quare nos dictam vendicionem ex certa scien‖cia ratificantes, predicta bona seu molendina cum hominibus ipsam possidentibus.‖ sub nostra speciali protectione recipimus, inhibentes districtius sub obtentu nostre‖ gratie et fauoris omnibus ac singulis nobis subiectis, ne dictam ecclesiam in prefa‖tis bonis aut ea possidentibus. aliqualiter impediant vel perturbent. sed eandem‖ ecclesiam huiusmodi bonis et eorum vtilitatibus ac iuribus perfrui quiete permit‖tant Insuper adicimus quod nullus in preiudicium et damnum prefate ecclesie, iuxta‖ dicta molendina, aliud molendinum de nouo construet vel parabit. In premissorum‖ euidens testimonium. presentem litteram sigillo nostro iussimus roborari. Datum hamburg‖ Anno domini, M. CCC. XXXIII. In die beati Laurencii martiris gloriosi. Testes aderant‖ nobiles viri. domini. Ericus electus hildensis ecclesie et prepositus hamburgensis ac adolfus Comes. de‖ schowenborg Daniel de brunswich canonicus hamburgensis et hinricus eius awnculus vicarius ibidem.

[1]) *fehlt* scripto.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Grünes Reitersiegel am Siegelstreifen. Lib. cop. Cap. im Hamb. Archiv fol. 112b. S. H. U. S. II. 87.

1333. Aug. 13. 816.

Heinrich, Nikolaus und Johann von Wedel verkaufen dem Hamburger Kapitel zwei Hufen in Meiendorf für 40 Mark Hamb. Pf.

Omnibus presens scriptum visuris seu audituris. Nos Hinricus. Nicolaus et Iohannes fratres dicti de wedele‖ famuli, cupimus fieri manifestum. quod nos de consilio amicorum nostrorum vendidimus pro quadraginta‖ marcis denariorum Hamburgensium nobis integraliter persolutis. honorabilibus viris. Dominis . . preposito . .[1]) et Capitulo Hamburgensis ecclesie‖ ad vsus vicarie per ludekinum de berchstede laicum in ecclesia sancti petri in hamborch instaurate‖ Duos mansos sitos in villa meyendorpe quos nunc Colunt Reynset et Eyleke ac ipsius‖ fratres, quemlibet soluentem annuatim duas marcas in quolibet festo beati martini, cum‖ omnibus attinenciis suis. lignis. pratis. pascuis. aquis. aquarumque decursibus. ac cum‖ omnibus vtilitatibus. iuribus et commoditatibus. ac iudicio maiore et minore. sicut‖ ipsos habuimus, perpetuis temporibus iure hereditario et proprietario possidendos. promittentes‖ vna cum Iohanne mildehouet famulo in solidum fide data. quod prefatos . . prepositum . . decanum‖ et Capitulum hamburgense nunquam impediemus vel molestabimus per nos uel alios. publice uel‖ occulte in mansis predictis. et si huiusmodi mansi per aliquem fuerint inbrigati, nos et heredes‖ nostri ipsos tenebimur disbrigare. et si contrarium fecerimus. satisfaciemus et respondebimus‖ super isto. Prestabimus eciam dicto capitulo warandiam de predictis bonis secundum consuetudinem que‖ in terra stormarie obseruatur. prefati vero domini . . prepositus . . decanus et Capitulum hamburgense nobis‖ ex speciali amicicia concesserunt, quod prefatos mansos infra duos annos continuos. a data presencium‖ numerandos reemere poterimus pro pecunia memorata. quod si non fecerimus. ad dictam vicariam‖ perpetuo pertinebunt. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. datum‖ hamborch anno domini. M⁰. CCC⁰. XXX⁰III⁰ In die beati ypoliti martiris.

[1]) *fehlt:* decano.

Original im Hamb. Archiv. Siegel des Nikolaus und Johannes von Wedel. Ein Sizgeleinschnitt. Rest eines Siegelstreifens.

1333. Aug. 13. 817.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs die Gebrüder Heinrich, Nikolaus und Johann von Wedel dem Hamburger Kapitel zwei Hufen in Meiendorf für 40 Mark Hamb. Pf. verkauft haben.

Omnibus presens scriptum visuris seu audituris. Nos Iohannes dei gracia Comes Holtsacie et stormarie. volumus esse‖ notum. quod Hinricus. Nicolaus et Iohannes fratres dicti de wedele. de nostro consensu et licencia vendi‖derunt pro Quadraginta marcis denariorum hamburgensium ipsis integraliter persolutis Honorabilibus viris‖ dominis . . preposito . . decano et Capitulo hamburgensi. ad vsus vicarie per Ludekinum de berchstede in ecclesia sancti petri‖ in hamborch instaurate, Duos mansos sitos in villa Meyendorpe quos nunc colunt Reyset et‖ Eyleke ac ipsius fratres. quemlibet soluentem annuatim duas marcas in quolibet festo beati Martini.‖ cum omnibus attinenciis suis, lignis. pratis. pascuis, aquis. aquarumque decursibus. ac cum omnibus‖ vtilitatibus. iuribus. et commoditatibus. ac iudicio maiore et minore sicut ipsos habuerunt. perpetuis‖ temporibus iure hereditario et proprietario libere possidendos. Promittentes vna cum Iohanne mildehouet famulo‖ in solidum data fide. quod dictam ecclesiam hamburgensem nunquam molestabunt uel impedient in mansis predictis‖ et si contrarium fecerint, ipsi satisfacere tenebuntur. prestabunt eciam warandiam dicto capitulo de bonis pre‖fatis, secundum

consuetudinem in terra stormarie obseruatam. Poterint eciam dicti famuli reemere prefatos man||sos infra duos annos continuos a data presencium numerandos, pro pecunia supradicta. quod si non fecerint, huiusmodi|| mansi ad dictam vicariam perpetuo pertinebunt. Nos vero Iohannes Comes predictus. omne ius dictorum|| mansorum quod ad nos spectabat vel nobis competere poterit infuturum. ad honorem beate virginis. ac pro|| nostra et parentum nostrorum salute. sepedicte ecclesie hamburgensi libere dimittimus et donamus. In cuius rei euiden||ciam pleniorem. presentes litteras sigillo nostro, ac dictorum famulorum sigillis fecimus communiri. Datum|| Hamborch. Anno domini. M⁰. CCC⁰. XXX⁰ tercio. In die beati ypoliti martiris.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen. Siegel des Heinrich von Wedel. Drei Siegelstreifen.

1333. Aug. 15. 818.

Marquardt Rykerdtssen verschötet seinen Besitz in curia Holbech, *den er von Knut Jonssen ererbt hat, auf dem Thinge der* Hwittingherret *an Heinrich Knudtssen und quittiert ihm über die Verwaltung seiner und Folquart Friis Güter.* — „Notum facio."

Datum Ripis anno domini M CCC XXXIII in die assumptionis beate virginis.

Reg. Dan. 2098.

1333. Septbr. 17. 819.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem Kloster zu Esekestorpe *einen Hof im Dorfe* Heslinge.

Uniuersis presencia visuris siue audituris. Nos Adolfus Dei gracia Comes Holtsacie et Schowenborch notum esse volumus et constare quod cum beneplacito et consensu omnium heredum nostrorum ob honorem beate Marie virginis et salutem animarum parentum nostrorum nostreque ac heredum nostrorum donauimus et in hiis scriptis donamus Ecclesiae sanctimonialium in Esekestorpe ac conventui ibidem proprietatem unius curie in villa Heslinghe quam quidem curiam fratres de Eckersten Conradus ad huc vivens ac Herbordus bone memorie possidebant et a nobis in pheodo tenuerunt et pro huiusmodi nostra donatione etiam nobis [supplicaverunt Quapropter ut premissum est prefatam curiam in Heslinghe sitam predicte Ecclesie et conuentui quitam et liberam dedimus perpetuis temporibus possidendam Renunciantes plane omni iuri quod in iam dicta curia nos aut nostri heredes habere dinoscebantur. In cuius nostre donationis testimonium et euidentiam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum Datum anno Domini M⁰ CCC⁰. tricesimo tercio in die beati Lamberti martiris.

Nach Capauns Abschrift im Archiv zu Bückeburg.

1333. Septbr. 29. 820.

Willekin, Propst, Margareta, Äbtissin, Gertrud, Priorin, und das Kloster Harvstehude beurkunden die Stiftung einer Vikarie in demselben durch Walter von Buxtehude.

Willekinus prepositus. Margareta abbatissa ghertrudis priorissa. Totusque conuentus sanctimonialium vallis virginum cupimus fieri manifestum quod wolterus. dictus de buxtehude ob salutem anime sue suorumque amicorum in nostro monasterio iam predicto vnam vicariam perpetuam collocauit. et ad eam vnum chorum salis in Salina luneborgensi situm perpetue propter deum erogauit. Ad quam quidem vicariam prepositus qui ibidem pro tempore fuerit vnum presbiterum virum litteratum. facetum et morieratum. qui sibi placuerit collocabit. Preterea sciendum quod prepositus memoratus ex parte sui Conuentus duos presbiteros. seu capellanos frequenter solet et debet habere et super hoc vnus presbiter ibidem debet esse qui est tercius et capellanus wolteri de buxtehude predicti terciam missam celebrando quandocumque preposito et conuentui predictis videbitur expedire. In cuius rei testimonium sigillum prepositi sepedicti et sui conuentus vna cum sigillo wolteri supradicti presentibus est appensum. Actum et datum anno domini Millesimo CCC°, tricesimo tercio in die michaelis.

Cop. Harvstehud. fol. 28b im Hamb. Archiv.

1333. Octbr. 12. **821.**

Junker Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, und die Herzöge Junker Otto und Wilhelm von Lüneburg und Braunschweig vertragen sich mit dem Grafen von Wunstorp.

Wy Iunchere. Alf. van ghodes gnade Greue to Holtzaten vnde to Schowenborch, bekennet‖ in desseme openen breue alle den de ene seet vnde horet. efft Ienman sek annemen‖ wolde de scelinghe de vse ome Iunchere. Otte. vnde Iunchere. Wilhelm. hertoghen to Luneborg‖ vnde to Brunswyk, vnde wi . . hat hebbet mit deme greue van Wunstorpe dat wi‖ bi[1]) en bliuen willet mit ghuden truwen vnde mit vuller macht. dat loue wi . . en . .‖ in desseme breue de mit vseme ingheseghele beseghelet es: Dit es gescheen‖ na ghodes bord. M CCC. iar. in deme dre vnde dritteghesten iare, des dinseda‖ghes na sunte dyonisies daghe.

[1]) *mit hellerer Tinte am Rande nachgetragen.*

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Reitersiegel am Pergamentstreifen. Sudendorf, U. B. I. 557.

1333. Octbr. 28. **822.**

Die Herren von Eckersten verkaufen ihren Hof in Heslinghe *dem Kloster* Ezekestorpe.

Ego Conradus de Eckersten filius domini Conradi militis nec non Conradus Iohannes Thidericus filii Herbordi bone memorie mei patrui coram omnibus hanc paginam inspecturis ac etiam audituris recognoscimus et dilucide protestamur. Quoniam summum fidelitatis bonum in ecclesia Dei esse dinoscimur lucris animarum intendere ut sic statum suum ordinent in presenti ut salutem eterne vite a se meritam non excludant. Hinc est quod nos et nostri veri heredes nunc nati et infuturum nascituri ac cum consensu omnium illorum de Eckersten et ob honorem beate marie virginis et pro salute animarum nostrarum omnium vendidimus iuste venditionis tytulo curiam nostram cum una casa in villa Heslinghe quam ab Adolfo comiti in Scowenborgh in pheodo tenuimus cum omnibus usufructibus ac prouentibus Monialibus totique conuentui in Ezekestorpe et omnem

potestatem quam in eadem curia cum suis utilitatibus habuimus et habere dinoscebamur resignauimus liberam et quietam. Insuper renunciantes omni iure nos et nostra tota posteritas et eadem ecclesia in Ezekestorpe supradicta sine aliquo impedimento nostrorum successorum plenaria et eterna gaudeat possessione et hoc perpetue possidendam. In huius venditionis tytulo nostra sigilla in signum sufficientis testimonii nostrorum successorum duximus presentibus apponenda Huius rei testes sunt Lodewicus Post Iohannes Westfal miles, Iohannes et hermannus fratres de Molenbeke Lubbertus Westfal Conradus Bardeleue Ludolfus de Eckersten Henricus Domeger Hinricus Homborgh Wigandus de Sedorpe famuli ac plures fide digni Datum Anno Domini M° CCC° XXXIII° ipso die Symonis et iude apostolorum.

Nach Capauns Abschrift im Archiv zu Bückeburg.

1333. Novbr. 11. 823.

Die Gebrüder Adam und Wedekin von Hamme verkaufen dem Kloster Reinbek die Dörfer Ober- und Nieder-Bocberge für 400 Mark Hamb. Pf.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis, vniuersis et singulis hanc litteram visuris|| seu audituris, Adam et wedekinus fratres dicti de hamme armigeri, et wedekinus|| filius Ade predicti, in vero salutari salutem. cum noticia subscriptorum, Vite bre||uitas et rerum varietas id exposcunt, vt gesta mortalium, ne obliuione|| deleantur, scripturarum testimonio confirmentur. Hinc est quod ad noticiam|| tam presencium quam futurorum cupimus peruenire. quod de consensu heredum nostrorum|| et amicorum nostrorum consilio, vendidimus, dimisimus, ac resignauimus pro Qua||dringentis marcis denariorum hamburgensium nobis in numerata pecunia persolutis, quas in|| vsus nostros necessarios conuertimus . . preposito . . priorisse et Conuentui sanctimonialium|| in Reynebeke. Superiorem villam Bocberghe et inferiorem villam Boc||berghe sitas in parrochia stenbeke. ad nos successione hereditaria spec||tantes, cum agris cultis et incultis. pratis. pascuis. siluis. lignis. aquis|| aquarum decursibus. terminis. ac cum Iudicio maiore et minore et cum omnibus at||tinenciis suis et generaliter cum omni vtilitate. commoditate. proprietate et libertate. si||cut progenitores nostri ipsas tenuerunt. et nos easdem villas habuimus multis|| annis pacifice et quiete. perpetuis temporibus. iure hereditario libere possidendas.|| Recognoscentes expresse. quod nec Nos nec heredes nostri. aliquid iuris, vtilitatis. aut|| potestatis. in dictis villis poterimus aut debebimus quomodolibet vsurpare.|| Protestamur eciam manifeste. quod super agris dictis Yvenboyen. nos et heredes nostri|| dicto conuentui, inperpetuum nullam mouebimus actionem. sed omne Ius, si quod nobis vel he||redibus nostris competit. vel competere poterit infuturum in agris iam dictis, prefato conuentui totaliter dimittimus in hiis scriptis. Ceterum promittimus bona fide. quod ab omni iusta|| inbrigacione et impedimento. sique in dictis villis euenerint, nos et heredes nostri|| memoratum conuentum volumus et tenebimur releuare. Testes huius|| rei sunt. dominus Luderus de borstele miles. Iohannes de hummersbutle. Hinricus et|| bertrammus de tralowe. Swarte wlf. Gherlacus de wasmolte armigeri. et|| Iohannes stenwarde. ad premissa vocati. In euidens testimonium omnium premissorum sigilla|| nostra presentibus litteris sunt appensa. Datum in Claustro Reynebeke. anno domini|| M°. CCC°. XXXIII°. In die sancti Martini confessoris.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel, zwei Pergamentstreifen. S. H. U. S. II. S. 88.

1333. Novbr. 22. **824.**

Johann, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, bestätigt den Verkauf der Dörfer Ober- und Nieder-Bocberg seitens der Brüder Adam und Wedekin von Hamme an das Kloster Reinbek.

Vniuersis presens scriptum visuris seu audituris, Iohannes dei gracia Comes holtzacie. stormarie‖ et de schowenborch. in vero salutari salutem. Cum adam et wedekinus fratres dicti de hamme‖ de nostro consensu et licencia vendiderunt. dimiserunt et resignauerunt. pro iusto precio eis integraliter‖ persoluto . . Conuentui sanctimonialium in Reynebeke. villas Ouerenbocberghe et Nederen‖bocberghe cum omnibus pertinenciis. vtilitatibus. iuribus. et libertatibus. ad ipsas villas spectantibus‖ quas ipsi . . fratres et eorum progenitores in eisdem villis habuisse noscuntur, sicut in ipsorum eciam litteris‖ super hoc confectis expressius continetur. Nos huiusmodi vendicionem gratam et ratam habentes‖ ipsam tenore presencium confirmamus. et nichilominus. omne ius, et omnem libertatem et proprietatem‖ cum iudicio maiori et minori. colli et manus. que nobis vel successoribus seu heredibus nostris competunt‖ siue competere poterunt in futurum, in prouentibus. agris cultis et incultis, pratis, pascuis. lignis. aquarum‖ decursibus et quibusibet aliis dictarum villarum attinenciis et commoditatibus prefato Conuentui‖ pro anime nostre et progenitorum nostrorum remedio et salute, dimittimus totaliter et donamus. Ser‖uiciis que dicuntur borchwerch et lantwere nobis saluis quando ab omni terra nostra huiusmodi seruicia‖ exiguntur. Insuper inhibemus districte aduocatis. officiatis. et aliis quibuslibet nobis subiectis‖ ne colonos predictarum villarum exactionibus. violenciis seu quibuscumque aliis iniuriis et pressuris‖ quomodolibet molestare presumant. Illos, qui huiusmodi nostre donacioni contraire presumpserint, tamquam‖ voluntati nostre rebelles, a nostra gracia penitus excludentes, Ad maiorem autem euidenciam‖ presentem paginam huiusmodi nostre concessionis sigilli nostri appensione duximus roborandam.‖ Datum et actum in stenborch. anno domini M⁰. CCC⁰. XXXIII⁰. In die beate Cecilie virginis et martiris.‖ Testes sunt. Marquardus brocdorp ywanus de reuetlo. Nicolaus langhelowe milites,‖ dominus Daniel canonicus hamburgensis et alii plures fidedigni ad hoc vocati et rogati.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel beiliegend. Pergamentstreifen. S. H. U. S. II. S. 89.

1333. Novbr. 30. **825.**

Junker Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft dem Hamburger Bürger Gottfried Vifporting 8 Mark Rente weniger 18 Pf. im Dorfe Sommerland auf dem Riep für 100 Mark Hamb. Pf.

Adolfus Domicellus. dei gracia, Comes Holtzacie et in Scowenborg. Vniuersis ad quos‖ inperpetuum presencia peruenerint, Salutem in domino, Tenore presencium recognoscimus publice protestan‖do, quod dilecto nobis Godfrido vifporting, Ciui Hamburgensi, verisque suis heredibus‖ pro Centum marcis denariorum Hamburgensis monete nobis integraliter persolutis, ven‖didimus iusto vendicionis titulo, et in hiis scriptis liberaliter resignamus, Redditus‖ octo marcarum, preter decem et octo denarios, dicte Hamburgensis monete, sitos in‖ villa nostra Somerland, in loco dicto vppeme ripe, tollendis annis singulis in festo‖ beati Iacobi, de pensione fundi, quam Grunthure wlgariter nominamus, iure‖ hereditatis et proprie-

tatis perpetuis temporibus quiete et libere possidendos. Transferentes‖ in dictos Godfridum et ipsius heredes, omne ius, quod nobis et nostris heredibus, ac in‖ perpetuum successoribus, posset competere in Redditibus supradictis, Arbitramur nichilominus‖ in hiis scriptis fideliter promittentes, pro nobis et nostris heredibus, ac in perpetuum Succes‖soribus, quod prefati Godfridus et ipsius heredes, dictos redditus licite poterunt obligare‖ dimittere, vendere seu donare, coniunctim vel diuisim, quibuscumque personis, ecclesiasticis‖ vel secularibus, quandocumque et quocienscumque sue placuerit voluntati. nobis et nostris‖ heredibus ac in perpetuum successoribus minime requisitis. Volumus insuper eisdem personis‖ quibus sepedicti redditus obligati, dimissi, venditi fuerint seu donati, presentes litteras‖ tamquam premissis Godfrido et ipsius heredibus, in omnibus suffragari, Huius facti‖ Testes sunt, Honorabiles viri, Dominus willekinus prepositus in Herwerdeshude, frater Berwinus‖ conuersus Monasterii in Reyneuelde. Bertoldus de landesberghe. Hinricus senior‖ et Hinricus iunior de welzede, armigeri, Thidericus vppenperde, Ciuis Hamburgensis‖ fideles nostri, et plures alii fide digni. In maiorem autem euidenciam premissorum, Sigillum‖ nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Hamborch in nostra presencia. In die beati‖ Andree apostoli. Anno dominice incarnacionis. Millesimo. CCC⁰. Tricesimo Tercio.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen am Pergamentstreifen.

1333. Decbr. 3. 826.

Albrecht, Herzog zu Sachsen, Engern und Westfalen, tritt dem Erzbischof Burchard von Bremen die streitigen Güter zu Langenbruck ab.

Nos albertus dei gratia dux saxonie angarie et westfalie vniuersis‖ presencia visuris cupimus esse notum. Quod cum nuper inter reuerendum in‖ cristo patrem et dominum nostrum dominum borchardum sancte bremensis Ecclesie‖ archiepiscopum ex vna et nos parte ex alia super bonis dictis langhe‖bruck bremensis dyocesis per nos aliquam diu detentis questio seu dissen‖sio mota fuisset. Tandem super eisdem bonis plenius informati dicta‖ bona prefato domino nostro archiepiscopo et Ecclesie sue bremensi sponte et libere‖ ex certis et legitimis causis cum omnibus iuribus et pertinenciis suis sicut‖ ipsa bona detinuimus integraliter dimisimus et resignauimus ac‖ in ipsum et suam bremensem Ecclesiam omne ius si quid nobis seu here‖dibus aut successoribus nostris in dictis bonis forsitan competebat‖ vel conpetere poterat, integraliter transferentes, adeo, que nec nos nec‖ heredes neque successores nostri quicquam iuris in dictis bonis inperpetuum‖ poterimus vendicare. In eius rei testimonium sigillum nostrum vna‖ cum sigillo nobilis viri domini gyselberti comitis holtzacie nostri‖ awnculi dilecti presentibus duximus apponendum. Et nos Gyselbertus‖ dei gracia comes holtzacie et cantor Ecclesie bremensis in euidens‖ consensus nostri ad premissa prestiti testimonium sigillum nostrum appo‖suimus huic scripto. Datum lubuke Anno domini. M⁰. CCC⁰. XXXIII⁰‖ feria sexta post festum beati andree apostoli.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Zwei Siegelstreifen. Sudendorf I. 284.

1333. Decbr. 3. 827.

Albrecht, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, und Giselbert, Graf von Holstein und Domkantor in Bremen, verpflichten sich für die dem Erzbischof

Burchard in Bremen abgetretenen Güter in Langenbruck die urkundliche Zustimmung des Grafen Gerhard von Holstein zu erwirken.

Nos albertus dei gratia dux Saxonie angarie et westfalie et‖ Gyselbertus Comes holtzacie et Cantor ecclesie bremensis recognos‖cimus per presentes dilucide protestantes. quod promisimus et in hiis scriptis‖ fide data promittimus Reuerendo in cristo patri ac domino domino borchar‖do Sancte bremensis Ecclesie archiepiscopo super restitutione et dimissione bonorum‖ dictorum lancghebruck per nos Albertum ducem Saxonie predictum‖ factis[1]) litteras sigillatas consensum nobilis viri domini gherardi,‖ Comitis holtzacie continentes infra hinc et Ephyphaniam‖ domini debebimus procurare. Promisimus nichilominus dicto domino . . archiepiscopo quod per nobilem virum dominum gherardum Comitem predictum non debe‖bit in possessione dictorum bonorum aliquatenus inpediri[2]) vel molestari,‖ sed omne inpedimentum quod sibi per dictum dominum gherardum comitem aut[3])‖ suos factum fuerit in dictis bonis fide data promisimus disbriga‖re. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa‖ Datum lubeke anno domini M°. CCC° XXXIII°. Sexta feria post‖ festum beati andree apostoli.

[1]) *auf Rasur.* [2]) *ursprünglich* inpedire. [3]) *der Schlufs von* comitem *und* aut *auf Rasur.*

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Zwei Siegelstreifen. Sudendorf, U. B. V. 129.

1333. Decbr. 8. **828.**

Burchard, Erzbischof von Bremen, überträgt dem Propsten Heinrich von Neumünster und dem Pfarrer Heinrich von Schwerin in Lütjenburg die Visitation der Schweriner Diözese.

Borchardus dei gracia Sancte bremensis ecclesie Archiepiscopus vniuersis sub sua iurisdictione constitutis‖ quorum interest seu interesse poterit seu quos presens negocium tangit vel tangere poterit quoquomodo‖ salutem in domino. Cum venerabilem fratrem nostrum dominum Ludolfum episcopum zwerinensem et canonicos zwerinenses‖ rite et legitime visitauimus secundum canonicas sanctiones et huiusmodi visitacionis officio seu negocio‖ circa alias personas ecclesie ciuitatis et dyocesis zwerinensis ex certis et legitimis causis ad presens vacare et‖ intercedere personaliter nequeamus religioso et honorabili viro domino hinrico preposito noui Monasterii nostre[1])‖ ac discreto viro hinrico de zwerin rectori ecclesie in Luthkenborch Lubicensis dyocesis et cuilibet eorum in solidum‖ ita quod non sit melior condicio occupantis sed quod vnus incepit alter possit persequi libere et finire in‖ huiusmodi visitacionis officio seu negocio vlterius exertcendo circa personas per nos non visitatas ecclesie ciuitatis‖ et dyocesis. predictarum presentibus plenarie committimus vices nostras. dantes eisdem et eorum cuilibet plenam et liberam‖ potestatem inquirendi corrigendi puniendi crimina excessus et delicta et negligencias cleri et populi‖ prelatorum prepositorum collegiorum et conuentuum Monasticorum plebanorum ecclesiarum rectorum vicariorum perpetuorum‖ seu temporalium clericorum laycorum seu personarum quarumcunque cuiuscunque dignitatis, preeminencie status gradus‖ aut condicionis existant ecclesie ciuitatis et dyocesis zwerinensis episcopo et canonicis ecclesie zwerinensis dun‖taxat exceptis et in hiis reformandi que fuerint reformanda ac omnia alia et singula que‖ circa premissum visitacionis officium seu negocium necessaria fuerint vel oportuna et que Nos personaliter‖ facere possemus si huiusmodi officium seu negocium per nos excerceremus etiam si mandatum exi‖gant speciale contradictores et rebelles et impedientes auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam‖ compescendi. In

quorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Lubeke anno domini M⁰.‖ CCC⁰. XXX⁰III⁰. feria quarta proxima post festum beati Nicolai episcopi et confessoris.

[1]) *zu ergänzen:* dyocesis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Fragment des Siegelstreifens. Westfalen II. 111. Muhlius, Hist. cen. Bordesh. S. 591.

1333. Decbr. 11. **829.**

Burchard, Erzbischof von Bremen, beurkundet die Beilegung des Streites zwischen dem Hamburger Kapitel und den Erben Georg Langes aus Hitzacker über das Patronatsrecht der Kirche zu Glindesmoor bei Wilstorp in der Verdener Diözese.

Nos borchardus dei gracia sancte bremensis ecclesie archiepiscopus. vniuersis presentes litteras inspecturis. volumus esse notum. quod cum nuper inter honorabiles uiros dominum Iohannem decanum et capitulum ecclesie hamburgensis ex vna, et Georgium ac Georgium filios Georgii longi dictos de hidzakere et dominam Gislam ipsorum matrem. ex altera parte. super iure patronatus ecclesie in glindesmor. ab ecclesia matrice in wildestorp olim diuise verdensis diocesis. materia dissensionis seu questionis fuisset exorta. Tandem nobis mediantibus huius dissensio taliter est sopita, quod ius patronatus dicte ecclesie in glindesmor. ad . . decanum predicte hamburgensis ecclesie qui pro tempore fuerit. sine contradictione qualibet in perpetuum pertinebit. Hoc nichilominus adiecto. quod dominus Thidericus dictus lator presbiter nostre bremensis diocesis. ad eandem ecclesiam in glindesmor per predictum Iohannem decanum hamburgensem presentatus. ipsam ecclesiam de consensu et beneplacito dictorum fratrum Georgii et Georgii libere obtinebit. Ex speciali tamen gracia ad nostram instantem peticionem. prefati . . decanus et Capitulum predictis Georgio et Georgio fratribus indulserunt. quod ipsi et eorum quilibet toto vite sue tempore. ad prelibatam ecclesiam in glindesmor obtinendam. quandocumque et quocienscumque ipsam deinceps vacare contigerit. vnam personam ydoneam et habilem nominare et assumere poterunt. quam decano sepedicte ecclesie hamburgensis qui pro tempore fuerit. humiliter presentabunt. Qui quidem decanus vlterius eandem personam archidyacono prefate ecclesie glindesmor. pro institucione canonica et commissione cure animarum assequenda. sine difficultate qualibet benivole presentabit. Post mortem amborum fratrum videlicet Georgii et Georgii predicta gracia penitus exspirabit et ex tunc ius patronatus ad decanum memorate ecclesie hamburgensis pleno iure libere pertinebit. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum vna cum sigillis. bertoldi et Iohannis dictorum schulten militum. quondam tutorum dictorum fratrum et eorundem Georgii et Georgii presentibus litteris est appensum. Et nos bertoldus et Iohannes milites dicti schulten et georgius et georgius fratres predicti in signum et testimonium consensus nostri sponte ad omnia premissa et singula prestiti. sigilla nostra hiis litteris recognoscimus appendisse. Acta sunt hec hamborch. Anno domini. M⁰. CCC⁰. XXX tercio sabbato post festum beati Nicolai confessoris.

Lib. cop. Cap. fol. 40a im Hamb. Archiv.

1333. Decbr. 13. **830.**

Die Ritter Heinrich Kint, Gerhard von Berge und Marquard Wulf, sowie die Knappen Heinrich von Heimbruch, Make von Zülow, Detlef von Zülow, Ger-

ard von Odeme, Hermann Lasbek, Heinrich von Zülow, Heinrich von Wustrowh verbürgen sich dem Herzog Erich von Sachsen für Heinrich Kint und die diesem übertragene Erbauung der Befestigung von Artlenburg.

Nos hinricus kint, Gheuehardus de monte miles, mar. wlf miles, heynrikus de heynbruke, make‖ de zule, deth. de zule, Gheu. de odeme, hermannus lasbeke. hinricus de zule, hin. de wůsterow‖ famuli presentibus recognoscimus et publice protestamur, quod stamus et manu coniuncta compromitti‖mus illustri principi domino erico duci saxonie, Quod hin. kint famulus iam pretactus de for‖talicio in erteneborch sibi iam a dicto principe domino erico duce saxonie ad edificandum indulto‖ nulli omnino debebit inferre quicquam mali, quod contra ipsum dominum ericum ducem saxonie noscitur‖ esse quoquomodo aut eciam contra suos subditos et uasallos, sin autem huius contrarium factum fuerit et querimonie super ipso mote fuerint extunc ad octo dies postquam ad presentiam ipsius‖ ducis aut suorum heredum citatus fuerit conparebit. se conponens in amicicia et fauore‖ Insuper cum bonis ipsi hinr. obligata. redempta fuerint per dominum ericum aut suos heredes idem‖ fortalicium in vsus ipsius ducis iam dicti et suorum heredum omnino diuertetur cum de ipsa curia‖ sit aliter alias placitatum In horum omnium testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa‖ Datum anno domini M°. CCC°. XXXIII°. In die beate lucie virginis et martyris.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Von zehn Siegeln fünf erhalten. Sudendorf, U. B. I. 284.

1334. Jan. 25. 831.

Johannes, Pfarrer in Süderau, Heinrich Gikau, Pfarrer in Neuenbrook, und Hoger Distorp, Vikar in Hamburg, beurkunden den Verkauf einer Anzahl Ländereien in Neuenbrook an das Hamburger Kapitel.

Nos Iohannes in Suderowe et Hinricus ghycowe in Nienbroke ecclesiarum rectores.‖ ac Hogerus distorpe perpetuus vicarius ecclesie hamburgensis tenore presencium protestamur. quod Nicolaus sartor quatuor iugera. sita in Nienbroke. in opposito molendini‖ venti iuxta iugera schak extendencia se ad mor, quodlibet iuger pro nouem‖ marcis denariorum hamburgensium. quorum eciam quodlibet soluit annuatim. duodecim solidos. Item Thidericus‖ dictus hauer quatuor iugera, in quibus situm est molendinum et domus sua. quorum‖ duo extendunt se vsque ad mor. et alia duo ad aqueductum maiorem. quorum quodlibet‖ soluit singulis annis. octo solidos et quodlibet pro sex marcis est emptum. Item Iohannes‖ dictus grote Quinque iugera cum vno hunt, sita in orientali parte ecclesie‖ Nienbroke extendencia se ab aqueductu ville vsque ad aqueductum maiorem‖ in quibus est vna area domus. pertinens ad iugera supradicta. horum iugerum quodlibet‖ soluit annuatim octo solidos. et quodlibet est emptum pro sex marcis denariorum‖ honorabilibus viris dominis . . preposito . . decano et capitulo ecclesie hamburgensis rite et racionabiliter‖ vendiderunt perpetuis temporibus libere possidenda. Supradicti eciam venditores‖ resignauerunt prefata bona seu iugera dicte ecclesie hamburgensi coram scabinis et sculte‖tis, sicut in terra est consuetum. Obligantes omnia bona sua mobilia et immobilia‖ pro debita warandia iugerum predictorum. preterea prefati venditores sunt sponte‖ arbitrati. quod si dictos redditus siue censum, de testamento domini Hinrici de hamme‖ quondam Thesaurarii hamburgensis comparatos. in quolibet festo pasche expedite non‖ persoluerint. capitulum hamburgense

habebit liberam potestatem locandi aliis dicta|| iugera seu agros, prout ipsorum placuerit voluntati. Huius rei testes sunt.|| Mathias schultetus. willekinus et henneke scabini. ludeke et nicolaus|| dicti schak. et alii fide digni. In premissorum testimonium sigilla nostra presentibus|| litteris sunt appensa. Datum Nienbroke. Anno domini. M°. CCC°. XXX° IIII°. In die|| Conuersionis sancti pauli apostoli.

Original im Hamb. Archiv. Siegel des Geistlichen von Süderau leidlich, ein anderes sehr fragmentarisch erhalten, das dritte verloren.

1334. Jan. 28. **832.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt den Verkauf des Dorfes Stockelsdorf, des Hofes Berge und der Mühle daselbst seitens Thidemann Wittes und Mechthilds, der Witwe Hildebrand Hoppens, an Bertram Vorrath.

In Nomine Domini Amen. Iohannes Dei gratia Comes Holtsaciae et Stormariae, Omnibus ad quos praesens Scriptum pervenerit, Salutem in Domino Sempiternam. Facta hominum ideo in scripta rediguntur ne a fragili memoria cito pereant et labantur. Noverint igitur universi praesentes et futuri, quod discretus Vir Thidemannus dictus Albus, Civis Lubecensis, et Domina Mechthildis, relicta Hildebrandi Hoppen bonae memoriae quondam Civis Lubicensis, de nostro ac haeredum nostrorum et suorum proximorum beneplacito et consensu, ac consensu omnium quorum consensus fuerant requirendi, vendiderunt et dimiserunt rite et rationabiliter villam Stochelstorpe, Curiam Berghe, et molendinum adiacens ibidem, quilibet videlicet medietatis suae partem, quam in dictis bonis habebat, provido Viro Bertramo Vorrath Civi Lubecensi et suis veris haeredibus, pro precio, de quo Thidemannus Albus, et Domina Mechtildis praedicti tenent se pacatos penitus et contentos, cum omnibus attinentiis suis, agris videlicet cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, et paludibus ex quibus cespites combustibiles fodiuntur, lignis rubetis nemoribus et arboribus omnibus, maioribus et minoribus, aquis, aquarumque decursibus, aquarum instagnationibus, et piscariis omnibus, viis et inviis, exitibus et regressibus, terminorum distinctionibus, ut nunc ipsa bona iacent, nec non cum omni iure, iudicio supremo et infimo, et iudiciis omnibus intermediis, cum omni proprietate, libertate, possessione, commoditate, fructu, proventibus et emolumentis inde derivantibus, nihilominus sicut olim fideli nostro Vasallo, Domino Borchardo de Otzhude, quondam militi, et postmodum eo Borchardo vendente Emelirico Papen quondam Civi Lubecensi felicis recordationis pertinebant, per quos gradatim diversis vicibus ordine successivo in Tidemannum Album et Dominam Mechtildim praedictos pleno Iure et Iustitia legitime translata profitentur. Quae quidem bona, resignantibus nobis ea Thidemanno Albo et Domina Mechtildi praedictis suo et haeredum suorum nomine cum consensu et voluntate nostrorum proximorum haeredum et fidelium, ac omnium quorum consensus requirendi fuerant, contulimus dicto Bertramo Vorrath et suis veris haeredibus habenda et possidenda pacifice et quiete, cum omnibus et singulis conditionibus supradictis, absque omni servitiorum, exactionum praestationum precariarum et vectigalium onere, sic quod ipsa bona nobis et nostris haeredibus ac successoribus irrequisitis, venditione, impignoratione, donatione, vel alia quacunque alienatione transferre valeant in Ecclesias seu monasteria, vel personas Ecclesiasticas aut temporales et seculares, ubi et quando viderint expedire, non obstantibus cuiuscunque Ecclesiastici vel secularis iudicis Sententiis, aut viri vel foeminae exceptionibus quibuscunque. Recepimus etiam

eos in firmae protectionis et defensionis nostrae praesidium, cum omnibus bonis praenarratis: Renunciantes insuper pro nobis ac nostris haeredibus et sequacibus omni iuri et actioni in saepe dictis bonis, nobis competentibus aut competere valentibus in futurum. — Nos etiam emptionem predictorum et omnia quae sunt praemissa, meliori et utiliori modo, quo possumus ratificamus et approbamus, et ea praesentibus plenius confirmamus. Ut autem praemissa omnia et singula rata et inconvulsa permaneant perpetuo, praesens scriptum nostro Sigillo fecimus firmiter roborari. Testes huius sunt fideles nostri Nicolaus de Reventlo, Iohannes de Kyl, milites, Bertramus de Cremon, plebanus in Boyzenborg, Protonotarius noster, Gerlacus de Wottmolte, Iohannes Breyde, armigeri, et quam plures alii Clerici et Laici fide digni. Datum Lubeke Anno domini M. CCC. XXX. quarto, proxima sexta feria post conversionem Beati Pauli Apostoli.

S. H. U. S. II. S. 90 nach dem Original im Gutsarchiv zu Stockelsdorf.

1334. Jan. 28. **833.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt der Stadt Stade ihre Privilegien.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit Iohannes dei gratia Comes holsatiæ et Stormarie salutem et rei geste agnoscere veritatem. Cum nos promotionibus honestorum virorum Consulum et vniuersitatis ciuitatis Stadensis, pro eorum continuis et multiplicibus seruiciis nobis exhibitis merito sumus inclinati, Priuilegia eorum omnia et singula a quondam nostris dilectis progenitoribus seu dominii et territorii nostri predecessoribus clare memorie obtenta Ac omnes eorum libertates ipsis per eosdem indultas, ipsis presentibus approbamus et ex certa sciencia confirmamus Districte sub obtentu gratitudinis nostre inhibentes omnibus Aduocatis nostris seu officialibus ac quibuscunque in territorio nostro constitutis Nequis cuiuscunque conditionis aut status existat ipsos contra huiusmodi gratiam ipsis a nobis indultam audeat molestare, prout indignationem et ingratitudinem nostram duxerint euitandam In cuius rei testimonium sigillum nostrum appendi fecimus huic scripto Datum lubece Anno domini. M. CCC. XXX quarto, feria sexta ante festum purificationis Marie virginis gloriose.

Aus dem Kopiar vom Jahre 1549 im Stadtarchiv zu Stade.

1334. Febr. 2. **834.**

Johann von Brunswik, Vogt des Grafen Johann von Holstein in Steinburg, beurkundet den Verkauf einer Anzahl Ländereien in Neuenbrook an das Hamburger Kapitel.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Ego Iohannes de brunswich aduocatus in castro stenborch nobilis uiri domini Iohannis comitis holtzacie. cupio notum esse. quod hennekinus dictus schak tria iugera sita in parrochia nienbroke in opposito vbi quondam situm erat molendinum venti, extendencia se ad mor. et nicolaus schak quatuor iugera. quorum duo sita sunt apud tria iugera dicti hennekini et duo in orientali parte ultra tria vertel a primis tribus iugeribus supradictis, que ad mor similiter se extendunt, Et Ludekinus schak duo iugera. que sita sunt apud magnum aqueductum vendiderunt ecclesie hamburgensi ad vsus decanatus eiusdem ecclesie cum omni iure et libertate perpetuo pacifice possidenda.

pro octoginta marcis denariorum minus vna. ipsis integraliter persolutis. Pro hiis iugeribus non inbrigandis et pro eorum debita warandia wilde morans in Nienbroke se posuit fideiussorem. Item Nicolaus sartor quatuor iugera sita in Nienbroke in opposito molendini uenti iuxta iugera schak extendencia se ad mor. quodlibet iuger pro nouem marcis denariorum et soluit annuatim duodecim solidos. Item thidericus dictus houer quatuor iugera in quibus situm est molendinum et domus sua. quorum duo extendunt se ad mor. et alia duo ad aqueductum maiorem. quorum quodlibet pro sex marcis est emptum et soluit singulis annis octo solidos. Item Iohannes dictus grote. quinque iugera cum vno hunt. sita in orientali parte ecclesie in Nienbroke. extendencia se ab aqueductu ville vsque ad aqueductum maiorem. in quibus sita est vna area domus pertinens ad iugera supradicta, Horum iugerum quodlibet soluit annuatim octo solidos et quodlibet est emptum pro sex marcis. vendiderunt similiter ecclesie hamburgensi in perpetuum libere possidenda. Ista iugera sunt empta de testamento domini hinrici de hamme quondam thesaurarii hamburgensis. Quorum census si in quolibet festo pasche per dictos venditores uel eorum successores, non fuerit expedite solutus. dictum capitulum hamburgense poterit eadem iugera locare aliis sicut uidebitur expedire. Supradicti eciam uenditores resignauerunt et dimiserunt omnia iugera supradicta prefate ecclesie hamburgensi coram scabinis et schultetis sicut est consuetum. obligantes omnia bona sua pro debita warandia iugerum pretactorum. Testes vendicionis iugerum ad decimam spectantium sunt. iohannes lodbeke presbiter. volradus dictus vtweteringh de crempe et nicolaus dictus scrodere. morans in Nienbroke. Testes vero vendicionis iugerum de testamento domini hinrici de hamme predicti emptorum. sunt mathias schultetus. willekinus et henneke scabini ludeke et nicolaus dicti schak et alii fidedigni. In premissorum testimonium sigillum meum presentibus litteris est appensum. Datum anno domini M°. CCC°. XXXIIII°. in die purificacionis sancte Marie.

Lib. cop. Cap. fol. 152 b im Hamb. Archiv.

1334. Febr. 5. **835.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verzichtet zum Ersatz des Schadens, der dem Kloster Loccum durch seine Beamten in Hamelspringe genommenen Rinder auf diesen Hof, sowie auf das Neuland und die Rodungen in Bodeke zum Belauf von etwa zwei Hufen.

Datum Anno Domini M°. CCC XXX IIII. In die beate Agathe Virginis et Martiris.

v. Hodenberg, Calenb. U. B. III. (Kloster Loccum) Nr. 754 nach dem Kopiar des Klosters.

1334. Febr. 8. **836.**

Jakob, Bischof, Archidiakon und Kapitel von Ripen transsumieren eine Urkunde des Bischofs Nikolaus von Schleswig über die Kirche zu Bulderup für das Kloster Lygum. — „Nouerint vniuersi.“

Datum Ripis Anno domini M CCC XXX IIII Sexto idus Februarii.

Reg. Dan. 2107.

1334. März 3. **837.**

Petrus Schaaning, Mönch loci dei, *vermacht dem Kloster seine ganze bewegliche und unbewegliche Habe.* — „Noueritis vniuersi."

Datum Ripis anno Domini MCCC XXX IIII ante dominicam Letare die Iovis.

Reg. Dan. 2109.

1334. März 6. **838.**

Der Rat zu Rendsburg verpfändet gegen eine Zahlung von 75 Mark Lübsch sechs Hufen des Stadtfeldes zu milden Stiftungen.

Omnibus presens scriptum visuris seu audituris Consules in Reynoldesburg optamen prosperitatis et salutis Ne ea que geruntur in tempore simul cum tempore transeant discre||tio mortalium tale adinvenit remedium ut ea que rite et racionabiliter aguntur vivaci literarum testimonio perhennentur. Hinc est quod constare cupimus universis pre||sentibus et futuris Nos invadiasse testamentariis Petri dicti Copman ac uxoris sue Aven quondam nostri concivis pie memorie. videlicet Vockoni. ac Ottoni ante Valuam. et Ottoni|| dicto Ployse. nec non et Petro provisori domus sancti spiritus. sex mansos positos in campo nostro iuxta civitatem. pro septuaginta quinque marcis Lubicensium denariorum cum omni iure sui ac fructibus prout nos ipsos antea dinoscimur possedisse. Donec a nobis in festo purificacionis beate Marie virginis cum nostra pecunia propria redempti fuerint expedite. Quos dum reddimere decreverimus vel poterimus. extunc illos in uno termino non singillatim. sed simul et semel reddendo prenominatam integre pecunie summam reddimemus. Porro pecuniam seu redditus provenientes expensionibus huiusmodi mansorum ipsi testamentarii iam dicti tollentes annuatim eam in pios usus expendent. scilicet in missarum devotionem elemosinasque pauperum. utpote calciaturam ac vestitum eisdem singillatim ministrando pro salute animarum prescriptorum Petri Copman et uxoris sue Aven defunctorum. vbi vel quando videbitur expedire. Preterea si quempiam ex testamentariis prenotatis ex hoc seculo migrare contingerit ex hinc reliqui tres. quartum in locum sui constituent ex nostris civibus quem decreverint. Cuiusmodi constitutio processu temporis in perpetuum durabit secundum sue beneplacitum voluntatis, Ceterum si testamentarii supradicti perpetua bona. utiliora. commodioraque. ac certiora. prefatis emenda invenerint. ex tunc nos requisiti reddemus eisdem pretactam pecunie summam integre semotis omni inpedimento ac dilatione. unde huiusmodi bona convenienter queant comparare. Si autem requisiti fuerimus a testamentariis prelibatis pro sepedicta pecunie summa et nos ipsis testamentariis reddere non poterimus eandem pecuniam. ex tunc prefati testamentarii ipsos mansos invadiare poterunt alio. vel aliis. cui. vel quibus decreverint attamen nostris concivibus sine aliqua inpeticione. aut contradictione nostrorum consulum. libere pro pecunia memorata. Testes vero qui huic facto aderant. sunt. Nos. ipsi consules tam novi quam antiqui. videlicet. Vocko. Ditlewus de Sebeke. Elerus Went. Otto. ante Valvam. Otto Ployse. Iohannes et Nycholaus fratres dicti Sebeken. Petrus provisor domus sancti spiritus. Volradus Prodenowe. Marquardus Rolevesseren. Marquardus Wlf. Wittenbeke. Dancquardus. Cumpenie. Iohannes Rodhe. Marquardus Ydensen. Ditlevus Plone. Witte Peter. Herderus de Elerstorpe. Marquardus Ditmersche ac plures alii fide digni. Unde ne de hoc facto alicui dubium in posterum

oriatur. Sigillum nostrum presentibus apponendum decrevimus in certitudinem et evidens testimonium premissorum. Datum Reynoldesburg. Anno Domini. M°. CCC° XXX° quarto. Dominica qua cantatur Letare Iherusalem.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel an seidener Schnur.

1334. März 12. **839.**

Make Struz verkauft zwei Hufen in Barmbeck an Siegfried Latecop, Priester in Hamburg für 40 Mark Hamb. Pf.

Omnibus presens scriptum intuentibus. Ego make dictus Struz. filius hinrici Struz armigeri‖ cupio fore notum. quod de consensu dilecte matris mee domine margarete. et amicorum meorum consilio.‖ vendidi de bonis meis in villa Bernebeke. Discreto viro domino Syfrido dicto latecop pres‖bitero in Hamborch. pro quadraginta marcis denariorum Hamburgensium. michi integraliter persolu‖tis. duos mansos terre. quos ad presens colunt Radeke Molner. et Iohannes bernebeke. quorum‖ mansorum quilibet singulis annis soluit dimidium chorum siliginis. iure hereditario et propri‖etario. lignis ad edificationem. et cremationem. lignorum fructibus. agris cultis et incultis. pra‖tis. pascuis. necnon cum omni vtilitate et proprietate. qua pater meus possedit et ipse cum ma‖tre mea postea possedi. perpetuo possidendos. Ita uero quod ero iudex fauorabilis suorum uil‖licorum. nec ipsis aliquam violentiam seu iniuriam inferam. nec quicquam noui statuam. unde predicta bo‖na poterint peiorari. Preterea idem presbiter habebit potestatem huram suam extorquendi per‖ pignera ut iudex. me minime super hoc requisito. Item poterit dictorum mansorum suorum colonos‖ destituere et alios instituere prout sibi videbitur expedire. Item eidem plenam warandiam‖ prestabo per annum et diem. et deinceps temporibus perpetuis cum patruorum et patruelium meorum‖ auxilio et consensu. quorum nomina inferius continentur. In euidens uero predictorum omnium‖ et singulorum testimonium sigillum meum duxi presentibus apponendum. Actum et datum Ham‖borch anno domini Millesimo. CCC. XXX° quarto. in die beati gregorii pape. Et nos Iohannes‖ dictus Hummersbutle. et Lambertus dictus Struz. et Make dictus Rauen. armigeri‖ patrui Maken Struz. predicti. predictam venditionem ratam habentes. et predicta omnia et‖ singula rata habemus. ac sigillorum nostrorum appensione roboramus. Actum et Datum‖ anno. die. et loco. vt supra.

Original im Hamb. Archiv. Drei Siegel fragmentarisch. Ein Siegelstreifen.

1334. März 12. **840.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, dafs Make Struz und seine Mutter Margarete zwei Hufen in Barmbeck dem Priester Siegfried Latecop in Hamburg für 40 Mark Hamb. Pf. verkauft hat.

Nos Iohannes dei gracia Comes Holtzacie et Stormarie natis et nascituris uolumus esse‖ notum. Quod make dictus struz filius Hinrici struz uasallus noster. ac domina marga‖reta eius mater cum consilio et consensu amicorum suorum. ac nostro consensu uendiderunt et resignauerunt‖ Discreto viro. Domino syfrido cognomento latecop presbitero in Hamborch pro quadraginta marcis‖ denariorum Hamburgensium duos mansos terre sitos in uilla bernebeke iuxta alstriam in

terra‖ nostra stormaria soluentes annuatim integrum chorum siliginis cum omni proprietate. et cum omnibus suis‖ attinentiis. agris. lignis. pratis. pascuis. et aliis utilitatibus perpetuis temporibus libere possi‖dendos. Quorum mansorum huiusmodi contractus tempore hii fuerunt cultores. videlicet Radeke‖ molner morans ad occidentalem plagam uille prefate. et Iohannes bernebeke ad orientalem.‖ Preterea prenominati make struz et eius mater. vel eorum heredes predictorum mansorum colonis uel uil‖licis nullam violentiam. exactionem. uel iniuriam inferent. nec quicquam noui statuent. vnde‖ iam dicta bona poterunt deteriorari uel deuastari. Ceterum idem presbiter poterit in predictis du‖obus mansis colonos nemine requisito destituere et instituere. et huram suam propria auctoritate‖ extorquere per pignera. et ipsos mansos donare uendere. uel obligare poterit quibuscumque per‖sonis ecclesiasticis uel mundanis. Hanc igitur uenditionem cum nostro factam esse consensu et‖ beneplacito presentibus approbamus. et appensione nostri sigilli ac sigillo predicti make struz‖ firmiter roboramus. Datum Hamborch anno domini M°. CCC°. XXX° quarto in festiuitate beati grego‖rii pape et confessoris. Et Nos margareta et make struz prenominati predictam uenditionem‖ ratam et gratam habentes. et predicta omnia et singula protestamur. ac nostri sigilli muni‖mine vno sigillo contenti. scilicet mei maken firmiter roboramus. Datum ut supra.

Original im Hamb. Archiv. Ein Siegelstreifen, ein Siegel fragmentarisch.

1334. März 26. **841.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, verkauft dem Kloster Neumünster den Grafenschatz im Kirchspiel Breitenburg für 300 Mark Lübsch.

Omnibus presencia visuris Iohannes dei gracia Comes Holzacie et sturmarie Salutem in domino. Discretorum humane fragilitatis prouidencia circum‖specta constituit ut per presencia litterarum sigillique instrumenta acta preterita immutabiliter obseruentur. Ad noticiam igitur presencium et futu‖rorum cupimus peruenire. quod censum nostrum qui dicitur greuenscath et omnia que de iure consuetudine uel amicicia habuimus‖ uel habituri sumus in parrochia bredenberghe honorabilibus viris . . preposito et conuentui in nouomonasterio pro trecentis marcis lubicensis‖ monete mera vendidimus emptione. Ita quod a predictam parrochiam inhabitantibus nullum de cetero censum precariam uel seruicium‖ et precise nigil omnino minus vel maius ex iusticia consuetudine uel amicicia exigere debeamus. Vnde dictam parrochiam cum omni‖bus suis proprietatibus et adiacenciis pratis pascuis cultis et incultis deserto et heremo et precise cum omni vtilitate et fructu predictis‖ preposito et conuentui liberam resignamus. Renuntiantes omnibus iuribus et vtilitatibus que racione dicte parrochie ad nos uel‖ heredes nostros in posterum ex iure consuetudine uel amicicia deuolui potuerit uel quomodolibet aliter deuenire. Nichilominus tamen ex favore‖ speciali predicti prepositus et conuentus annuendo consenciunt ut nos uel heredes nostri nulli alteri permittentes sed ad vsus nostros proprios dictum‖ censum nostrum infra decem annos a data presencium quandocumque conuenciens nobis fuerit reemere ab ipsis poterimus pro pecunia antedicta.‖ Quod si non fecerimus sine omni impeticione nostra et heredum nostrorum sepedictis preposito et conuentui eadem parrochia inperpetuum libera permanebit.‖ Si vero tempore oportuno predictum reemerimus pecunia integraliter soluta, deinde infra annum immediate sequentem a predicte parrochie inhabi‖tatoribus de iure consuetudine uel amicicia nos uel heredes nostri nichil omnino

petere volumus nec debemus Cuicumque eciam uel quibus‖cumque prefati prepositus et conuentus sepedictam parrochiam ex necessitate forte uel vtilitate obligauerint vel vendiderint emens uel ementes‖ predicta gaudebunt per omnia libertate. Ne igitur hec vendicio a nobis uel a quoquam heredum uel successorum nostrorum infringi uel immutari‖ ualeat presentem paginam nostri sigilli appensione fecimus communiri. Testes huius rei sunt. Gotschalcus de ascheberghe Nicolaus et Iwanus dicti de reuentlo. Marquardus dictus bruodorpe milites. Garlacus dictus de watmolte[1]) nostri vasalli. Dominus bertrammus et hinricus nostri capellani.‖ Datum plone Anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo quarto in vigilia pasche.

[1]) *Cop. Bordesh.*: watermole.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegelstreifen. Cop. Bordesh. fol. 71b. Westfalen II. 118.

1334. März 26. 842.

Adolf, Graf von Holstein und Stormarn, schenkt dem Kloster Fischbek ein Haus mit der Wurth im Dorfe gleichen Namens.

Nos. Adolfus dei gracia. Comes holtzacie et in Scowenborch. omnibus ad quos presentes‖ peruenerint. Notum esse cupimus publice protestantes quod cum consensu domine haywigis, vxoris nostre, ac omnium heredum nostrorum, seu coheredum nostrorum, dedimus ac presentibus condo‖namus vnam casam et eiusdem case aream situatam in villa visbeke prope locum qui dicitur borghostede, reuerende domine. domine Lutgardi abbatisse, et conuentui in visbeke liberam et solutam perpetuis temporibus ab omni aduocacia seruiciis, exactionibus,‖ liberaliter possidendam, dimittentes eisdem omne ius quod nos et heredes nostri in dicta casa et eiusdem area habuimus vel habere poteramus, In cuius donacionis nostre‖ perpetuum testimonium presens scriptum dedimus eis nostri sigilli munimine roboratum‖ Datum et actum. Anno domini M⁰ CCC XXXIIII⁰. In. crastino annunciacionis domini nostri iesu cristi.

Original im Archiv des Klosters Fischbek. Siegel fragmentarisch.

1334. März 29. 843.

Waldemar, Herzog von Jütland, nimmt des Kloster St. Johann in Schleswig in seinen Schutz und befreit es von weltlicher Schatzung und Gerichtsbarkeit.

Waldemarus dei gracia Dux Iucie Omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi nos claustrum sanctimonialium.‖ beati iohanis in sleswik et Eius bona [omn]ia. sub nostra pace et protectione speciali Recepisse. Dimittentes Eisdem omnes villicos suos et colonos‖ ab omni grauamine Expedicionis. impeticione exactorea. innæ. stuudh. ceterisque solucionibus et omnibus oneribus iuris nostri. preter vrbium‖ Edificacionem. terreque communem Defensionem. liberos et Exemptos. Hanc etiam Dicto claustro graciam facientes specialem vt eius villici et coloni nulli exactorum nostrorum super forefactis suis pro iure nostro quid Respondeant nisi Eius procuratori. Si quis vero Dicto claustro aliquam iniuriam fecerit, terras aut bona aliqua Ei de iure attinencia auferendo, seu modo quoquo contra iusticiam occupando huiusmodi iniuriam. Reputabimus nobis factam. volentes eam procul Dubio gladio nostro vindicare, Ne igitur hanc libertatem sepedicto claustro a nobis concessam quis iurisdictionis

nostre audeat infringere, illam sigilli nostri munimine Duximus Roborandam. Datum in castro nostro gottborp. in presencia nostra. anno domini M°. CCC°. XXX quarto tertia die pasce.

Original im Archiv des Klosters St. Johann vor Schleswig. Siegeleinschnitte. Zeitschrift Bd. VI. Repertorien S. 111 Nr. 13. Reg. Dan. 2110.

1334. April 6. **844.**

Ludwig, Kaiser der Römer, ersucht die Herzöge Erich und Johann von Sachsen, dem König Otto von Dänemark, seinem Verwandten, den die Grafen Gerhard und Johann von Holstein (in Holtsatzen) *eines grofsen Teiles seines Reiches beraubt haben, und dem er zur Wiedereroberung Hilfe leisten will, mit seinem Volk durch ihr Gebiet freien Durchzug zu gewähren und seinen Gegnern zu verweigern.* — Quoniam nobiles.

Datum Nurenberg feria quarta post quasimodo geniti, regni nostri anno vicesimo, imperii vero septimo.

Sudendorf, Registrum III. 46 nach dem Original in Hannover.

1334. April 25. **845.**

Waldemar, Herzog von Jütland, nimmt das Kloster Loci dei *in seinen Schutz, bestätigt dessen Besitz, frei von allen landesherrlichen Abgaben und gewährt ihm eigene Gerichtsbarkeit.* — „Vniuersa negotia."

Datum Thyrning in presentia nostra anno domini M CCC XXXIIII, die beati Marci Euangelistae.

Reg. Dan. 2111.

1334. April 30. **846.**

Erich, Herzog zu Sachsen, Engern und Westfalen, überträgt dem Priester Gerhard in Neuen-Gamme etliche Häuser jenseits und innerhalb des Deiches.

Vniuersis ac singulis ad quos presens scriptum peruenerit. Nos ericus dei gracia Saxonie, westualie et Angarie dux volumus es‖se notum Quod ob fauorem et familiaritatem specialem annuimus et concedimus discreto viro domino gherardo presbitero Plebano in‖ Noua gammen quandam graciam specialem quam sibi suisque successoribus nomine ecclesie volumus iugiter permanere. videlicet quod‖ quatuor casas sitas prope ouer deme dyke Cum nonnullis casis sitis prope binnen deme dyke sicut hucusque dicte Ecclesie pertinebant sic inpos‖trum per nostrarum litterarum innouacionem et confirmacionem eas cum omni iure et proprietate volumus quod debeant sine nostrorum heredum‖ aut aliorum quorumcumque contradictione permanere. Item Nolumus quod villani in dictis casis morantes aliquibus angarientur officiis seruiciis‖ seu exactionibus nostros per aduocatos seu officiales quouis modo, Si eciam aliquis villanus dictarum casarum in aliquo delinqueret, huiusmodi‖ excessum Rector ecclesie predicte qui pro tempore fuerit seu vicerector vna cum nostro aduocato prout ipsis iustum visum fuerit atque equum iudica‖bunt Et omnia de dictis excessibus deriuancia dictus ecclesie Rector seu vicerector suis vsibus applicabit contradictione cuiuscumque non obstan‖te Preterea si dicti villani in solucione debitorum annue pensionis et seruiciis Ecclesie predicte faciendis inuenientur inobedientes‖ aut negligentes Extunc ipse plebanus in

Noua gamme pro huiusmodi pensionis solucione et seruicii negligencia sine nostre|| Iuredictionis offensa poterit prefatos villanos impignerare aut res suas arrestando occupare prout sibi visum fuerit expedire.|| Vt autem huiusmodi gracie concessio atque supradictorum donacio perpetua maneat atque firma ob hoc presentem paginam Nostri sigilli muni||mine duximus roborandam. Datum et actum anno domini M⁰. CCC⁰ Tricesimo quarto In vigilia sanctorum Philippi et iacobi.

Original im Lübecker Archiv (Bergedorfensia Nr. 7). Siegel des Herzogs am Pergamentstreifen.

1334. Mai 1. **847.**

Der Knappe Johann von Hamme verkauft dem Vikar Nikolaus von Wittenborg in Hamburg den Acker- und Kleinzehnten von sieben Hufen in Hamm und einer in Lütjenbrook für 230 Mark Lüb. Pf.

Vniuersis ac singulis presens scriptum. visuris seu audituris. Ego Iohannes de Hamme famulus.|| cupio notum esse publice protestando. quod matura deliberacione prehabita, requisito eciam consilio|| omnium et singulorum quorum consensus ad hoc merito fuerat requirendus. et specialiter meorum fratrum|| dilectorum. Hinrici et wedekini. ac meorum awnculorum. Ade et wedekini famulorum dictorum || de Hamme. rite et racionabiliter vendidi. Discreto viro. Domino Nicolao de wittenborch|| perpetuo vicario sancti petri in Hamborg. et suis veris heredibus. Decimam agrestem. et mi||nutam. octo mansorum. quorum septem sunt in campis ville Hamme. et octauus mansus in|| campo dicto luttekenbroke cum omnibus prouentibus et pertinenciis. et prorsus cum omnibus|| vtilitatibus. et libertatibus suis. et iure. pacifice et libere perpetuis temporibus possidendam. quemadmo||dum Ego et progenitores mei eam liberius possedimus multis annis. pro Ducentis et triginta-marcis denariorum lubicensium mihi in numerata pecunia persolutis integranter. Quam quidem Deci||mam dictus dominus Nicolaus|| et sui heredes poterint conferre. alienare. vendere. obligare seu donare|| personis ecclesiasticis seu secularibus. prout ipsorum placuerit voluntati. Vt autem omnia et singula|| premissa perpetuam firmitatem optineant nec per aliquem vel aliquos futuris temporibus infringantur presentes|| litteras super eo confectas sigillorum nostrorum appensione duximus roborandas. Datum Hamborg. Anno|| Domini. M⁰. CCC⁰. XXX⁰. Quarto. In Die Philippi et Iacobi Apostolorum.

Original im Hamb. Archiv. Vier Pergamentsiegelstreifen. Hübbe, Hammerbr. Recht S. 177.

1334. Mai 25. **848.**

Ritter Marquard von Zecher kauft von Herzog Erich und Junker Erich von Sachsen Güter im Dorfe Gudow für 90 Mark Lüb. Pf.

Ego marquardus de zechere miles et mei heredes recognoscimus Tenore presencium publice|| protestantes quod Illustris princeps dominus noster ericus dux et ericus domicellus saxonie vendi||derunt nobis iusto vendicionis tytulo omnia bona sua que habebant in villa gudowe|| cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, quemadmodum ad ipsos pertinebant, pro nonaginta|| marcis denariorum lubicensium et pecunie numerate. reseruantes sibi et omnibus eorum in perpetuum successori||bus facultatem reemendi dicta bona. pro prefata pecunia quandocumque

ipsis videbitur expedire|| Nec ego marquardus prefatus et mei heredes medio tempore ligna ipsis bonis adiacencia, vendemus|| alienabimus aut faciemus resecari In cuius testimonium dictus ego marquardus miles sigil||lum meum presentibus duxi apponendum Datum anno domini millesimo CCC°. XXXIIII°. in die beati|| vrbani pape.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel am Siegelstreifen. Sudendorf, U. B. IX. S. 71.

1334. Mai 26. 849.

Der Knappe Lambert Struz verkauft dem Hamburger Kapitel 2 Mark Rente aus dem Dorfe Bunningstedt für 22 Mark.

Vniuersis cristi fidelibus presens scriptum visuris. Ego Lambertus dictus struz, famulus, cupio|| fieri manifestum, quod de consensu heredum meorum vendidi. dimisi et resignaui, pro viginti duabus|| marcis, mihi in numerata pecunia integraliter persolutis, honorabilibus viris. dominis . . preposito . . decano et capitulo|| ecclesie hamburgensis, ad dotacionem vicarie per ludekinum dictum bergstede in ecclesia sancti petri in hamborgh|| instaurate. quam nunc tenet Nicolaus gresche clericus, duarum marcarum redditus. situatos|| in villa bunningstede, de infrascriptis bonis. in quolibet festo beati Martini singulis annis in|| Ciuitate hamborgensi, possessori dicte vicarie expedite perpetuis temporibus persoluendis. De hiis|| vero bonis redditus predicti dabuntur. De area et Domo in quibus nunc wrege habitat|| duodecim solidi persoluentur. Item de domo et area in quibus Nicolaus quondam famulus eiusdem wrege|| nunc moratur. Quatuor solidi dabuntur. De area et domo Marquardi dicti bi den steghen|| Octo solidi dabuntur. et de domo et area Marquardi bullen. similiter Octo solidi. vt premit||titur persoluentur. Si vero coloni predicti, prefatos redditus non dederint termino supradicto. ex tunc possessor memorate vicarie habebit potestatem. recipiendi pignera ab eisdem. vel eos in ciuitate hamborgensi|| arrestandi, predicti eciam domini . . prepositus . . decanus et capitulum hamborgense mihi ex speciali gracia concesserunt.|| quod infra sex annos continuos. prefatos redditus reemere potero pro pecunia memorata, quod si non|| facero. iidem redditus apud dictam vicariam perpetuo remanebunt. Si vero infra hos sex annos|| prefati domini. voluerint cerciores redditus emere ad vicariam predictam, ex tunc infra tres menses|| postquam fuero requisitus. dictam pecuniam restituam integraliter et complete. Et Nos Iohannes de hummers||butle, Make filius Rauen struz, et Make filius henningi strus, vna cum dicto Lamberto et pro|| ipso data fide promittimus in hiis scriptis, quod nec ipse, vel heredes ipsius, dictum Capitulum hamborgense. in prefatis|| bonis molestabunt vel impedient quoquo modo, nec aliquid statuent vel facient. vnde possint|| dicti redditus deuastari, et eciam si quod absit, huiusmodi redditus per aliquem fuerint inbrigati,|| nos omnes et singuli. ipsos tenebimur penitus disbrigare. In cuius rei testimonium. sigillum mei|| lamberti. vna cum sigillis predictorum compromissorum meorum videlicet, Iohannis hummersbutle. awnculi|| mei. Maken rauen, et Maken henningi filii. fratruelium meorum predictorum. presentibus litteris est appensum|| Datum hamborch anno domini. M°. CCC°. XXX° quarto. In die corporis cristi. Testes aderant|| Iohannes gresche perpetuus vicarius hamborgensis. hinricus bekerholt et hinricus haldestorpe ciues|| hamburgenses. Ad premissa vocati.

Original im Hamb. Archiv. Drei Siegel, ein Pergamentstreifen.

1334. Juni 25. **850.**

Waldemar, Herzog von Jütland, bestätigt der Stadt Kiel den Besitz des Hafens von der Levensau bis Bülk und ihre sonstigen Freiheiten.

Waldemarus dei gracia dux Iucie omnibus presens scriptum cernentibus in domino salutem.‖ Ne lapsu temporis labantur a memoria ea que in tempore ordinantur prouide statuit antiquitas ut ea litterarum‖ testimonio perhennentur. Notum igitur facimus vniuersis tam presentibus quam futuris quod nos de consilio et consensu he‖redum et consiliariorum nostrorum ob fauorem dilectorum consanguineorum nostrorum Gherardi et Iohannis comitum‖ holtzacie et Stormarie et ad partes specialium nostrorum ciuium. de kylo. eisdem ciuibus et ciuitati de‖ kylo. totum plenum. et liberum portum ab amne dicta leuoldesouwe vsque bulkehouede quem iam‖ actu pacifice possident et longis retroactis temporibus possederunt cum omni libertate et dominio‖ prout antecessores et progenitores nostri et nos hucusque liberius possidebamus omnimode dimi‖sisse et donasse. Confirmantes nichilominus omnia et singula priuilegia dictorum ciuium que‖ a nostris progenitoribus vmquam optinebant et habuerunt et precipue priuilegia libertatis‖ theolonei in ducatu nostro quibus eos specialiter et graciose priuilegiamus et insignimus. Ne‖ igitur eis super hac libertate concessa aliqua suboriatur calumpnia eis presentes litteras nostri‖ secreti munimine contulimus roborandas in testimonium sufficiens et cautelam,‖ Datum in kylo anno domini Millesimo. CCC°. XXXIIII° in crastino beati Iohannis‖ baptiste presentibus sruuo de Rantzowe Blyxe de schinkele marquardo de‖ wisch alias dicto Borcland marquardo de wisch alias dicto hostrich militibus wlf‖ pogwisch et eghardo de aluerstorp armigeris et quam pluribus aliis fidedignis.

*Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegeleinschnitt. S. H. U. S. I. S. 487 Reg. Dan. *1633. Hans. U. B. II. 546.*

1334. Juni 26. **851.**

Iwarus Laghison *und* Laurencius Iwærson *verpflichten sich durch diese* Nicholaus Hyllæsson *ausgehändigte Urkunde,* Iwarus Niclasson de Hierntorp *auf dem nächsten Thinge der* Haderslöfherreth, *vor dem 24. Juni, für die Summe von 11½ Mark reinen Silbers,* in grossis turonensibus vel sterlingis coronatis, *für welche demselben der Besitz des Herrn* Iohannes Bondyson *in* Heesagger *verpfändet ist, und zur Auslösung desselben, zu quittieren.* — „Notum facimus."

Datum Anno Domini M. CCC. XXX IIII. dominica proxima post diem Natiuitatis beati Iohannis baptiste.

*Reg. Dan. *1634.*

1334. Juli 5. **852.**

Otto, Junker zu Dänemark, verpfändet dem Grafen Johann zu Henneberg das Land zu: Morse *für 2000 Mark löthigen Silbers, die er ihm schuldet:* umme sine erbeyt, dye her durch unsirn willin hot gegen den grafin zu Holtzatin. — Wir von Gots Gnadin."

Gegebn nach Gots geburt druzehundirt iar, in dem vir und drizigesten iare zu Saxecopinch, an dem dinstage noch Petri und Pauli, undir unsirm insigel, daz hyan ist gehangen, dor mite wol buvart.

Reg. Dan. 2115.

1334. Juli 21. **853.**

Prozeß über die Zehnten in Hamm und Lütjensee.

In nomine domini Amen. Anno Natiuitatis eiusdem M. CCC°. XXX° IIII° XII. kalendas mensis Augusti‖ Indictione secunda. pontificatus sanctissimi in cristo patris et domini domini Iohannis diuina prouidencia. pape‖ XXII. Anno XVIII°. Comparentibus in Iudicio Coram Honorabili viro Magistro Iohanne de‖ Zolcenshusen, Canonico Hamburgensis ecclesie. Nobilis viri domini Erici Hamburgensis ecclesie prepositi. commissario‖ causarum generali domino Nicolao de wittenborch vicario ecclesie sanctorum petri et pauli perpetuo‖ actore ex vna. ac domina Elyzabet relicta quondam Wedekini de Hamme vidua parte ex altera‖ Magister Iohannes predictus mandauit mihi Notario publico infrascripto. quatenus omnia et singula‖ que tunc Coram eo agerentur et tractarentur diligenter conscriberem et in formam publicam redige‖rem. Consequenter prefatus Nicolaus in verbo proposuit lingua materna. domine Iudex‖ Magister Iohannes de Zolcenshusen Ego Nicolaus de wittenborch conqueror vobis quod domina‖ Elyzabet de Hamme turbat et inquietat me in possessione decime mee agrestis,‖ et minute. Octo mansorum sitorum in villis Hamme et Luttekenbroke et nichilominus‖ arrestat ipsam indebite. Peto igitur vt compellatis ipsam ad cessandum. a turbacione inquieta‖cione. et arrestacione predictis. Peticione vero sic proposita post varios et multos tractatus‖ inter partes hinc inde habitos. dictus Nicolaus ad preces assedencium donauit et concessit li‖beraliter Iohanni de Hamme et suis heredibus facultatem liberam reemendi prefatam decimam‖ suam pro ducentis et triginta marcis denariorum Hamburgensium sibi in Ciuitate Hamburgensi persoluendis expe‖dite ab illo die vsque ad quatuordecim dies post tunc proxime instans festum Michahelis‖ Quibus diebus a data presencium computatis continue elapsis. facultas reemendi predicta debe‖ret penitus expirare. propter quod prefata domina Elyzabet submittens se iurisdictioni prefati iudicis‖ premissa protestatione quod nollet gaudere uelleiano et defensore. sed vellet se ipsam nunc sicut‖ hactenus consueuit in iudicio defendere, Ad requisicionem dicti Nicolai cessauit a turba‖cione inquietacione et arrestacione sibi factis in decima memorate promittens dicto iudici‖ predicto Nicolao sollempniter stipulanti, quod in nullo vmquam tempore de cetero dictum Nicolaum per se uel‖ alios quouismodo occulte uel aperte in possessione decime sue predicte inquietare‖ velit et debeat seu eciam perturbare. Ceterum Adam pro se et fratre suo, et Iohannes pro se‖ et fratribus suis dicti de Hamme in iudicio presentes. pro se ac aliis heredibus suis. vna‖ cum et pro dicta domina elyzabet promiserunt bona fide iudici predicto Nicolao sollempniter‖ stipulanti. quod dictum Nicolaum in nullo vmquam tempore de cetero per se uel alios quouismodo‖ occulte uel aperte in possessione decime sue predicte inquietare velint et debeant‖ seu eciam perturbare. Addicientes quod litteras super proprietate dicte decime confectas velint et‖ debeant sigillare cum ab eodem Nicolao primum fuerint requisiti et quod sigilletur‖ a fratribus ipsorum efficaciter procurare. Actum in viridario ecclesie Hamburgensis quod dicitur‖ vrithof. et datum sub sigillo domini prepositi Hamburgensis ecclesie predicti quo vtitur ad Causas‖ anno mense die Indictione et pontificatu quibus supra. Presentibus Honorabilibus viris et discretis dominis‖ Daniele de brunswich. godfrido de Ponte et Henrico dicto albus Canonico ecclesie Hamburgensis‖ predicte, Iohanne dicto Mons, Thiderico vppenperde et Hartwico Brunonis perpetuis ibidem‖ vicariis. Iohanne sancti Iacobi in Hamborch et Godfridi in lunden ecclesiarum Rectoribus Mar‖quardo

dicto de Rodingesmarke presbitero ac Iohanne dicto swineghe layco Ciue Hamburgensi cum pluribus|| aliis fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Notariats-Zeichen. Et ego Henricus dictus Hose clericus Bremensis diocesis publicus auctoritate imperialis Notarius premissis omnibus et singulis vna cum predictis testibus presens interfui, ea vidi et audiui et in hanc formam publicam redegi quam meo signo solito signaui Rogatus.

Original im Hamb. Archiv. Siegel verloren. Hübbe, Hammerbr. Recht S. 177.

1334. Juli 26. 854.

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs Graf Johann von Henneberg seine Vermittelung zwischen ihm und Junker Otto von Dänemark rechtlich, ehrlich und unentgeltlich geleistet hat, und die Ritter Nikolaus von Crummendiek (von dem Crummendeghe) *und Marquard Breide bezeugen dasselbe.* — „Wir von Gots Gnaden."

Gegebn zu Swinenburg, nach Gots geburt druzehinhundert iar, in dem vir und drizzigisten iare, an dem dinstage noch sante Iacobis tage neste.

Reg. Dan. 2116.

1334. Juli 28. 855.

Das Kapitel zu Hamburg beurkundet die Verwendung der ihm aus dem Testament des verstorbenen Thesaurars Heinrich von Hamme zugefallenen 7 Mark 10 Schilling Renten.

Nos Capitulum ecclesie hamburgensis tenore presencium protestamur. quod honorabiles viri domini Iohannes decanus ecclesie nostre Willekinus prepositus in reynebeke et Iohannes greseke in ecclesia nostra perpetuus vicarius executores testamenti domini Hinrici de hamme bone memorie quondam ecclesie nostre thesaurarii Septem marcarum et decem solidorum redditus de eodem testamento comparatos, ad hos vsus deputauerunt et assignauerunt de nostro consensu. Primo. vnam marcam plebano in luttekense qui pro tempore fuerit annuatim soluendam pro qua memoriam dicti domini hinrici quater in anno peraget sollempniter sicut in priuilegio fundacionis dicte ecclesie luttekense clarius est expressum. Item vna marca ad memoriam dicti domini hinrici in choro hamburgensi in ipsius anniuersario distribuetur more consueto. Item campanarius ecclesie nostre vnam marcam habebit. Item vna marca dabitur annuatim ad lampadem ante organa suspendendam. Item vicario qui pro tempore tenuerit vicariam per prefatum dominum Hinricum in ecclesia nostra instauratam quam nunc dictus Iohannes greseke possidet. due marce singulis annis dabuntur. Residuum videlicet. vnam marcam et decem solidos. chorales in dormitorio manentes, habebunt. Predicti redditus de infra sciptis iugeribus in parrochia Nienbroke sitis in quolibet festo pasche tollentur. quos collator reddituum ecclesie nostre. sallario suo deducto, distribuet modo predicto. A nicolao dicto sartor sunt empta quatuor iugera sita in Nienbroke in opposito molendini venti iuxta iugera schak. extendencia se ad mor. quodlibet istorum soluit duodecim solidos annuatim. Item Thidericus houer vendidit quatuor iugera in quibus situm est molendinum et domus sua. quorum duo extendunt se ad mor et alia duo ad aqueductum maiorem. quodlibet soluit octo solidos annuatim. Item Iohannes dictus grote vendidit quinque iugera cum vno

hunt sita in orientali parte ecclesie Nienbroke. extendencia se ab aqueductu uille vsque ad aqueductum maiorem. in quibus est vna area domus pertinens ad hec iugera. et quodlibet iuger soluit octo solidos annuatim. Pro predictis redditibus sunt. nonaginta marce et duo talenta cum quatuor solidis persolute Ne autem dictorum reddituum assignacio per aliquem immutetur. presens scriptum ecclesie nostre sigillo et predictorum executorum testamenti sigillis fecimus roborari. Datum hamborch. anno domini. M⁰. CCC⁰. XXXIIII⁰. feria quinta infra octauam beati Iacobi apostoli.

Lib. cop. Cap. fol. 74a im Hamb. Archiv.

1334. Aug. 14. 856.

Waldemar, Herzog von Jütland, bestätigt dem Kloster auf dem Holm (bei Schleswig) die Schenkung seines verstorbenen Bruders Erich, die Mühle Solterbekermøle.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Woldemarus dei gracia Dux Iucie Salutem in domino sempiter‖nam. Cum dilectus noster pater Ericus pie memorie quondam Dux Iucie ob salutem‖ anime sue et parentum suorum Conuentui et monialibus in holm. quoddam molendinum quod‖ Solterbekemøle dicitur cum omnibus suis libertatibus assignauerit dedit et dimisit perpetuis temporibus possidendum, Nos igitur predicte salutis animarum participes esse desideramus assignacionem siue donacionem Dilecti patris nostri meliori modo quo poterimus confirmamus per presentes, Et nos de nouo sepedicto Conuentui et monialibus iam dictum molendinum cum omnibus suis libertatibus assignamus siue damus perpetualiter ut superius expressum, Rogamus igitur vniuersos et singulos nichilominus nostris subditis districtius precipientes, Quatinus predictum Conuentum et moniales in molendino sepedicto contra graciam a patre nostro et a nobis eisdem indultam nullatenus impediant uel molestant sicut nostram indignacionem voluerint euitare, In huius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum et actum anno domini. M^mo^· CCC^mo^· XXX⁰ quarto in vigilia assumpcionis beate Marie virginis gloriose.

Original im Archiv des Klosters St. Johann vor Schleswig. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Zeitschrift Bd. VI. Repertorien S. 112, Nr. 14. Reg. Dan. 2117.

1334. Septbr. 2. 857.

Der Rat zu Kiel beurkundet ein Legat für die St. Nikolaikirche in Kiel.

Omnibus presens scriptum cernentibus . . . consules in kylone. Affectum cum seruicio honoris et obsequii quantum possunt. Notum esse‖ cupimus vniuersis, quod constituti coram nobis. nostro in consiliario. Radolfus de Dranove noster proconsul. et Syricus de svkestorp‖ nostri consulatus consocius publice testabantur. asserentes eciam id omne quod ad racionabile et condignum testimonium merito‖ fuerit faciendum. cum iure requisiti fuerint vtique se facturos. quod cum ipsi Radolfus et Syricus vna cum seniore Conrado‖de Bremis. Iohanne de boyenhusen et marquardo bvman. quondam nostris proconsulibus nunc defunctis nostrorum omnium qui tunc temporis‖ dicto Consulatui kylensi presidebamus. plenissimis ex mandatis. honorabilem virum dominum hinricum quondam prepositum porezensem‖ pro triginta marcis lubicensium denariorum. per quondam honestam matronam

nomine margaretam w . . sche ad perpetuos Redditus‖ in vsum vtilitatemque Rectoris ecclesie apud nos Sancti Nycolai quicumque pro tempore esset exinde faciendos. sue anime pro salute‖ ac pro perpetua memoria ipsius matrone. omnibus diebus festiuis de ambone perpetuo habenda. testamentaliter assignatis.‖ communitum habuerunt. premissus dominus Hinricus prepositus in Curia dicti Cenobii Porezensis prope ecclesiam et Campanile constitutus.‖ coram memoratis nostris conconsulibus. ac quamplurimis ceteris fidedignis euidencius fatebatur, se predictas triginta marcas‖ integraliter percepisse. ipsasque in lapideum Camenadum in dote kylensi per ipsum constructum. tunc vero a venerabili domino‖ Hinrico Nouimonasteriensis Ecclesie preposito. post resignacionem antedicte sue ecclesie kylensis. totaliter persolutum. plenarie‖ conuertisse. multum verisone eisdem nostris Consociis promittendo. se prenarratam pecunie summam. huiusmodi in tempore expe‖dicius soluturum. quod tamen repentina sua morte faciente minime adimpleuit. In Cuius vero testificacionis coram‖ nobis facte sub anno domini M°. CCC° XXXIIII°. feria sexta proxima post decollacionem beati Iohannis baptiste euidens testimonium‖ nostrum maius sigillum presentibus duximus apponendum.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegelstreifen. Westfalen II. S. 117.

1334. Septbr. 9. 858.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt den Verkauf von zehn Hufen in Kronshagen seitens Johanns von Kiel an das h. Geisthaus daselbst.

Omnibus praesentia visuris Iohannes gratia Dei Comes Holtsatiae et Stormariae salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, quod constitutus coram Nobis honestus miles Dominus Iohannes de Kyl pro se et suis heredibus vendidit et libere resignavit domui sancti Spiritus in Kilone pro se et suis successoribus in perpetuum ementibus et recipientibus pro trecentis et sexaginta una marcis denariorum Lubicensium ipsi venditori integraliter persolutis et in usus suos necessarios et suorum conversis decem mansos in Villa Kronshagen sitos, quod ad presens colunt Nicolaus Konigk, Detlevus Radeharth, Nicolaus Kroen, Nicolaus Lass, Marquardus Wackerbarth, Detlevus filius Wackerbardis, Rodolphus Kroes, Dithmarus Kroes cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lignis, rubetis, aquis et aquarum decursibus, viis et inviis, ingressibus et exitibus et terminorum distinctionibus et cum suis appendiciis universis prout ipse Dominus Iohannes eos hactenus liberius possidebat cum omni iudicio, maiori medio et minori, necnon cum omni libertate et plenissima proprietate, ita quod nec ipsi venditori nec suis haeredibus nec alicui alteri ad aliquas exactiones violentas vel precarias ordinarias seu quascumque praestationes nec ad aliqua servitiorum genera vel laborum, dicti coloni ipsorum mansorum, qui pro tempore sunt vel erunt, quolibet teneantur. Renunciavit eciam prefatus venditor omni iuri suo quod sibi et suis haeredibus in ipsis mansis competit vel competere poterit in futurum, Renunciavit insuper exceptioni doli mali, non soluti precii et in suos et suorum usus necessarios non conversi, et beneficio restitutionis in integrum vel omni iuris vel facti beneficio vel auxilio praemissa contrafacere vel contravenire ex occasione vel ex causa, sed praemissa singula grata et rata habere perpetuo et tenere. Et nos dictam venditionem in singulis suis conditionibus et articulis approbamus et praesentibus confirmamus pro nobis et nostris haeredibus inviolabiliter duraturam

perpetuis temporibus successuris. Insuper ex super abundanti et ex gracia speciali et favore omnem libertatem, quam dilectus patruelis Noster Dominus Iohannes de Kilone, Comes, felicis recordationis ipsi domui sancti Spiritus donaverat tam in istis decem mansis, quam in aliis quindecim ipsius villae Kronshagen approbantes et plenius confirmantes. Ipsi eciam domui Sancti Spiritus damus et concedimus omnes mansos dictae villae per dimensiones eis placentes distribuere et colonos ibidem destituere et instituere et cum ipsis perpetuo facere, quicquid velint; Solum Nobis et nostris haeredibus expeditione et his, quae communis terra fecerit, reseruatis. Actum Kyl praesentibus Dominis militibus Iohanne de Godendorp, Iohanne de Kilone, Nicolao de Reventlouw, Iwano de Reventlouw, Benedicto de Alvelde, Godscalco de Asscherberch, Iohanne Swaff, testibus praemissorum. In cuius euidentiam pleniorem sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Kyl anno Domini 1334. in vigilia nativitatis beatae Mariae virginis.

Westfalen IV. 579.

1334. Septbr. 12. 859.

Burchard, Erzbischof von Bremen, beurkundet, daſs Ritter Wilhelm von Stade das früher von ihm behauptete Besetzungsrecht an der Pfarre zu Glindesmoor nicht ferner beansprucht.

Vniuersis presencia visuris seu audituris. Borchardus dei gracia sancte‖ Bremensis Ecclesie archiepiscopus salutem in domino sempiternam. Noueritis‖ quod constitutus in nostra presencia honestus vir willekinus de stadis miles‖ noster vasallus. sponte publice proposuit. quod licet ipse ad Ecclesiam in Glindesmoor verdensis dyocesis. In qua sibi ius patronatus competere asseruit‖ Iohannem de osterrode notarium hinrici de Borch armigeri nostre dy‖ocesis presentasset. Tamen postmodum saniori ductus consilio voluntarie‖ recognouit coram nobis, quod ista vice nullum ius patronatus seu‖ presentandi. ad dictam ecclesiam sibi competebat. nec competeret. ad eandem.‖ In cuius recognicionis coram nobis facte euidens testimonium sigilli nostri‖ munimine presens scriptum mandauimus roborari. Datum et actum hamborch‖ In curia habitacionis honorabilis viri domini Iohannis scolastici Ecclesie hamburgensis‖ presentibus. honorabilibus viris dominis. Erpone de line in bucka. ac bertoldo‖ dicto albus. Monasterii sanctimonialium in tzeuena Ecclesiarum prepositis. et aliis quam pluribus‖ fidedignis. Anno domini M° CCC° XXXIIII°. In crastino beatorum prothii et Iacincti‖ martirum.

Original im Hamb. Archiv. Siegel des Erzbischofs am Pergamentstreifen.

1334. Septbr. 13. 860.

Papst Johann (XXII.) *befiehlt dem Meister, Kustoden und Guardianen des Franziskanerordens in Dänemark, den einst zu ihrem Orden gehörigen, dann aber durch Dispens des päpstlichen Pönitentiars, Bischof Gancelins von Albano, zu den Cisterciensern über- und ins Kloster* loci dei *eingetretenen Mönch* Kanutus Aghonis *aus Ripen nicht ferner zu verfolgen und auch sein Kloster in Ruhe zu lassen.* — „Deuotioni congruit."

Datum Auinione Idus Septembr. pontificatus nostri anno decimo nono.

Reg. Dan. *1638.

1334. Septbr. 27. **861.**

Erich, [Bischof] von Hildesheim und Propst von Hamburg, verkauft den Hamburger Bürgern Johann und Nikolaus von Witten drei Wasserläufe beim Ochsenwerder.

Ericus dei et apostolice sedis gracia, Hildensemensis Ecclesie Electus confirmatus ac prepositus Hamburgensis‖ ecclesie, Omnibus in perpetuum presencia visuris salutem in Domino, Nouerint vniuersi quod nos dilectorum fratrum‖ nostrorum Adolfi et Gherardi, Comitum Holtzacie, stormarie et in Schowenborch, omniumque heredum ipsorum‖ accedente beneplacito et consensu, vendidimus et presentibus resignamus dilectis nobis Iohanni et Nycolao‖ fratribus dictis de witten, Ciuibus in Hamborch et eorum heredibus, Tres riuos nostros seu piscaturas d[ictos]‖ vorde, sitos prope insulam Ossenwerder videlicet Vtmørowe, Toderlede, Dotenberghe et‖ pratum nostrum dictum Inwerder cum omnibus et singulis suis redditibus fructibus iuribus prouentibus et‖ pertinenciis, et vniuersaliter cum omnibus et singulis, que ad dictos riuos piscaturas et pratum hactenus‖ pertinebant, seu pertinere poterunt in futurum, ex consuetudine vel ex iure, quocumque eciam nomine‖ censeantur, pro Quadraginta marcis Hamburgensium denariorum nobis integraliter persolutis, Volentes‖ et nichilominus ex consensu prenominatorum fratrum nostrorum et ipsorum heredum firmiter arbitrantes, quod memorati‖ Iohannes et Nycolaus, ac ipsorum heredes, et vniuersi ac singuli ad quos dicta bona per hereditariam successionem‖ vendicionem, donacionem, obligacionem, seu per quamlibet aliam disposicionem fuerint deuoluta, eadem bona‖ inperpetuum possideant libere vtiliter et quiete, Si vero quod absit, prefatos Iohannem et Nycolaum et ipsorum‖ heredes et successores, in pacifica possessione dictorum bonorum quisquam impedierit, ab huiusmodi impedi‖mento nos et fratres nostri ipsos debemus eripere et indempnes penitus conseruare, infra duos‖ menses postquam nos fuerimus aut fratres nostri seu eorum heredes fuerint requisiti. Obtinuimus tamen‖ ex gracia speciali, quod Nos et fratres nostri ac ipsorum heredes, prefata bona reemere poterimus et‖ poterunt infra decem annos a dato prenominato termino numerandos pro supradicta pecunie quantitate‖ In cuius rei memoriam nostrum et dicti fratris nostri Adolfi sigilla presentibus sunt appensa. Et Nos dei‖ gracia Adolfus, Comes Holtzacie, stormarie et Scowenborch supradicta profitentes omnia et singula pre‖narrata cum nostro consensu et beneplacito . . . . . Sigillum nostrum eciam duximus presentibus apponendum‖ in maioris certitudinis argumentum, Testes aderant, Honesti viri, Iohannes de bardeleue‖ miles, Albertus prothonotarius fratris nostri, Hinricus de wilsede. Echardus de hest, Iohannes de wezsten‖dorp, et plures alii fidedigni, Datum Hamborch anno domini. M°. CCC. Tricesimo Quarto‖ in die beatorum Cosme et Domiani martirum.

Original im Hamb. Archiv stark beschädigt. Ein Reitersiegel, stark beschädigt, ein anderes nur im Rückteller erhalten. Zwei Pergamentsiegelstreifen.

1334. Septbr. 29. **862.**

Junker Adolf, Graf von Holstein Stormarn und Schauenburg, giebt die den Gebrüdern von Stendal früher zu Lehen verliehenen Renten aus dem Hamburger Zoll und der städtischen alten Mühle denselben zu vollem erblichen Eigentum.

In nomine domini amen. Eiusdem gracia Domicellus Adolphus, Holtzacie, Stormarie, et Scowenborch Comes. Vniuersis in perpetuum‖ presencia visuris, in

omnium saluatore salutem. Tenore presencium recognoscimus publice protestando, quod fideles nostri Hinricus Iohannes‖ et winandus, fratres de Stendal, Ciues Hamburgenses, quondam a nobis, Redditus triginta marcarum, in Theloneo et vn‖gheldo nostro Hamburgensi, de prima pecunia inde proueniente, singulis annis percipiendos, necnon Redditus Sex chororum siliginis‖ et duorum chororum Tritici vel triticei brasii. ac redditus septem marcarum denariorum Hamburgensium, in veteri molendino dicte nostre‖ Ciuitatis Hamburgensis, singulis annis tollendos vt premittitur, in pheodo tenuerunt, Sed quia dignitas et debitum nostre dominacionis‖ exigit vt fideles nostros respiciamus muneribus gracie specialis. et illos potissime qui ad Nos et progenitores nostros vberiorem‖ graciam suis obsequiis et beneficiis meruerunt. Noscat igitur felix etas presencium, et prospera successio futurorum, quod Nos ex sufficienti‖ deliberacione, necnon dilectorum fratrum nostrorum, dominorum Erici et Gherardi, beneplacito et consensu, ac fidelium nostrorum consiliariorum maturo‖ consilio, propter multimoda seruicia nobis et patri nostro felicis recordacionis, quondam Comiti Holtzacie et Stormarie nobili, per predictos‖ Hinricum de Stendal, Ciuem nostrum, et Iohannem ac winandum fratres suos, bone memorie, sepius exhibita fideliter et impensa, damus‖ et in hiis scriptis dimittimus, eis Hinrico de Stendal, et fratruelibus suis, ac eorum heredibus natis et perpetuo nascituris‖ prefatos redditus iure hereditatis et proprietatis perpetuo, libere possidendos, Transferentes in dictos Hinricum et suos fratrueles‖ et ipsorum heredes, omne ius, quod Nobis et nostris heredibus ac successoribus, tam in armorum seruiciis quam aliis quibuscumque quocumque‖ nomine censeantur, que de bonis pheodalibus requiruntur, ex consuetudine vel ex iure competere possint bonis et redditibus supradictis.‖ Arbitramur nichilominus, et fideliter promittimus in hiis scriptis, pro Nobis et nostris heredibus ac in perpetuum successoribus quod prefati Hin‖ricus et sui fratrueles et eorum heredes, necnon vniuersi et singuli, siue fuerint ecclesiastice vel seculares persone, ad quoscumque per‖ hereditariam successionem vendicionem, obligacionem, donacionem vel per quamlibet aliam disposicionem prefati redditus fuerint‖ deuoluti, vendendi, obligandi. donandi, seu dimittendi, eosdem Redditus coniunctim vel diuisim, in perpetuum liberam habeant‖ facultatem, nobis ac nostris heredibus et in perpetuum successoribus minime requisitis, Volumus eciam omnibus et singulis. ad quos predicti‖ Redditus, ut premittitur, deuoluti fuerint presentes litteras suffragari. Huius facti Testes sunt, Honesti viri, Magister Iohannes de Solcens‖husen. Magister wernerus militis. Canonici hamburgenses, Iohannes de bardeleue, Miles, Hinricus de welsede senior. Lambertus‖ de Raboyse. et Thidericus de hest, armigeri Hinricus de hetfelt. Nycolaus fransoyser. Nycolaus de monte. Hellembernus‖ de Hetfelt. et Iohannes militis. Ciues Hamburgenses, fideles nostri, et plures alii fide digni. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum‖ presentibus est appensum. Datum et actum Hamborch anno domini. Millesimo. CCC°. Tricesimo Quarto. In festo beati Mychahelis archangeli.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen an grün-roter Schnur.

1334. Octbr. 9. **863.**

Ritter Iohannes Rosteth *überträgt dem Kloster* sanctae Mariae Loci dei *seinen Besitz im Dorfe* Brotherstedt, *Kirchspiel* Hyking, *im Dorfe* Kloutofft, *Kirchspiel* Hellewadt, *1 Oer Kornrente in* Bilstedt *im Dorfe* Schogbyll, *Kirchspiel*

Bramthorp, *was er von* Bundo Boss' *Erben erworben, und im Gebiete des Kirchspiels* Runthorph *1 Mark Kornrente, unter Besiegelung seiner Gattin und seiner Verwandten:* Ionæ Eschilssen *und* Ionæ Iwerssen. — „Ea que geruntur."

Datum anno domini M CCC XXX quarto die beatorum martirum Dyonisii et sociorum eius, presentibus Clericis et Laycis quam pluribus fidedignis, insuper Ego Mathias Nyclessen donationem supradictam approbo, ratifico ac sigilli mei appensione communio in testimonium premissorum.

Reg. Dan. 2120.

1334. Octbr. 30. 864.

Die Gebrüder Siegfried und Eler von Bissee verkaufen dem Rektor der Kirche zu Brügge, Heinrich Godethid, das halbe Dorf Schönhorst.

Nos Sifridus et elerus fratres dicti de bysticse Recognoscimus et tenore presencium protestamur, nos de consilio et consensu propinquorum nostrorum, ac omnium illorum‖ quorum interest uel interesse poterit vendidisse discreto viro domino Hinrico dicto de godethit, rectori ecclesie in brugghe, Bremensis dyocesis, seu cui, uel quibuscumque a‖scribere, dimittere uel donare decreuerit, hereditatem nostram dimidiam uidelicet uillam que dicitur schonehorst cum toto molendino ibidem cum‖ omni proprietate iuditio maiori et minori, necnon pratis, pascuis, siluis, paludibus, agris cultis et incultis, aquis, aquarumque decursibus, seu instagnatio‖nibus, et precise cum omni utilitate et fructu sicut in terminis suis sita est cui etiam cautionem que wlgariter dicitur sele fecimus coram plebe, feodum‖ autem quod in iuditio dicte ville totalis habuimus nos et heredes nostri, dicto domino Hinrico. seu cui, uel quibus ipse donauerit, uel uendiderit, conseruabimus‖ et nulli resignabimus nisi dictus dominus hinricus, uel ille seu illi quorum tunc interesse poterit, iusserit uel iusserint, et ipsius uel ipsorum fuerit voluntatis, Verum‖ quando, ubi uel cui, predictus dominus hinricus, uel dicti uoluerint, pretactum feodum resignabimus contradictione qualibet non obstante, Vt autem hec venditio‖ et feodi conseruacio rata ac inconuulsa maneat, nec a quoquam heredum uel propinquorum nostrorum aliquatenus infringatur, sigilla nostra et testium infrascriptorum‖ presentibus sunt appensa, Testes autem sunt, dominus benedictus senior, dominus benedictus iunior, dicti de aluelde, milites, wlf, Tymmo et sifridus famuli, patrueles‖ nostri dicti de bysticse et quam plures alii fide digni, Acta sunt hec, Anno domini. M°. CCC°. XXXIIII kalendas Nouembris.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel, zwei Pergamentstreifen, zwei Siegeleinschnitte. Cop. Bordesh. fol. 22b. Westfalen II. S. 116.

1334. Octbr. 30. 865.

Das Kloster Neumünster tauscht vom Pfarrer in Brügge vier Hufen in Blumenthal gegen das halbe Dorf Schönhorst ein.

Omnibus presencia visuris seu audituris: Hinricus dei gracia prepositus. Echardus prior. totusque Conuentus Nouimonasterii‖ ordinis sancti augustini bremensis dyocesis. Salutem in domino sempiternam. Recognoscimus tenore presencium et publice protesta‖mur: quod de consensu nostro commutacio facta est bonorum quatuor videlicet mansorum in villa que dicitur Blomendal. quos dominus‖ Tymmo miles dictus de Bistichse bone memorie ad vicariam uel altare

perpetue officiandum in ecclesia parrochiali Brügge nostre‖ prepositure donauit cum bonis dimidia scilicet villa que dicitur Sconenhorst cum mansis. siluis. pratis. pascuis. Iudicio maiori et minori. et‖ prescise cum omni vtilitate et fructu sicut in terminis suis sita est. ita videlicet quod plebanus in predicta ecclesia brügge quicumque pro tempore‖ fuerit predictam dimidiam villam cum omni proprietate. vtilitate seu fructu inperpetuum possideat. et vicariam predictam seu altare. per‖ sacerdotem sibi conuenientem officiari faciat et procuret: quod si non fecerit. eundem condicta seruare requisiti per censuram ecclesiasticam‖ monebimus et cogemus: In euidenciam igitur et testimonium premissorum. Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum‖ et actum. Anno domini Millesimo. Trecentesimo. Tricesimo quarto. Tercio kalendas nouembris.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel beiliegend. Zwei Siegelstreifen. Westfalen II. 116.

1334. Octbr. 31. Novbr. 25. 866.

Die Klöster Jasenitz und Neumünster schliefsen Brüderschaft und der Bischof Friedrich von Camin bestätigt dieselbe.

In nomine domini amen. Omnibus presencia uisuris seu audituris. fredericus dei gracia Camynensis ecclesie Episcopus. Conradus prepositus Iohannes decanus. Totumque capitulum canonico‖rum ibidem salutem in domino. Pie intentioni amicabilique confoederationi religiosorum virorum canonicorum regularium ordinis sancti augustini ecclesie nouimonasterii. bremensis necnon‖ et ecclesie montis sancte marie in yasenizce eiusdem ordinis nostre dyocesium. litteris ipsorum mutuo firmatis secundum tenorem infrascriptum per nos uisis et auditis in‖ domino congaudemus. Reuerendis dominis et honestis. Hinrico preposito. Eckehardo priori Totique conuentui canonicorum regularium in nouomonasterio ordinis sancti augustini bremensis dyocesis‖ Ertmarus prepositus. Symon prior. Totusque conuentus canonicorum regularium ecclesie montis sancte marie in yasenizce Camynensis dyocesis debitam cum omni subiectione reuerenciam‖ Inuiolabiter obseruari non immerito debet a posteris quicquid a prelatis salubriter et canonice fuerit ordinatum. Vestre igitur reuerencie tenore presencium insinuamus nos vnani‖miter toto cordis affectu desiderare et in hiis scriptis firmiter arbitrari ut sicut nos vnius regule constringit professio. sic eciam vniformitas habitus inferioris medii et su‖perioris disciplinaque regularis obseruancie necnon consuetudines et constituciones ordinis et regule simulque et ordinarii in diuino nocturno et diurno officio obser‖uancia iugiter teneant alligatos. Ita uidelicet ut in predictis omnibus apud nos inuariabiliter seruandis uestra ecclesia nostre fideliter in omnibus presit sicut mater filie‖ de iure preesse debet et prodesse. Protestamur insuper nos in rebus arduis silicet loci uel habitus mutacione siue prelati electione sine uestro consilio et consensu nichil‖ uelle nec debere penitus attemptare. Prouida eciam ordinatione statuere decreuimus ut nobis uestras personas et nos econuerso uobis nostras plures uel paucio‖res insurgentis necessitatis articulo aut pro correctione seu penitencia agenda ininuicem transmittamus. et persone misse in plena prebende erunt perceptione‖ in uictu et uestitu sicut ibidem aliquis de conuentu. Eorum dormitorium et refectorium seruabunt sed secretis capituli non intererunt nisi specialiter aduocati. vt autem‖ hec ordinacio illesa permaneat presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum anno domini M°CCCXXXIIII inuigilia

omnium sanctorum|| Nos itaque tam religiosam karitatiuamque ordinacionem in fauorem religionis merito approbantes prepositum dicte ecclesie nouimonasterii qui pro tempore fuit sicut uirum prouidum|| et honesto dicto conuentui in yasenizce uisitatorem prefigimus ut auctoritate nostra pie seruiens canonicos et fratres eiusdem conuentus cum expediens fuerit secundum|| regulam augustini ipsis traditam et constitutiones ordinis uisitet et corrigat. uisitacione tamen et iure nostro in omnibus semper nobis saluo. predicta omnia in hiis scrip||tis in nomine domini perpetuo confirmamus. volentes nichilominus et mandantes ut sepedictus conuentus in yasenizce. ecclesie nouimonasterii in supradictis religiosis|| obseruanciis sit per omnia similis et conformis. vt autem tam racionabilis ordinacionis vnio perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruetur. Sigilla nostra cum supra||dictarum ecclesiarum sigillis presentibus sunt appensa. Datum camyn. anno domini. Millesimo. Trecentesimo. Tricesimo quarto in die beate katerine virginis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Drei Siegel fragmentarisch, ein Siegelstreifen. Westfalen II. 113. Muhlius, Hist. cen. Bordesh. S. 593.

1334. Novbr. 6. 867.

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, Johann, Graf zu Holstein und Stormarn, und die Städte Lübeck und Hamburg schliefsen einen Landfrieden.

Wi Eric van der gnade godes. hertoghe tu Sassen. Engheren unde Westvalen. vnde wi Iohann van der sulven gnade Greve tu holzsten unde Stormarn, betughet un bekenet in dessen apenen breuen: Dat wi mit den Erbaren unde wisen mannen. den radmannen unde borgheren tu Lubeke unde to Hamborch us des vorenet hebbet unde vorbunden. dat wi mit dessen vorsprokenen radt mannen unde borgheren unde se mit us enen steden gantzen vullenkommenen Vrede maket hebben unde scolet holden, unde de vrede steyt nu an, unde scal waren van synte Martens daghe de nu tu kommende is, vort aver en Iar. Dessen Vrede scal man holden truwelken vnde untobroken In desse wis. Nen unser manne he si an welcher achte he si de usen willen dun unde laten will, scal rouen oder bernen ute deme enen lande in dat andere de an vser herscap beseten sin. ok so en scal nymen rouede haue voren ut deme enen lande in dat andere de an user herscap beseten sin. were ock dat ienick man den anderen schuldechen wolde dat scal man us kundeghen unde daghen iewelk man sine herren, unde wi scolen darumme manen unde helpen eme dat eme lieke sce an minne oder rechte. Kunde eme denne nen lik schen van user maghinghe vnde hulpe, so wat he darumme dun wolde, dat scal he darby siner heren rade, unde de scolen eme denne aller dinghe bistan. Vortmer nyman scal den anderen van de an usen landen beyden weghene beseten sin, unde nyman scal eren vanghenen vn holden de vnder vsen mannen unde twischen usen landen ghevanghen sin, he en du dat bi siner heren rade. Vortmer worden borghere oder Koplude van Lubecke eder van Hamborgh eder utlandesche Koplude so vannen se weren berovet vorvanghen binnen usen landen, den rovere scal man volghen mit eneme schrichte wente vor de veste dar de rovere up then, unde dar nicht van de veste er si tustoret unde ouer de lude an sie gerichtet de dar uppe sin unde daren schall men nene veste weder buwen. Were ok datjenich man rouede eder misdat dede unde vorvluchtig worde, unde queme vte deme lande, den man scal man voruesten beyde in Landen vnde

In nomine domini amen, Eiusdem gracia Iohannes Comes Holtzacie. Stormarie et in Scowenborch. Vniuersis inperpetuum presencia visuris, Salutem in omnium saluatore.‖ Memoria hominum labilis est, ideo expedit rem gestam scripture testimonio stabiliri. Noscant igitur presentes et futuri. quod Nos ex sufficienti delibe‖racione et maturo consilio nostrorum fidelium Consiliariorum, Hinrico dicto militi Ciui in Luneborch, et suis heredibus natis et perpetuo nascituris‖ infra scripta bona, videlicet Redditus Triginta marcarum denariorum, de primis Septuaginta marcis Thelonei in Hammenborch, et Redditus‖ Quatuor marcarum in Theloneo et vnghelt nostri in Hamborch, immo in illis Ducentis minus Duabus marcis, que statim et continue post primas Sep‖tuaginta marcas inpheudatas diuiduntur. Item Redditus decem marcarum in aduocacia Ciuitatis predicte, Item redditus sex Chororum siliginis‖ et duorum chororum Tritici vel Triticei brasii, in nostris Molendinis ibidem, cum dimidietate vnius campi dicti wlgariter Coppele siti iuxta‖ Hamborch prope fontem sancte Marie ad partem orientalem, que quidem bona idem Hinricus et sui progenitores a nobis et nostris progenitoribus‖ huc vsque in pheodo tenuerunt, vendidimus iure hereditatis et proprietatis, singulis annis, statutis ad hoc temporibus tollenda, et in perpetuum pacifice possidenda.‖ Transferimus igitur in dictum Hinricum militis et suos heredes, omne ius quocumque nomine censeatur, quod nobis competebat, ac nostris heredibus, et in perpetuum Successoribus‖ competere posset quomodolibet in bonis supradictis. Arbitrantes nichilominus in hiis scriptis et fideliter promittentes pro nobis et nostris heredibus et in perpetuum successoribus, quod‖ prefatus Hinricus ac eius heredes, necnon vniuersi et singuli. intra vel extra nostrum dominium constituti siue ecclesiastici fuerint siue mundani, ad quos per hereditariam‖ successionem, vendicionem, donacionem, seu quamuis aliam disposicionem bona supradicta fuerint deuoluta, cum eiusdem bonis, coniunctim vel diuisim, in toto vel‖ in parte facere potuerint quod sue placuerit voluntati, nobis et heredibus et successoribus nostris minime requisitis. Volumus eciam omnibus et singulis, ad quos predicta‖ bona ut premittitur deuoluta fuerint, presentes litteras suffragari. Huius facti testes sunt, Honorabiles viri, Capellani nostri, domini Iohannes de gorez, scolasticus et Daniel‖ Canonicus Ecclesie Hamburgensis. Bertrammus Cremon Prothonotarius noster. Ludolfus scarpenberch, miles. Beyenvlet aduocatus noster. Godfridus dictus‖ ybing. Nycolaus franzoyser, Nycolaus de Monte, Johannes Horborch et Hellembernus de hetfelt. Consules Hamburgenses, fideles nostri‖ et plures alii fidedigni. In maiorem vero euidenciam premissorum, sigillo nostro presencia fecimus roborari. Actum et Datum Hamborch, anno domini‖ Millesimo. CCC°. Tricesimo Quinto. In festo assumpcionis sancte Marie virginis gloriose.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen am Pergamentstreifen (jetzt in Blechkapsel).

1335. Aug. 23. **898.**

Lambert Strufs verpflichtet sich dem Rat von Hamburg gegenüber, seine Mühle in Hinschenfelde nicht im Bauwerk zu verstärken, noch zu befestigen.

Vor alle den ghenen de desse brieue sen ofte høren, bekenne ic‖ Lambert struz vnde openere dat de erachtighen lude, de ratmanne der‖ stat to Hamborch vor wunderliker gnade vnde dor sunderlike vruntschap‖ mi hebben ghegeuen vnde gheuen, dat min Molenhus in mineme houe to‖ Hinschenuelde scal . . . . . alse id nu beghrepen is mit buwe, dat en scolen, ic‖ ofte mine eruen . . . . . vastere maken mit grauen noch hoghere noch starkere‖ buwen. We en scolen [id] ok nicht vesten mit erkeneren ofte mit ouerhanghen‖ behaluen alle . . . . . eme ouerhanghe bouen deme radhe. vnde de lemene‖ want vmme dat hus scal wesen enes vøtes dicke vnde nicht mer. Dat desse‖ dink bliuen stede vnde vnvorbroken dat loue ic vnde redhe vor mi vnde vor mine‖ eruen den vorbenomeden ratmannen to Hamborch, vnde betughe it in dessen‖ brieuen beseghelet mit mineme ingheseghele, Desse brieue sint ghe gheuen‖ to Hamborgh in deme iare vnses heren alse man scrift Dusent Drehundert‖ vnde vif vnde dertich in deme hilghen auende sunte bartholomeus des apostels.

Original im Hamb. Archiv, stark beschädigt. Siegel fragmentarisch.

1335. Aug. 24. **899.**

Volrad, Bischof von Ratzeburg, vidimiert zwei Urkunden König Ludwigs, nach welchen dieser den Herzogen von Sachsen 2200 Mark Silbers von seiner Wahl her schuldet und ihnen in der zweiten dafür die Stadt Lübeck verpfändet.

Nos volradus dei gracia raceburgensis ecclesie episcopus tenore presencium publice protestamur‖ quod vidimus et examinauimus litteras infrascriptas nobis per illustrem principem‖ dominum Ericum ducem Saxonie exhibitas,[1]) non abolitas non cancellatas nec in aliqua‖ parte ras. Tenor vero prime et vnius littere erat talis.

(Folgt die Urkunde König Ludwigs von 1314, Octbr. 22. Sudendorf, Registrum II. S. 181).

Tenor vero alterius littere erat talis.

(Folgt die Urkunde von 1320, Septbr. 27. Lübecker U. B. II. 397.)

et nos volradus Raceburgensis‖ ecclesie,[2]) predictus in omnium euidenciam scilicet[3]) examinacionis et visionis dictarum litterarum‖ sigillum nostrum presentibus duximus apponendum Datum Sconenberghe[4]) anno domini‖ M°. CCC. XXXV°. in die beati bartholomei apostoli.

[1]) *2.:* porrectas. [2]) *2.:* episcopus. [3]) *fehlt 2.* [4]) *2.:* Lubeke.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel des Bischofs am Pergamentstreifen. Ebendort von derselben Hand geschrieben ein fast gleichlautendes Vidimus derselben Urkunden des Bischofs Heinrich von Lübeck von demselben Datum.

1335. Aug. 24. **900.**

Burchard, Erzbischof von Bremen, verleiht dem Kloster Neumünster nach dessen Verlegung die Kirche zu Brügge.

Borchardus dei gracia, sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus. Omnibus presencia visuris seu audituris in omnium saluatore Salutem. Iustum et Racioni‖ consentaneum iudicamus vt de salute subditorum sollerter cogitantes, tribulacio-

nibus compacientes, et onera supportantes, de profectibus salubriter intendamus‖ Sane, peticio Religiosorum virorum . . prepositi et Conuentus, Nouimonasterii, ordinis sancti Augustini, nostre diocesis, nobis exhibita continebat, Quod.‖ Cum ipsi, Claustrum suum, propter ineptitudinem loci prioris, ad locum alium, magis congruum, de Predecessorum nostrorum, ac nostro consensu, et discretorum consi‖lio transtulerunt, Et ob hoc, expensas, requirant magna et noua edificia, sumptuosas, Et ipsi claustro, ultra consuetum accrescit hospitalitas‖ quod. ad supportandum onera talia non sufficiat, ipsorum Reddituum quantitas, fundaciones eciam, que iam longo tempore durauerunt, in locis palustribus‖ scilicet Bishorst, et circumiacentibus, in tantum Redditus Monasterii minorarunt, vt officiales Monasterii precipue Custos, et Camerarius, minus‖ sufficiant facere, que tenentur. Pro augmentacione Reddituum, ad releuacionem multorum onerum, ecclesiam parrochialem in Brugge, nostre diocesis predicte‖ quam aliquando, per Canonicos suos officiare consueuerunt, quod. iam aliquo tempore per actus contrarios est mutatum, In qua tamen ad huc‖ collacionem et institucionem obtinent, vnire et incorporare. mense ipsorum et Monasterio dignaremur. Nos igitur in desolacionibus, compassionem habentes‖ et necessitatem cum vtilitate predicti Monasterii, ex causis preallegatis legitimis pretendentes. deliberatione prehabita diligenti, cum Capitulo nostro, de‖ eiusdem Capituli consensu, eandem ecclesiam, in Brugge, cum suis fructibus, Redditibus, prouentibus, obuencionibus, et Iuribus quibuslibet, predictis‖ . . Preposito et Conuentui, Mense ipsorum et Monasterio, incorporamus, annectimus et vnimus, Concedentes libere vt cedente uel decedente, Rectore qui‖ nunc est, deinceps et inperpetuum, prepositus predicti Monasterii, qui pro tempore fuerit, eandem ecclesiam, per personam ydoneam, Regularem uel secularem, quam instituere‖ decreuerit, officiare, et nichilominus, in eadem ecclesiastica sacramenta ministrare, Et deductis oneribus expensarum necessariarum sepedicte ecclesie prouentus‖ et Redditus superfluos, ualeat suis vsibus applicare. In euidenciam igitur et testimonium premissorum, Sigillo nostro vna cum Sigillo Capituli nostri‖ supradicti presencia duximus roboranda. Datum et Actum Breme. Anno domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo quinto. IX. Kalendas Septembris.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei Siegel an grün-gelber Seidenschnur. Eine zweite Ausfertigung, sehr beschädigt, im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel an rot-gelber Seidenschnur. Muhlius, Hist. cen. Bordesh. S. 582. Westfalen II. 119.

1335. Septbr. 28. 901.

Burchard, Erzbischof von Bremen, genehmigt, dafs das Kloster Neumünster von dem Bremer Dompropsten Otto die Kirche zu Asle *gegen die zu Brügge eintauscht.*

Borchardus dei gracia sancte Bremensis Ecclesie Archiepiscopus. vniuersis presencia visuris seu audituris. salutem in eo qui est omnium vera salus. Discretorum sagacitas facta racionabilia studuit litterarum‖ testimoniis perhennari. ne posterorum calumpniis valeant irritari. Proinde nouerint vniuersi tam posteri quam presentes quod constituti coram nobis honorabiles viri domini Otto prepositus nostre. predicte Bremensis‖ ecclesie de ecclesia mense sue vnita dicta Asle et Henricus prepositus nouimonasterii nostre dyocesis de ecclesia monasterio suo vnita dicta brugge petierunt auctoritate nostra de consensu Capituli nostri obseruatis circa hec obseruandis‖ permutacionem celebrari. Cum autem vtilitatis causa per-

mutacio Ecclesiarum licite fieri permittatur. nos considerantes ex parte prepositi Bremensis predicti, quod possessionibus ad equalitatem faciendam transferendis posset ipsi preposito multo melius‖ et utilius prouideri, et per vicarium suum in ecclesia brugge constitutum iura nostre predicte Bremensis Ecclesie diligencius conseruari. Ex parte autem prepositi Nouimonasterii predicti et Ecclesie sue quam predecessores nostri fundauerunt‖ bonis dotauerunt priuilegiis et honoribus extulerunt ob hoc eciam speciali fauore ducti perpendentes eundem prepositum tum racione nostrorum tum suorum negociorum necesse habere nos sepius visitare. et propter discrimina viarum‖ et incertum albie transitum summopere indigere ut possit cum suis in Ecclesia predicta Asle eundo et redeundo securius quiescere, et de fructibus illius sumptus sumere. eandemque Ecclesiam pro loco refugii tenere aduersitatis tempore‖ et ex ea monasterii sui iura et libertates in quibus grauiter et frequenter leditur defensare. Vtilitatibus igitur cum necessitate diligenter consideratis consiliis, et tractatibus cum capitulo nostro super hiis habitis. resignatis‖ nobis predictis ecclesiis permutandis De consensu eiusdem capituli nostri supradictam permutacionem expedire tam personis quam locis predictis pronunciamus. et primo spiritualia predicte Ecclesie in Asle cum spiritualibus predicte‖ Ecclesie in Brugge simpliciter permutamus. Quia vero possessiones temporales predicte Ecclesie in Asle preponderant possessionibus temporalibus Ecclesie predicte in Brugge de consensu prepositi Nouimonasterii predicti et conuentus sui‖ adiciendo redditus triginta Marcarum denariorum Lubicensium supradicto Bremensi preposito decernimus assignari. et sic temporalia predicte Ecclesie in asle cum temporalibus predicte Ecclesie in brugge diuisim ac secundario‖ permutamus ut sic permutacio predicta racionabilis sit et iusta et digna fiat per redditus predictos possessionum temporalium recompensa. Transferimus itaque dictam ecclesiam in Brugge cum suis fructibus obuencionibus‖ pertinenciis vniuersis et redditibus predictis ad ius et proprietatem prepositi Bremensis Ecclesie quicumque pro tempore fuerit et ipsam dignitati et mense eiusdem prepositi singulariter incorporamus annectimus et vnimus Ecclesiam uero‖ in Asle predictam cum suis fructibus obuentionibus pertinenciis et redditibus vniuersis sepedicto preposito Nouimonasterii et suo monasterio annectimus incorporamus et unimus eandem ad ius et proprietatem eiusdem‖ prepositi et sui monasterii perpetuo transferentes, decernentes nichilominus et concedentes libere per presentes ut cedentibus uel decedentibus plebanis qui nunc in vtraque sunt ecclesia extunc et imperpetuum quilibet‖ prepositorum predictorum Ecclesiam per viam permutacionis sibi unitam ut premittitur per ministros temporales regulares uel seculares officiare. et in ea sacramenta ecclesiastica ministrare. et deductis oneribus expensarum‖ fructus et redditus superfluos suis valeat vsibus applicare. Ambobus autem predictis prepositis archidyaconatum et iurisdictionem spiritualem in suis primis ecclesiis retinentibus nullus eorum vicarium alterius in ecclesia‖ permutata substitutum per exactionem aggrauabit uel quomodolibet aliter talliabit. Qui tamen vicarii ad mandata prompti consueto more suis archdyaconis uel eorum vices gerentibus expensas in seruandis‖ synodis ministrabunt. In euidenciam igitur et testimonium predictorum et munimen perpetuum predicta conscribi et sigillo nostro vna cum sigillo Capituli nostri supradicti fecimus communiri. Datum et Actum Breme.‖ Anno domini M°. CCC° tricesimo quinto. Nono kalendas octobris.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegel an rot-gelber Seidenschnur. Cop. Bordesh. fol. 26a. Westfalen II. 121.

1335. Septbr. 28. **902.**

Daniel, Domherr zu Hamburg und Pfarrer zu Oldenburg, gewährt dem Grafen Johann von Holstein und Stormarn für die ihm für 300 Mark verkauften Einkünfte von 20 Mark aus dem Dorfe Bliesdorf das Recht des Rückkaufs für 200 Mark.

Omnibus presencia visuris. Daniel Canonicus hamburgensis ac rector ecclesie‖ in oldenborch vitam in domino salutarem. Tenore presencium cupio fore notum‖ quod redditus viginti marcarum denariorum in villa blisekendorpe. michi per inclitum‖ dominum meum nobilem. dominum Iohannem Comitem holtzatie et Stormarie. Pro Trecentis‖ marcis lubicensibus venditos et dimissos. et pro tanta summa a quocumque reemendos‖ ob specialem fauorem et benefitium ipsi domino meo predicto contuli et donaui‖ quod si ipsos dominus meus pro se filio suo et liberis suis. reemere et redimere[1])‖ decreuerit ad vsus suos et non alterius. Pro ducentis marcis denariorum lubicensium‖ de me uel meis heredibus. Reemendi habebunt facultatem. Datum pløne‖ sub testimonio sigilli mei. Anno domini. M⁰. CCC⁰. Tricesimo quinto in profesto‖ beati michahelis.

[1]) *durchstrichen.*

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegelstreifen.

1335. Septbr. 28. **903.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, Herr von Seeland, Femarn und Laaland, verkauft seinem Kaplan Daniel, Domherrn zu Hamburg und Pfarrer zu Oldenburg, 20 Mark Lüb. Pf. Rente im Dorfe Bliesdorf.

In nomine domini amen Iohannes dei gracia Comes Holtzacie. et stormarie. terrarumque selandie. ymbrie. et lalandie dominus. Vniuersis‖ ad quos presens scriptum peruenerit. salutem in domino sempiternam. Recognoscimus tenore presencium publice protestantes. Nos‖ diligenti deliberacione prehabita, de consilio fidelium nostrorum. et de Consensu omnium quorum consensus fuerat requirendus‖ vendidisse Rite et racionabiliter Capellano nostro, nobis dilecto, Domino Danieli, Canonico Hamburgensi, et Plebano in Olden‖borgh, viginti marcarum redditus, denariorum lubicensium, in decem mansis ville nostre Blisekendorpe, in ymbria,‖ et Parrochia lanckerken site. Pro Trecentis marcis denariorum lubicensium. nobis integraliter persolutis. et conuersis. in neces‖sarios nostros vsus, Quos quidem redditus Coloni dictorum decem Mansorum. videlicet de quolibet manso. Duas marcas. eidem‖ domino Danieli, aut procuratori suo, uel suo certo nuncio, singulis annis In festo Beati Nicolai Episcopi et Confessoris ex‖pedite sine aliqua difficultate, et diminucione exsoluent sub pena dupli, prout hucusque Magnificis Principibus. dominis . .‖ Danorum Regibus et nobis soluere tenebantur, et sicut ab antiquo, in ymbria est consuetum, Istis redditibus Predictus dominus‖ Daniel. ita libere vti debet. sicut vmquam antecessores nostri. Illustres Danorum Reges. et nos commodius et liberius hactenus‖ vtebamur, Concedimus eciam antedicto domino Danieli plenum posse. predictos Redditus in parte. uel in toto vendendi. dan‖di. legandi et alia quacumque alienacione. in personas ecclesiasticas aut seculares libere transferendi. cum omnibus suis condi‖cionibus suprascriptis. Insuper Predictus Dominus Daniel. ob specialem fauorem, quem ad nos habere disnoscitur, dedit nobis et‖ heredibus. ac successoribus nostris pro se. et successoribus suis liberam opcionem predictos redditus reemendi. infra viginti‖ annos. a data pre

sencium continuos. pro eisdem. CCC marcis sibi. aut suis successoribus, seu certis nunciis ipsorum. in Ci‖uitate lubeke integraliter persoluendis. Elapsis igitur hiis viginti annis. prefata empcio perpetua et irreuocabilis per‖manebit. In huius igitur vendicionis nostre et domini Danielis empcionis racionabilis euidenciam firmiorem presens scriptum sigilli‖ nostri munimine iussimus roborari. Testes eciam huius rei sunt. fideles nostri. Detleuus de Bocwolde. Nicolaus et‖ ywanus de Reuentlo. et Marquardus de Brukdorpe milites. Dominus Bertrammus de Cremon prothonotarius noster.‖ et longus Beyenulet armiger, noster aduocatus et plures alii fidedigni. Datum Plone Anno domini. M°. CCC°. XXXV°.‖ In profesto beati archangeli Michaelis.

Original im Hamb. Archiv. Ein Siegeleinschnitt.

1335. Septbr. 29. **904.**

Burchard, Erzbischof von Bremen, verleiht dem Kloster Neumünster an Stelle der Kirche zu Brügge die Kirche zu Asle.

Borchardus dei gracia sancte bremensis ecclesie archiepiscopus Omnibus presencia visuris seu audituris, salutem in omnium saluato‖re Quia debitis sollempnitatibus obseruatis ecclesiam in Asle nostre dyocesis ad mensam prepositi nostre predicte bremensis ecclesie‖ deputatam cum ecclesia in brugge similiter nostre‖ dyocesis ad mensam prepositi nouimonasterii et Conuentus sui deputata eciam nostre‖ dyocesis de consensu seu consilio capituli nostri permutacionem celebrauimus pro eo quod possessiones temporales predicte ecclesie in asle preponde‖rant possessionibus temporalibus predicte ecclesie in brugge decreuimus recompensam temporalium fieri canonicam et condignam, ordina‖mus igitur et decernimus ut postquam rector in asle qui nunc est discesserit et prepositus nouimonasterii quicumque pro tempore fuerit possessio‖nem pacificam ecclesie in asle sibi et monasterio suo per viam permutacionis vnice fuerit assecutus. Triginta marcarum denariorum lubicensium‖ redditus in permutacione predicte bremensis ecclesie preposito qui pro tempore fuit assignatus, dimidietatem In festo Natiuitatis domini‖ et dimidietatem In festo Iohannis baptiste sine inpedimentis eroget et exsoluat, quoadusque idem prepositus et Conuentus suus supra‖dicte bremensis ecclesie preposito predictos redditus in certis bonis et sibi competentibus comparauerit uel quadringentas marcas denariorum‖ lubicensium paratas dederit pro redditibus in recompensam temporalium secundum nostrum nostri predicti prepositi et capituli consilium ad dignitatem et‖ mensam eiusdem bremensis prepositi singulariter comparandis, quo facto volumus retroacta conscribi et iterum per litteras innouari. Verum si pre‖dictam ecclesiam in brugge quam ad solucionem et annuam pensionem quindecim marcarum denariorum lubicensium pretaxamus prius quam predictam‖ ecclesiam in asle vacare contigerit supradictus prepositus nostre dicte bremensis ecclesie taxatas quindecim marcas a vicario in ea substituto annua‖tim percipiet cum integra recompensa supradicta per sepedictum prepositum nouimonasterii et Conuentum suum modis quibus premittitur exsoluen‖da, Et ut predicta firmiter obseruentur ipsa conscribi et sigillo nostro fecimus roborari. Datum breme. Anno domini M°. CCC°.‖ Tricesimo quinto In die Michahelis archangeli.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Zweite Ausfertigung im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Westfalen II. 120. Muhlius, Hist. cen. Bordesh. S. 584.

1335. Septbr. 30. **905.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, überträgt dem Lübecker Kleriker Heinrich de Cholmine *die Schule in Kiel.*

Iohannes dei gracia Comes holsacie et stormarie Honorabili viro Magistro Hinrico ‖ de Cholmine clerico lubicensi salutem in domino, Attendentes et considerantes merita ‖ et virtutes vestre persone, ac grata et accepta seruicia que nobis impendistis ‖ digne et merito debemus ad graciam vobis existere liberales, ‖ Ea-propter et ex nonnullis aliis causis iustis. legitimis ac racionabi‖libus que ad hoc merito nos inducunt, vobis tenore presencium[1]) quod ‖ scolas in oppido nostro kil que ad nostram spectant collacionem, per vos vel ‖ per alium tenere et possidere fructus quos ex eis percipere possitis et ‖ quod ad residenciam in eisdem scolis non teneamini nec compelli possitis ‖ et quod nulla alia scola in eodem oppido nostro kil preter vestras scolas ‖ erigi valeat de gracia concedimus speciali In cuius rei testimonium ‖ sigillum nostrum presentibus est appensum Huius rei testes sunt ‖ viri honorabiles ac domini Nicolaus et ywanus dicti de Reuetlo ‖ Milites nostri Bertrammus de kremon Capellanus noster, et quam ‖ plures alii fide digni ad hoc specialiter vocati et rogati Datum ‖ anno domini Millesimo Tricesimo quinto In crastino ‖ sancti Michahelis Archangeli.

[1]) *fehlt:* damus.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Rest des Siegels am Pergamentstreifen. Westfalen IV. 3282.

1335. Octbr. 21. **906.**

Erich, Herzog von Sachsen, beurkundet die Schenkung und den Verkauf von zwei Mark Einkünften aus Kirchwärder seitens Arnolds von Sachsenhagen an das Kloster Scharmbek.

Dei gracia Nos Ericus Dux Saxonie presentibus protestamur, quod fidelis noster ‖ Arnoldus de sassenhaghen, famulus cum consensu et Ratihabicione nostra plenaria ‖ donauit, pro remedio anime sue, et progenitorum suorum, viris Religiosis . . Abbati ‖ et Conuentui Monasterii in Scherembeke, Duarum marcarum Redditus In kerc‖werdhere de decem iugeribus, que nunc colit Iohan dictus Rike, annis singulis ‖ sine quolibet obstaculo tollendos, que quidem X iugera. Sunt inter bona hin‖rici vnrowen, et bona hinrici, filii ludeken situata. Item vendidit eisdem . . ‖ Abbati et Conuentui Redditus duarum marcarum, pro viginti marcis, In quindecim Iuge‖ribus, que pro presenti, Colit Nicolaus vorn slenneken In holake, que eciam quondam Con‖parauit a maken Sculten, similiter annis singulis extollendos Ita videlicet Quod ‖ Due marce, vtrorumque reddituum sumptus diuersimode expressorum, in festo beati marti‖ni, et due in festo beati petri ad Cathedram exsoluentur annis singulis expe‖dite. quos, quatuor marcarum redditus Pro quadraginta marcis, Nos, aut nostri ‖ heredes, reemere poterimus, quandocumque nobis vel nostris antedictis heredibus visum fuerit ‖ expedire In omnium horum Euidens testimonium Sigillum nostrum presentibus est appen[1]) ‖ Datum louenborch anno domini M°. CCC° XXXV, Ipso die vndecim milium virginum.

[1]) sum *weggelassen.*

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Siegelfragment am Pergamentstreifen.

1335. Decbr. 10. **907.**

Die Gebrüder Ritter Egmann und Burchard von Otshude verkaufen an Reimar und Ditbern Kämmerer zwölf Joch Landes bei Schulenburg und am Burda-Deich.

Omnibus presens scriptum cernentibus Egmannus miles et borchardus fratres dicti de otzhude eorumque ueri heredes salutem in‖ domino. Noueritis nos exhibitoribus presencium. scilicet. reymaro et dytberno dictis kemerere eorumque veris heredibus duodecim‖ iugera quorum octo sita sunt circa curiam dictam Sculenborch Quatuor circa aggerem qui proprie dicitur burdam‖ pro Centum marcis cum quadraginta quinque marcis lubicensium denariorum cum omnibus adiacentibus pro iure hereditario rite‖ et racionabiliter vendidisse sicud ipsa hucusque plenius dinoscitur habuisse. Insuper pheodum et iudicium super pre‖dicta iugera Egmannus miles predictus suique ueri heredes ad usum et ad manus antedictorum. scilicet reymari et dytb‖erni et eorum heredum beniuole et amicabiliter obtinebunt. Et si sepedictos. scilicet. reymarum. et dytbernum eorumque ueros‖ heredes per annum et diem cum iusticia aggrauare uel turbare aliquis uoluerit Extunc Egmannus et borchar‖dus eorumque ueri heredes antedictos et ipsa iugera cum iusticia disbrigare debent laboribus et expensis. In cuius‖ rei testimonium Sigilla nostra fide data presentibus sunt appensa. Datum Anno domini M° CCC° XXX° quin‖to Dominica proxima post festum Nycolai Episcopi et confessoris Gloriosi.

Original im Archiv des Klosters Itzehoe. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Zeitschrift Bd. VIII. Repertorien S. 4 Nr. 18.

1335. Decbr. 12. 908.

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, schenkt der Stadt Itzehoe einen Platz und Graben zum Bau eines Speichers.

Omnibus presens scriptum Cernentibus. Gherardus dei gracia. Comes Holtzacie et Stormarie salutem in domino sempiternam‖ Notum facimus tam presentibus quam futuris lucide protestantes quod nos et nostri veri heredes copiosa voluntate et‖ bono arbitrio discretis viris Consulibus et vniuersis opidanis in Ytzeho quoddam spacium siue fossatum a vicino fossa‖to Castri nostri Ytzeho et per circuitum castri usque ad ciuitatem extendentem pro communi vtilitate cum omni Iure Lubicense et ciuile dedimus et donauimus ad structuram granarii et quicquid ipsis expediens fuerit perpendentes ibidem tali iure lubicensi et ciuili ciuitatense prout ipsa ciuitas actenus habuit et possidet vti et perfrui debeant. sine aliqua contradiccione postposita et amota, Ceterum enim quicunque cum voluntate dictorum consulum in dicto spacio circa aggerem siue fossatum aliquod edificium construere voluerit ille omnia videlicet in tempore yemali circa glacies et etiam ad plancas laborare presumat et festinat circa longitudinem sue structure et qualiter sua porcio se extendit, In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum Anno domini M°. CCC°. XXX°. quinto, In vigilia lucie virginis gloriose in ciuitate Ytzeho nostra in presencia.

Original im Archiv der Stadt Itzehoe. Siegel am Pergamentstreifen. Westfalen IV. 3219. Corpus constit. Regio-Holsat. III. S. 515. Zeitschrift Bd. VI. Repertorien S. 68 Nr. 7.

1335. Decbr. 20. 909.

Der Rat zu Lüneburg beurkundet, daſs Nikolaus Hoyke dem Abt Herbord von Reinfeld einen halben Wispel Salz aus der Lüneburger Saline erblich verkauft hat.

Nos Consules Ciuitatis Luneborch. Albertus de molendino. Hermannus hoth.‖ Borchardus de luchou. Hartuicus de salina Eylemannus bene. Nycolaus hoyke.‖

Iohannes dicke. Thitmarus zabel. Hinricus de molendino. Thidericus schiltsten‖ Iohannes de molendino. Ghiselbertus lubberstede. Tenore presencium publice protestamur‖ quod Nicolaus hoyke inter nos numeratus. de consensu heredum suorum. ex certa sci‖entia vendidit. iuste vendicionis tytulo. Religioso viro. Domino Herbordo ab‖bati in Reyneuelde. et suo conuentui. dimidium chorum salis quolibet flumine. in sali‖na Luneborch. in domo vdinge, in wechpanne ad sinistram manum. cum‖ ingreditur ipsa domus. iure hereditario perpetuo possidendum. Datum sub‖ nostro sigillo. Anno domini. M°. CCC°. XXX quinto. In vigilia sancti Thome apostoli.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel am Pergamentstreifen.

1335. 910.

Heinrich, Arnold und Marquard von Bocholte verpfänden den Zehnten von $3^{1}/_{2}$ Acker Landes der Frau Gisela von Brook, Witwe Georgs des Jüngeren von Hitzacker, für 11 Mark Hamb. Pf.

Nos Hinricus arnoldus et marquardus dicti de bocholthe Tenore presencium Recognos‖cimus et testamur, quod nos vnanimi consensu obligauimus Decimam $III^{1}/_{2}$‖ frustorum Discrete domine Gislen de pallude relicte domini Georgii de Hidzackere‖ Iunioris pie memorie necnon filiis eius georgio et georgio pro XI marcis Hamburgensium denariorum‖ a festo sancti Iohannis baptiste indissolubiliter ad duos annos continuos obtinendam. quibus‖ elapsis si nos predicti fratres dictam decimam redimere voluerimus hoc ipso die sancti Iohannis baptiste uel‖ ante debebimus predicte domine uel suis filiis intimare quod si non fecerimus sepedictam dominam‖ et sui filii predictam decimam in annum subsequentem sicut prius totaliter obtinebunt In‖ Cuius testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa Datum Clindesmore anno domini‖ M° CCC° XXXV.

Original im Hamb. Archiv. Drei Siegel an Pergamentstreifen.

[1335.] 911.

Johann, Graf von Holstein, Stormarn und Hauptmann von Seeland, zeigt den Bewohnern der Litlæhæræth *an, daſs die Mühle in* Thorslundæ *dem Peter Nielsen zugesprochen ist.*

Iohannes dei gracia comes holzacie ac stormarie syællendieque Capitaneus Placitum litlæhæræth visi‖tantibus. salutem et graciam. Noueritis quod nos Exhibitori presencium Petro niclæsson molendinum thors‖lundæ situm. hemmingo peterson. per petrum snubbæ. patrem vxoris. dicti petri nioclæsson impigne‖ratum. et per iudicia placiti vestri generalis. ipsi petro niclæsson adiudicatum. perpetuo possidendum‖ Quarto adiudicamus per presentes. Precipue tamen dictus Petrus. Pecuniam. pro qua dictum molen‖dinum. impignoratum erat, In placito vestro et in placito generali. in debito solucionis termino‖ pro Eodem molendino redimendo pluries Exhibuerat, et Eandem sub discretorum testimonio‖ Posuerat In sequestro. Datum Roskildis Teste domino Ebbone Clerico nostro dilecto.

*Original (?) auf der Universitätsbibliothek zu Kopenhagen. Keine Spur eines Siegels. Reg. Dan. *1653. s. *1654.*

1335(?). 912.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, Hauptmann von Seeland, zeigt den Bewohnern der Sæmæhæræth *an, daſs er dem Domherrn Jakob Martenson in Ræskilde ein strittiges Bool Landes zugesprochen hat.*

Iohannes dei gracia comes holtzacie et stormarie capitaneus syællendie sæmsæhærsæth inhabitantibus‖ salutem et graciam. Noueritis quod nos vnum bool terre in guthsænsyo litlæ quod vocatur øthæbool‖ quod dominus Iohannes sywndæson de oræthorp Martino ionæsson Ciui roskildensi, prius vna cum‖ alio dimidio bool ibidem habente edificia. pro sexcentis marchis denariorum, impignerauit, statuto‖ que inter eos termino, per dominum Nicholaum Ranæ in presencia domini erici quondam Regis da‖norum illustris, integraliter est[1]) redemptum quod quidem øthæbool dictus dominus Iohannes, prenominato‖ martino ioonson, necessitate sua exigente, secunda vice pro trecentis quinquaginta marchis‖ denariorum syællendensium inpignerauit[2]) iuxta condiciones in litteris suis contentas, que wilchor dicuntur, in veram‖ possessionem eidem martino ioonson deuolutum, erat[3]) quod quidem bool[4]) supradictum‖ domino Iacobo martensen canonico roskildensi, postea[5]) in patrimonium suum iusto titulo deuenit.‖ Eidem domino Iacobo martensen, iure perpetuo possidendum,[6]) adiudicamus[7]) per presentes, Mandan‖tes familie in eisdem bonis residenti, vt dicto domino Iacobo de fructibus eorundem‖ respondeat, et nulli alii quoquo modo, datum roskildis,[8]) teste marquardo de stouæ.

[1]) *übergeschrieben.* [2]) *übergeschrieben; 2. und 3.:* et. [3]) *auf Rasur.* [4]) *2. und 3.:* othæbool. [5]) *übergeschrieben.* [6]) *2.:* iam secundo, *3.:* iam tercio. [7]) *3.:* adiudicata. [8]) *2. und 3.:* teste domino Ebbone clerico nostro dilecto.

Original in drei Ausfertigungen auf der Universitätsbibliothek zu Kopenhagen, alle drei mit Siegelstreifen. Reg. Dan. *1663.

1336. Jan. 5. **913.**

Das Kloster Neumünster oder Bordesholm einigt sich mit der Stadt Kiel über die Rechte an der Pfarrkirche.

Omnibus presencia visuris seu audituris. Hinricus Prepositus Eghardus prior. Totusque conuentus Monasterii Nouimonasteriensis. alias in Bordesholme. Bremensis Diocesis. Salutem in domino‖ sempiternam. Quoniam sapientum et bonorum inter est hominum et precipue talium qui presunt aliis doctrina et exemplo ea que pacis sunt et concordie semper cogitare. et ad dei culturam augmentandum continuis la‖boribus insudare. Hinc est quod tenore presencium lucide protestamur et recognoscimus. quod ad conseruandam amiciciam quam contraximus cum honorabilibus viris dominis . . Consulibus Kylonensibus. cum ad eos et Ecclesiam nostram‖ kylonensem intrauimus. nomine nostro. nostrique monasterii. et omnium successorum nostrorum cum eisdem. in presencia domini nostri Comitis Iohannis et de consensu suo. et[1]) concordati sumus in hunc modum. videlicet. quod ipsis vnum de nostro Conuentu‖ solummodo in vicerectorem nostre kylonensis Ecclesie. quemcumque ipsi voluerint deputabimus. qui duos seculares capellanos. et vnum equum. ad vsus parrochianorum semper et continue in expensis teneat. Et non‖ debent plures de nostris in dicta Ciuitate kylonensi residere, nisi vnicus solus vicerector. Nec debemus conuentum ibidem facere. nec aliqua edificia in dote dicte Ecclesie nostre, aut[2]) alibi‖ in dicta Ciuitate kylonensi pro Conuentu aut Monasterio habendo quocumque futuro tempore erigere. uel edificare. contra voluntatem dictorum consulum et[3]) suorum successorum. Sit eciam in potestate dictorum Consulum‖ Iuratos Ecclesie ponere et deputare qui presint edificiis Ecclesie. Altaria quoque et capellas vbi eis placuerit construant et erigant ad honorem dei absque requisicione nostra. oblaciones eciam tributorum‖ libere percipiant prout consueuerunt. fundent eciam vicarias in dicta ecclesia dicti Consules ad libitum sue voluntatis. Volumus eciam ipsis adherere in omni defensione iuris sui. et

conseruare eos‖ in omni antiquo iure prout antiquitus in primeua fundatione Ecclesie et ante introitum nostrum habuerunt. Et numquam ipsis preiudicari debeat, vel esse dampnosa acceptacio‖ nostra dicte Ecclesie nostre kylonensis. In quorum omnium et singulorum testimonium. Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Kyle Anno[4]) domini Millesimo Trecentesimo. Tricesimo [Sexto]‖ in vigilia Epiphanie. Presentibus strennuis viris dominis Iohanne de Godendorp. Nicolao de Reuentlo.[5]) Marquardo Broktorp. Iohanne de kyle.[6]) militibus‖ Marquardo de Emeze. et Marquardo de Godendorp armigeris. et pluribus aliis fide dignis.

[1]) *Cop. Bord.:* suorum. [2]) *Cop. Bord.:* nec. [3]) *Cop. Bord.:* aut. [4]) *Cop. Bord.:* Anno Natiuitatis eiusdem. [5]) *Cop. Bord.:* Iohanne de reuetlo. [6]) *Cop. Bord.:* Iohanne kil.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig, am Rande beschnitten. Zwei Siegeleinschnitte. Westfalen II. 126.

Cop. Bordesh. fol. 104a mit der Überschrift: Copia ex quadam copiali exemplari vetusto quorundam priuilegiorum per nos kilone sigillatorum per fratrem Iohannem meyer reperto, quorum transsumpta triplicia habent, vnum sub sigillo episcopi lubicensis. Aliud sleswicensis episcopi. 3m sub sigillo consulatus lubicensis. Hec tria coram venerando primo patre nostro Andrea lår de molenbeke Astante sibi preposito antiquo fratre Iohanne reborch et procuratore nostro paulo in opido kil consulatu ibidem kilonensi presente sunt producta, vno ad manus memorati patris tradito, 2o fratris Iohannis reborch, 3o per prothonotarium lecto sub vno tenore verborum sonancia ac prout sequitur concordancia, Verum autem originale pro tunc ostensum non fuit Hec omnia sicut a memoratis tribus audiui ita certe tradidi ut ex hoc posteri certificentur.

Am Rande: Anno domini 1490.

1336. Jan. 6. 914.

Ekemann, Ritter von Otzehude, verkauft dem Knappen Heinrich von Helle eine Hufe und ein Viertel im Dorfe Pynestorppe *für 32 Mark.*

Vniuersis presencia visuris seu audituris Ekemannus miles de otzehude. In domino salutem sempiternam Tenore presencium.‖ lucide profiteor et protestor. me discreto et honesto. famulo hinrico de helle ostensori presencium. suisque veris heredibus.‖ bona mea. scilicet. vnum mansum. et vnum quartale. in villa pynestorppe situm. cum omni iuridictione et vniuersis suis perti‖nenciis rite et racionabiliter pro XXXIIa marcis vsualis monete vendidisse. et cum bono arbitrio et voluntate mee.‖ vxoris qualibet condicione mei fratris borchardi. postposita et amota. dimisisse pacifice perfruenda pro me et meis here‖dibus et quite fide mea super hoc prestita corporali. Ceterum enim promisi per presentes et promitto Iudicium supra talia bona‖ cum per ipsum. hinricum requisitus fuero. A Nobili viro. Domino Gher[ardo] Comiti. holtzacie absque aliqua contradictione ad manus‖ suas et suorum heredum ordinare concedenda In cuius Rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum Datum‖ ytzeho Anno domini M°. CCC°. XXXVI° ipso die Epiphanie domini.

Original im Archiv des Klosters Itzehoe. Ein Siegel am Siegelstreifen. Zeitschrift Bd. VIII. Repertorien S. 4 Nr. 19.

1336. [Jan. 18.] 915.

Verkauf des Dorfes Johannisdorf.

Uniuersis ad quos p....... miger. salutem in domino cum notitia veritatis. Ad ..... ciam cupio peruenire protestans‖ euidenter me de con ..... omnium quorum intererat beneplacito et voluntate, rite et r ... vendidisse in perpetuum. et coram‖ nobili domino meo domino Alb ..... stocensi, legitime

resignasse, Discretis viris Bodoni et Sifridi fratribus dictis de Bernewic, Iohanni‖ witten et Thidemanno de So.....ssariis. Gerlaci de Castorpe felicis recordationis, Ciuis ibidem .. tinentibus et recipientibus pro se et illis‖ in quos transtulerint in futurum villam ..... iuxta stagnum Dartzowense situatam, Dyocesis Raceburgensis, habentem nouem mansos, quorum Gode Iohan colit‖ duos annuatim soluentes redditus sex marcarum denariorum, et de molendino confracto, ac piscaria seu stagno sue Curie adiacenti, viginti solidos denariorum, Hermannus‖ iuxta valuam et Radeko ambo simul colunt tres mansos, quolibet vtrorumque Colonorum annuatim viginti quatuor solidos denariorum exsoluente, ac nichilominus domino Episcopo‖ Raceburgensi prestante decimam suam annualem, Hermannus trepetowe duos mansos colit, de quibus dabit sex marcas denariorum, et Iohannes buse colit duos mansos, sol‖uentes eciam sex marcas denariorum annuatim, monete videlicet per omnia lubicensis pro precio Trecentarum et quinquaginta sex marcarum, eorundem lubicensium denariorum michi in‖ numerata pecunia integraliter solutarum, et in vsus meos necessarios conuersarum. Qua quidem villa dicti emptores et hii in quos translata fuerit per eos, vti debent‖ pacifice et libere, cum omnibus suis attinenciis, Campis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lignis, rubetis, virgultis, aquis, aquarumque decursibus.‖ stagnis, instagnacionibus, molendinis, et molendinorum instagnacionibus, aggeribus, viis et inuiis, exitibus, et regressibus, terminis et terminorum distinctionibus, prout ipsa villa‖ nunc iacet, et cum omnibus iuribus, iudiciis, supremis et infimis, et iudiciis omnibus intermediis, necnon cum omni Ecclesiastica libertate,et perpetua proprietate, commo‖ditate, vtilitate et plane cum omnibus et singulis condicionibus sicut ea actenus perfruebatur. ac specialiter cum libertatibus per pretactum magnificum dominum meum. dominum‖ .. Magnopolensem ex sui ipsius interesse adiectis. Habebunt eciam hiidem Emptores vel eorum heredes aut sequaces, plenam et liberam postestatem, transferendi quamcumque‖ alienacionem decreuerint predictam villam cum omnibus pertinenciis suis et omnibus iuribus in Ecclesia, monasteria, vel vicarias, in quascumque personas, sublimes vel‖ humiles, Ecclesiasticas vel seculares, secundum beneplacitum eorundem, faciendi et dimittendi cum sepedicta villa et suis pertinenciis. eorum propria auctoritate, absque‖ meo et meorum heredum, seu cuiuslibet alterius nouo consensu, in posterum requirendo et in perpetuum, quicquid velint, Promittens bona fide pro me et meis heredibus‖ ac successoribus vniuersis. dictis Emptoribus et eorum heredibus veris, stipulantibus et recipientibus, litem vel controuersiam aliquam, eis ac eorum successoribus de dictis‖ bonis ac eorum attinenciis, iuribus, et libertatibus vel aliqua eorum parte nullo tempore inferre, nec inferenti consentire, sed ea ipsis eorumque heredibus ac successoribus‖ tam in proprietate quam in possessione cum libertatibus et condicionibus suprascriptis, ab omni persona legitime defendere, aucto ..... re et disbrigare, Renuncians‖ nichilominus excepcioni doli mali beneficio restitucionis in integrum, et omni alteri iuris aut facti auxilio, quod contra premissa .. aliquo eorum posset obici‖ vel opponi, Pro quibus omnibus et singulis .... labiliter seruandis vna mecum insolidum firmiter promiserunt. honorabiles viri Hinricus de Plesse‖ et Iohannes de Plesse milites. Bertrammus kule et Hartwicus kule armigeri, quorum sigilla vna cum meo sigillo ..... ent appensa, in maiorem‖ certitudinem et cautelam. Actum ..... llesimo, Trecentesimo, Tricesimo sexto in die beate ..... is martyris.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig, stark beschädigt. Siegel beiliegend, fragmentarisch mit grüner Schnur. Rote Siegelschnur. Sudendorf, U. B. VIII. 79. s. Meckl. B. U. VIII. 5642.

1336. Jan. 18. 916.

Albrecht, Herr von Mecklenburg, Stargard und Rostock, verkauft das Dorf Johannisdorf.

In nomine domini amen. Albertus dei gracia Magnopolensis, stargardensis et Rostocensis dominus, Vniversis ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino sempiternam.‖ Ad perpetuam rei digne geste, presencium et futurorum memoriam deducimus per presentes, nostrum fidelem Iohannem dictum kulen, filium Bertrammi kulen quondam militis,‖ de nostro et heredum suorum, ac omnium quorum intererat beneplacito et consensu, rite et racionabiliter vendidisse, dimisisse, et cessisse prouidis viris, Bodoni et Sifrido fratribus‖ dictis bernewich, Iohanni dicto wittene, et Thidemanno de Sost, Ciuibus lubicensibus, procuratoribus Gerlaci de Castorpe felicis memorie, Ciuis ibidem, ementibus et re‖cipientibus pro se et illis, in quos transtulerint in futurum, villam Iohannestorpe, sitam in parrochia Dartzowe, Raceburgensis dyocesis, optinentem nouem mansos, quorum Godeiohann colit duos mansos, annuatim soluentes redditus sex marcarum denariorum lubicensium, et pro molendino confracto ac piscaria seu stagno sue curie adiacenti viginti solidos‖ denariorum, hermannus iuxta valuam et Radeko colunt tres mansos de quibus quilibet ipsorum soluet annuatim viginti quatuor solidos denariorum, et domino Episcopo Raceburgensi annuam suam‖ decimam, Hermannus trepetowe duos mansos colit, de quibus dabit sex marcas denariorum, Iohannes buse colit duos mansos soluentes, eciam sex marcas denariorum annuatim, monete‖ scilicet per omnia lubicensis, et hoc pro precio Trecentarum et quinquaginta sex marcarum, eorundem denariorum lubicensium eidem nostro fideli numeratarum, et integraliter persolutarum, prout‖ coram nobis publice est confessus, Qua quidem villa dicti emptores, et hii in quos translata fuerit per eos perfrui debent, pacifice et libere, absque omni obstaculo, cum omnibus‖ suis attinenciis, Campis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lignis, rubetis, virgultis, aquis aquarumque decursibus, stagnis, instagnacionibus, molendinis, molen‖dinorum instagnacionibus, aggeribus, viis et inuiis, exitibus et regressibus, terminis et terminorum distinctionibus, vt nunc ipsa villa iacet, et cum omnibus iuribus, Iudiciis, supremis et‖ infimis et iudiciis omnibus intermediis necnon cum omni ecclesiastica libertate et perpetua proprietate, commoditate, vtilitate, et emolumentis omnibus libertata a nobis et nostris heredibus‖ et successoribus ab omni homagio et vasallatu, et ab omni iure seruitutis ac vectigalis et exactionis seu prestacionis onere emancipata, et exempta de vexacionibus borchwerk‖ et bruowerch, et gwerrarum expedicione, excepto duntaxat, quando ingruente communi necessitate hostili, populus ad defensionem terre fuerit communiter euocatus, Habebunt eciam prefa‖ti emptores et eorum sequaces, plenam auctoritatem quandocumque et quociens-cumque decreuerint, statuendi in dicta villa aduocatum sibi aptum, qui omnes et singulas causas iudi‖cabit et puniet secundum transgressorum merita, nobis et nostris aduocatis minime requisitis. Insuper dictus noster fidelis predicta bona vendita . . . premittitur, cum omnibus suis heredibus et cum‖ omnibus quorum intererat coram nobis legitime resignauit antedictis emptoribus, et renuncciauit, omni suo iuri. et propriet . . . . . ecima in hiis bonis actenus habitis et‖ habendis in futurum, Re . . . uit eciam omni actioni et exceptioni doli mali et precii non numerati non soliti et . . . . . ris et facti auxilio quo premissus contractus posset‖ quomodolibet imped . . . . . na fide, quod ea bona debeat dictis emptoribus et eorum sequacibus, a cuiuslibet hominis et vniuersitatis impeticione

defendere et disbrigare, et‖ habere omnia et singula . . . . . ata et firma, nec contra facere vel venire de iure vel de facto, publice vel occulte, Et nos de consilio et consensu nostri karissimi fratris‖ domicelli Iohannis nostror . . . . . iariorum et fidelium, hec omnia premissa et quodlibet premissorum ratum et gratum habentes. dicta bona cum omni iure et singulis prenotatis con‖dicionibus, sepetactis emptoribus conferimus ea tenendi et possidendi, et habendi plenam auctoritatem ea vendendi, donandi, alienandi et transferendi in personas quascumque‖ ecclesiasticas vel seculares, . . . instaurandi inde beneficium vel beneficia ecclesiastica et quocumque modo alio ordinandi cum eis, quicquid eis, et eorum successoribus videbitur expedire,‖ Huius rei testes sunt nostri fideles, Nycolaus de helpede, Hinricus de plesse, Iohannes de plesse milites, Bertrammus kůle famulus et quamplures alii Clerici et Layci, fi‖de digni, Ad pleniorem . . . . . euidenciam premissorum presens scriptum nostro sigillo fecimus firmiter roborari, Datum wismarie, anno domini. Millesimo Tricentesimo, Trice‖simo sexto In die . . . Prisce virginis.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Grün-rote Siegelschnur. s. Meckl. U. B. VIII. 5643.

1336. Jan. 28. **917.**

Waldemar, Herzog von Jütland, befiehlt, daſs die auf Geistliche vererbten Grundstücke in Schleswig schoſspflichtig seien, gleich dem übrigen städtischen Grundbesitz.

Omnibus presens scriptum cernentibus. waldemarus dei gracia dux Iucie, salutem in domino sempiternam, Interest principis suorum subditorum‖ intendere utilitati et de dampnis sibi et suis iminentibus in quantum potest precauere, Hinc est quod dilecti consules nostri sleswicenses nobis‖ multociens sunt conquesti proponendo. quod filii ciuium sleswicensium infra sacros ordines et sub imunitate Ecclesie Existentes de‖ bonis suis in Ciuitate sleswicensi sitis que ad eos per mortem suorum parentum iure hereditario deueniunt et deuenerunt ipsos consules ad contribucionem quod dicitur skooth et alia seruicia nobis inpendenda a tempore dilecti patris nostri domini Erici bone memorie vsque in hodiernum diem non adiuuarunt nec velint adiuuare, quamuis per ipsos consules ut hoc facerent sepius sunt ammoniti et Requisiti, Vnde non solum ipsi consules et alii ciues sleswicenses aggrauantur. ymmo nobis et successoribus nostris qui pro tempore fuerint inde dampnum grauatur, Nos igitur super hoc habito tractatu cum diligencia cum nostris dilectis et fidelibus consiliariis statuimus et volumus discernentes ut predicti clerici filii ciuium sleswicensium de bonis suis hereditariis in Ciuitate sleswicensi vel extra ciuitatem in suburbio sitis contribucionem vna cum predictis consulibus decetero faciant et persolvant, In cuius Rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum gottorp anno domini. M°. CCC°. XXX°. sexto proxima dominica ante purificationem beate virginis gloriose.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel an seidener Schnur. Reg. Dan. 2132.

1336. Febr. 2. **918.**

Junker Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, beurkundet, daſs der Hamburger Bürger Gottfried Vifporting die Einkünfte von 18 Mark

weniger 18 Pf. Hamb. Geld aus dem Riep in Sommerland an Dietrich auf dem Pferde verkauft hat.

Adolfus Domicellus, dei gracia Comes Holtzacie, Stormarie et Schowenborg;‖ Vniuersis ad quos in perpetuum presencia peruenerint, Salutem in domino, Nouerint vniuersi‖ quod constitutus in nostra presencia Godfridus dictus vifporting, Ciuis Hamburgensis, cum consensu suorum heredum vendidit et resignauit, dilecto nobis Thiderico dicto vppenperde‖ Ciui eciam Hamburgensi, Redditus octo marcarum, denariorum hamburgensium, preter‖ decem et octo denarios, sitos in Somerlande, in loco dicto vppeme ripe,‖ tollendos de Grunthure, cum omnibus iuribus, proprietatibus, prouentibus et condi‖cionibus, quibus nos eosdem redditus, prefatis Godfrido et suis heredibus‖ vendidimus, et que in nostris litteris super hoc confectis plenius sunt expresse. Huius‖ rei testes sunt valentes viri, Richardus dictus Post, Miles, Hinricus‖ senior. et Hinricus iunior de welsede, armigeri, vasalli nostri et plures‖ alii fidedigni. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum‖ Hamborch, anno domini. Millesimo. CCC⁰. XXX⁰. Sexto. In festo purificacionis beate‖ marie virginis gloriose.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen.

1336. Febr. 4. 919.

Die Knappen Johann und Timmo von Smalenstede einigen sich mit dem Kloster Neumünster über die Grenze zwischen den Dörfern Alt-Söhren und Schmalenstedt.

Omnibus presencia visuris seu audituris. Iohannes et Tymmo famuli dicti de smalenstedhe Salutem in domino. Ad noti‖ciam presencium et futurorum perueniat quod orta dissencione inter religiosos viros et dominos . . prepositum et conuentum‖ ecclesie nouimonasterii et nos super quibusdam terminorum distinctionibus inter villas oldensorne et smalenstedhe‖ congrediencium. cum consensu vickonis et nicolai fratrum ceterorumque amicorum nostrorum In hunc modum amicabiliter concordamus‖ Ita videlicet quod predicti domini instangnacionem riui qui dicitur kalbeke in latum longum et profundum quousque terminos‖ siue campum ville nygensorne attigerat liberam. optinebunt. Omneque spacium humidum uel siccum quod predicta in‖stangnacione tetigerit eisdem dominis liberum et proprium imperpetuum permanebit. Si vero predicti domini a quoquam amicorum uel po‖sterorum nostrorum instanciam uel contradictionem super predictis vnquam sustinuerint nos et heredes nostri disbri‖gare volumus et debemus. In cuius rei euidens testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno‖ domini Millesimo tricentesimo XXXVI⁰. in crastino purificacionis beate marie uirginis.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegel an Pergamentstreifen. Cop. Bordesh. fol. 37 a. Westfalen II. 131.

1336. Febr. 14. 920.

Ritter Nikolaus von Krummendiek beurkundet, daſs Johann, Pfarrer, und der Geschworene der Kirche zu Aspe die Mühle zu Rulo *und eine Hufe daselbst vom Ritter Hartwig Busche erworben haben.*

Discretorum humane sanguinitatis prouidentia circumspecta constituit, ut per praesentia litterarum sigillorumque instrumenta acta praeterita memorabiliter observentur. Ad noticiam ergo praesentium et futurorum perveniat, me Nicolaum

militem, dictum de Crummendike, supra molendinum in Rulo et mansum unum ibidem, quem dominus Iohannes nunc plebanus et iuratus parochialis ecclesiae in Aspen cum lignis, pascuis et omnibus suis adiacentiis ab Hartwico milite dicto Buschen de elemosynis parentum meorum emendo comparaverunt, iudicium maius et minus a nobili viro, domino meo, comite Gerhardo, ad usus praedictorum, videlicet plebani et iuratorum, qui pro tempore fuerint, in vero feudo recepisse, de cuius molendini praedicti redditibus plebanus cuilibet sacerdoti, qui in missis et vigiliis in anniversario patris mei dilecti Nicolai militis praesens fuerit, solidum unum et campanario sex denarios ministrabit. Praedictum vero iudicium ego et heredes mei seu filii filiorum meorum pro parentum et animarum nostrarum remedio ad usus praedictorum sicut propria nostra bona in perpetuum seruabimus. In cuius rei euidens testimonium sigillum fratris mei Hartwici militis cum meo praesentibus est appensum. Datum anno domini 1336 in die Valentini martyris.

Archiv für Staats- u. Kirchengeschichte IV. S. 434 nach einer noch nicht wieder aufgefundenen Kopie. Noodt, Beiträge II. S. 90.

1336. Febr. 22. 921.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, überläfst an Frau Gertrud, Witwe des Hamburger Bürgers Johann vom Berge, und ihre Söhne Heinrich und Daniel eine Rente von einem Wispel Weizenmalz aus der oberen Mühle zu Hamburg.

In nomine domini amen. Eiusdem gracia Iohannes Comes Holtzacie et Stormarie etc. Vniuersis in perpetuum presencia visuris.‖ in omnium saluatori salutem. Dignum et debitum nostre dominacionis exigit, ut fideles nostros respiciamus muneribus‖ gracie specialis. et illos potissime qui apud Nos vberiorem graciam suis obsequiis et beneficiis meruerunt.‖ Noscat igitur felix etas presencium et prospera successio futurorum. quod Nos ex sufficienti deliberacione et fidelium consiliariorum‖ nostrorum maturo consilio propter multimoda seruicia nobis per Iohannem de monte iuniorem quondam Ciuem nostrum‖ in Hamborch bone memorie sepius exhibita fideliter et impensa, necnon propter merita probitatis domine Ghertrudis‖ dicti Iohannis Relicte, damus et in hiis scriptis dimittimus eidem Ghertrudi, ac Hinrico et Danieli ipsorum filiis‖ necnon eorum heredibus natis et perpetuo nascituris, Redditus vnius Chori triticei brasii annis singulis et‖ statutis temporibus ex molendino superiori Ciuitatis nostre Hamburgensis, iure hereditatis et proprietatis tollendos‖ et in perpetuum pacifice possidendos. Quos quidem redditus Hinricus Møtemeduuele miles, et Iohannes filius‖ sui fratris, quondam a domino Gherardo patre nostro bone recordacionis, Comite Holtzacie et Stormarie nobili,‖ possederant titulo pheodali. Transferimus igitur in dictos Ghertrudim, Hinricum et Danielem, ac ipsorum heredes‖ natos et perpetuo nascituros, necnon in omnes et singulos, ad quos per hereditariam successionem, vendicionem‖ donacionem, obligacionem vel per quamlibet aliam disposicionem dicti Redditus deuoluti fuerint, omne ius,‖ quocumque nomine censeatur quod nobis ac nostris heredibus ac in perpetuum successoribus competere posset in‖ Redditibus supradictis, Arbitrantes nichilominus in hiis scriptis et fideliter promittentes pro nobis ac nostris‖ heredibus et in perpetuum successoribus quod omnes et singuli supradicti, ad quos dicti Redditus fuerint ut premittitur‖ deuoluti, cum eisdem redditibus facere poterunt quod sue voluntati placuerit, nobis ac nostris heredibus‖ et Successoribus minime requisitis. Volumus insuper omnibus

et singulis dictorum Reddituum possessoribus‖ presentes litteras suffragari. Huius rei testes sunt valentes viri. Nycolaus et ywanus de Reuentlo milites‖ Bertrammus Cremon prothonotarius noster, Iohannes Hummersbutle vasallus noster, et Longus Beyenvlete ad‖uocatus noster et plures alii fidedigni, In cuius rei testimonium Sigillo nostro iussimus presencia roborari. Datum‖ Plone Anno Domini. Millesimo. CCC°. Tricesimo Sexto. In festo Cathedre beati Petri apostoli.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen an grüner Schnur.

1336. März 8. **922.**

Das Kloster Jasenitz beurkundet seine Unterwerfung unter das Kloster Neumünster.

In nomine domini amen. vniuersis cristi fidelibus presencia visuris seu audituris‖ Erthmarus dei gracia prepositus. Symon prior. Iohannes de lubeke Hartwicus de lubeke. Hinricus de tempelin‖ Iohannes de bruneswich. Gherardus de griphenhaghen. vredehelmus. scrithenberch. Iohannes barẘt.‖ Arnoldus de vico. Iohannes scotdorp presbiteri totusque Conuentus canonicorum regularium ordinis sancti‖ augustini Montis sancte marie in Iasenitze Caminensis diocesis. Salutem in domino sempiternam: Racionabiliter a posteris seruabitur quidquid a predecessoribus salubriter ordinatur. Hinc est quod ad no‖ticiam illorum quorum interest uel interesse poterit cupimus peruenire. quod nos fraterne dilectionis et obediencie‖ maioris fructus et merita. cum commodis et vtilitatibus acquirere cupientes. monasterium nostrum. personas‖ et res. Honorabilibus viris dominis. preposito et conuentui in nouomonasterio ordinis supradicti Bremensis‖ dyocesis patrum et predecessorum nostrorum vestigia secuti. voluntarie subiecimus et subicimus inperpetuum per‖ presentes presertim cum venerabilis patris et domini. domini frederici Episcopi diocesani nostri. Conradi prepositi. totiusque‖ Capituli Caminensis ecclesie voluntas ad hoc accesserit et consensus et eandem auctoritatem quam mater‖ ecclesia super filiam ecclesiam habere dinoscitur eosdem prepositum et conuentum super nos et monasterium nostrum‖ habere recognoscimus et presentibus protestamur. Cum autem visitacio nostri monasterii seu personarum eidem preposito‖ in nouomonasterio qui pro tempore fuerit a supradictis dominis Episcopo et capitulo inperpetuum sit commissa. Nos‖ in potestate eiusdem domini prepositi relinquimus. ut pensatis ecclesie nostre facultatibus in eadem constituat nu‖merum personarum. Preterea mutaciones uel transposiciones earundem ad suam ecclesiam uel ad alia‖ loca in quibus canonici sue ecclesie seu nostre esse uel stare consueuerunt secundum sue discrecionis‖ arbitrium ordinentur. Ita tamen quod persone nostre sic transposite uel vocate eisdem iuribus et commo‖dis quibus sue nisi fuerint penitentes in victu gaudeant et vestitu. Dormitorium. Refectori‖um. Capitolium. Oratorium. cum suis canonicis frequentantes. Statutum autem numerum‖ in missione personarum non excedet. Ita videlicet. ut quot personas de ecclesia nostra vocauerit. tot de ec‖clesia sua et non plures remittat. et quod de ecclesia sua miserit. tot de nostra reuocet econuerso. cum‖ sibi potestas equalis in hoc casu in ambabus ecclesiis relinquatur. verum si necessitas uel vtili‖tas personas vltra numerum statutum transponere uel mittere cogerit uel suadebit nisi prius noster‖ requiratur et detur consensus nullatenus attemptetur. Persone autem transposite uel transmisse erunt sub‖ illius ecclesie ad quam mittuntur uel vocantur obedientia prelatorum. Si uero mutabuntur in alia eccle‖sia perpetuo permansure. ab

obediencia prioris prelati debent absolui et alterius alligari. Peni‖tentes autem nunquam nisi in grauioribus culpis uel grauissimis et si in ecclesia, propria sine scandalo uel‖ detrimento corrigi non poterunt transmittantur. cuius scandali uel detrimenti examen et iudicium discre‖tioni et arbitrio solius visitatoris est cum gracia facienda penitentibus relinquendum. Ceterum cum‖ sepedicto domino preposito visitatori nostro racione subiectionis seu visitacionis de nobis et ecclesia nostra‖ debeat esse curȧ dignum duximus et presentibus arbitramur. vt deinceps et inperpetuum nulla per‖sona in nostrum recipiatur Collegium. eligatur uel postuletur prelatus. nullaque bona alienentur. nisi‖ suum super eo requiratur consilium et consensus. Preterea litteras confederacionis alias super religiosis‖ obseruantiis et obligacionibus aliis datas desideramus et volumus in sue firmitatis robore iugiter‖ permanere. Et ut singula firmiter perpetuis temporibus obseruentur. predicta conscribi et sigillis‖ nostris fecimus communiri. Datum et actum in nostro monasterio supradicto. An‖no domini. Millesimo. Trecentesimo. Tricesimo. sexto. feria sexta ante Letare.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei Siegelstreifen. Westfalen II. 123.

1336. April 14. **923.**

Der Knappe Lambert Struz verkauft dem Hamburger Kapitel für 20 Mark Hamb. Pf. 5 Scheffel Weizen Rente aus dem Dorfe Jenfeld im Kirchspiel Rahlstedt.

Omnibus presens scriptum uisuris seu audituris. Ego Lambertus dictus struz famulus cupio notum esse. quod de heredum meorum consensu. vendidi ac dimisi. honorabilibus uiris dominis . . preposito . . decano et Capitulo ecclesie hamburgensis ad vsus memorie domini leonis quondam prepositi hamburgensis. pro viginti marcis denariorum hamburgensium. michi integraliter persolutis. quinque modiorum siliginis redditus. in villa Geleuelde. sita in parrochia radoluestede. de manso quem abele uidua nunc colit. in festo beati martini. in ciuitate hamburgensi annuatim percipiendos in perpetuum et habendos. Quos quidem modios siliginis. si cultor dicti mansi dicto termino non dederit. prefati domini habebunt liberam potestatem recipiendi pignora sufficiencia pro eisdem. Ceterum in hiis scriptis data fide promitto quod nullo vmquam tempore. per me siue alios. publice uel occulte prefatos dominos in dicto manso impediam quoquo modo. nec colonum eiusdem mansi grauabo et eundem mansum si inbrigatus fuerit. debeo penitus disbrigare. De speciali uero gracia et fauore a dictis dominis obtinui. quod dictos quinque modios siliginis infra decem annos continuos. ego et heredes mei reemere poterimus pro pecunia memorata. infra quos si defectus fuerit in dictis quinque modiis siliginis. tunc ego et heredes mei supplere volumus et debemus. et nos Iohannes hummersbutle. make struz et make rauen famuli. fratrueles dicti Lamberti. vna cum ipso et pro ipso ac ipsius heredibus promittimus in solidum data fide. quod ipse et heredes sui omnia et singula premissa in perpetuum inuiolabiliter obseruabunt. et si quod absit ipse uel heredes sui in parte uel in toto contra uenerint uel fecerint, ex tunc ipse uel heredes sui. ac nos. infra octo dies postquam requisiti fuerimus. ciuitatem hamborch intrabimus. nunquam exituri. nisi prius dictis dominis de premissis fuerit plenius satisfactum. Hoc adiecto quod ego Lambertus uel heredes mei. vno compromissorum meorum decedente. alium equiualentem in locum defuncti infra vnius mensis spacium. tenebimur subrogare.

In cuius rei euidens testimonium. sigillo mei Lamberti et dictorum compromissorum meorum sigillis presentes littere sunt munite. Datum hamborch. Anno domini. M°. CCC°. XXXVI. dominica. Misericordia domini.

Lib. cop. Cap. fol. 133a im Hamb. Archiv.

1336. Mai 1. **924.**

Das Domkapitel zu Ratzeburg löst Burg- und Brückenwerk zu Ratzeburg von den Dörfern Sülstorf, Thandorf und Groß-Mist ab mit Hebungen aus Ratzeburg und anderen Diensten.

Nos dei gracia Eghardus prepositus. Iohannes. prior. Totusque Ecclesie Raceburgensis Capitulum presentibus publice recognoscimus et lucide protestamur. Quod postquam villas et bona‖ scilicet tzulestorpe. Tanendorpe et maiorem miszte ab illustri principe Domino Erico duce Saxonie emimus et racionabiliter comparauimus, secundum quod priuilegia super hoc‖ edita et confecta lucidius edocent et declarant redditus et Seruicia deputata ad pontem Raceborch quod bruchwerc dicitur et ad castrum quod borchwerch wlgo‖ nominatur de consensu et voluntate dicti domini Erici ducis Saxonie in alios redditus decreuimus commutare. videlicet quod magister pontis qui pro tempore ponti prefuerit‖ intra ciuitatem Raceborch in platea que ducit ad pontem. De domo et area quam in habitat wlf. VII. solidos Item de domo et area fickonis nyenkerken‖ qui et tetze dicitur II solidos. Item de domo et area maken koleres. II solidos Item de domo et area henneken vust. II solidos annis singulis in festo beati Michaeilis‖ recipiet expedite ad tantam enim pecuniam ville predicte facta computacione hactenus tenebantur. Cum uero euidens incumbit necessitas. tunc in illa parte‖ pontis que deputata est ad parochiam Slawekestorpe, magister structure nostre pilam mittet cum suis necessariis et inponent. In quo si negligens‖ fuerit prenominatus dominus dux et Sui successores. Duos mansos Ecclesie nostre in hermenstorpe in pignerari faciet pro eodem, Preterea cum communis‖ terra Raceborch ad opus castri siue ad borchwerch fuerit conuentus. Tunc magister structure Ecclesie nostre ad ipsum opus castrense faciet.‖ quidquid per .VI. mansos de terra Raceborch fuerit faciendum. Nichilominus uero et si in hoc deses aut contrarius fuerit Totum nostre Ecclesie Capitulum pro .VI. mansis‖ satisfaciet requisitum. In premissorum omnium euidens testimonium et perpetuam obseruanciam. Sigillum capituli nostri presentibus est appensum. Datum‖ Raceborch. Anno domini. M. CCC°. XXX°VI. In die apostolorum phylippi et iacobi beatorum.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel am Pergamentstreifen. Sudendorf, U. B. VIII. 343. Meckl. U. B. VIII. 5661 nach dem Original im Regierungsarchiv zu Ratzeburg.

1336. Mai 3. **925.**

Nicholaus Palnyson de Angestorph *beurkundet, dem Peter Brok 50 Mark Silbers in Kölnischem Gewicht schuldig zu sein und verpflichtet sich zur Zahlung am 2. Juni* (ad octo dies post dominicam sancte Trinitatis) *auf der Insel* Föör *und im Nichtzahlungsfalle zu vollem Schadensersatz.* — „Notum facio."

In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis Domini Magni Daal militis, Domini Iohannis sacerdotis, rectoris ecclesie beati Iohannis in

Föör, Meynekini Ryequærthson, et Nicholai Olæfson, presentibus est appensum. Datum anno Domini Millesimo CCC. XXX. sexto. die invencionis sancte Crucis.

Reg. Dan. 2136. Staatsbürg. Magazin VIII. 639.

1336. Mai 3. 926.

Nicholaus Palnyson de Aghæstorph *beurkundet, dem Peter Bork 200 Mark Silbers in Kölnischem Gewicht schuldig zu sein, und verspricht Zahlung der einen Hälfte zum 5. December* (in proximo profesto Sancti Nicholai), *für den Fall aber der Landflüchtigkeit seines Gläubigers Zahlung der einen Hälfte 14 Tage nach Mariä Geburt (Septbr. 8) und der andern 14 Tage nach St. Nikolaus (Decbr. 6.) und in der Stadt Lübeck, entweder in bar oder in Pferden, Vieh, Butter und Waren, und verpflichtet sich zu vollem Schadensersatz, falls er nicht zahlen kann.* — „Nouerint."

In cuius rei testimonium sigillum meum una cum sigillis discretorum virorum Domini Magni Daal militis, Domini Iohannis Rectoris ecclesie beati Iohannis in Föör, Meynekini Riquorthson et Nicholai Olæfson presentibus est appensum. Datum anno domini Millesimo CCC. XXX. sexto. Die invencionis sancte Crucis.

Reg. Dan. 2136.

1336. Mai 3. 927.

Das Kloster Neumünster schließt Brüderschaft mit dem Kloster Jasenitz.

Hinricus Dei gratia Præpositus, Eghardus Prior, totusque conventus canocorum regularium in Novomonasterio, ordinis sancti Augustini Bremensis diocesis, confratribus sibi dilectis, Præposito, Priori, totique conventui montis sanctæ Mariæ in Iassnitze eiusdem ordinis, Caminensis diocesis, cum fraterna dilectione salutem in domino sempiternam. Ex quo vobis nobiscum concordantibus per venerabilem patrem, dominum Fridericum Episcopum, Iohannem Decanum, totumque capitulum ecclesiæ Caminensis, commissum visitacionis officium per præpositum nostrum, quicunque pro tempore fuerit, in perpetuum excercendum et ecclesiæ vestræ curam suscepimus, dignum est, ut ei fraternæ caritatis beneficia rependamus. Sane prædictam ecclesiam vestram confovere, sicut mater filiam, cupientes eandem, præsentibus concedimus et annuimus. ut quocienscunque personæ vestræ ad nos transmissæ fuerint, vel vocatæ, nisi fuerint poenitentes, plenarie recipiant in victu et vestitu quicquid nostris canonicis contigerit impertiri, stantesque sub obedientia nostri prælati, utpote superioris sui, chorum, Capitolium, Refectorium, dormitorium in Ecclesia nostra et foris, si contigerit esse, sicut nostri canonici consveta regulariter conservabunt. Præterea si nos personas nostras ad vos miserimus, tot revocabimus, quod mittemus. Statutum autem numerum vestrum in missione personarum sine vestro consensu nullatenus excedemus. Quod si forte necessitas vel utilitas svaserit fiat quod concors præpositorum discretio faciendum utrobique veretur, ne per commissum nobis visitationis officium singulis annis vestram per expensas et nostram per labores gravemus ecclesiam, concedimus ut Praepositus vester, qui pro tempore fuerit, vel aliquis discretus de conventu de compoto statuque vestro plenius informatus, cum literis infra pascha et festum Iohannis Baptistæ singulis annis ad nos mittatur, quod super hiis apud nos diffinitum et terminatum faciendumque vel servandum fuerit, relaturus. Veruntamen per hoc prædicto præposito nostro nolumus, quoad excercendum visitationis officium, derogari,

qui etiam visitationem per se vel suos vel relationem per vestros differre vel secundum quod expedire videbitur, poterit moderari, ad minus autem de triennio ad triennium informationem per vestros recipiet, modo quo præmittitur, de præmissis, præsertim, si non fuerit evidens utilitas vel urgens necessitas contradicens, de quibus discretioni suæ relinquitur iudicare. Et ut prædicta firmiter et inviolabiliter observentur, sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Datum et actum in monte sanctæ Mariæ in Iasnitze Anno domini millesimo tricesimo sexto, feria sexta post cantate.

Westfalen II. S. 124.

1336. Juni 22. 928.

Giselbert und Gerhard, Grafen von Holstein und Stormarn, und Junker Heinrich, des letzteren Sohn, bestätigen die Stiftung einer Vikarie in der St. Lorenzkirche zu Itzehoe durch Heinrich von Nubele.

Ghyselbertus ac Gherardus fratres comites holtsacie et Stormarie ac hinricus Domicellus eiusdem gherardi comitis filius‖ vniuersis et singulis presencia visuris uel audituris salutem in domino sempiternam. Quia hinricus de Nubele frater noster dilectus pietatis spiritu ductus. ob sue et progenitorum suorum animarum salutem quandam vicariam in ecclesia beati Laurencii in ithzeho in honorem‖ sancti magni martiris instaurauit. Et quibusdam redditibus videlicet decem Iugeribus, sitis prope billerkroghe. et quindecim modiis‖ siliginis in villa honvelde nec non quindecim modiis siliginis in villa Enninghe pro vsibus sacerdotis. altari. seruientis dotauit eandam‖ Domino hinrico. snepel. ad eam habendam et possidendam temporibus vite sue deputato et presentato Iure tamen patronatus nobis. et nostris heredibus‖ in posterum resignato. Volentes igitur dicti hinrici de Nubele Laudabile propositum. quod in diuini cultus tendit aucmentum in firmitatis‖ vigore iugiter permanere dicte vicarie instauracionem. et bonorum dotacionem presentibus. ratificauimus et confirmauimus omnia bona predicta que‖ dotis nomine. dicte vicarie addicta sunt. ad vsum ipsius vicarie et eius ministri qui pro tempore vicarius fuerit cum omni Iure. vtilitate et‖ commoditate dominio et proprietate. transferentes sicut per nos et nostros progenitores hactenus Liberiori modo sunt possessa. Volumus eciam‖ dicta bona ab omni peticione. exactione. seu precariis aut quibuslibet aliis seruitutibus penitus esse Libera et exempta. In cuius euidenciam‖ pleniorem nos predicti sigilla nostra in confirmationis testimonium apposuimus vna cum sigillo hinrici in testimonium instauracionis appenso.‖ Datum et actum Ithzeho anno domini M.° CCC°. XXXVI°. In vigilia beati Iohannis baptiste presentibus honestis viris dominis detleuo de wensin‖ nicolao de Crummendik militibus domino hinrico rectore ecclesie in hilghenstede. Iohanne de stroden presbytero. Mindensis diocesis volrado‖ glusingh. hassone de Crummendik armigeris ac pluribus aliis testibus fide dignis.

Original im Archiv des Klosters Itzehoe. Vier Siegel an Pergamentstreifen, vier Pergamentstreifen. Noodt, Beiträge I. S. 201. Westfalen III. S. 551 (z. 1337). Zeitschrift Bd. VIII. Repertorien S. 4 Nr. 20.

1336. Juni 28. 929.

Adolf, Graf von Schauenburg, Holstein und Stormarn, und Adelheid, Äbtissin zu Wunstorf, erwählen zu Schiedsrichtern in ihrem Streit über das Amt Elue-

torpe *Johann Scele, Kantor zu Minden, und Meister Basilius von Rutenberghe, Thesaurar zu Hildesheim.*

Datum Schowenborch sub Anno domini M° CCC° XXX° sexto in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum.

v. Hodenberg, Calenb. U. B. IX. (Kloster Wunstorf) Nr. 94. Das Urteil der Schiedsrichter ebendort. Wippermann. Regesta Schauenburgensia Nr. 330.

1336. Juni 29. 930.

Graf Adolf belehnt Ludolf von Vorsvelde mit vier Hufen und dem Zehnten: in nygenstede sub castro lechtenberch.

Anno domini M° CCC°. XXXVI. in apostolorum petri et pauli.

Anführung im Lehnbuch der Grafen zu Holstein-Schauenburg im Archiv zu Bückeburg. Magdeb. Geschichtsbl. 1883 S. 194.

1336. Juli 13. 931.

Der Rat zu Schleswig erläßt eine Luxusordnung.

Dilectis sibi in Christo concivibus suis vniuersis Consules civitatis Sleswicensis salutem et de dilectione mutua semper in domino gratulari. Ex officii nostri debito obligamur, quantum divina gratia nobis concessit, communi nostrorum concivium utilitati sollicitudinem salutaris consilii intendere, consvetudines ipsorum rationabiles et proficuas stabiliri ac ritus reprobales processu temporis obnoxios exstirpare. Hinc est, quod nos pro communi bono consuetudines civitatis nostre sollicita consideratione pertentantes invenimus inter alias quandam consuetudinem communi utilitati contrariam et notabiliter onerosam, videlicet quod concives nostre civitatis pueros suos nuptui mancipantes in solempnitate nuptiarum consueverunt fere tantum expendere, qvantum ipsis pueris sufficiebat postmodum ad perpetuam sustentationem futuri temporis erogare. Ob cuius consuetudinis diutinam observantiam tota civitas suis existit evidenter facultatibus immunita. Nos igitur abusionem tam exosam, tamque dampnabilem superbie fomite educatam cassare cupientes et in melius reformare convocatis nostre civitatis peritioribus ac cum ipsis super hoc communicato consilio ex concordi eorundem deliberatione unanimique consensu ordinavimus statuimus et firmiter demandamus, quod quicunque concivium nostrorum de cetero in civitate nostra suas vel pueri sui nuptias voluerit celebrare, ipsa cum duorum dierum expensis faciat, nec post hoc duos dies aut ante aliqvos ratione ipsarum nuptiarum invitatos habeat quoquo modo nec ipsum plura, quam quatuor fercula dare licet aut plures quam pro XL scutellis tam viros quam foeminas invitare, exceptis parochiali sacerdote et eius ministro et octo puellis sponsam ad ecclesiam precedentibus ac octo ministris qui cibaria preparent et discumbentibus amministrent. De qualibet etiam scutella i e. de singulis duobus commensalibus primo nuptiarum die in mensa ad expensarum sublevationem contribui volumus sex sterlingos. Viri siquidem et non mulieres ad nuptias de cetero invitabuntur. Choreas insuper nuptiarum in plateis deduci omnimode prohibemus. Si quis vero temeritate ductus, huiusmodi nostram constitutionem et mandatum transgredi presumpserit aut aliqvaliter immutare, pro poena delicti solvet libram sterlingorum. Si autem huiusmodi transgressor nobis pro dimissione dicte pene petitiones alicuius induxerit, soluet ultra princi-

palem libre sterlingorum penam pro eo, qvod talem petitionibus instantiam procuraverit sex solidos sterlingorum. Mulieres etiam ad puerperia sua publice invitari non faciant. Si quas voluerint per proprias ancillas ad se iubeant evocari, nec post partum ad introductionem earundem in Ecclesiam plures quam sex mulieres qvas voluerint invitabunt. si vero aliter fecerint ancilla invitando ..... vestibus et maritus solvat pro delicto coniugis sex solidos sterlingorum. Ut autem huiusmodi nostra constitutio stabilis perseveret processu temporis atque firma ipsam sigillo nostre civitatis fecimus communiri. Datum Anno Domini M. CCC XXX sexto in die B. Virginis Margarete.

Kopie auf der Grofsen königl. Bibliothek zu Kopenhagen. N. königl. Sammlung fol. Nr. 886. Reg. Dan. 2139.

1336. Juli 15. 932.

Burchard, Erzbischof von Bremen, vereinbart sich mit den Bischöfen von Lübeck, Schwerin, Ratzeburg und dem Kapitel zu Hamburg über die Abhaltung von Provinzialsynoden.

Vniuersis presentes litteras inspecturis seu audituris. Borchardus dei gracia sancte bremensis ecclesie archiepiscopus salutem in domino sempiternam. Cum iam dudum inter nos ex parte una, et reuerendos fratres nostros. dominos hinricum lubicensis. Ludolfum zwerinensis. ac volradum raceburgensis ecclesiarum episcopos nostros suffraganeos. necnon .. prepositum. decanum et capitulum ecclesie hamburgensis nostre diocesis ex altera. super loco prouincialis concilii celebrandi. fuisset controuersia seu dissensio suscitata. nobis videlicet asserentibus. quod de iure communi in quolibet loco congruo dicte nostre dyocesis. eidem prouinciali concilio presidere possemus. Ipsis vero in contrarium dicentibus. quod uigore quarundam libertatum et priuilegiorum. quibus se asserebant munitos. vltra albee flumen a suis domiciliis ad idem prouinciale concilium uenire minime tenerentur. Tandem propter bonum pacis et concordie. ad euitandum pericula. que hinc inde ex huius controuersia euenire possent. cum ipsis concordauimus et ipsi vna nobiscum concordauerunt in hunc modum. In primis videlicet quod quando prouinciale concilium celebrare voluerimus. hoc tantummodo semel in quolibet biennio faciemus. Item idem concilium. non nisi in oppido stadis dicte dyocesis celebrabimus. nisi quod absit inter nos et oppidanos eiusdem oppidi gwerras seu dissensiones suboriri contingeret, propter quas ipsum oppidum intrare pro obseruando concilio predicto nollemus. Quo casu predicti nostri suffraganei dicta dissensione durante. de alio loco congruo sito ex ea parte albie. qua dictum oppidum stadis situatum est. nobiscum concordare debebunt. pro obseruacione concilii supradicti. Item solummodo estiuo tempore. scilicet inter beate walburge uirginis et natiuitatis gloriose uirginis marie festa celebrabimus concilium antedictum. Item memorati nostri suffraganei, concilio prouinciali predicto et ipsius actibus per se intererunt. qui si personaliter legitimis impedimentis detenti. huiusmodi concilio interesse non potuerint. per procuratores suos legitimos. mandata sufficiencia ad ea que requirit et exigit dictum concilium habentes prelibatum concilium obseruabunt. Qui eciam procuratores prefata impedimenta per eos specialiter et de speciali mandato exprimendos. iuramentis in animas dominorum suorum prestandis duntaxat probabunt .. prepositum eciam et decanum ac capitulum ecclesie hamburgensis predicte vocare volumus ad concilium antedictum. et eos qui ex ipsis vocati

uenerint ad idem concilium assumemus. Ceterum per predicta seu predictorum quodlibet et que contigerit sequi. aut dependere ex eis et eorum quolibet. non intendimus nec volumus preiudicare nec preiudicamus iuri successorum. capituli et ecclesie nostrorum. nec libertatibus et priuilegiis suffraganeorum nostrorum et hamburgensis ecclesie predictorum. si quas habent volumus derogare. nec aliquid noui iuris accrescere hinc inde quoquo modo. Si quas eciam protestaciones dicti suffraganei nostri et hamburgenses predicti facere voluerint, illas libere facere poterunt quandocumque et nos eciam facere poterimus quandocumque. iure tamen nostro et ecclesie nostre in omnibus semper saluo. Sane quelibet indignacio contra quascumque personas occasione supradicte controuersie. hinc inde concepta. cum omnibus processibus et singulis. in iudicio uel extra iudicium exinde quomodolibet subsecutis. totaliter est sopita. presentibus post obitum nostrum minime valituris. Datum et actum stadis anno domini M⁰. CCC⁰. XXXVI⁰. in die diuisionis apostolorum.

Lib. cop. Cap. fol. 39b im Hamb. Archiv.

1336. Juli 18. 933.

Die rechtselbische Geistlichkeit des Erzbistums Bremen einigt sich mit dem Erzbischof über die Abhaltung von Provinzialsynoden.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. Ericus dei gratia prepositus. Iohannes. decanus. Totumque Capitulum Ecclesie hambur‖gensis bremensis dyocesis. rei geste agnoscere veritatem. Cum iam dudum inter venerabilem in cristo patrem dominum nostrum‖ dominum borchardum sancte bremensis Ecclesie archiepiscopum ex parte vna, et venerandos patres dominos. hinricum. lubicensis. . Ludol‖phum zwerinensis. ac volradum. Raceburgensis Ecclesiarum. Episcopos ipsius suffraganeos, et nos, ex altera,‖ super loco prouincialis concilii celebrandi fuisset controuersia seu dissensio suscitata. predicto videlicet domino archiepiscopo asserente‖ quod de iure communi in quolibet loco congruo sue dyocesis, eidem posset prouinciali concilio presidere, prefatis vero dominis Episcopis‖ et nobis in contrarium dicentibus, quod vigore quarundam libertatum et priuilegiorum quibus nos pretendimus esse mu‖nitos vltra albee flumen a nostris domiciliis ad idem prouinciale concilium venire minime teneremur, Tan‖dem propter bonum pacis et concordie ad euitandum pericula que hinc inde ex huiusmodi controuersia euenire possent, cum ipso‖ domino archiepiscopo concordauimus et ipse vna nobiscum concordauit in hunc modum. In primis videlicet quod quando prouinciale‖ concilium idem dominus archiepiscopus celebrare voluerit hoc tantummodo semel in quolibet biennio faciet. Item ipse archiepiscopus‖ idem concilium non nisi in oppido Stadis dicte dyocesis celebrabit, nisi quod absit inter ipsum et oppidanos eiusdem oppidi‖ gwerras seu dissensionem suboriri contingeret propter quas ipsum oppidum pro obseruando concilio predicto idem dominus archi‖episcopus nollet intrare, quo casu, predicti domini Episcopi dicta dissensione durante, de alio loco congruo sito ex ea parte‖ albee qua dictum oppidum stadis situatum est, cum eodem domino archiepiscopo concordare debebunt pro obseruacione concilii‖ supradicti. Item solummodo estiuo tempore. scilicet inter beate walburgis virginis et natiuitatis gloriose virginis ma‖rie festa, ipse dominus archiepiscopus celebrabit concilium antedictum. Item memorati domini Episcopi concilio prouinciali predicto et‖ ipsius actibus per se intererunt, qui se personaliter legitimis impedimentis detenti huiusmodi

concilio interesse non potuerint‖ per procuratores suos legitimos mandata sufficiencia ad ea que requirit et exigit dictum concilium habentes, prelibatum‖ concilium obseruabunt, qui eciam procuratores prefata impedimenta per eos specialiter et ex speciali mandato exprimenda iuramentis in animas dominorum suorum prestandis duntaxat probabunt. Nos eciam prepositum. Decanum et‖ Capitulum ecclesie hamburgensis predicte pretactus dominus archiepiscopus vocare wlt ad concilium antedictum, et eos qui ex nobis voca‖ti venerunt ad concilium idem assumet. Ceterum per predicta seu predictorum quodlibet et que contigerit sequi, aut de‖pendere ex eis et eorum quolibet non intendit idem dominus archiepiscopus nec wlt preiudicare iuri successorum Capituli‖ et Ecclesie suorum, nec libertatibus et priuilegiis prelibatorum dominorum Episcoporum, et nostre hamburgensis Ecclesie predicte quas‖ nos habere pretendimus volumus derogare. nec alias noui iuris accrescere hinc, inde, quoquomodo. Si‖ quas eciam protestaciones pretacti domini Episcopi et nos facere voluerimus illas libere facere poterimus quandocumque‖ et sepedictus dominus archiepiscopus facere poterit quandocumque, iure tamen nostro et Ecclesie nostre in omnibus semper saluo. Sane‖ quelibet indignacio contra quascumque personas occasione. supradicte controuersie forsan hinc inde concepta cum omnibus‖ processibus et singulis in iudicio uel extra iudicium exinde quomodolibet subsecutis totaliter est sopita‖ Presentibus post obitum supradicti domini nostri archiepiscopi minime valituris. Datum et actum hamborg anno‖ domini. M⁰. CCC⁰. XXX⁰ VI⁰. feria quinta post festum dimissionis apostolorum sub nostro sigillo.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Ein Siegelstreifen.

1336. Aug. 1. **934.**

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem Rate zu Hannover zur Ausstattung eines von Urich Lenceke gestifteten Altars den Niederhof und drei Hufen zu Klein-Ricklingen, welche ihm die von Alten abgetreten haben.

Datum anno Domini M⁰. CCC⁰. XXXVI⁰. beati Petri ad vincula.

Urkundenbuch der Stadt Hannover I. 193 nach dem Original im Stadtarchiv.

(?) 1336. Aug. 8. **935.**

Burchard, Erzbischof von Bremen, gestattet dem Konrad Wulf die Errichtung einer Vikarie in der St. Nikolaikirche in Kiel.

Nos Borchardus Dei gratia, sanctæ Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopus, vobis, nobis dilecto Conrado, dicto Vulf, licentiamus, ut altare in ecclesia parochiali sancti Nicolai in Kil, in loco, ubi præpositus de Novomonasterio vobis consensit, construi faciatis ad officiandum vicariam per vos et fratres vestros ibidem salubriter instauratam, In cuius testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum Stadis anno domini M. CCC. XXXVIII. in die Cyriaci martiris.

Westfalen II. S. 136.

1336. Aug. 12. **936.**

Ratgeber, Vögte und die Gemeinde des Landes Dithmarschen richten einen Markt in Meldorf ein und gewähren Geleit für den Besuch desselben.

Omnibus presencia visuris et audituris Consules. Aduocati necnon vniuersitas|| terre dhitmarcie salutem et rei geste noscere veritatem, Scire cupimus vniuersis|| quod diem forensem et annuale forum acceptauimus et tenore presencium accepta||mus . . . . *in vigilia* et in festo Natiuitatis Sancte Marie virginis in meldorpe *Ad||dimus* . . . . . et ad quindenam post perhennalem obseruacionem et *intimacionem* firmam pacem et securitatem bonam veniendi ad nos Nobiscum standi et eundi medio tempore et dum placet ad propria redeundi. quocienscumque placet ad dictas Nundinas et videbitur|| expedire pro omnibus nobis et Nutui nostro parere volentibus. saluis. securis et il||lesis rebus omnibus pariter et personis. Datum Meldorpe Anno domini M°. CCC° XXX°||VI° in crastino sancti Laurencii Martiris.

Original, stark beschädigt, im Hamb. Archiv. Bei dem kursiv Gedruckten blieb die Lesung unsicher. Siegel verloren.

1336. Aug. 14. 937.

Albrecht, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, verkauft an Albert Albi, Vikar des h. Geisthauses in Mölln, und Nikolaus, Pfarrer zu Nusse, eine Rente aus der Schleuse an der Stecknitz.

In nomine domini amen, albertus dei gracia Dux saxonie, angarie et westfalie, Vniuersis presencia visuris vel audituris, salutem in domino et|| noticiam rei geste, Nouerint vniuersi tam presentes quam futuri, Quod nos sano consilio vasallorum nostrorum ducti, de consensu et beneplacito, vxoris nostre domine|| beate, vendidimus rite et racionabiliter, Discretis viris, dominis, alberto albi perpetuo vicario, capelle domus sancti spiritus in Molne, et Nycolao Rectori ecclesie|| in Notze, decano fratrum kalendarum ibidem, pro se et ceteris suis confratribus kalendarum, ementibus et recipientibus, Decem marcarum redditus denariorum|| lubicensium, ad dotem perpetue vicarie, dicte capelle, pro Centum et Triginta marcis denariorum lubicensium, nobis muneratis, et integre solutis, ac in v||tilitatem nostram et predicte vxoris nostre conuersis, Quos quidem redditus decem marcarum Idem dominus albertus, quam diu vixerit et quicumque post obitum|| eius, predicte capelle perpetuus vicarius pro tempore fuerit, de aqueductu in stekenitze prope villam Stenborgh facto, et dicto szluze inperpetuum|| singulis annis, sine aliqua diminucione et impedimento integre et expedite percipient et habebunt, Sic videlicet, Quod quicumque dicte|| capelle perpetuus vicarius fuerit, per se vel per nuncium suum quem ad hoc deputauerit, dictos redditus In crastino assumpcionis beate marie virginis|| de prouentibus de dictis sluzen prouenientibus incipiet colligere et percipere, manens in huiusmodi collacione et percepcione quiete et pacifice sine contradicti||one et impedimento cuiuscumque, quousque dictos redditus decem marcarum collegerit et habuerit integre et ex toto, Et ius patronatus predicte vica||rie, Domina beata vxor nostra predicta, quam diu vixerit optinebit, et ea mortua quecumque antiquior domina nostri ducatus exstiterit idem iuspatro||natus habebit, Et pro nobis et nostris heredibus in hiis scriptis promittimus bona fide quod numquam vicarius dicte capelle super dictis reddi||tibus per nos vel per alios litem inferemus vel inferentibus consenciemus sed predictum vicarium quicumque pro tempore fuerit, ad percipiendum et colligen||dum dictos redditus decem marcarum, cum omni fide et exacta diligencia defendemus, Nec vmquam nos debebimus, nec heredes nostri vmquam|| debebunt,

vendere, obligare, vel locare, aut donare, alicui alteri redditus antedictos, Renunciamus ergo pro nobis et nostris heredibus, omni ex‖cepcioni, actioni, et iuris ciuilis, et iuris ecclesiastici beneficio et auxilio, per que premissa vendicio posset vmquam in iudicio vel extra iudicium in‖fringi aut quomodolibet inpugnari, Et intestimonium omnium premissorum, sigillum nostrum de mandato nostro presentibus est appensum, Et nos beata‖ dei gracia, Ducissa saxonie, angarie et westfalie, vxor Illustris principis domini alberti ducis saxonie predicti, omnibus et singulis premissorum‖ plene consencientes, intestimonium consensus nostri premissis adhibiti, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, Testes huius rei sunt, stren‖nui viri, Detleuus et walrauenus de Duuense fratres, Iohannes scarpenberg, et marquardus wlf milites, Stophenborgh et Iohannes Rusche fa‖muli, et alii quamplures fidedigni, ad premissa vocati specialiter et rogati, Datum et actum Molne, anno domini Millesimo. CCC°,‖ Tricesimo sexto In vigilia assumpcionis beate marie virginis.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Pergamentstreifen mit Siegelstreifen. S. H. U. S. II. S. 95.

1336. Aug. 17. 938.

Heinrich, Bischof von Lübeck, transsumiert eine Urkunde Herzog Albrecht I. von Sachsen für Reinfeld vom 26. October 1237.

Nos hinricus dei gracia episcopus ecclesie lubicensis protestamur quod vidimus. et audiuimus. priuilegium illu‖stris principis alberti quondam ducis saxonie. in hec verba. *(Folgt die Urkunde Bd. I, Nr. 556.)* vt igitur factum istud nulla possit in posterum obliuio permutare. litteram hanc inde conscribi et sigilli nostri eam fecimus appensione signari. erogantes eam ecclesie supradicte in testimonium validum et munimen‖ Datum sub nostro sigillo. anno domini. M°. CCC°. XXX°. sexto. XVI° kalendas Septembris.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel am Siegelstreifen.

1336. Aug. 22. 939.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, tauscht mit dem Kloster zu Rinteln eine Hörige aus.

Nos adolfus dei gratia nobilis comes de holtzacia et in scowenborgh Coram omnibus presencia visuris‖ seu audituris recognoscimus et euidenter protestamur, quod cum pleno consensu pariter et bona voluntate omnium‖ heredum nostrorum legitimorum, alheydim vxorem arnoldi morantis in honrodere, que nobis iure proprietatis dinoscitur pertinere dedimus et in presentibus damus sub forma concambii pro alheydi legitima vxore . . dicti‖ Bouenmengheres que et eciam . . conuentui monialium in Rintelen iure proprietatis dinoscitur‖ pertinere, et eandem alheydim vxorem arnoldi morantis in honrodere in possessionem et in vsum conuentus‖ monialium in Rintelen vlterius penitus dimittentes, sed de cognatione atque parentela ipsius alheydis‖ vxoris arnoldi . . conuentui in Rintelen recognoscimus amplius nichil iuris In huiusmodi con‖cambii testimonium sigillum nostrum duximus apponendum Datum anno domini M°. CCC°.‖ XXX°VI°. in octaua assumpcionis beate marie virginis.

Original im Archiv zu Bückeburg. Rest eines Siegelstreifens.

1336. Septbr. 12. **940.**

Johann von Hummersbüttel stiftet eine Vikarie im Kloster Reinbek.

Omnibus cristi fidelibus presens scriptum cernentibus. Ego Iohannes de Hummersbutle famulus cu‖pio fieri manifestum. Quod ego cultum diuinum salubriter agere desiderans. vnam vicariam perpetuam ‖ in monasterio Conuentus sanctimonialium in Reynebeke. Ad honorem dei et beate Marie virgi‖nis necnon pro anime mee et omnium progenitorum meorum salute instaurandam duxi et fundandam,‖ Ad cuius vicarie dotationem. hos redditus de heredum meorum consensu contuli et donaui. Minister‖ siquidem dicte vicarie de villa mea borchwelde sita in parrochia Suluelde, singulis annis in‖ festo beati Martini. decem marcas denariorum percipiet. annuatim de primis prouentibus seu redditibus ville iam dicte. Item prepositus dicti conuentus. pro donacione seu dimissione bonorum que dicta sunt nedelenborgh‖ in insula billenwerdere sitorum, prefato vicario qui fuerit pro tempore, largas expensas in mensa‖ sua sicut cappellanus suus amicabiliter ministrabit. Si vero, Idem prepositus et dictus vicarius concordare‖ non potuerint, vel insimul conuersari uoluerint. extunc ipse prepositus et conuentus, dicto vicario racione expen‖sarum, singulis annis de villa hunsekendorpe X. marcas sine diminucione qualibet erogabunt,‖ Quas quidem X. marcas si prepositus, et conuentus iam dicti eidem vicario de prefata villa expedite‖ non persoluerint. Ego seu heredes mei habebimus liberam potestatem, dictam pecuniam ad manus eiusdem‖ vicarii et non ad alios vsus per recepcionem pignorum extorquendi, possessorum prefate vicarie volun‖tati et beneplacito prepositi dicti Conuentus se in omnibus conformabit et sibi in omnibus reuerenciam‖ exhibebit. necquicquam facere attemptabit vnde prepositus uel Conuentus seu eorum familia molestari‖ valeat vel offendi. et idem vicarius diuinis officiis sicut capellani vacabit et intendet‖ temporibus oportunis. Ceterum prepositus et Conuentus predicta ex speciali gracia michi concesserunt. quod Ego et‖ filii mei videlicet Iohannes et Hartwicus et ipsorum filii tantummodo masculini sexus, quamdiu vixerimus‖ presentandi personam ydoneam ad prefatam vicariam quandocumque vacauerit habebimus liberam po‖testatem. post decessum vero nostrum prelibate vicarie collacio ad prepositum pretacti Conuentus in perpetuum pertinebit. In quorum omnium euidenciam pleniorem. sigillo prefati Conuentus et meo‖ et filiorum meorum pretactorum sigillis, est presens littera communita. Datum Hamborgh. Anno domini.‖ M°. CCC°. XXX°VI°. feria quinta infra Octauam beate virginis gloriose qua eius natiuitas celebratur.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegel an Pergamentstreifen. Zwei Siegelstreifen.

1336. Septbr. 14. **941.**

Johann von Hummersbüttel schenkt dem Kloster Reinfeld 16 Mark Rente aus den Dörfern Ober- und Nieder-Bocberge.

Vniuersis cristi fidelibus presentem paginam inspecturis. Iohannes de hummersbutle famulus. in omnium‖ saluatore salutem, cum noticia rei geste. Magni apud deum meriti, nullus ignorat constare.‖ cristi dicatis virginibus, victus et vestitus necessaria procurare. ne propter horum defectum, a diuinis se obse‖quiis absentare, vel quod grauius est, pro hiis acquirendis, parentum ac amicorum presenciam, non sine scandalo vi‖sitare cogantur. Hinc est, quod Ego Iohannes pre-

dictus, ad Collegium sanctimonialium in Reynebeke‖ speciali beniuolencia inclinatus cupiensque, vt memoriam mei in oracionibus suis iugiter habeant, et apud deum pro me‖ obnixius intercedant, eidem Conuentui. Sedecim marcarum redditus, de villis Bocberghe videlicet superiori et‖ inferiori, ad quarum empcionem, Ducentas et Quinquaginta marcas denariorum apposui, annuatim in perpetuum soluendos‖ ad subscriptos vsus liberaliter confero et assigno. Prepositus siquidem dicti Conuentus qui pro tempore fuerit, cum‖ predictis sedecim marcis, singulis annis. viginti bona pellicia comparabit, et senioribus monialibus primo da‖bit, ordine introitus ipsorum attento. Secundo anno iterum aliis viginti monialibus in ordine sequentibus, viginti‖ pellicia similiter ministrabit. Tercio anno. iterum viginti moniales, dictis pelliciis vestientur. et sic deinceps hic‖ modus seruetur. Postquam autem omnibus. monialibus, huiusmodi pellicia fuerint erogata, iterum hic ordo est a se‖nioribus repetendus. et talis modus, in huiusmodi pelliciis dandis, in perpetuum obseruetur. Si vero prepositus et‖ Conuentus predicti, dicta pellicia dare vt premittitur negligerent vel differrent, extunc heredes mei, dictos redditus percipiunt ad emendum et diuidendum. vt predicitur pellicia memorata, sed ipsi eosdem redditus, a dicto Conuentu‖ alienare vel in alios vsus conuertere, nullatenus poterunt uel debebunt. In cuius rei euidens testimonium sigil‖lum meum vna cum sigillis Iohannis et Hartwici, filiorum meorum premissa approbancium, presentibus litteris est appensum.‖ Datum et actum hamborch. Anno domini. M°. CCC°. XXX sexto. In festo Exaltacionis sancte Crucis.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegel an Pergamentstreifen. Ein Siegelstreifen.

1336. Septbr. 28. 942.

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, einigt sich mit seinem Vetter Erich, Propst von Hamburg und erwähltem Bischof von Hildesheim, über die Pfarre zu Rendsburg.

In godes Namen Amen. Wi Gherad van der gnades Greue to Holsten vnde to Stormeren. be tugen vnde bekennen‖ in desseme Oppenen breue. Dath wi ghedeghedinghet hebben mit vnseme leuen vedderen Hern Eryke deme Electe‖ to Hyldensem vnde de Prouest is to Hamborgh al so hir na screuen steyt. Dath na deme male. dath de Deken vnde dath‖ Capittel der suluen kerken to Hamborgh hebben sich mit vs vor likent vnde sonet vmme de Lenware der kerken to‖ Ryndesborgh al so dath vns de sulue Lenware blif. vnde se vor sych vnde ere Capyttel dar af ghe laten hebben ane‖ vsen vorbenomeden vedderen den Prouest. des let de sulue Prouest vse veddere vor sich vnde sine nakomelinghe och‖ van der Lenware der suluen kerken to Ryndesborgh ghyght he dar ienigh recht ane hadde. vnde scal to deme Neges‖ten Capyttele to Hamborgh vseme Papen her Otten van Eyzendorpe de kuren be uelen to vser Presentacio. Al so‖ be scedelyken dath wi de teyn march geldes de de deken vnde dath Capyttel to Hamborgh mit vs ghedeghedinghet heb‖ben to makende Eweliken vor vs vnde vser Elderen sele: in dath stight to Hamborgh vnder vs holdden scollen vnde nicht‖ maken vnse veddere de Prouest vnde dath Capyttel vorbenomed komen des ouer en mit vseme rade. wor de suluen‖ gulde to legghen willen. Were dath auer dath se binnen eneme iare na desseme daghe des nicht ouer en komen en‖ kundden. vnde wi wath maken woldden in deme stightte to Hamborgh vor vs

vnde vor vse Elderen sele al so hir vor be‖scriuen steyt dath were an lene eder an gulde de Lenware eder der ghulde ghe sciftte der scolle wi maken der en‖ deme Proueste to Hamborgh oder vns vnde vnsen Eruen vnde mit nichtte deme dekene vnde deme Capyttele to Ham‖borgh gightte anders nemene, Vortmer were dath. dath van desser deghedinghe weghene vseme Leuen vedderen‖ deme Proueste vorbenomet. van deme dekene vnde Capyttele to Hamborgh oder anders immendde gyght weder‖ stundde oder ienigh kyf er toue des scolle wi vnde vse Eruen ene vor deghedinghen vnde by stan mit guden truwen.‖ na al vser maght bet to eneme ganszen ende. vnde desse vorbenomeden deghedinghe de loue wi vn truwen vor vs‖ vnde vsen Eruen in desseme ieghenwardighen oppenen breue vseme vedderen vorbenomet vastlyken vnde vntobroken‖ holdden vnde hebben to Orkundde aller desser dingh vse Inghesegel hengghet to desseme breue. Des bref is‖ screuen vnde geuen dusent iar drehundert iar in deme sus vnde dorthegesten iare na godes bort In sunte Mychahelis Auende.

Original im Hamb. Archiv. Ein Pergamentstreifen.

1336. Octbr. 6. **943.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, einigt sich mit dem Grafen Gerhard über die Güter in Fühnen.

Wi Iohan van der gnade gades Greue to Holsten vnde to Stormeren be tughet vnde bekennet in desseme oppe‖nen breue. Dath twischen vseme leuen vedderen Greuen Gherde van der enen weghene vnde vs van der anderen‖ weghene ghedeghedinghet is in desse wis . . Wi Greue Iohan vor vs vnde vse rechtten Erfnamen latet vseme‖ vorbenomeden vedderen Greuen Gherde vnde sinen rechtten Erfnamen vse guth dath wi hebben in wartsysel vnde‖ alle dath guth dath vse vader kofthe van deme hertoghen van brunswich dath in füne be Leghen is Lungby‖ Stauerby. Anerby. Steke. vnde alle dath dar to be leghen is vnde vnde guth dath in den fresen be Leghen is vnde kortliken‖ al dath guth dath benomet is in den breuen des koninghes van Dennemarken vnde des herthogen van brunswich‖ also dan guth dath wi vn vor seth hebben. Dath ouer vor seth is dath maght vse vorbenomede veddere losen van‖ her heynen Scarpenbergh vnde sinen broder kinderen vnde van den anderen den it seth is beyde in warthsysel. in füne‖ vnde in den vresen vor al sulke summe also vse openen breue spreken. to eneme kope. rechtlyken mit aller vryheyt‖ vnde mit alleme rechte al so it vse vader vnde wi brukelickes hath hebben bet in desse tyth. Vortmer scolle wi‖ vnde vse rechtten Eruen Greuen Gherde vnde sinen rechtten Erfnamen waren des gudes also en recht is vnde‖ vryghen van aller Ansprake de dar op spreken willen mit rechte. Des scal vse vorbenomede veddere Gre‖ue Gherd vs vnde vsen rechtten Eruen laten dath hus to Alholme mit al der gulde de dar to be Leghen is‖ vnde kortliken wath vse veddere in Lalandde gulde. man. vnde herscop heft. vnde scal bi namen her Iohanne van‖ Plesse wisen an vs vnde her Iohan van Plesse scall sin guth be. holdden dath eme seth is al so langghe bet wi dat‖ losen van eme vmme al sulke summen de he redelyken be wisen magh so scal dath guth vs bliuen ganszliken. Och‖ scal greue Gherd de man de dar wonen in der herscop an vs wisen. Vortmer scolle wi wisen vsen vorbenome‖den vedderen in dath lant to Erre. vnde scollen eme dath

laten vmbeworren al so al so it vs leth. Och scall|| vse veddere Gherd de vorbenomede greue vnde sine rechtten Eruen vs unde vsen rechtten Erfnamen gelden|| vnde geuen vor dith vorbenomede guth Susteyn hundert march Lodyghes sulueres. kolniszer wight to alsulken|| daghen vnde tyden also men dath be wisen magh mit vses vedderen oppenen breuen de oppe desse beredinghe|| geuen sint. Vortmer scolle we vseme vedderen antwerden al de breue de wi hebben oppe dith vorbenomede guth|| de sin des koninghes van Dennemarken oder des hertoghen van brunswich oder an welker achtte se sin vnde|| scollen ith eme mit gudeme willen brukelich maken also wi best moghen. To ener bewisinghe al desser|| dingh so hebbe wi vse Ingheseghel henghet to desseme breue. Desse bref is screuen vnde geuen to deme|| Kyle. Dusent iar drehundert iar In deme Sus vnde dorthegesten iare na godes bort des sunnen daghes|| vor sunte Dyonisius daghe.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel fragmentarisch. C. E. F. Reinhardt, Waldemar Atterdag. S. 597.

1336. Octbr. 28. 944.

Erich, Propst zu Hamburg, beurkundet, daſs der Knappe Lambert Strus seinen Besitz im Dorfe Poppenbüttel für 170 Mark Hamb. Pf. an den Hamburger Priester Siegfried Latecop verkauft hat.

Nos Ericus dei gracia prepositus Ecclesie Hamburgensis, publice recognoscimus protestantes, quod constitu||tus in nostra ac testium infra scriptorum presencia, Lambertus dictus struz famulus, libere et proprio|| arbitrio, ac amicorum suorum consensu, rite ac racionabiliter vendidit et resignauit discreto viro|| domino Sifrido dicto Latecop presbitero in Hamborgh. pro Centum et septuaginta marcis denariorum|| Hamburgensium sibi in parata pecunia persolutis, Omnia bona sua que habuit in villa Poppelenbotle|| in terra stormarie super flumen alstrie versus plagam occidentalem iacente, videlicet|| Septem mansos, quorum quilibet soluit singulis annis. in festo beati Martini. viginti qua||tuor solidos denariorum Hamburgensium pocioris monete, Et duas areas que wlgariter dicuntur|| kolewordhe. quarum vna soluit Octo solidos. altera vero sex solidos. Et duas partes cuius||dam aree soluentes Tres solidos, Et viginti hemptones siliginis, dimidium chorum Hamburgensis|| mensure representantes, de molendino eiusdem ville et quibusdam agris ad illud spectantibus|| soluendos. cum omnibus suis attinenciis et prouentibus|| videlicet agris cultis et incultis, lig||nis, lignorum vsibus ad edificacionem et cremacionem, et lignorum fructibus qui wlgariter masthe|| dicuntur. et hoc secundum communem consuetudinem terre pratis pascuis. aquis aquarum decursibus. ter-||minis, terminorum distinctionibus, necnon cum omni vtilitate et libertate, iure hereditario et proprieta||rio in perpetuum libere possidenda. Habebit eciam dictus presbiter plenariam potestatem colonos|| instituendi et destituendi et pro hura sua pignera recipiendi, si debito tempore sibi non fuerit|| persoluta. Prefatus vero presbiter, seruicium et iudicium dictorum bonorum eidem lamberto dimisit ex|| speciali amicicia et fauore. vt igitur premissa omnia et singula perpetuis temporibus inuiolabiliter|| obseruentur. fratrueles dicti Lamberti. videlicet Make rauen. et Heyne frater eius. Henningh|| filius Henningi struz. Make struz filius Henric struz. Huiusmodi contractum gratum et ratum omnino habentes, et nichil iuris seu proprietatis in prefatis bonis se habere, nichilominus|| publice profitentes,

promiserunt vna cum ipso et pro ipso in solidum data fide. quod nec ipse neo sui‖ heredes aut successores, pretactum . . presbiterum aut quoscumque dicta bona possidentes, vllo vm‖quam tempore per se uel per alios, publice uel occulte impedient vel turbabunt. nec colonos‖ suos exactionibus seu iniuriis aggrauabunt. Nec quidquam noui statuent uel facient. vnde‖ ipsa bona possint aliqualiter deuastari. Insuper si sepedicta bona per quemcumque quod absit inbri‖gari contigerit, dictus Lambertus et sui . . fratrueles ipsa insolidum disbrigabunt. ac warandiam‖ prestabunt inperpetuum de eisdem, Si autem iam dictus Lambertus aut sui heredes contra premissa‖ fecerint in toto uel in parte, extunc ipse vna cum suis compromissoribus antedictis super isto satis‖facere tenebitur cum effectu. In cuius rei euidenciam pleniorem presentes litteras nostro sigillo‖ ac predictorum . . famulorum sigillis roborari fecimus ac muniri. Testes eciam aderant Hono-‖rabiles viri. domini. Hinricus crummendik Cantor. willekinus pape. Hinricus albus et Iohannes‖ Beuerstede. Canonici ecclesie Hamburgensis supradicte. Iohannes mons perpetuus eiusdem ecclesie‖ vicarius. ac magister Iacobus rector scolarum ibidem. ac plures alii fide digni ad premissa vo‖cati specialiter et rogati. Datum Hamborgh. Anno domini. M°. CCC°. XXX° sexto in crastino sanctorum‖ Symonis et Iude apostolorum.

Original im Hamb. Archiv. Siegel des Propsten und zweier Strus an Pergamentstreifen. Zwei Siegel verloren.

1336. Novbr. 2. 945.

Ritter Detlev von Wensien und sein Sohn, der Knappe Detlev, verkaufen dem Hamburger Kapitel 14 Mark Hamb. Pf. Rente aus dem Dorfe Sühlen, Kirchspiel Oldesloe, für 140 Mark Hamb. Pf. zur Dotierung der von dem verstorbenen Ritter Johann von Wedel gestifteten Vikarie.

Nos Detleuus de wensine miles. et detleuus eius filius famulus. tenore presencium publice protestamur. quod ad vsus vicarie per dominum Iohannem de wedele quondam militem bone memorie in ecclesia hamburgensi instaurate, quam iohannes de rodhe clericus nunc in beneficio obtinet. rite et racionabiliter vendidimus. dimisimus ac resignauimus honorabilibus viris dominis . . preposito . . decano et capitulo hamburgensis ecclesie iam dicte quatuordecim marcarum redditus denariorum hamburgensium de primis prouentibus ac redditibus ville nostre tzule site in parrochia odeslo vndecumque prouenientibus. annuatim expedite tollendos et iure hereditario possidendos. iudicio tamen ipsorum redditnum nobis et nostris heredibus reseruato. pro centum et quadraginta marcis denariorum hamburgensium. quas nicolaus de wedele dictus de cohouede filius dicti iohannis de wedele. nobis persoluit in pecunia numerata, Dictos siquidem quatuordecim marcarum redditus. possessori prefate uicarie qui pro tempore fuerit. infra octauam sancti martini sine quolibet impedimento ordinabimus, et eosdem redditus cum nuncio ipsius uicarii sub nostri expensis et periculis usque in ciuitatem hamborgh secure deduci faciemus. Promittentes nichilominus data fide quod nec nos nec nostri heredes. memoratos dominos . . prepositum . . decanum et capitulum hamburgense in pretactis redditibus vllo vmquam tempore per nos uel per alios publice uel occulte impediemus aut turbabimus. quo minus dicti redditus annis singulis. libere percipi ualeant et haberi. Insuper si prelibatos redditus contigerit occasione nostra ab aliquo inbrigari. nos et heredes nostri eosdem prout iustum

fuerit tenebimur disbrigare. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostorum appensione duximus roborandas. Datum hamborgh. Anno domini. M⁰. CCC⁰. XXX sexto. in festo omnium sanctorum.

Lib. cop. Cap. fol. 132a im Hamb. Archiv.

1336. Novbr. 11. **946.**

Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, gibt dem St. Moritzkloster vor Minden die ihm auf Zeit übertragenen Güter und Zehnten zurück.

Adolphus dei gracia Comes Holtzacie, Stormarie et in Scowenborch, Omnibus presens scriptum visuris seu audituris salutem in domino, Contin‖git interdum quod ea que iuste et rationabiliter fuerint ordinata propter bonum pacis, diuturnitas temporum vergat in dubium et pro‖gressus, et tandem ex inde a posteris noua resultet questio, nisi litterarum et instrumentorum testimonio roborentur, Sciant igitur‖ vniuersi, Quod cum religiosi viri. Domini Abbas et . . Conuentus, Monasterii sancti Mauricii extra muros mindenses iuxta wiseram‖ ob spem nostre protectionis omnia et singula bona et decimas que et quas in nostro dominio et territorio habent situata propter ‖ diuersos iniuriatorum insultus quondam ad annos aliquot nostre protectioni et tutele commendassent, Nobisque pro nostris laboribus et expen‖sis in protectionibus dictorum bonorum et decimarum factis, sex plaustrata bladi seu annone non a iure sed magis ad exsecutionem fauoris et‖ gracie annuatim ministrassent, Hiidem domini. Abbas et conuentus eadem bona et decimas in quibus nec nos nec nostri progenitores, quicquid iu‖ris habuimus ad se reuocando resumpserunt. a datione dictorum sex plaustratorum bladi prorsus absoluti, Nichilominus tamen pro tuicione dictorum bo‖norum propter discrimina et malum statum terre, Sexaginta marcas bremenses nobis donauerunt, propter quod sepe narrata bona et decimas‖ eorum in nostro dominio situata, vbi, quando et quociens, requisierint seu postulauerint cum effectu ad manus ipsorum fideliter proplacitare pariter‖ et tueri tenebimur et debebimus omnibus occasionibus procul motis, et quocumque casu interueniente, Igitur precipimus omnibus et singulis nostris offi‖cialibus aduocatis et subditis, et mandamus nostros Amicos affectuose rogitando Quatinus abbatem et Conuentum, predictos, suamque familiam‖ in omnem eventum in personis suis et rebus, cum ratione dictorum bonorum et decimarum in nostro dominio agere uel negociare habuerint promoueant‖ sicut nostros familiares, capellanos et amicos, sepe narrataque bona et decimas, nobis absentibus quam presentibus ad vsum eorundem cum fide‖litate proplacitando, tueantur et defendant, sub obtentu gracie nostre et fauoris, Ceterum renunciauimus et presentibus renunciamus, omni iure seu im‖petitioni, si quod, uel quam in proprietatibus decime et trium mansorum in Roden, ac vnius molendini et duarum casarum, nec non in iure patronatus‖ Ecclesie in Weybeke de iure vel de facto habere possemus aliqua ratione uel nomine, quia nec nos nec nostri heredes in sepe taxatis bonis et decimis‖ atque proprietatibus, et patronatu iam dictis, quicquam iuris nobis, uel sibi poterimus uel poterunt aliquo modo vendicare, vt igitur hoc factum nulli in‖ posterum veniat in dubium, hoc presens instrumentum nostri sigilli munimine fecimus roborari, Datum anno domini, M⁰, CCC⁰, XXX sex⁰, Ipso die‖ beati martini pape.

Original im Staatsarchiv zu Münster. Reitersiegel am Siegelstreifen.

1336. Novbr. 23. **947.**

Gerhard, Graf von Holstein und Schauenburg, Domherr zu Hildesheim und Minden, beurkundet, dafs ihm das Dorf Wydensole *mit seinen Hörigen nur auf Lebenszeit vom Kloster Loccum überwiesen ist und ihm dasselbe nicht als freies Eigenthum zusteht.*

Gerhardus dei gracia Comes holtzacie et in scowenborch, hildensemensis et Mindensis Ecclesiarum Canonicus, recognoscimus‖ tenore presencium publice protestando, Quod nichil iuris nobis asscribimus in hominibus vtriusque sexus in villa wydensole com‖morantibus, Ecclesie luccensi seruili conditione subiectis quod dominus . . abbas et . . Conuentus in lucka ipsos cum omni iure proprietatis‖ et seruitutis, quo eis erant astricti, nobis ad proplacitandum et defendendum, quam diu vixerimus commiserunt, Ita quod post obitum‖ nostrum iidem homines, cum integritate iuris predicti, quo nobis sic eos commiserint, ad ipsos integraliter reuertantur, Igitur non possumus‖ non debebimus huiusmodi homines vendere, obligare seu permutare, aut aliquo modo alienare, nec Religiosos ipsos, quo ad tollen‖das eorum exuuias, siquem uel quam de eis medio tempore mori contigerit aliqualiter inpedire, Quinimmo, . . Cellerarius luccensis qui‖ pro tempore fuerit aut eius commissarius, omnem iusticiam suam, quam in villa predicta wydensole, pascuis, et iudicio suo hactenus habuisse‖ dinoscitur, totaliter retinebit Commissione huiusmodi non obstante nec occasione omni predicti homines in iuribus suis predictis impedient eum‖ et si quod absit contigerit nos ipsos artabimus ad huiusmodi sibi iusticiam exhibendam, dabunt itaque nobis quicunque predictorum hominum colit‖ terram suam cum integro aratro. dimidiam marcam annuatim, et qui cum dimidio vnum fertonem, qui cunque uero casam inhabitauerit duos solidos‖ propter comissionem supradictam Testes huius rei sunt. Conradus de arnem proconsul in indagine. bruno staue famulus et bor‖chardus lest et alii quam plures fide digni, Datum sub appensione sigilli nostri in testimonium super eo, Anno domini, M°, CCC° XXX° sexto, Clementis martiris.

Original im Archiv des Klosters Loccum. Rest eines Siegelstreifens. v. Hodenberg, Calenb. U. B. (Kloster Loccum) Nr. 760.

1336. Novbr. 29. **948.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, überträgt dem Hamburger Kapitel 10 Mark Rente im Dorfe Bargteheide.

In nomine domini amen. Nos Iohannes dei gracia Comes holtzacie et Sturmarie. vniuersis ac singulis presentes litteras inspecturis seu audituris cupimus fore notum, quod ob zelum et fauorem specialem quem progenitores nostri semper habuerunt et nos habemus ad ecclesiam Hamburgensem pro eorundem remedio et salute animarum eorum et nostre prefate Hamburgensi ecclesie Bremensis diocesis per nos nostrosque heredes decem Marcarum Redditus perpetuos in villa nostra Berchteheyle, in Mansis et areis infascriptis constitutis, videlicet in tribus quartalibus que nunc Colit Hoppeke duas marcas et quinque cum dimidio solidos, Item in dimidio manso Hennekini scherpinch viginti quinque solidos, Item in tribus quartalibus Tybbeken Cellen duas Marcas et XVIII denarios, Item in dimidio manso wilkini Crūsen viginti quinque solidos. Item in dimidio quartali Tiderici Carpentarii sex solidos et tres denarios. Item in vno quartali Iohannis dicti Theden duodecim cum dimidio solidos, Item in vna area quam nunc

inhabitat franko tres cum dimidio solidos, Item in area scrohardes septem solidos Item in area Ottonis sutoris tres cum dimidio solidos, Item in area Iohannis filii Reymari tres cum dimidio solidos. et in area Hinrici dicti kale duos cum dimidio solidos, pro aucmentando in eadem ecclesia diuino cultu donacione inter viuos liberaliter donauimus et contulimus iure hereditario ac proprietario perpetuo possidendos, Quos eciam decem Marcarum redditus et omnem proprietatem que nobis et heredibus nostris in ipsis competebat uel competere poterat quomodolibet in futurum Honorabilibus viris. dominis. preposito. decano et capitulo dicte ecclesie. Hamburgensis cum effectu resignauimus et dimisimus Ipsisque possessionem eorundem decem Marcarum reddituum tradi mandauimus, prout in terra nostra fieri est consuetum, ita quod Colonos dictorum mansorum ac inquilinos arearum qui pro tempore fuerint ab exactionum et seruiciorum quorumlibet onere habere volumus supportatos, preterea si instauracionem vnius prebende in dicta ecclesia ac eciam alicui familiari nostro prouisionem de eadem prebenda de memoratis redditibus decem marcarum instaurata fieri contigerit, per hoc nobis et nostris heredibus nichil iuris omnino quo ad ius patronatus reseruamus seu vendicamus, sed collacio prelibate prebende apud predictos. prepositum. decanum et capitulum perpetuis temporibus permanebit In quorum omnium testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum Actum et datum Plone Anno domini Millesimo. CCC⁰. XXXVI⁰. in vigilia Beati Andree apostoli Presentibus Honorabilibus viris dominis Iohanne de Gortze scolastico et daniele de Brunswich canonicis ecclesie Hamburgensis predicte. Henrico dicto Breyde Milite Henrico dicto Berchoue notario et Beyenvlete Aduocato nostro testibus ad premissa cum pluribus aliis vocatis et rogatis.

Aus dem Transsumpt des Erzbischofs Gottfried von Bremen von 1360, Juni 21, im Hamb. Archiv.

1336. Decbr. 6. **949.**

Adolf, Graf von Schauenburg, Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs der Knappe Lambert Strus seinen Besitz in Poppenbüttel dem Hamburger Priester Siegfried Latecop verkauft hat.

Omnibus presentes litteras inspecturis seu audituris. Nos Adolphus dei gracia. Comes de Scowenborch. Holtzacie et Storma‖rie volumus esse notum, quod Lambertus Struz famulus. de nostro consensu. et amicorum suorum consilio. rite et racionabiliter‖ vendidit ac dimisit Discreto viro domino Syfrido dicto Latecop presbitero in Hamborch. pro Centum et Septuaginta marcis denariorum‖ Hamburgensium. sibi integraliter persolutis. omnia bona sua que habuit in villa Poppelenbutle in terra Stormarie super flumen Al‖strie iacente, videlicet septem mansos. quorum quilibet soluit annuatim in festo beati Martini viginti quatuor solidos denariorum‖ Hamburgensium pocioris monete, et duas areas que wlgariter koteworde dicuntur. quarum vna soluit Octo solidos. altera vero‖ Sex solidos, et duas partes cuiusdam aree soluentes Tres solidos, et viginti Hemptonis siliginis. dimidium Chorum hamburgensis‖ mensure representantes. de molendino eiusdem ville et quibusdam agris. ad illud spectantibus. soluendos in ciuitate Hamborch. cum‖ omnibus suis attinenciis et prouentibus videlicet agris cultis et incultis. lignis, lignorum vsibus ad edificacionem et cremacionem. lignorum‖ fructibus que wlgariter Masthe dicuntur. et hoc secundum communem consuetudinem terre. pratis. pascuis. aquis. aquarum

decursibus. ter‖minis. terminorum distinctionibus. Neenon cum omni vtilitate et libertate. iure hereditario et proprietario inperpetuum libere possidenda, sicut in litteris‖ dilecti fratris nostri domini Erici prepositi hamburgensis. et eiusdem lamberti super hoc confectis. plenius continetur, iudicium vero et seruicium dictorum‖ bonorum. prefatus presbiter predicto Lamberto et suis heredibus ex speciali fauore dimisit, Nos igitur huiusmodi contractum vendicionis et‖ empcionis tamquam iustum et racionabilem gratum et ratum omnino habentes. ipsum approbamus. et quo ad omnes sui clausulas ex certa scien‖cia confirmamus, Ad peticionem nichilominus dicti lamberti et fratruelium suorum omnem proprietatem et omne ius si que nobis vel nostris‖ heredibus in dictis bonis competunt. uel competere poterunt in futurum. prenominato Sifrido et suis successoribus dimittentes liberaliter et donan‖tes, Ita eciam quod si eundem presbiterum statum suum mutare uel ad locum alium deuenire contigerit. prefatis bonis et redditibus. cum omni liber‖tate et iure superius expressis. perfrui et gaudere plene debebit, Nec nos. nec heredes nostri. aut quisquam alius nostro nomine. eidem aut suc‖cessoribus suis. in dictis bonis, impedimentum seu molestiam quomodolibet inferimus, In cuius rei testimonium sigillum nostrum pre‖sentibus litteris est appensum. Datum hamborch, Anno domini M⁰. CCC⁰. XXX⁰ sexto, In die Beati Nicolai confessoris. presentibus Discre‖tis viris. Iohanne Greseken. Godfrido nessen presbiteris. et magistro Iacobo testibus. ad hec vocatis.

Original im Hamb. Archiv. Siegel verloren.

1336. Decbr. 19. 950.

Erich, Propst, Johann, Dekan, und das Kapitel zu Hamburg errichten eine Präbende und statten sie mit 10 Mark Rente aus dem Dorfe Bargteheide aus.

Vniuersis presentes litteras inspecturis seu eciam audituris. Nos Ericus dei gracia prepositus. Iohannes‖ Decanus. et Capitulum ecclesie hamburgensis. bremensis dyocesis. cupimus fore notum. quod ad honorem‖ omnipotentis dei. et gloriose virginis Marie. de consensu et beneplacito Reuerendi in cristo‖ patris domini nostri. Domini Borchardi Sancte Bremensis ecclesie archiepiscopi. vnam prebendam de nouo.‖ salua nichilominus restrictione prebendarum eiusdem ecclesie, in ipsa hamburgensi ecclesia creauimus‖ ereximus et instaurauimus. de decem marcarum redditibus hamburgensis monete. annis singu‖lis. de villa Bergheteheyle percipiendis et leuandis pia donacione Magnifici viri domini Iohannis‖ Comitis holtzacie et Stormarie. dicte ecclesie oblatis. pro cultu diuino in iam dicta hamburgensi‖ ecclesia ampliando, Qua sic creata et erecta. considerantes quod predicta hamburgensis ecclesia pro conserua‖cione et defensione iurium suorum personis discretis et prudentibus permaxime noscitur indigere, Dis‖creto viro domino Bertrammo de Cremun Rectori ecclesie in boyceneborch Raceburgensis diocesis. Ca‖nonicatum in prefata nostra hamburgensi ecclesia canonice contulimus, eidem propter virtutum suorum‖ merita de eadem prebenda sic de nouo instaurata. cum stallo chori et voce Capituli. ac plenitudine‖ iuris canonici liberaliter prouidentes, fiduciam in domino firmam habentes. quod idem dominus Bertram‖mus velit et possit ipsi hamburgensi ecclesie esse plurimum fructuosus, Cui eciam volumus de pingui‖ori stipendio. nulli alii de iure debito. cum primum ad id facultas se obtulerit. secundum sue recep‖tionis ordinem et gradum prouidere, per hoc tamen aliis concanonicis nostris prius in prelibata nostra‖ hamburgensi ecclesia minores

prebendas assecutis. non intendimus preiudicium generare, In quorum omnium testimonium et singulorum euidenciam. sigillum nostre ecclesie. vna cum sigillo|| supradicti domini nostri Borchardi archiepiscopi bremensis, auctoritatem et consensum suum ad creacionem|| seu fundacionem supradicte prebende prestantis, presentibus litteris est appensum, et nos Borchardus|| dei gracia Sancte bremensis ecclesie archiepiscopus in testimonium consensus nostri. ad creacionem seu fundacionem|| supradicte prebende prestiti. et auctoritatis nostre interposite. presentes litteras sigilli nostri appensio||ne fecimus roborari. Actum. Anno domini M°. CCC. XXX° sexto. XIIII. kalendas Ianuarii.

Original im Hamb. Archiv. Siegel ausgerissen. Staphorst, Hamb. Kirchengeschichte I. 2 231.

1336. **951.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, überläſst dem Kloster Neumünster die Mühle zu Schmalenstedt als Erbgut.

Omnibus presencia visuris et audituris. Iohannes dei gracia comes holtzacie et stor||marie salutem in domino iesu cristo. Ne ea que racionabiliter fiunt obliuioni traduntur|| scripturarum expedit testimoniis perhennari. Proinde recognoscimus et tenore presencium protesta||mur, quod nos pro remedio salutis animarum progenitorum nostrorum et nostre ex fauore et speciali[1]) ius feodale Mollendini quod dicitur smalenstede cum suis pertinenciis in ius proprium et here||ditarium commutantes proprietatem et hereditatem ipsius Mollendini cum omni iudicio maiori et mi||nori ecclesie nouimonasterii dimisimus et presentibus donauimus et concedimus perpetuis tempori||bus libere possidendam. Illos autem qui Mollendinum predictum ad vsus ecclesie predicte vendi||derunt scilicet Ditleuum Tymmonem Fredericum. Nycolaum fratres de sma||lenstede et heredes eorum a seruicio pheodali ad quos nos racione predicti Mollendini tenebantur|| dimittimus in perpetuum absolutos. vt autem predicta maneant firma et inconuulsa nec a quoquam|| successorum uel heredum nostrorum aliquatenus infringantur. ipsa conscribi et sigilii nostri appensione|| fecimus et iussimus communiri. Datum et actum plone. Anno domini Millesimo Tricente||simo XXXVI°. presentibus clericis nostris fidelibus dominis videlicet Bertrammo de Cremun|| canonico hamburgensi Hinrico de berichowe plebano in Nyenkarken et longo beyenwlete|| nostro aduocato.

[1]) *fehlt:* affectu, *was W. richtig einfügt.*

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Grün-rote Siegelschnur. Cop. Bordesh. fol. 36a. Westfalen II. 132.

O. J. Novbr. 1. [1336.?] **952.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, befiehlt seinen Unterthanen, das Hamburger Kapitel überall in Schutz zu nehmen und nirgends zu belästigen.

Nos Iohannes dei gracia Comes Holtzacie et stormarie, vniuersos et singulos presencia visu||ros vel audituros in domino salutamus Recognoscentes per presentes quod nullus|| omnino hominum veritatem dicere volens dicere potest, quamuis tamen ab aliquibus intel||lexerimus esse dictum, nostre esse voluntatis quod domini Canonici hamburgenses in personis re||bus aut ipsorum pensionibus debeant molestari absurdum enim esset et valde fa||tuum. nec eciam nos deceret quod persone Ecclesie in qua, nostri auuus pater et frater sunt se||pulti et in qua nos eciam

per dei graciam sepeliri cupimus de scitu et consensu nostro damp‖na violencias aut aliquas alias iniurias. cum contra nos in nullo excesserint. paci‖antur. Petimus igitur vniuersos et singulos amicos nostros aduocatos et vasallos amo‖re nostri quicumque facere volentes vel omittere Quatenus predictos dominos canonicos in omnibus promoueant cum effectu. Illis vero quibus precipere possumus sub optentu gracie‖ nostre precipimus et mandamus quatenus sepedictos dominos canonicos in personis Rebus fa‖milia ac aliis suis iusticiis pensionibus et libertatibus aliquatenus non impediant. prout‖ indignacionem nostram voluerint euitare. Datum Nestwedis in festo omnium sanctorum‖ in presencia nostra, presentibus dominis, Marquardo brokthorpen hinrico breiden militibus nicholao bangelowe nostro sub sigillo.

Original im Hamb. Archiv. Siegel verloren. In dorso: quod comes Iohannes non consensit violencie facte per hummersbutle.

1337. Jan. 6. 953.

Die Gebrüder von Schmalenstedt verkaufen ihre Mühle bei Schmalenstedt dem Kloster Neumünster für 80 Mark Lüb. Pf.

Omnibus quorum interest uel interesse poterit notum esse cupimus: quod nos Hinricus. Detleuus. tymmo. fre‖dericus. nicolaus fratres dicti de smalenstede cum consensu patruelis nostri iohannis filii frederici et omnium propinquorum et‖ amicorum nostrorum vendidimus mere empcionis tytulo molendinum nostrum situm prope villam smalenstede cum‖ omnibus pertinenciis. fructibus. vtilitatibus suis. piscaturis. instagnationibus. agris. pascuis et precipue cum distinctioni‖bus et terminis ac pratis qui se debent extendere ab aqua piscine ipsius molendini in latitudinem nouem men‖surarum que proprie dicuntur vademe et a fluuio eydere vsque ad loca in arido per fossata uel colliculos consignata‖ cum omni Iudicio maiori et minori proprietate eadem qua nos possedimus. sed specialiter superioris que de monte‖ occidentali descendit semitis libertate. Honorabilibus viris preposito et Conuentui nouimonasterii. pro Octoginta‖ marcis denariorum lubicensium in vsus nostros in numerata pecunia conuersorum. Fheodum autem quod in‖ predicto molendino habuimus eisdem . . preposito et Conuentui resignamus quia ad ipsos predictum fheodum noui‖mus pertinere. Promisimus insuper data fide. quod nullus ex nobis uel aliquis propinquorum nostrorum vtriusque‖ sexus predicte venditioni debet contradicere uel ipsam quomodolibet irritare. In euidenciam igitur et testimonium‖ predictorum Sigilla nostra simul cum Sigillis Iohannis patruelis nostri predicti et wlf dicti de toteken‖dorpe presentibus sunt appensa: Datum in kil. Anno domini. Millesimo Tricentesimo‖ tricesimo septimo. in die epyphanie.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Vier Siegel an Pergamentstreifen. Drei Siegeleinschnitte. Cop. Bordesh. fol. 35 b. Westfalen II. 133.

1337. Jan. 7. 954.

Heinrich, Dietrich, Hermann, Luthard und Hermann von Hudenberghe treten dem Grafen Gerhard von Holstein und Stormarn ihre Lehngüter ab.

Uniuersis cristi fidelibus Presencia visuris seu audituris. Hinricus. Thyde-‖ricus et Hermannus fratres. Luthardus et Hermannus fratres dicti de Hudenberghe‖ in domino salutem et rei geste agnoscere veritatem. Nouerit tam Presencium etas quam futurorum felix successio quod nos requisitis Omnibus qui in hac parte fuerant requirendi pre‖ nobis et nostris heredibus natis et nascituris omne ius bonorum

nostrorum pheodalium‖ cum quibus milites aut armigeri a nostris Progenitoribus inpheodati dinoscuntur in quibus‖ eciam nobis merum ius inpheodandi competebat vbicumque sitorum in Nobilem virum‖ dominum Gherardum Comitem Holtzacie et Stormarie suosque heredes natos‖ nascituros meliori et vtiliori modo quo possumus transferimus ipsique ac suis‖ heredibus ius predictum inperpetuum resignamus. Ipsum eciam ac suos heredes veros‖ dominos inpheodandi de bonis predictis in Presentibus approbamus. Inquorum omnium‖ euidens testimonium Sygilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum‖ Anno domini M⁰. CCC⁰. XXX⁰. Septimo In die secundo Epyphanie domini.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei Siegel an Pergamentstreifen. Zwei Siegeleinschnitte. S. H. U. S. II. 96.

1337. Jan. 28. 955.

Die Söhne des Ritters Georg von Hitzacker, beide mit Namen Georg, verpfänden den Hamburger Bürgern Bernhard und Nikolaus von Grund ihren Zehnten in Rethwisch für 15 Mark Hamb. Pf.

Uniuersis presencia visuris seu audituris Nos, Georgius et georgius fratres filii domini‖ Georgii militis de Hidzacker salutem in domino sempiternam, Recognoscimus tenore presen‖cium quod de consensu heredum nostrorum presentibus obligamus Bernardo et Nicolao dictis de‖ Grund Ciuibus in Hamborch et eorum veris heredibus, Decimam nostram, magnam et minutam,‖ super septem frustis terre sitis in Redwisch, cum omnibus suis prouentibus et pertinenciis vni‖uersis. pro, Quindecim marcis denariorum Hamburgensium nobis plenarie persolutis, Possumus‖ autem dictam Decimam omni anno redimere. in festo Circumcisionis domini pro eadem pecunie‖ quantitate, et quamdiu id non fecerimus tunc prefati. Bernardus et Nycolaus et sui heredes dicta deci‖ma vti debent, ad ipsorum beneplacitum et voluntatem. nec aliquis ipsis inquantum in nobis est in ipsa‖ decima debet aliquatenus impetere seu quomodolibet impedire. sed eam volumus ac si nostra esset‖ si opus est defensare, quod Iohannes dictus korte, Iohannes dictus berman et make dictus‖ velder nobiscum insolidum presentibus compromittunt, quod omnia debent per nos inuiolabiliter obseruari‖ Si quem autem de dictis compromissoribus nostris. quod absit. tempore obligacionis dicte decime mori con-‖tingerit, tunc alium compromissorem in locum ipsius equiualentem statuemus. quod si non fecerimus. tunc‖ nos Hamburgensem ciuitatem insolidum intrabimus. et non exibimus. nisi predictus compromissor per nos sic‖ legitime constitutus,[1]) In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Acta‖ sunt presentibus. Discretis viris Domino Wiperto de Luchowe sacerdote, wlfardo de Edemiz‖ Hinrico dicto kuren et frederico dicto de Roden et pluribus aliis fidedignis,‖ Anno domini M⁰ CCC⁰. Tricesimo septimo. In octaua agnetis virginis et martiris.

[1]) *fehlt etwas?*

Original im Hamb. Archiv. Zwei Siegel der Gebrüder Hitzacker an Pergamentstreifen.

1337. Febr. 4. 956.

Der Rat zu Lüneburg beurkundet, daſs Bertha Bertold den ihr von ihrem Gatten Johann geschenkten Wispel Salz aus der Lüneburger Saline an den Abt Herbord von Reinfeld wiederum verschenkt hat.

Nos Consules Ciuitatis Luneburg Hermannus Hoth Thidericus Dode, Nicolaus Garlop Iohannes Longus Albertus Holle, Iohannes Melbeke, Thidericus Abbenborch, Iohannes Dicke Burchardus Hogeri, Conradus Seghehardi, Henricus Miles, Ludolfus Hardtuici, Tenore presentium publice protestamur, Quod cum Domina Berta Bertoldi, de Marito suo Iohanne donatum. secundum posse liberum, recepisset, Vnum Chorum salis, quolibet flumine, in Salina Luneborg in domo Godzinge in Gunchpanne, ad sinistram manum, pro suo libitu. libere conuertendum. Ipsa donauit eundem, donatione perpetuo valitura, Religiosis Viris Domino Herbordo, Abbati totique Conuentui, in Reynevelde, in vsum Procurationis refectorii, astiuo tempore pinguius gubernandum, vt cultus Dei et salus donantis animæ, cæterorumque suorum perenniter augeatur nec deficiat in seculis affuturis. Datum sub nostro sigillo, Anno domini M. CCC. XXXVII. In crastino Blasii.

Kopie des 16. Jahrhunderts im Geheimarchiv zu Kopenhagen vom Notar Albert Berner mit der Notiz: Nota, dass documentum hatt kein sigill mehr.

1337. Febr. 5. 957.

Marquard von Calvede, Bürger in Hamburg, verkauft dem dortigen Kapitel 6 Mark Rente im Dorfe Ditterschop für 78 Mark Hamb. Pf.

Vniuersis presentes audituris seu visuris. Ego Marquardus de caluode Ciuis Hamburgensis‖ notum esse cupio publice protestando. quod Honorabilibus viris, dominis . . preposito . . decano et Capitulo Ecclesie‖ Hamburgensis rite [et] racionabiliter vendidi ac dimisi [pro] Septuaginta et octo marcis denariorum Hamburgensium‖ mihi integraliter [per]solutis, Sex marcarum redditus denariorum Hamburgensium in agris meis sitis in villa‖ Didgherkope [vide]licet in vno verdel, in quibus nunc Copekinus dictus gris moratur, perpetuis‖ temporibus iure [he]reditario et proprietario libere possidendos, Iam dictos siquidem sex marcarum redditus‖ prefati domini . . prepositus . . decanus et Capitulum Hamburgensis ecclesie, in instanti festo Cathedre sancti Petri, Et‖ deinceps singulis annis in eodem festo ante omnia expedite tollere et habere debebunt, Quos‖ eciam quibuscumque obligare vendere donare, dimittere et ad quoslibet vsus deputare valebunt‖ pro ipsorum libitu voluntatis. Preterea si prelibatos redditus ab aliquo imbrigari seu euinci conti‖gerit, ad eosdem disbrigandum et ad reddendum ecclesiam Hamburgensem predictam indempnem, ero‖ firmiter obligatus, In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Testes eciam‖ aderant discreti viri domini Hogherus de Distorpe Nicolaus vos perpetui vicarii ecclesie Hamburgensis‖ predicte. Thidericus dictus oppenperde et Iohannes Swinghe consules ibidem cum pluribus aliis fide dignis‖ ad premissa vocatis. Datum Hamborgh Anno domini M°. CCC°. XXXVII°. In die sancte Agathe virginis.

Original im Hamb. Archiv zerrissen und stockfleckig, aus dem Kopiar des Archivs ergänzt. Ein Pergamentsiegelstreifen.

1337. Febr. 6. 958.

Erich, Propst von Hamburg, Knappe Heinrich von Wilsede und Marquard von Calvede, Bürger in Hamburg, verbürgen sich dem Hamburger Kapitel für die von dem letzteren erkauften Renten in Ditterschop.

Nos Ericus dei gracia prepositus ecclesie hamburgensis. hinricus de wilsede senior famulus. ac marquardus de caluede. ciuis hamburgensis presentibus publice

protestamur. Nos et quemlibet nostrum insolidum. ad hoc fore firmiter obligatos. quod si sex marcarum denariorum hamburgensium redditus sitos in agris qui dicuntur vertel. in villa diegherope. quos copekinus dictus gris nunc colit. per me marquardum de caluede. honorabilibus viris dominis. decano. et capitulo hamburgensis ecclesie predicte. pro Septuaginta et octo marcis denariorum hamburgensium mihi integraliter persolutis. iuste et rite venditos. et quemcumque inbrigari seu euinci contigerit. nos et quilibet nostrum insolidum huiusmodi redditus disbrigabimus. et eandem ecclesiam hamburgensem penitus reddemus indempnem. Insuper dictos redditus coram scabinis et scultetis ac aliis quibuslibet iudicibus. prefatis dominis. decano et capitulo hamburgensi quandocumque ab ipsis requisiti fuerimus. sicut consuetum est fieri asscribi et assignari. et eciam resignari realiter faciemus. necnon omnia et singula que circa huiusmodi contractum roborandum vtilia seu necessaria quomodolibet esse censentur. ad requisicionem eorundem dominorum omnino debebimus adinplere. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. datum hamborch. anno domini M°. CCC°. XXX. VII°. in crastino Beate agathe virginis.

Lib. cop. Cap. fol. 163a im Hamb. Archiv.

1337. Febr. 21. 959.

Thuco, Bischof, und das Kapitel zu Börglum beurkunden die zwischen Gerhard, Grafen von Holstein und Stormarn, und der Geistlichkeit und Mannschaft in Nordjütland, Fühnen und den anliegenden Inseln geschlossene Sühne.

Omnibus Presens Scriptum. Cernentibus Thuco dei gracia Episcopus Totumque Capitulum Ecclesie Burglanensis|| salutem in domino sempiternam. Ad noticiam omnium et singulorum presencium et futurorum cupimus peruenire Quod omnis|| controuersia. et dissencio per quemcumque modum et super quibuscunque negociis et rebus hucusque mota inter Magni||ficum et nobilem virum dominum gherardum Comitem holtzacie et sturmarie ac episcopos milites et militares. Clericos|| et Laycos cuiuscunque status et condicionis existant. vbicunque in dominio et districtu ipsius comitis videlicet in Northiucia|| pheonia. erria et Toslandia ac singulis insulis dictis terris adiacentibus residentes parte ex vna et Nos parte ex altera|| super captiuitate et violenciis nobis in persona nostra ex mandato domini Cristofori. quondam regis danorum nobis factis, necnon|| spoliis et iniuriis nobis in bonis nostris et ecclesie nostre illatis amicabiliter est sedata et sopita. Recognoscentes eciam publice|| presencium in tenore Nobis et ecclesie nostre pro huiusmodi captiuitate violenciis et iniuriis pro voluntate et beneplacito|| nostro esse Satisfactum per predictos, Dimittentes nichilominus ipsum dominum gherhardum comitem ac singulos premissos cuiuscunque status|| personatus aut condicionis existant in premissis terris et insulis commorantes ab omni ingratitudine et suspicione quam contra|| eos racione premissorum videlicet captiuitatis violenciarum et iniuriarum habuimus cum graciarum accione presentibus Liberos quitos|| penitus et excusatos. Omni eciam accioni tam iuris quam facti. canonici quam ciuilis si qua nobis et ecclesie nostre ac successoribus|| nostris in posterum competeret vel competere posset omnino presentibus renunciantes heredibus tamen predicti domini Cristoffori regis|| domino eskillo kraat milite et boecio falken. illate nobis iniurie principalibus perpetratoribus contra quos nobis ecclesie nostre|| et successoribus nostris accionem habendum reseruauimus. ab huiusmodi conposicionis ordinacione exclusis

Similiter reseruauimus‖ nobis ecclesie nostre et successoribus nostris facultatem agendi contra episcopos ecclesiarum Ripensis et arusiensis et petendi ab eis resti‖tucionem collectorum ex suis epischopatibus que nobis in satisfactionem. de iure cedere et conpetere videantur. sed huius tantum‖ racione debebimus eos coram dicto domino gherardo Comite conuenire et contentari iure quod vasalli sui seruato iuris terre‖ ordine duxerint inter nos diffiniendum. In omnium et singulorum premissorum euidenciam nostrum et capituli nostri sigillum presentibus‖ sunt appensa. Datum horsnes Anno domini M°. CCC°XXXVII°. in profesto beati petri apostoli in Cathedra.

*Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei Siegel fragmentarisch an Pergamentstreifen. s. Reg. Dan. *1695.*

1337. März 1. 960.

Ritter Siegfried von Sestede verkauft und verschötet fünf Hufen in Duvenstedt, eine in Fockbeck und ein Viertel Landes in Klein-Rheide an Otto Ployse, Bürger in Rendsburg.

Vniuersis Christi fidelibus presencia visuris seu audituris, Syfridus de Sestede, miles, salutem in Domino sempiternam. Notum facio vniuersis tam presentibus quam futuris, tenore presentium publice protestando, quod rite et rationabiliter de consensu et voluntate omnium et singulorum verorum heredum meorum, ac vniuersorum, quorum super huiusmodi consensus aut voluntas fuerat requirendus, vendidi discreto viro Ottoni dicto Ployse, opidano in Reynoldesborg, suisque veris heredibus, bona mea hereditaria infra scripta, videlicet in Duuenstede, quinque mansos, in villa Vockebecke vnum mansum, in parvo Reyde. VIII. quartale. Predicta etenim bona omnia et singula dicto Ottoni suisque veris heredibus, vendidi, assignaui. et meliori modo, quo potui secundum iura et leges regni Dacie, ipsi suisque veris heredibus scotaui, omnem etiam proprietatem et libertatem, quam in dictis bonis habui et possedi, in dictum Ottonem ac suos heredes in perpetuum transtuli, cum omni iure, commodo et vtilitate, cum vniuersis fructibus, redditibus et quibuscunque obuen‖cionibus ipsorum, cum vniuersis attinenciis et adiacenciis eorundem, pratis, pascuis, piscinis, lignis, silvis, agris cultis et incultis, viis et inuiis, exitibus et regressibus, et plane cum omnibus commoditatibus et vtilitatibus, que in dictis bonis haberi aut nominari poterint, prout ego et progenitores mei predicta bona liberius vtiliusque possedimus et habuimus vsque, pro CCC et triginta marcis denariorum lubicensium, mihi et meis heredibus integraliter persolutis. Ego etiam me et meos heredes in presentibus ad hoc obligo firmiter et astringo, quod dicto Ottoni suisque veris heredibus omnium bonorum predictorum, secundum leges terre, veram et sufficientem Warandiam sistabo. Etiam astringo me ad hoc, quod heredes mei neque consanguinei mei predicta bona de eo emere debeant quoquo modo. Pro hiis omnibus et singulis inuiolabiliter obseruandis, ego ac vna mecum et pro me Domini Otto Blixe, Marquardus de Sestede, milites, Ditleuus de Sestede, Luderus de Scinkel, Radolphus Blixe et Syfridus filius meus, famuli, fide data et insollidum promittimus per presentes. Datum et actum Anno Domini M CCC XXXVII. proximo sabato ante Dominicam Esto mihi.

*Noodt, Beiträge II. S. 17—19 nach drei unbesiegelten Ausfertigungen auf Pergament. Reg. Dan. *1696.*

1337. März 12. **961.**

Volrad, Bischof von Ratzeburg, bestätigt die Stiftung einer Vikarie im h. Geisthause zu Mölln seitens des Herzogs Albrecht von Sachsen.

In nomine domini amen. Nos volradus dei gracia Raceburgensis Ecclesie Episcopus, annuentes deuocioni, et iustis precibus Illustris principis‖ domicelli alberti ducis saxonie, angarie et westfalie, perpetuam vicariam instauratam et officiandam perpetuis temporibus in‖ capella domus sancti spiritus in molne et dotatam redditibus decem marcarum singulis annis percipiendis de aqueductu dicto‖ wlgariter sluse sito apud stenborch. et octo punt siliginis percipiendis singulis annis de quatuor mansis sitis in uilla godowe‖ accedente pleno consensu, Discreti uiri domini luderi rectoris ecclesie parrochialis in Molne, approbamus auctorizamus et auctoritate‖ ordinaria confirmamus et ius patronatus dicte vicarie apud illustrem dominam beatam, ducissam saxonie vxorem predicti prin‖cipis, et post obitum eius, apud dominam ducissam saxonie, quecumque antiquior fuerit in cuius dominio opidum Molne fuerit, ma‖net, et inperpetuum manere debet. Vicarius uero dicte uicarie ipsam vicariam officiabit hora quam infirmis et aliis in‖habitantibus dictam domum sancti spiritus, et parrochiali ecclesie uiderit conpetentem et oportunam, saluo tamen in omnibus aliis‖ Iure ecclesie parrochialis predicte, In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo Illustris principis predicti, et eciam‖ cum sigillo domini Luderi rectoris Ecclesie parrochialis in Molne predicti presentibus est appensum, Et nos albertus dei gracia dux‖ saxonie angarie et westfalie premissis consencientes intestimonium eorundem sigillum nostrum presentibus duximus ap‖ponendum, Et ego luderus rector ecclesie parrochialis in Molne in testimonium consensus mei premissis adhibiti sigillum meum‖ presentibus mandaui apponi. Datum et actum in Molne anno domini. Millesimo, Tricentesimo, tricesimo septimo, In‖ quadragesima in die Gregorii pape, Presentibus honestis et strennuis militibus walrauen et detleuo fratribus de duuense‖ Iohanne scarpenberch, et Marquardo dicto wlf, atque presbiteris discretis, Hinrico lupo, Nicolao dicto Gyr, Hinrico‖ dicto soltman, Godekino pecekini, et discretis viris, Hinrico smilowen, Gotfrido dicto snakenbeke et aliis pluribus fide‖ dignis.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel des Bischofs am Pergamentstreifen. Ein Siegelstreifen, ein Siegeleinschnitt.

1337. März 29. **962.**

Hellembert, Bischof von Schleswig, gewährt allen zum Bau des Nonnenklosters in Schleswig Beitragenden vierzigtägigen Ablaſs.

Vniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes nostre littere peruenerint Hellembertus dei gracia Episcopus Sleswi‖censis salutem in domino sempiternam Quoniam vt ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Cristi recepturi prout in corpore‖ gessimus siue bonum fuerit siue malum oportet enim nos diem messionis extreme misericordie operibus ac‖ eternorum intuitu ea seminare in terris que reddente domino multiplicato fructu recolligere valeamus in celis firmam spem fiduciamque tenentes Quoniam qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam, volentes igitur iuxta officium nostrum debitum de clausura monialium in Sleswic nostre diocesis sollerter intendere vt moniales sic publicis et mundanis conspectibus separentur, omnino valeant seruire deo liberius et lassiuiendi oportunitate sub-

lata eidem corda sua et corpora in omni sanctimonia diligencius custodire ad quam quidem clausuram breuiter inceptam multa requiruntur edificia sumptuosa que absque Cristifidelium elemosinis perduci non possunt feliciter ad effectum vnde vniuersitatem vestram exortamur in domino vobis nichilominus in remissionem vestrorum peccaminum iniungentes, quatinus de bonis vobis a deo collatis vt ad opus tam pium quam necessarium pias elemosinas et grata caritatis subsidia conferatis vt per hec et alia bona que domino inspirante feceritis possitis ad eterne beatitudinis premia peruenire, Nos igitur de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis qui ad dictum opus seu ad libros calices luminaria et alia quecunque ornamenta ad cultum diuinum ibidem in testamentis vel extra manum porrexerint adiutricem vel qui eis pias elemosinas pro sustentacione arcte vite sue erogauerint Et qui cymiterium ibidem circuierit et pro fidelibus ibidem sepultis pie orauerit quociensoumque quandocumque premissa seu premissorum aliquod deuote compleuerit de iniuncta eis penitencia quadraginta dies indulgenciarum misericorditer in domino relaxamus. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum sleswic Anno domini, M°, CCC° XXX septimo in profesto annunciacionis sancte marie.

Original im Archiv des Klosters St. Johann vor Schleswig. Ein Siegelstreifen mit Wachsspuren. Zeitschrift Bd. VI. Repertorien S. 112 Nr. 9. Reg. Dan. 2145.

1337. März 30. **963.**

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, gewährt den Flensburgern (Flensburgensibus) *das Vorrecht, dafs an einer Stelle gezahlter Warenzoll Zollfreiheit für die übrigen Zollstätten in sich schliefse.* — „Nouerint."

Datum anno domini M°. CCC° XXXVII°. septimo in dominica qua cantatur Letare.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Sejdelin I. 18. Reg. Dan. 2146.

1337. April 28. **964.**

Hencer Ubbys Maghæ, *Bürger zu Ripen, verschötet dem dortigen Archidiakon Magister Tuko ein Otting Landes in Osterwithstetmark für 2½ Pfund Sterling.*

Omnibus presens scriptum cernentibus, Iohannes sacerdos de rothækær krook petrus‖ brwn Iohannes niclæs sen, gøty ivers sen, Iohannes ebby sen, Rycolf ebby sen, tuky ottwr sen‖ et nicholaus vlf sen, salutem in domino sempiternam, Notum facimus vniuersis, nos anno domini‖ M°. CCC°. XXX. septimo, secunda feria proxima, ante festum sancte walburgis virginis, in placito hwiding‖hæret personaliter fuisse, audiuisse et vidisse, quod hencerus vbbys maghæ ciuis Ripensis, in eodem‖ placito nostro personaliter constitutus, recognouit se vendidisse, Magistro tukoni, archidyacono ripensi‖ pro duabus libris cum dimidia sterlingorum, habitis et leuatis, vnum attingh integrum, sine diminucione‖ qualibet, tam in pratis quam in agris, in østerwithstet mark situm, quod valebat, vt ipse asseruit‖ et promisit, IIIIor solidos annone, libere annuatim, et idem attingh cum omnibus suis pertinenciis‖ absque omni diminucione, ex parte et nomine eiusdem domini archidyaconi, domino gøtoni canonico Ripensi ibidem‖ scotauit, ad anniuersarium domine esæ, matris predicti domini archidyaconi, in ecclesia Ripensi perpetuo susten-‖

tandum, tali condicione postmodum adiecta, quod si idem hencerus vel heredes sui, dictum attingh|| infra mediam quadragesimam, proximo futuram, pro eodem precio supradicto, vellent emere iterato, idem|| attingh, refuso precio ad suum proprium vsum, non alienum, deberent sine difficultate|| qualibet Rehabere, quod, quorum interest, vel intererit in futurum, coram omnibus protestamur, In cuius|| Rei testimonium, sigilla nostra presentibus sunt appensa, Datum anno, et die et loco supradictis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Zwei Siegel an Pergamentstreifen. Sechs Siegeleinschnitte.

1337. Juni 30. **965.**

Gerhard und Giselbert, Gebrüder, Grafen von Holstein, und Junker Heinrich, des ersteren Sohn, schenken der Kapelle zu Münsterdorf zwei Hufen.

A.

Omnibus praesentia visuris seu audituris, Gherardus et Gyzelbertus fratres dei gratia Comites Holtzaciae, necnon Hinricus Domicellus dicti domini Gherardi filius, Salutem, Ad noticiam tam praesentium quam futurorum volumus peruenire, Quod nos speciali deuotione diuinitus informati modis omnibus affectantes, ut in Capella sancti Syxti in uilla Munsterdorpe in parrochia Itzeho nostri dominii sine praeiudicio eiusdem matricis Ecclesiae dei seruicium et cultus diuinus iugiter habeatur, progenitorum nostrorum nostrarumque volentes salubriter mederi langoribus animarum ad vicariam in dicta Capella diu habitam et perpetuo habendam Duos Mansos et Iugera in palude dictis mansis |in suo situ adiacentia, cum omnibus suis prouentibus vtilitatibus, pertinenciis et adiacenciis, cum omni Iudicio maiori et minori libertate ac proprietate que progenitoribus nostris uel nobis iure uel consuetudine in hiis competebat, uel heredibus nostris in posterum competere posset, fratribus kalendarum dicte Capelle liberaliter et pure propter Deum donauimus et donamus perpetuis temporibus pacifice possidendum, Insuper Ius patronatus presentacionis et collacionis dictae uicariae praedictis Kalendarum fratribus erit in omnibus semper saluum, Vicarius uero qui pro tempore ibidem fuerit, nisi iusta causa interueniat, semper residens sit, et quinque misse ab eodem septimanatim celebrentur, Si autem graui infirmitate seu alia legittima causa dictus vicarius impedietur, ab alio dictas quinque missas faciet in dicta Capella celebrari, Praeterea omne Ius quod villani nostri in villa Munsterdorpe supradicti in lignis conbustibilibus, virgis ad sepes, cespitibus fodiendis, pascuis communibus pasturaque porcorum obtinent, Idem Vicarius perpetuis temporibus obtinebit, Rogamus igitur omnes successores nostros ut sepedictum Vicarium fratresque Kalendarum ibidem, quorum fraternitatem recepimus humiliter et deuote in omnibus iustis causis eorum promoueant et proplacitent cum effectu. Datum Itzeho Anno domini M⁰. CCC⁰. XXXVII⁰. In die Commemoracionis Beati Pauli Apostoli nostris sub sigillis in rei euidenciam pleniorem.

Kopie des 17. Jahrhunderts im Staatsarchiv zu Schleswig.

B.

Alle den ghennen den desse iegenwardige breff wert tho sende Edder tho horende Ghert vnde Ghiselbrecht Brodere van der gnade godes Greuen tho holsten vnde ock Iunckher hinrick der vorbenomeden heren Gherdesson heyl, Tho

bekanntnisse beyde der dinghe dede nu vns ieghenwardich sin vnde der dinghe dede nu moghen thokamende syn So wille wy Iw klarlyken apenbare dat wii van sundergher Innicheit weghe gvtliiken syndt vnderwissedt, vnde begern in aller wiise vnde mathe vppe dat in der Cappellen Sunte Sixti in deme dorppe Munsterdorppe belegen In deme kerspele tho Itzeho vnser herschop Svnder vorvanghe der suluen Modere der kerspel kerken gades deust vnde gotlyke ere tho ewigen tiiden moghen werden ghehadt, vnde dat wii öck willen heylsamlyken arscedigen laten de kranck heide der zelen vnser vor olderen vnde ock vnser eghenen zele To der vicarie in der vorbenomeden Cappellen dede dar sulues lange ys ghehadt vnde tho ewigen tiiden schal werden hadt, twe houen landes vnde de acker in der marsch de den vorbenomeden twen houen tho hanget in syner legelicheit mit alleme syneme vrame nütticheit thobehoringe vnde anroringhe mit alleme rechte grotest vnde klenest vrigheit vnde egendome also vrig alse vnsen vor olderen vnde vns van rechte edder na wanheit hiir ane tho behorede Edder vnsen eruen in nakamen tiiden tho behoren mochte, den brodern des kalandes der vorbenomeden Cappellen mit guden vrigen willen vnde pur vmme de leue gades hebben gegeuen vnde geuen tho ewigen tiiden rowesamlyken tho besittende, vortmer dat recht der lenwar der antwerdinge vnde der bestedinge der vorbenomeden vicarie werde den vorbenomeden kalandes brodern in allen dingen to ewigen tyden salich, Men io doch de vicarius de dar nach der tyd were sunder dar qweme redelike rechtuerdige sake twysschen an, anders schal hee dar stedes wanen, vnde van deme suluen vicario scholen holden werden viff missen in ener iuweliiken wekeme, Weret auer sake dat de vorbenomede vicarius mit swarer kranckheit edder andere redelyker sake worde hindert so lathe he holden de viff missen vorbenomed in der vorbenomeden Cappellen, hyr bauen desse vorschreuen stucke schal de sulue vicarius beholden alle recht dat vnse bure in deme dorppe Munsterdorppe vorbenomed in berneholte, in tunholte, vnde in torff grauende, in meynen weyden, in mastinghe der swine beholden, dat schal also de sulue vicarius werden beholden to ewigen tiiden, Worumme bydde wii alle vnse Nakomelinge dat gii den vakenbenomeden vicarius vnde de brodere des kalandes dar sulues der wy ere broderschop otmodigen vnde innichliken hebben entfangen, willen in allen rechtuerdigen saken vromelick vnde vordelick zin mit aller krafft vnde macht, Gheuen tho Itzeho na der bort vnses heren dusendt drehundert dar na in deme souenundedruttigesten Iar In deme dage Commemoracionis sancti pauli vnder vnsen segelen.

Übersetzung. Kopie vom Anfang des 16. Jahrhunderts im Staatsarchiv zu Schleswig.

1337. Juli 25. 966.

Der Knappe Detlef von Zule verspricht dem Herzog Erich von Sachsen, ihm seine in Petseke *(bei Mölln) erbaute Feste jederzeit auf Verlangen auszuliefern. Mitgelober: sein Bruder Volrad, die Ritter Marquard Wlf und Johann Scarpenberg, Mako von Stenhorst, Marquard Scotze, Ludolf Scarpenberg, Sohn des Ritters Ludolf, Detlef von Zule, Sohn des jüngeren Volrad.*

Datum Anno domini millesimo. CCC°. XXXVII°. in die Sancti Iacobi apostoli.

Sudendorf, U. B. VII. 167 nach dem Original, jetzt im Staatsarchiv zu Schleswig. Die Siegel verloren.

1337. Juli 28. **967.**

Papst Benedikt (XII) *beauftragt den Bischof von Schleswig, dem Brother von* Toftingh *und seiner Gattin Inge, Tochter des Hunwardis von* Toftingh *für ihre eingegangene Ehe und den darin erzeugten Sohn wegen des ihnen erst später bekannt gewordenen Ehehindernisses, ihrer Verwandtschaft im vierten Grade, nachträglichen Dispens zu erteilen.* — „Petitio."

Datum Auinione V. kal. Augusti pontificatus nostri anno tertio.

*Reg. Dan. *1702.*

1337. Septbr. 15. **968.**

Junker Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, bestätigt dem Ritter Reinhard von Vorencampe die ihm einst verkauften Güter und die von demselben darüber getroffene letztwillige Verfügung.

In omnipotentis nomine amen. Eiusdem gracia Nos domicellus Adolfus Comes Holtsazie Stormarie et in Scowenborch coram omnibus euidenter protestamur. quod cum nos olim vna cum dilectis fratribus nostris Gerhardo videlicet et Erico in hereditate nostra paterna penitus et simpliciter in diuisi, Strenuo militi domino‖ Reynhardo de vorencampe de consensu et beneplacito dilectissime domine matris nostre domine helene ac inclite domine heylewigis nostre adolfi vxoris legitime omnium‖ heredum ac coheredum nostrorum iusto et perpetuo proprietatis tytulo vendidissemus infra scripta bona videlicet, vnum mansum situm in loco qui dicitur vp deme mo‖lenvelde, et coram valua orientali opidi nostri rintelen. et quosdam ortos ibidem sitos, et curiam habitationis nostre sitam in opido nostro rintelen Insuper et vnam‖ curiam cum quatuor mansis in villa et campis ville Enghere, ac loco qui dicitur stedere veld sitis, et vnum rusticum dictum Euereke dictam curiam in enghere‖ in colentem, sicut in priuilegiis super dicta proprietate confectis lucidius continetur Ipseque Reynhardus de vorenkampe miles, queque et singula bona superius‖ enarrata multis temporibus possedisset, notorie, pacifice et perfecte, tandem quedam bona ex illis, quibusdam personis iusto proprietatis tytulo vendidisset, post‖modum in via peregrinacionis ad sanctum Iacobum profectus infirmitate corporis preualente, positus in extremis, compos tamen racionis et consciencie fide‖dignis personis presentibus de testamento suo sicut verus cristicola ordinans et disponens, prefatam curiam sitam in villa Enghere cum quatuor mansis ad ipsam‖ curiam pertinentibus sitis in campis eiusdem ville et loco dicto Stedere velt, Monasterio sancte Marie in Rintelen, et personis monasterii eiusdem legauit‖ et contulit, cum omnibus et singulis appendiciis vtilitatibus et prouentibus, iusto proprietatis tytulo propter deum, Condicione que subsequitur mediante, videlicet‖ quod Nos prenominatus adolfus nunc verus Comes in Scowenborch, vxor ac heredes nostri sepe dictam curiam cum quatuor mansis pro sexaginta‖ marcis bremensis argenti dicto monasterio et ipsius personis simul et semel integraliter persoluendis reemisse potuissemus. quandocunque nobis placuisset‖ sub tempore deputato. Nos igitur vna cum inclita vxore nostra domina Heylewigi dicto monasterio et personis ipsius cupientes de erroribus et periculis‖ futuris precauere que ratione dicte reemptionis nostre possent futuris temporibus euenire, recepta a sepe dicto monasterio summa pecunie debita et condigna ad‖ preces strenuorum virorum, frederici de arenholte militis, Lutberti dicti Top. armigeri Ceterorumque heredum ac coheredum dicti militis

Reynhardi de vo||renkampe pie recordacionis, pium propositum et extremam voluntatem ipsius reynhardi pie memorie ratificamus et tenore presencium irreuocabiliter|| approbamus, renunciantes simpliciter et expresse reempcioni predicte omnibusque et singulis qualicunque uocabulo nuncupetur que nobis et nostris heredi||bus aut successoribus inperpetuum post futuris in dicta curia Enghere et quatuor mansis ad ipsam pertinentibus hactenus competebant seu conpe||tere possent ex consuetudine vel exiure, transferentes ex nouo in sepe dictum monasterium sancte marie in Rintelen et in personas ipsius, omnes proprieta||tes ac libertates predictorum mansorum et curie inperpetuum duraturas, nostris quidem priuilegiis prioribus super vendicione omnium bonorum premissorum con||fectis et editis in suo vigore atque forma huiusmodi innouacione non obstante firmiter eciam duraturis, Renunciantes nichilominus in hiis scriptis|| pro nobis et nostris heredibus ac successoribus natis et in perpetuum nascituris omni auxilio iuris canonici et ciuilis per que premissa vel premissorum|| quodlibet possent infringi quomodolibet minui vel cassari, Huius facti testes sunt fideles nostri, Willikinus de holte. Iohannes westphal, Richar||dus post, Iustatius de rederen, Iohannes de bardeleue, milites, albertus noster notarius, Reinhardus de rotdorpe, Ludolfus, et Iohannes fratres|| de Eckersten famuli, et alii plures fide digni, in testimonium conuocati, In euidenciam maiorem sigillum nostrum vna cum sigillo dilectissi||me conthoralis nostre domine heylewigis presentibus est appensum, Datum et actum Scowenborch in presencia nostra, Anno domini, M°. CCC°. XXX°. VII.°|| in octaua natiuitatis sancte marie virginis.

Original im Archiv zu Bückeburg in doppelter Ausfertigung, erstere mit zwei Siegeln, letztere mit einem Siegel und einem Siegelstreifen.

1337. Novbr. 11. 969.

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, überträgt die bisher von dem Bremer Bürger Konrad von Verden und seiner Gattin Osteke zu Lehen getragenen Besitzungen zu (Süder)-Hastedt an dessen Schwiegersohn Johann von Hude.

Uniuersis et singulis Presentem litteram inspecturis. Gherardus dei gracia Comes|| holtsacie et stormarie salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi Quod omnia|| bona sua in villa herstede que quondam Conradus de Verda Ciuis bremensis et vxor|| eius. domina. osteke. a progenitoribus nostris et Nobis in pheodo habuerunt Contulimus|| presentibus conferimus strennuo armigero Iohanni de [hu]da eius genero suisque veris heredibus cum omnibus attinenciis .... prout|| nunc iacent et hactenus iacebant cum fructibus redditibus Iudiciis conuentio||nibus ex quacumque causa de dictis bonis prouenientibus ... cum iure vtilitate|| commoditate et libertate quemadmodum predicti priores horum bonorum possessores|| retroactis temporibus dinoscuntur vtilius et liberius habuisse Iure pheodali|| et a nobis et nostris heredibus habenda et pacifice possidenda. In Cuius collacionis|| Testimonium sygillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Anno|| domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo septimo die beati martini episcopi.

Original, beschädigt im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel am Pergamentstreifen.
In dorso *(s. XV.)*: Iohannes de huda. *S. H. U. S. II. S. 98.*

1337. Novbr. 30. 970.

Graf Adolf belehnt den Ritter Hildemar von Oberge zu Ouesuelde *mit sieben Hufen im Dorfe* Hattorpe, *einer Hausstelle und Wiese bei* Ouesuelde,

sowie Ganfried von Varsuelde *mit vier Hufen und dem Zehnten im Dorfe* nygenstede.

Anno Domini M°. CCC°. XXXVII°. In die Andree Apostoli.

Anführung im Lehnbuch der Grafen zu Holstein-Schauenburg im Archiv zu Bückeburg. Magdeb. Geschichtsbl. 1883. S. 194.

1337. Novbr. 30. 971.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, Hauptmann auf Seeland, überträgt dem Henning Matæson vier Schilling Landes in Hælæstæthæ.

Omnibus presens scriptum cernentibus Iohannes dei gracia comes holtzacie et stormarie capitaneusque syellendie salutem‖ in domino sempiternam, Noueritis quod nos exhibitori presencium hemmiggo Matæssen [quat]uor solidos terre in censu in‖ hælæstæthæ sitos cuidamtunddæ per quendam Matheum godefriithsen [patr]em predicti hemmiggi, quondam‖ inpigneratos et per iudicia placitancium, in placito stæunænsheret et in placito generali syellendie et per quatuor litteras‖ nostras legaliter adiudicatos, necnon per introductionem corporalem quatuor discretorum ad hoc specialiter‖ in litteris nostris nominatorum, iuxta leges terre assignatos, Iure perpetuo possidendos adiudicamus per presentes, huic cause perpetuum silencium indulgentes, vnde per graciam nostram districtius inhibemus‖ nequis cuiuscumque condicionis aut status existat, se de dictis quatuor sollidis terre, aliqualiter in‖tromittat, absque ipsius hemiggi voluntate et consensu, provt vlcionem condignam duxerit euitan‖dam, In cuius Rei testimonium sigillum nostrum, presentibus duximus apponendum, Datum Roskilde‖ anno domini M. CCC. XXX° septimo, in die beati andree apostoli.

Original, beschädigt, im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Rest des Siegelstreifens. In dorso (*s. XV.)*: super quatuor solidis terre in censu in hæliæstædheret.

Zweite Ausfertigung ohne Jahreszahl und Datum.

[Iohannes dei] gracia comes holzacie et stormarie capitaneusque syellandie steuinsheret inhabitantibus sal[utem in‖ domino Noueritis] quod nos exhibitori presencium hemmigo matæ sen quatuor solidos terre in cen[su in Hælliæs]tæthæ sitos cuidam nicholao Tund per quendam matheum godæ[friitson patrem]‖ predicti hemmigi quondam inpigneratos. et per iudicia placitan‖[cium in placito] vestro et placito generali syellandie sibi adiudicatos iure perpetuo pos‖[sidendos] adiudicamus per presentes precipue quod dictus hemmigus pecuniam pro qua‖ . . . a inpignerata erant in placito generali vestro. termino debito solucionis‖ [pro ipsis] bonis redimendis legaliter exhibuerat et eandem pecuniam testimonio‖ [discretorum] posuerat in sequestro. Datum roskilde teste domino ebbone clerico nostro.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen, beschädigt, ergänzt aus der Kopie im Langebekschen Diplomatar daselbst. Siegel verloren. Reg. Dan. *1664 (*mit der Datierung 1335 nach der Kopie*).

1337. Decbr. 8. 972.

Walter Post verkauft den dritten Teil der Zehnten aus Süderau für 200 Mark Lüb. Pf. an den Grafen Johann von Holstein.

Omnibus presens scriptum cernentibus. wolterus dictus poost salutem in‖ domino sempiternam. Nouerint vniuersi quod inclito domino meo domino Iohanni

comiti‖ holtsacie. sponte et voluntarie pro me et omnibus heredibus meis. Rite et racionabiliter‖ vendidi. Tertiam partem decimarum in svderowe cum omni iure vtilitate et fructu‖ et libertate. Prout ad me post obitum patris mei bone memorie. liberius et vberius‖ sit deuoluta iure hereditario. Pro ducentis marcis denariorum lubicensium michi integraliter‖ persolutis. Renuncians omni excepcioni doli et mali. que contra premissa possent quomodolibet moueri uel attemptari. ipsam terciam partem decimarum plane et simpliciter Resigno per presentes. Promittens nichilominus prefato domino comiti quod pretactam terciam partem‖ decime infra annum et diem. ab impeticione cuiuslibet hominis et vniuersitatis ipsam‖ iuste inpetentibus in amicicia uel in iure debeam disbrigare. et per fidem meam‖ me obligo faciendum. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum‖ Datum pløne anno domini M°. CCC°. Tricesimo septimo in crastino beati nicolai‖ confessoris presentibus dominis marquardo et hinrico breyden militibus gerlaco de wotmolte‖ et longo beyenwlete famulo testibus premissorum.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegel am Siegelstreifen.

1337. **973.**

Graf Adolf verpflichtet sich, die Bürgerschaft von Stadthagen nach Empfang einer ihm zum Nutzen des Landes bewilligten Beisteuer an Vieh (precaria uel contribucio) *nicht weiter zu belästigen.*

Nach v. Löher, Archiv. Zeitschrift VIII. S. 226.

1338. Jan. 13. **974.**

Ritter Detlev von Wensin stiftet eine kleinere Präbende im Hamburger Dom und stattet sie mit 10 Mark Rente aus dem Dorfe Sühlen, Kirchspiel Oldesloe, aus.

Uniuersis presentes litteras inspecturis seu audituris. Ego detleuus de wensine miles cupio fore notum. quod ego diuinum cultum in ecclesia hamburgensi cupiens augmentare. ad honorem omnipotentis dei et beate marie uirginis gloriose eidem ecclesie pro instauracione seu fundacione prebende minoris in ipsa ecclesia nouiter erigende. matura deliberacione et consensu heredum meorum prehabitis. decem marcarum redditus. in uilla mea dicta tzule sita in parrochia Odeslo lubicensis dyocesis. titulo pure donacionis assignaui et dimisi. et eosdem redditus seu prouentus. cum ipsorum possessione transtuli efficaciter in ecclesiam prelibatam. Quos quidem redditus predicta ecclesia singulis annis de tota prefata uilla tzule percipiet in festo beati martini expedite integraliter et complete. et si in hiis ex culpa mea vel heredum meorum aliquis defectus fuerit. illum ego et heredes mei supplere tenebimur cum effectu. Hoc sane expresso. quod huiusmodi prebende ut premittitur instaurande collacio. prouisio. seu omnimoda disposicio. ad prepositum. decanum et capitulum prefate hamburgensis ecclesie libere pertinebit. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum lubeke Anno domini M°. CCC°. XXXVIII°. in octaua epyphanie domini.

Lib. cop. Cap. fol. 123a im Hamb. Archiv.

1338. Jan. 19. **975.**

Das Schleswiger Kapitel vergleicht sich mit dem dortigen Magistrat über eine Vikarienstiftung Bernhard Punckes.

Omnibus praesens scriptum cernentibus, capitulum ecclesiae Sleswicensis salutem in Domino sempiternam. Constare volumus tam praesentibus quam futuris, quod super altercatione seu etiam contentione aliqua, diu habita inter nos, nomine ecclesiae nostrae Slesvicensis parte ex una, et consules ceterosque cives Slesvicenses parte ex altera, occasione cuiusdam curiae, olim domino Bernhardo Puncke attinentis, quam ipse secundum tenorem sui testamenti ad unam perpetuam vicariam fundandam in ecclesia nostra memorata donaverat pleno iure, quam quidem donationem praedicti consules, secundum leges et consuetudines patriae ac Erici quondam ducis Iuciae, pluribus ex causis invalidam asserebant et nullius existere firmitatis, ymo magis dictam curiam ad eos pertinere de iure, tandem amicabili compositione inter nos taliter existit concordatum, quod dicti consules dictam curiam domino Nannoni Petri, nostro concanonico, cum omni commodo, libertate, utilitate et iure, quod huc usque in praefata curia habuerunt et sicuti eam praefatus dominus Bernhardus olim libere tenuit et possedit, vendere, dimittere pro certa pecunia debeant et scotare, iure perpetuo possidendam, ita tamen quod dictus Nanno duas missas in vita et vnam post mortem ipsius omni anno in anniversario dicti Bernhardi pro salute animae suae faciet inviolabiliter celebrari. Quare praefatos consules ratione huiusmodi curiae ab impetitione nostra et ecclesiae nostrae Slesvicensis supradictae quittos, liberos dimittimus et penitus excusatos per praesentes, ac renunciamus perpetuo omni iuri seu actioni, si qua nobis seu ecclesiae nostrae antedictae huc usque contra praenominatos consules in dicta curia competebat, ex donatione ipsius Bernhardi supradicti. In cuius rei testimonium sigillum nostri capituli praesentibus est appensum. Datum Sleswyck Anno Domini 1338. in profesto Fabiani et Sebastiani martyrum beatorum.

Nach Ulrich Petersens Kopie in den Fragmenten der Schleswigschen Chronik auf dem Staatsarchiv zu Schleswig. Nordalb. Studien IV. S. 349.

1338. Febr. 17. 976.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, überträgt dem h. Geisthause in Kiel das Dorf Moorsee.

Omnibus praesens scriptum visuris seu audituris Iohannes Dei gratia Comes Holsatiae et Stormariae salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, quod constitutus coram Nobis honestus miles Dominus Iohannes de Walstorp cum pleno consensu omnium suorum haeredum ac omnium illorum, quorum consensum ad hoc merito requirere tenebatur, vendidit et libere resignavit domui sancti Spiritus in Kilone suo et suorum nomine pro tricentis et triginta sex marcis Lubicensium denariorum ipsi venditori integraliter persolutis et in suos usus necessarios et suorum conversis villam Morsee, quam ipse Dominus Iohannes emerat de Henrico de Wimerstorpe; quam quidem villam idem Hinricus pro se et suis haeredibus etiam coram nobis dictae domui sancti Spiritus liberrime resignavit, illis tamen tribus mansis, quos Petrus Berser possidet, praeexceptis, cum omnibus agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lignis, rubetis, stagno, piscariis et aquarum decursibus, viis et inviis, ingressibus et exitibus et terminorum distinctionibus, cum suis attinentiis universis, cum omni iure et iudicio maiori et minori, manus et colli, et omnium intermediorum iudiciorum plenitudine, cum omni libertate, proprietate, commoditate, emolumentis universis inde derivantibus et plane cum omnibus utilitatibus et conditionibus, sicuti praemissi Domini Iohannes de

Walstorpe et Hinricus de Wimerstorpe et omnes ipsorum praedecessores ipsam villam Morsee hactenus possidebant, ita quod nec ipsis venditoribus nec suis haeredibus nec alicui alteri ad aliquas exactiones violentas vel precarias seu quascunque praestationes nec ad aliqua servitiorum vel laborum genera dictae villae coloni, qui pro tempore sunt vel erunt quomodolibet teneantur. Renunciaverunt etiam praedicti venditores omni iuri suo, quod ipsis et suis haeredibus in ipsa villa competit et competere poterit in futurum. Renunciaverunt insuper exceptioni doli mali, non soluti precii et in suos et suorum usus necessarios non conversi, et beneficio restitutionis in integrum ac omni iuris et facti beneficio vel auxilio praedicta contrafacere vel venire occasione vel ex causa, sed praefata grata et rata habere et tenere. Et nos dictam venditionem in omnibus et singulis suis conditionibus, punctis et articulis approbamus, et praesentibus confirmamus pro nobis et nostris haeredibus inviolabiliter duraturam perpetuis temporibus successuris. Ipsi etiam domui sancti Spiritus damus et concedimus divinae remunerationis intuitu, nostrae nostrorumque progenitorum animarum pro salute, cum omni proprietate et libertate et cum omnibus praenotatis conditionibus dictam villam Morsee, libere ac perpetuo possidendam, et omnes mansos villae per dimensiones eis placentes distribuere et colonos ibidem destituere et instituere et cum eis perpetuo facere quicquid velint salvis Nobis et nostris haeredibus expeditionibus videlicet landtwehr et borchwerk et hiis, quae communis terra fecerit, servatis. Datum Plone sub testimonio sigilli Nostri, Anno Domini M. CCC. XXXVIII. feria tertia post Valentini martiris, praesentibus Dominis Dethlevo de Bockwolden, Iohann de Radmerstorpe, Gotscalco de Asscheberge, Nicolao de Reventlouw, Hinrico et Marquardo Bruckdorpen, Hinrico et Marquardo Breiden Militibus, Garlaco de Witmolte, Longo[1]) Beyenvleth, Hinrico Beyenvleth Famulis, Dominis Iohanne de Goritze, Bartramo de Cremon canonicis Hamburgensi et Lubicensi testibus praemissorum. Scriptum per manus Hinrici de Brachonen, nostri Notarii.

[1]) *W.: Wongo.*

Westfalen IV. 581.

1338. Febr. 24. 977.

Die Knappen Erpo und Dietrich von Hederen lassen den Liten Ricmar von Hellesen frei.

Vniuersis et singulis audituris presencia seu visuris, Nos Erpo et Thidericus ‖ de Hederen armigeri, cupimus esse notum et presentibus firmiter protestamur,‖ quod de voluntate et consensu omnium heredum nostrorum, Hermannum filium Ricmari de‖ Hellesen conseruatorem presencium qui iure litonis et perpetue seruitutis nobis‖ et nostris heredibus fuit obnoxius, manumisimus et manumittimus in hiis scriptis‖ dantes eidem perpetuam libertatem cum debita iuris sollempnitate, qua homines‖ condicionis seruilis manumitti et reduci in libertatem legitimam consueuerunt.‖ renunciantes nomine nostro et nomine omnium heredum nostrorum ac omnium qui sua credi‖derint interesse, quicquid iuris in ipso habuimus aut competere poterit‖ in futurum, In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum‖ et actum Hamborch anno domini. Millesimo. CCC°. XXX. Octauo in festo beati‖ Mathie apostoli.

Original im Hamb. Archiv. Von vier Siegeln drei erhalten.

1338. März 8. **978.**

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet eine Schenkung des Magisters Esger, Domherrn zu Ripen.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Gherardus dei gracia comes holtsacie et‖ stormarie salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi. quod anno domini. M°.‖ CCC°. XXXVIII. Dominica qua cantatur Reminiscere. constitutus personaliter in placito‖ nostro iusticiario. vir discretus Magister Esgerus cantor ecclesie Ripensis, in presen‖cia capituli ibidem. et aliorum fidedignorum. in manu domini michaelis sacerdotis‖ canonici ex parte ipsius capituli supra maius altare ecclesie Ripensis bona‖ infrascripta pro sustentacione vnius misse in Remedium anime sue cotidie in‖ eadem ecclesia in perpetuum tenenda. nec non et pro anniuersario suo per canoni‖cos ibidem cum tribus marcis denariorum. monete vsualis, de dictis bonis,‖ annuatim perpetuo celebrando, scotauit, et eadem bona a se. et ab heredibus‖ suis alienando, eorundem ordinacionem. Dominis Gøconi. et Michaeli canonicis ibidem libere assignauit, bona autem ad hoc deputata sunt hec videlicet. primo medie‖tas curie in parochia stathæl. quam habuit de Magno iøns. sen. in vyberigh. Item‖ medietas curie ibidem. quam habuit de nicholao aghy. sen. Item curia ibidem quam habuit de Iohanne‖ niclæs. sen. et suis heredibus. item colonia in halækyær, ex parte vnius sororis in bo‖nis mathei michæl sen. Item curia ibidem quam habuit de nicholao mærith. sen. cum‖ fundo continue adiacente quem habuit de paulo iwrs. sen. item pratum in‖ Tanthorp ænghi. scilicet XV^a^. skaar. quod habuit de nicholao thome. ac bona in par‖rochia skastæt, que de thorstanno buggy noscitur habuisse. In quorum omnium testi‖monium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et Datum Ripis. Anno‖ domini et die supradictis teste domino priore petro.

*Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Ein Siegeleinschnitt. Reg. Dan. *1712.*

1338. März 10. **979.**

Waldemar, Herzog von Jütland, transsumiert die Urkunde für Schleswig vom 20. Juli 1325.

Waldemarus dei gracia dux Iucie, Omnibus presens scriptum Cernentibus. salutem in domino sempiternam, Constare volumus presentibus‖ et futuris quod Nos Exhibitores presencium dilectos nobis ciues sleswicenses sub nostra pace et protectione speciali receperimus defensandos‖ Ipsos a solucione. XL°. marcharum que dicitur bygiald. Racione expedicionis, arnægiald, arfkiøp, torghiald, et a theloneo ubique.‖ *(Folgt die Urkunde Nr. 561 von 1325, Juli 20).* In cuius facti testimonium et Euidenciam pleniorem eisdem presentes literas sigilli nostri munimine contulimus roboratas, Datum Sles‖wik, anno domini, millesimo Trescentesimo, Triscesimo octauo. proxima tertia feria ante gregorii pape.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel an seidener Schnur.

1338. März 12. **980.**

Burchard, Erzbischof von Bremen, bestätigt Kirchhof und freies kirchliches Begräbnis zu Münsterdorf.

Universis presentia visuris seu audituris Borchardus Dei gratia sancte bremensis ecclesie archiepiscopus salutem in Domino. Accedente consensu et per-

missione voluntaria honorabilis viri Domini Nicolai, nobis dilecti prepositi in itzeho, totiusque conventus sanctimonialium ibidem, devotis precibus discretorum dominorum fratrum kalendarum in Welna nobis directis multo inclinati speciali gracia adnuimus et favemus, ut predictorum fratrum tantum, nullorumque aliorum, in predicto loco, capella videlicet et cimiterio sancti Sixti in Welna consecratis, in parochia itzeho sine aliquo preiudicio dicte parochialis et matricis ecclesie in oblacionibus et eleemosinis exequiarum libera sit ecclesiastica in perpetuum sepultura. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum predictorum prepositi et conventus sigillis presentibus est appensum. Datum stadis Anno. Domini. M⁰. CCC⁰. XXXVIII⁰. in die beati gregorii pape.

Westfalen III. S. 552. Archiv für Staats- und Kirchengeschichte II. S. 101.

1338. März 15. **981.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs der Ritter Adam von Hamme und seine Mutter Elisabeth dem Hamburger Bürger Johann von Harburg ihren Hof in Hamm für 500 Mark Hamb. Pf. verkauft haben.

Iohannes dei gracia Comes holtzacie et stormarie. vniuersis presencia visuris salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi quod strennuus armiger‖ adam de hamme vasallus noster fidelis Ac domina Elizabeth eius mater pro quingentis marcis denariorum hamburgensis monete vendiderunt‖ et resignauerunt honesto viro iohanni de harborch dicto Ciui nostro in hamborch et eius veris heredibus Curtim suam sitam in Hamme‖ cum tribus Mansis et cum octo casis que kothen vocantur et cum omnibus agris suis cultis et incultis vbicumque sitis accrescenciis are‖is. pratis pascuis Lignis Lignorum usibus. fructibus et sectionibus. rubetis. paludibus. aquis aquarum decursibus. et instagnacionibus. Mo‖lendinis. Terminis. Terminorum distinctionibus. viis et inuiis. decima maiori et Minori. iudicio maiori et Minori. et vniuersaliter cum omnibus‖ prouentibus. proprietatibus. iuribus. et pertinenciis que ad eandem Curtim hactenus pertinebant siue sita sunt intra villam hamme siue extra‖ villam quocumque nomine censeantur iure hereditatis et proprietatis perpetuis temporibus quiete pacifice et libere possidendam, Excepta tamen sil‖ua dicta hersebruch cum terminis distinctionis sue in qua dictus iohannes de horborch et eius heredes potestatem aliquam proprietatem et iusticiam non‖ habebunt verum Coloni dictorum mansorum et Curtis licite poterunt cuiuslibet generis iumenta et pecora in dicta silua pascere sed porcos et ca‖pras non minabunt in ipsam. nisi de dicti ade et eius heredum licencia speciali. Debebunt eciam prefatus Adam et ipsius heredes memorato io‖hanni de horborch et eius veris heredibus super quieta et pacifica ac libera possessione dicte Curtis cum omnibus condicionibus supradictis prestare warandiam‖ debitam atque iustam. Preterea memoratus iohannes de horborch et eius heredes possunt prefatam Curtim. Casas et Mansos. cum omnibus liberta‖tibus proprietatibus et condicionibus supradictis liberaliter obligare vendere uel donare personis ecclesiasticis uel secularibus in parte uel in‖ toto nobis et nostris heredibus et in perpetuis temporibus successoribus ac sepedictis de hamme minime requisitis. Debebunt insuper‖ possessores dictorum bonorum ab omnibus s[erui]ciis [angariis et per]angariis esse perpetuo supportati. Igitur quod nos prefatis de Hamme prescriptam‖ curtim cum bonis omnibus suis . . . iure hereditatis [et] proprietatis donauimus et dimisimus hanc vendicionem

cum nostro factam beneplacito et|| consensu presentibus approbamus. et appensionis sigilli nostri robore presencia communimus. Datum hamborch in quadragesima dominica qua Cantatur Oculi mei. Anno domini M°. CCC° XXX octauo.

Original im Hamb. Archiv. Siegel des Grafen. Hübbe, Hammerbrooker Recht S. 179.

1338. April 14. 982.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, Herr von Laaland und Fehmarn, bestätigt die Freiheit des Klosters Reinfeld von aller landesherrlichen Leistung.

Iohannes Dei gratia Comes Holtzatie et Stormarie, ac Lalandie et Ymbrie Dominus, Vniuersis et singulis nostris fidelibus dilectis, militibus, militaribus, vasallis, aduocatis, subaduocatis, nunciis etiam illis qui Ouerboden nuncupantur, aliisque subditis nostris uniuersis in dominiis nostris vbilibet constitutis, Salutem in domino sempiternam. Notum facimus vobis per presentes, quod Abbas, Conuentus ac Monasterium in Reinefelde, Cisterciensis Ordinis, sic sunt a progenitoribus nostris perpetuo priuilegiati et confirmati, quod omnes et singuli coloni ac villani ipsorum ab omnibus vecturis, servitiis et expeditionibus publicis ac priuatis, et a quarumcunque urbium, castrorum, pontium, fossatorum, atque aliarum munitionum reparationibus et aedificationibus perpetuis temporibus esse et pacifice permanere debebunt liberi et exempti. Illa sola communi defensione terre, quam Landtwere vocant, taliter excepta, quod rustici ac villani in villis ipsorum pro tempore demorantes, solummodo infra fines terre Holtzatie et non ultra cum ceteris eiusdem terre incolis ad eandem communem defensionem se communiter opponere teneantur. Sed domestici, familiares, seruitores, laboratores ac mercenarii, nec non molendinarii, rotifices, carbonistae, et secatores lignorum eorundem Abbatis et Conuentus, atque grangiariorum et officialium suorum ab huiusmodi communi terre defensione et ab omnibus et singulis aliis grauaminibus prenarratis, et etiam ab omnibus precariis et exactionibus semper liberi et exempti manebunt. In quorum omnium ac singulorum firmam fidem et testimonium fidele Sigillum nostrum presentibus scienter est appensum. Datum Anno Domini M. CCC. XXX. octauo, in festo beatorum Tiburtii et Valeriani martyrum gloriosorum.

Kopie im Geheimarchiv zu Kopenhagen. S. H. U. S. 102.

1338. April 25. 983.

Der Priester Nikolaus von Alverstorp, Vikar zu St. Nikolai in Kiel, vermacht dem Kloster Neumünster acht Drömt Weizen aus Petersdorf auf Fehmarn und seine bewegliche und unbewegliche Habe.

Vniuersis presencia visuris. Nicolaus de aluerstorp presbiter perpetuus vicarius in ecclesia sancti Nicolai in|| kyl. salutem in domino. Recognosco cum protestacione presencium, quod per omnia compos virium et sensuum meorum. do||naui dono. et presentibus resigno. Redditus VIII. tremodiorum Ordei, sitos in terra ymbrie, quos pro|| mea pecunia in villa peterstorp a quodam nomine silef stukensone comparaui, Honorabilibus viris, Dominis,|| Preposito et Conuentui in nouomonasterio, per eos in perpetuum possidendos vel in alia bona pro suo|| beneplacito commutandos. Preterea eisdem Dominis lego et assigno omnia bona mea

mobilia et immobilia‖ nomine testamenti: quod testamentum promitto presentibus me velle nullatenus sine causa racionabili immutare.‖ de duobus autem libris quos decreuero et parata pecunia quam habuero et vtensilibus habere volo disponendi‖ liberam facultatem. In cuius Rei testimonium sigillum meum presenlibus est appensum. Datum‖ Anno ab incarnacione domini. M°. CCC. XXXVIII°. In die sancti Marci Ewangeliste.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegelstreifen. Westfalen II. 138.
*Regest in: Fehmarnsche Urkunden und Regesten (S. H. U. S. III. 1) Nr. 2. Reg. Dan. *1714.*

1338. Mai 1. **984.**

Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, beurkundet, dafs Ritter Adam von Hamme und seine Mutter Elisabeth dem Hamburger Bürger Johann von Harburg ihren Hof in Hamm für 500 Mark Hamb. Pf. verkauft haben.

Adolfus dei gracia Comes Holtzacie, Stormarie et Schowenborg vniuersis presencia visuris, Salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi quod strenuus‖ armiger adam de Hamme vasallus noster fidelis, ac domina Elizabeth eius mater, pro Quingentis marcis denariorum Hamburgensis‖ monete vendiderunt et resignauerunt honesto viro Iohanni de horborch dicto, Ciui nostro in Hamborch et eius veris heredibus, Curtim suam sitam‖ in Hamme, cum tribus Mansis et cum Octo casis que cothen vocantur, et cum omnibus agris suis cultis et incultis vbicunque sitis, accrescen‖ciis; areis. pratis, pascuis. lignis. lignorum vsibus, fructibus et sectionibus, rubetis, paludibus, aquis, aquarum decursibus, et instag‖nacionibus, molendinis, terminis, terminorum distinctionibus viis et inuiis, Decima maiori et minori, Iudicio maiori et minori. et vniuersaliter‖ cum omnibus prouentibus, proprietatibus, iuribus et pertinenciis que ad eandem Curtim hactenus pertinebant, siue sita sint intra villam Hamme‖ siue extra villam, quocumque nomine censeantur, iure hereditatis et proprietatis perpetuis temporibus quiete pacifice et libere possidendam, excepta‖ tamen silua dicta hersebruch cum terminis distinctionis sue, in qua dictus Iohannes horborch et eius heredes potestatem aliquam, proprietatem‖ et iusticiam non habebunt, Verum Coloni dictorum mansorum et curtis libere poterunt cuiuslibet generis iumenta et pecora in dicta silua pascere‖ sed porcos et Capros non minabunt in ipsam, nisi de dicti Ade et suorum heredum licencia speciali, Debebunt eciam prefatus Adam et ipsius‖ heredes, memorato Iohanni de Horborch et eius veris heredibus super quieta. pacifica et libera possessione dicte Curtis cum omnibus‖ Condicionibus supradictis prestare warandiam debitam atque iustam Preterea memoratus Iohannes de Horborch et eius heredes possunt pre‖fatam Curtim Casos et mansos, cum omnibus libertatibus proprietatibus et condicionibus supradictis, liberaliter obligare vendere vel donare personis‖ ecclesiasticis vel secularibus in parte vel in toto, nobis et nostris heredibus et in perpetuis temporibus Successoribus, ac sepedictis de Hamme‖ minime requisitis. Debebunt insuper possessores dictorum bonorum ab omnibus seruiciis, angariis et perangariis esse perpetuo suppor‖tati. Igitur quia nos prefatis de Hamme prescriptam Curtim cum bonis omnibus supradictis iure hereditatis et proprietatis donauimus et‖ dimisimus. hanc vendicionem cum nostro factam beneplacito et consensu, presentibus approbamus, et appensionis sigilli nostri robore presencia

communimus.‖ Datum Hamborch anno domini Millesimo. CCC°. Tricesimo Octauo, In die beatorum philippi et iacobi apostolorum.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen am Pergamentstreifen. Hübbe, Hammerbr. Recht S. 178, s. 179.

1338. Mai 25. 985.

Testament des Priesters Wilhelm, Vorstehers der Armenschule zu Punkhws (Pughus).

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego wilhelmus sacerdos prouisor pauperum scolarium in punk‖ hws, licet corpore infirmus, mente tamen deo concedente sanus, testamentum meum condo et ordino in‖ hunc modum, primo lego et do in Remedium anime mee, Curiam meam totam, quam habui de‖ Iacobo haarth cum domo lapidea ibidem tali modo, quod domini cantor et scolasticus Ripenses qui pro tempore‖ fuerint dicte curie ordinacionem habeant. et anniuersarium meum cum sex solidis sterlingorum per canonicos‖ Ripenses de censu eiusdem annatim celebrari faciant‖ Reliqum vero census in vsum pauperum scolarium Ri‖pis iuxta discrecionem eorum conuertatur, sed si forte dicta curia ab exequtoribus meis seu heredibus euincatur‖ fundum quem post mortem domini Ione iuxta punkfloo ad meridiem habui, et fundum quem in far‖thorp emi, pro anniuersario meo per canonicos tenendo cum sex solidis sterlingorum deputo, si quid vero‖ de pensione Residuum fuerit, pauperibus scolaribus erogetur, sed si dicta curia euicta non fuerit dictos‖ fundos domui punkhws confero, Ita quod prouisor ibidem anniuersarium meum per scolares de domo cum‖ vna lagona ceruisie bone faciat celebrari, Item lego domino meo episcopo Ripensi quatuor coclearia ar‖gentea, Item fabrice ecclesie beate virginis vbi eligo sepulturam texstum decretalium. Item ecclesie beati Iohannis‖ duos solidos sterlingorum sacerdoti ibidem qui pro tempore fuerit, sermones de beato Iohanne, et‖ dedicacione ecclesie specialiter compilatos, et dyacono ibidem dimidium solidum sterlingorum, Item cuilibet ecclesie‖ alie parocchiali Ripis solidum sterlingorum, sacerdoti dimidium solidum et dyacono thuronencem, Item‖ fratribus predicatoribus, minoribus monialibus, leprosis, domui sancti spiritus, cuilibet illorum solidum sterlingorum‖ Item domui punkhws omnes ollas meas cupreas. Item domino archidiacono cornu melius et mensam plica‖bilem Item cantori peluem cum ydera meliori, domino Iohanni bruun canonico psalterium glosatum cum‖ sermonibus quos habui, de heredibus henrici bruun, Domino michaeli scolastico gresismum meliorem, cum sermo‖nibus quos habui de magistro iacobo, domino haquino suppellicium cum alumnicio et pelui cum ydria, Domino‖ Iacobo preposito scolarium compotum cum anexis, ouidium de Remedio cum theodolo glosato. domino ketillo bre‖uiarium meum cum sermonibus, quos habui post archidiaconum, cum notabilibus sermonum, que incipiunt, estote fortes‖ Item sorori mee dilecte duas vaccas quas habet leeth, vnam quam habeo in thueth, sorcocium meum‖ et capucium subducta variis, capam meliorem cum culcetra ceruicali et toregmate melioribus, et‖ sistam quam de tribus elegerit meliorem, Item laurencio scolari lectum supra quem dormit et senece‖ autoritates. preterea pro solucione contentorum in testamento meo, et aliorum debitorum meorum specialiter deputo‖ decretales meas, sermones quos habui de heredibus henrici bruun, quos et ipse de fratribus habuit, taber‖nas cum fundo in vico sancti Iohannis, tres equas tria vasa argentea, cum cocleario bono et cericia‖

cultra, Istis etiam teneor in debitis obligatus|| pro fabrica ecclesie beate virginis in duabus marchis argenti|| ac domino Iacobo preposito scolarium in octo solidis sterlingorum, Item pro anniuersario topæ meyr et vxoris sue|| libram sterlingorum Item ecclesie beati michaelis XVIII solidos sterlingorum ex parte vxoris henrici dyl||mær pro ibidem ornamentis lego eciam domino Iacobo gresismum minorem cum liberis supradictis|| Exequtores huius testamenti constituo viros discretos dominos Iohannem bruun et michaelem scolasticum|| canonicos Ripenses ac dominum haquinum sacerdotem supplicans, vt hec benigniter prosequantur prout salu||ti anime mee nouerint expedire. In quorum omnium testimonium sigilla dictorum exequtorum meorum vna|| cum sigillo meo presentibus sunt appensa, Actum anno domini M°. CCC°. XXX° octauo in die beati vrbani pape.

*Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Vier Siegel an Pergamentstreifen fragmentarisch. Reg. Dan. *1718.*

1338. Juni 3. **986.**

Johann, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, beurkundet, daſs Detlef, Pfarrer in Travemünde, und sein Bruder Friedrich von Sletze dem Lübecker Ratsherrn Bertram Vorrad 11½ Acker Landes, bei Crempe belegen, für 80 Mark Lüb. Pf. verkauft haben.

In dei nomine amen. Vniuersis presentes litteras inspecturis seu audituris. Nos Iohannes dei gracia comes holtsacie et stormarie et in scowenborch cupimus fieri manifestum. quod discretus uir dominus Detleuus rector ecclesie in trauenemunde lubicensis dyocesis. et fredericus famulus fratres dicti de sletze de nostra licencia et heredum ac amicorum suorum consilio et consensu pro octoginta marcis denariorum lubicensium ipsis in numerata pecunia integraliter persolutis. rite et racionabiliter vendiderunt et dimiserunt honesto uiro bertrammo dicto vorrat consuli lubicensi. vndecim iugera cum dimidio sita iuxta crempam bremensis dyocesis. que nunc nicolaus dictus iungge opidanus in crempa conduxit et colit. Hec iugera situantur in fine agrorum ad plebanum in crempa spectantium. quorum sex extendunt se versus suderowe et nullam decimam uel grunthuram persoluunt. alia vero quinque cum dimidio extendunt se ad crempdorpe et de hiis tantummodo datur decima . . preposito in vtersten et duo solidi pro grunthura. Prefata iugera que predicti fratres a nobis in feodo tenuerunt. et postmodum honesto militi domino detleuo de bocwolde titulo pignoris obligata. et tandem per ipsum in nostra presencia ab huiusmodi obligacione resignata fuerunt. a pheodo et ab omni iure si quod nobis et nostris heredibus in ipsis competere poterit. libera penitus dimittimus nec nos nec heredes nostri aut aduocati seu officiales nostri, dictis iugeribus vel cultoribus eorum exactionem aliquam uel alia onera. aliquo vmquam tempore imponemus. hoc solum excepto. quod ad precariam nostram greuenschat. que triginta marcarum denariorum lubicensium numerum non excedit. quam singulis annis una uice duntaxat. de tota terra paludis recipere consueuimus. de pretactis iugeribus dabitur. quod consuetudinis est et iuris. in quibus eciam iudicium nobis et nostris heredibus duximus reseruandum. Memoratus vero bertrammus predicta iugera cum omnibus suis attinenciis. sicut dicti fratres eadem habuerunt. honorabilibus uiris dominis . . prepesito . . decano et capitulo ecclesie hamburgensis pro anime sue salute. liberaliter obtulit et donauit. Qui quidem domini. ipsa iugera cum omnimoda proprietate libertate et vtilitate. ac potestate colonos instituendi et destituendi.

pensionem augmentandi et diminuendi in perpetuum iure hereditario libere possidebunt. In quorum omnium et singulorum euidens testimonium. sigillum nostrum vna cum sigillis detleui et frederici de sletzen fratrum. detleui de bocwolde militis. necnon bertrammi vorrat consulis lubicensis predictorum. presentibus litteris est appensum. Datum Lubeke anno domini M°. CCC°. XXX°VIII°. feria quarta post festum penthecostes. presentibus honorabilibus viris dominis Iohanne scolastico. daniele de brunswic. et bertrammo cremūn nostro notario. canonicis predicte hamburgensis ecclesie. necnon beyenulete aduocato nostro et Gerlaco de wotmolte famulis et aliis pluribus fide dignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Lib. cop. Cap. fol. 113a im Hamb. Archiv.

1338. Juni 3. 987.

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs der Lübecker Ratsherr Bertram Vorrat dem Hamburger Kapitel 24 Schilling Rente aus dem Dorfe Berg bei Lübeck überlassen hat.

Vniuersis presentes litteras inspecturis seu audituris. Nos Iohannes dei gracia comes holtzacie et stormarie volumus esse notum. quod honestus vir bertrammus dictus vorrat consul lubicensis pro anime sue remedio. honorabilibus viris dominis . . preposito . . decano et capitulo ac ecclesie hamburgensi. viginti quatuor solidorum lubicensium redditus perpetuos. de primis prouentibus ville bergh prope lubeke iacentis. annuatim in festo beati martini expedite tollendos et percipiendos. liberaliter contulit et eciam resignauit. Hoc sane expresso quod idem bertrammus quando sibi placuerit poterit pro huiusmodi redditibus in aliis certis bonis. viginti quatuor solidorum redditus comparare et pro iam dictis redditibus in bergh. prefatis dominis et ecclesie deputare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo predicti bertrammi presentibus litteris est appensum. Datum anno domini. M°. CCC. XXXVIII°. feria quarta post penthecosten.

Lib. cop. Cap. fol. 113b im Hamb. Archiv.

1338. Juni 12. 988.

Johann, Abt von Cismar, und das dortige Kloster verkaufen dem Magister Gerhard von Lochem 16 Mark Lüb. Pf. Einkünfte für 240 Mark bar und verpfänden demselben das Dorf Schönwalde.

Omnibus quorum interest seu interesse poterit in futurum. Nos Iohannes abbas totusque conuentus . . . . . benedicti‖ lubicensis dyocesis cupimus esse notum publice protestantes, quod nos vocatis vocandis est tractatum . . . . prehabitis in termino‖ ad hoc assignato competenti, meliora dicti monasterii nostri prospicientes, vnanimi consensu, accedente . . . . . Reverendi in cristo patris ac domini. domini‖ hinrici lubicensis ecclesie Episcopi vendidimus rite et racionabiliter honorabili viro domino magistro Gerhardo de locghem . . . . . pro se et successoribus suis ius ipsius‖ habentibus ementi, sedecim marcarum redditus denariorum lubicensium, ad tenendum, possidendum eosdem iure perpetuo et inperpetuum ad transferendum ipsos in ecclesias, monasteria‖ ecclesiasticas personas vel seculares, et faciendum cum eisdem quicquid fuerit suę voluntatis, per-

soluendos s . . . . . successoribus ius ipsius in eisdem habentibus ‖ per nos et successores nostros perpetuis futuris temporibus singulis annis in festo beati Nicolai confessoris et pontificis in ciuitate lubicensi nostris periculis laboribus et expensis, pro precio ducentarum et quadraginta marcarum denariorum lubicensium nobis in numerata pecunia tradito, et in empcionem ville purikestorpe site in parroghia nughele dicte ‖ dyocesis conuerso, quam ab eghardo de breyde famulo comparauimus dicto monasterio perpetuo possidendam, pro quibus firmiter obseruandis de auctoritate dicti domini Episcopi ob‖ligauimus specialiter et obligamus per presentes titulo pignoris perpetui eidem magistro gerhardo pro se et successoribus suis ius . . . . redditibus habentibus recipienti, villam‖ nostram sconewolde sitam in parroghia sconewolde cum fructibus et redditibus ipsius, siue in molendino, siue in agris, pratis . . . aliis quibus cunque rebus consistant, nulli alteri‖ obligatam et obligandam, tali condicione adiecta quod nos omnibus et singulis annis futuris, fructus et redditus huiusmodi ville percipiemus in parte vel in toto, nisi antea dicto‖ magistro gerhardo aut suis successoribus de dictis sedecim marcarum redditibus fuerit satisfactum, sed quod idem magister gerhardus aut ius suum habentes in eisdem, quociens sibi in dicto festo beati Nicolai‖ non fuerit satisfactum, auctoritate propria per se vel per alios quoscumque, fructus dicte ville in sconewolde colligere et capere usque ad solucionem dictarum sedecim marcarum, et deportare lubeke nostris‖ periculis et expensis si voluerit seu voluerint, aut nos et successores nostros super solucione dictorum reddituum conuenire et alios eos petere possit seu possint et quod ipsorum‖ alterum in ipsius et successorum suorum erit opcione, quem eciam magistrum Gerhardum in dicte ville sibi obligate misimus possessionem corporalem cuius nomine constituti sumus et profitemur nos‖ eandem iuxta dictam obligacionis condicionem possidere, promisimus nichilominus bona fide et per deum magistro gerhardo pro se et successoribus suis stipulanti, litem seu con‖trouersiam, in dictis villa et redditibus non inferre nec inferenti consentire, sed ipsam et redditus huiusmodi disbrigare et defendere ab omni homine seu uniuersitate, nostris expensis et labo‖ribus nec contra premissa vel eorum aliquid venire de iure vel de facto, renunciantes actioni in factum, exceptioni doli, restitucionis in integrum, non soluti precii, et exceptioni ne cogamur soluere ultra id quod possumus, et omni alii auxilio iuris et facti per quod premissa vel eorum aliquod possent quomodolibet impugnari. In cuius rei testimonium dicti Reuerendi patris et domini nostri‖ Episcopi sigillum et nostra sigilla, presentibus sunt appensa et nos hinricus dei gracia lubicensis ecclesie Episcopus profitemur prefatum magistrum gerhardum precium predictis redditibus expositum, industria sua acquisiuisse, quare de ipsis redditibus disponere poterit, provt sibi placuerit, et in roboris firmitatem premissorum et de consensu et beneplacito dictorum dominorum abbatis‖ et conuentus statuimus districte precipientes quatenus abbas dicti monasterii quemcunque pro tempore esse contigerit, premissa omnia et singula obseruet cum effectu alioquin prefatum‖ abbatem quociens contrauentum fuerit suspendimus ab ingressu ecclesie in hiis scriptis, donec de contrauentis prefato magistro gerhardo aut ius suum in eisdem redditibus habentibus‖ satisfactum fuerit, necnon sigillum nostrum in omnium et singulorum predictorum testimonium presentibus duximus apponendum. Datum Anno domini M°. CCC. XXXVIII°. feria sexta proxima post festum corporis cristi.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Spuren dreier Siegel, zwei Fragmente von Siegelstreifen. Cassiert durch Einschnitte ins Schriftfeld.

1338. Juni 16. 989.

Georg, Gebrüder von Hitzacker, verpfänden dem Bürger in Buxtehude Johann Schele 3½ Stück Landes in Glindesmoor für 11 Mark Hamb. Pf.

Vniuersis ad quorum noticiam presens scriptum peruenerit nos georrius senior et georrius iu||nior fratres filii domini georri iunioris quondam militis dicti de Hidzackere recog||noscimus puplice protestantes quod nos vnanimi consensu obligauimus Iohanni lusco ciui|| in bucstehude et suis veris heredibus decimam III½ frustorum in glindesmûre|| colligendam pro XI. marcis Hamburgensium denariorum cum omni proprietate et vtilitate|| qua Hinricus. arnoldus. marquardus fratres de borcholte eandem decimam nobis|| obligarunt. ea tamen condicione quod quandocumque in festo natiuitatis sancti iohannis baptiste|| intimauerunt predicti fratres de borcholte infesto beati Iacobi immediate subsequente|| habebunt liberam facultatem redimendi decimam supradictam et nos georrius|| senior et georrius iunior fratres vna cum compromissoribus nostris Iohanne sculten, Iohanne|| berman. Iohanne korte. Iohanne rike prenominatum Iohannem luscum in hac obligacione indempnem|| penitus faciemus fide super hoc insolidum sibi et duobus suis filiis prestita manuali|| intestimonium premissorum sigilla nostra sunt appensa Datum anno domini M° C°C°C° XXX|| VIII° sequenti die post diem beati Viti.

Original im Hamb. Archiv. Zwei Siegelstreifen. Zwei Siegel beiliegend.

1338. Juni 27. 990.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, verkauft dem Hamburger Bürger Johann Hoyers 6 Mark Rente aus dem Grafenschatz im Ochsenwärder für 60 Mark Hamb. Pf.

Nos adolfus dei gracia Comes Holtzacie et in schowenborch, vniuersis presencia visu||ris seu audituris volumus notum esse. Quod bona voluntate et communi consensu nostrorum|| heredum vendidimus et presentibus assignamus. Iohanni Hoyers Ciui nostro Hamburgensi et|| suis veris heredibus redditus sex marcarum denariorum Hamburgensium pro Sexaginta marcis|| eiusdem monete, nobis plenarie persolutis quos omni anno mei aduocati infra|| octauas beati Martini episcopi ipso Iohanni vel suis heredibus infra muros Hamburgenses|| sine difficultate ministrabunt, de illis redditibus viginti marcarum Hinrico || de welzeden nostro vasallo assignatis, In exactione, que Greuenschad proprie nuncupatur|| in Insula Ossenwerdere, de quibus eciam Hinrico Hope nostro Ciui Hamburgensi|| redditus Quinque marcarum denariorum per nos sunt dimissi et assignati. Ita quod post illos red||ditus quinque marcarum Iohannes Hoyers prefatus. redditus suos sex marcarum recipiet|| omni impedimento penitus postergato. Iohannes autem sepedictus et sui heredes. nobis et nostris|| successoribus hanc graciam et prerogatiuam specialem. beniuole contulerunt. quod prefatos|| redditus reemere possimus pro dicta summa pecunie. quandocumque nobis et nostris videbitur|| expedire. In cuius vendicionis euidens testimonium Sigillum nostrum presentibus est|| appensum, acta sunt hec, presentibus Discretis viris Thiderico vppenperde. Iohanne|| Horborghe. proconsulibus. et Bertrammo Tholner consule, Marquardo de Calue. wedekino|| de draghe. et wernero wrack Ciuibus in Hamborch et pluribus aliis fidedignis.|| Anno domini M°. CCC°. XXX octauo. In vigilia petri et pauli apostolorum.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen am Pergamentstreifen.

1338. Juni 29. **991.**

Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, beurkundet, daſs der Knappe Dietrich von Heyst dem Hamburger Bürger Bertram Tolner den Zehnten von 1½ Hufen im Ochsenwärder verkauft hat.

Nos adolphus dei gracia Comes Holtzacie Stormarie et in Schowenborch Vniuersis ad quos peruenire presens‖ scriptum cupimus fore notum et tenore presencium firmiter protestamur. quod constitutus in nostra presencia strennuus armiger‖ Thidericus de Heyst. vasallus noster. cum consensu heredum suorum iuste vendicionis titulo vendidit et resignauit‖ honesto viro Bertrammo dicto tolner ciui nostro in Hamborch. et ipsius heredibus decimam per vnum et dimidium‖ mansos agrorum, sitos in insula nostra Ossenwerdere, in loco dicto Tatenberghe quos colunt Radeke fi‖lius domine Margarete et Godeke filius theden ac eiusdem godeken fratres. cum omnibus suis iuribus, prouentibus‖ et pertinenciis quiete et pacifice perpetuis temporibus possidendam. Nos igitur propter multa obsequia nobis per‖ predictum Bertrammum exhibita dictam decimam eidem Bertrammo cum debita et consueta inpheodacionis sol‖lempnitate ore et manu in pheodo contulimus et iusto pheodi titulo conferimus in hiis scriptis. Annuimus‖ insuper et donamus ex gracia speciali prefato Bertrammo omnibusque et singulis ipsius veris heredibus ac vniuersis et‖ singulis ad quos dicta decima per hereditariam successionem. vendicionem. obligacionem donacionem seu per quamlibet‖ aliam disposicionem fuerit deuoluta quod ab armorum seruiciis que heruarde appellantur angariis eciam et per‖angariis perpetue sint exempti. ac a ceteris omnibus et singulis qualicumque nomine censeantur que de bonis phe‖odalibus exiguntur, seu exigi poterunt in futurum, ex consuetudine vel ex iure sint iugiter supportati. Huius‖ rei testes sunt Nobilis et reuerendus dominus frater noster. dominus Ericus electus Hildensemensis ecclesie. Hartwicus‖ de mandesleue miles. Iurianus notarius noster. Hinricus senior et Hinricus iunior. dicti de welsede. armi‖geri et plures alii fide digni. In maiorem tamen euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum‖ et actum in curia nostra, sita in insula nostra dicta gorieswerdere Anno domini M°. CCC°. XXX° octauo, ipso die‖ beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Original im Hamb. Archiv. Reitersiegel des Grafen am Pergamentstreifen.

1338. Juli 6. **992.**

Die Gebrüder Wulff zeigen dem Erzbischof Burchard von Bremen an, daſs sie die dem Kloster Neumünster gehörige Vikarie in der St. Nikolaikirche in Kiel mit 20 Mark Renten aus dem Dorfe Klein-Flintbek ausstatten.

Venerabili in cristo patri ac domino suo Domino Borchardo sancte bremensis ecclesie archiepiscopo Conradus, Hartwycus et marquardus‖ fratres dicti wlf ad eius seruicium in omnibus se beniuolos et paratos. Pro delictis ex fragilitate commissis stimulo nos urgente‖ penitencie progenitorum nostrorum. nostrarumque cupientes mederi languoribus animarum pro diuini cultus augmento ad uicariam‖ in ecclesia parrochiali sancti Nicolai in kil perpetuo seruandam cuius collacio et iuspatronatus consensu nostro concordi et vnanimi ad‖ honorabilem virum . . dominum prepositum nouimonasterii quicumque pro tempore fuerit libera pertinere dinoscitur perhenniter viginti marcarum red‖ditus in uilla lutteken vlyntbeke cum omni iuditio maiori et minori libere donauimus et donamus. Reuerende igitur

paterni‖tati uestre humiliter supplicamus quatenus dictam uicariam perpetuis temporibus duraturam auctoritate uestra ordinariam approbando dig‖nemini canonice confirmare In cuius libere donationis et instaurationis nostre[1]) sigilla nostra presentibus sunt appensum Datum anno domini ‖ M° CCC° XXXVIII°. In octaua apostolorum petri et pauli.

[1]) *fehlt:* testimonium.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegel an Pergamentstreifen. Ein Siegelstreifen. Cop. Bordesh. fol. 53a. Westfalen II. 134.

1338. Juli 23. **993.**

Das Hamburger Domkapitel schlichtet den Streit zwischen dem Hamburger Dompropsten Erich und dem Kloster Neumünster über die Einkünfte aus dem zerstörten Dorfe Alten-Sören.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Nos Iohannes Decanus Ecclesie Hamburgensis ‖ cupimus fore notum, quod cum nuper inter venerabiles viros, dominos. Ericum prepositum ‖ Ecclesie Hamburgensis. et Hinricum prepositum nouimonasterii. super oblacionibus, quas ‖ quondam . . Rector ecclesie in Nortdorpe a Colonis quondam ville Oldensoren, ante ‖ ipsius ville destructionem habere consueuerat, fuisset dissensionis materia suscitata, ‖ Tandem huiusmodi controuersia per nos ex parte predicti domini . . prepositi hamburgensis si sibi placuerit, ‖ taliter est sopita, videlicet. quod . . Rector dicte Ecclesie Nortdorp qui pro tempore fuerit, nichil ‖ pro huiusmodi oblacionibus a domino . . preposito nouimonasterii seu a suo collegio nunc ‖ agros eiusdem ville colentibus, petere poterit vel eciam vendicare, cum ipse in pre‖fata villa Oldensoren nunc destructa, nullum ius reale, nec in decimis, nec in annuis ‖ pensionibus prius habuerit, nisi forte ipsam villam succedente tempore reedificari ‖ contingat, verum, ne in posterum super limitibus seu terminis prepositure hamburgensis et predicte ‖ parrochie Nortdorp, dubium oriri contingat, prelibatus dominus . . prepositus nouimonasterii ‖ declarauit, quod limites eiusdem prepositure hamburgensis, scilicet, a riuo dicto kalenbeke per ‖ mediam viam que ab antiquo protendebatur, vsque ad terminos villarum Sconebeke et ‖ Mudebroke, includendo siluam dictam Ekmisse inter terminos parrochie Nortdorpe ‖ se extendunt, Circa quos quidem terminos, dominus . . prepositus nouimonasterii et suum colle‖gium, nichil penitus immutando vel innouando in hamburgensis prepositure preiudicium ‖ attemptabunt, In cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo memorati ‖ domini . . prepositi nouimonasterii, presentibus litteris est appensum, Datum lubeke Anno domini ‖ M°. CCC°. XXX° octauo. In die beati appollinaris martiris.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegel an Pergamentstreifen. Westfalen II. 136.

1338. Juli 27. **994.**

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, daſs das Hamburger Kapitel freiwillig und nicht vom Rate gedrängt die Stadt Hamburg verlassen hat, daſs das Geleit ihm als Recht des Landesherrn zusteht, und daſs der Hamburger Rat ihm stets sich bereit und willig erwiesen hat.

Omnibus ad quos presencia peruenerint, Nos dei gracia Gherardus Comes Holtzacie et stormarie || Cupimus esse notum et presentibus protestamur. quod . . Consules Ciuitatis nostre Hamburgensis non expule||runt. Canonicos Hamburgensis Ecclesie de Ciuitate nostra predicta. sed iidem Canonici ex ipsa ciuitate motu proprio|| recesserunt. Item dicti . . Consules in nullo destruxerunt curias seu habitaciones dictorum canonicorum fossatis aliquibus|| aut ruinis. Preterea protestamur quod dicti. Consules nostri extra dictam nostram Ciuitatem nemini consueuerunt aut possunt|| prestare securitatis conductum. cum ad nos et ad nostros patrueles pertineat homines in nostri comitatus dominio|| securare. Preterea protestamur quod predicti Consules nostri se multociens exhibuerunt et adhuc exhibent|| vltroneos et paratos ad standum dictis nostris finaliter in omnibus et singulis articulis quibus memorati canonici|| eosdem nostros . . Consules voluerint incusare. cum in prefato loco Hamburgensi sumus dominus temporalis. Ad quod dictos Canonicos Hamburgenses nostris precibus et monitis non possumus aliquatenus inclinare, In cuius rei testimonium|| sigillum nostrum Presentibus est appensum. Datum Reyneuelde anno domini M⁰. CCC⁰ XXX⁰ Octauo In crastino beati Iacobi apostoli.

Original im Hamb. Archiv. Ein Pergamentsiegelstreifen.

1338. Aug. 8. 995.

Burchard, Erzbischof von Bremen, erlaubt dem Konrad Wulf die Errichtung einer Vikarie in der St. Nikolaikirche zu Kiel.

Nos Borchardus dei gracia sancte bremensis Ecclesie archiepiscopus. vobis nobis dilecto. Conrado|| dicto wlf licenciamus ut altare in Ecclesia parrochiali sancti Nicolai in kil in loco vbi prepositus|| de Nouo monasterio vobis consenserit construi faciatis ad officiandum vicariam per vos et|| fratres vestros ibidem instauratam. In cuius testimonium sigillum nostrum presen||tibus est appensum Datum Stadis anno domini M⁰ CCC⁰ XXXVIII⁰ in die Cyriaci mar||tiris.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Rest eines Siegelstreifens.

1338. Aug. 8. Juli 6. 996.

Burchard, Erzbischof von Bremen, bestätigt die Urkunden der Gebrüder Wulf, durch welche diese der St. Nikolaikirche in Kiel 20 Mark Rente aus Klein-Flintbeck geschenkt haben.

Nos Borchardus dei gracia sancte bremensis ecclesie archiepiscopus. litteras discretorum virorum Con||radi. Hartwici. et Marquardi. fratrum dictorum wlf. cum supplicacione viue vocis ipsius marquardi|| recepimus in hec verba. Venerabili in cristo patri ac domino suo. domino Borchardo sancte|| bremensis ecclesie archiepiscopo. Conradus. Hartwicus. et Marquardus fratres dicti wlf. ad|| eius seruicium in omnibus se beniuolos et paratos. Pro delictis ex fragilitate commissis stimulo nos vrgente penitencie progenitorum nostrorum nostrarumque cupientes mederi langwori||bus animarum pro diuini cultus augmento ad vicariam in ecclesia parrochiali sancti nycolai in|| kyl perpetuo seruandam cuius collacio et ius patronatus consensu nostro concordi et vnanimi ad|| honorabilem virum dominum prepositum noui monasterii quicumque pro tempore fuerit libera pertinere di||noscitur perhenniter. viginta marcarum redditus in villa lutteken vlintbeke cum omni iudi||cio

maiori et minori. libere donauimus et donamus. Reuerende igitur paternitati vestre humiliter‖ supplicamus. quatenus dictam vicariam perpetuis temporibus duraturam. auctoritate vestra ordinaria‖ approbando dignemini canonice confirmare. In cuius libere donacionis et instauracionis nostre testimonium sigilla‖ nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini. M⁰. CCC⁰, XXXVIII⁰. in octaua apostolorum Petri et‖ Pauli. Volentes igitur piis votis assentire. et augeri cum dei cupientes. predictas litte‖ras cum omnibus suis clausulis instauracionem prelibatam et ipsam vicariam perpetuam ex certa‖ sciencia ratificamus. approbamus et in hiis scriptis in nomine domini confirmamus. Preterea‖ vicario. predicte vicarie quicumque pro tempore fuerit precipimus et mandamus. ut rectori predicte ecclesie in kyl‖ nostre dyocesis in celebracione missarum. frequentacione chori. predicacione. visitacione infirmorum et aliis obseruan‖ciis ad diuini cultus ampliacionem spectantibus decenter pareat et supradicto preposito qui pro tempore fuerit‖ humiliter obediat in omnibus licitis et honestis. In euidenciam igitur et testimonium omnium premissorum‖ sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Stadiis. anno domini. M⁰. CCC⁰. XXXVIII⁰.‖ in die Cyriaci martiris gloriosi.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel des Erzbischofs an grün-roter Schnur. Westfalen II. S. 136.

1338. Aug. 30. 997.

Der Knappe Manegold von Estorf verkauft dem Bischof Volrad von Ratzeburg den Zehnten von zwei Hufen in Neuen-Gamme.

Ego Manegoldus de estorpe armiger presentibus publice recognosco quod‖ vendidi rite et racionabiliter de consensu vxoris mee et liberorum meorum‖ et omnium quorum intererat seu poterit interesse reuerendo patri domino volrado‖ raceburgensis ecclesie episcopo decimam duorum mansorum in noua gamma in‖ loco qui vinkenrike dicitur perpetuis temporibus possidendam prestans‖ sibi warandiam prout iuris est pre omnibus qui uolunt iuris terminis‖ contentari et ego bertrammus zabel miles cum predicto manegoldo super‖ premissis seruandis fidem presto corporalem et in euidens testimonium sigilla‖ nostra presentibus sunt appensa Datum louenborch anno domini Millesimo CCC‖ XXXVIII, in die felicis et adaucti martirum.

Original mit zwei Pergamentsiegelstreifen im Lübecker Archiv (Bergedorfensia Nr. 8).

1338. Aug. 30. 998.

Der Knappe Manegold von Estorf verkauft dem Bischof Volrad von Ratzeburg den Zehnten von zwei Hufen in Neuen-Gamme für 60 Mark Lüb. Pf.

In Nomine domini amen, Ego Manegoldus dictus de estorpe, armiger Notum facio vniuersis et publice recognosco,‖ Quod matura deliberacione et tractatu diligenti cum meis amicis prehabitis, vendidi rite et racionabiliter, de consensu et beneplacito‖ Ghertrudis vxoris mee, et Reynwardi ac Manegoldi filiorum meorum, et aliorum omnium, quorum intererat et interesse poterat, Reuerendo‖ patri domino volrado raceborgensis ecclesie Episcopo, pro se et suis successoribus ementi et recipienti, Decimam duorum mansorum, situato‖rum, in loco qui dicitur, vinkenrike in noua ghamma, perpetuis temporibus pacifice et libere

possidendam, Et quorum mansorum || Thidericus filius hannen dimidium mansum, Stagghe patruus eiusdem vnum frustum, Ecclesia sancti Iohannis ibidem scilicet, in || noua ghamma vnum frustum, Olricus de koygen, vnum frustum, et monasterium in Reynebeke tria frusta. colunt et habent || Et dictas decimas predicto domino episcopo vt premittitur, vendidi, pro sexaginta marcis denariorum lubicensium, michi in numerata pecu||nia integre persolutis et in vtilitatem necessariam meam, vxoris mee et heredum meorum conuersis, Et promitto dicto Domino Episcopo warandiam super dictis decimis prout iuris est, pre omnibus qui volunt iure et iustitia contentari, Et ego ghertrudis || vxor predicti manegoldi premissis consensiens, renunciaui, et sponte, libere sine vi et metu et aliqua contradictione renuncio dictis || decimis, mihi in donacionem propter nupcias assignatis, et bona fide promitto ac iuraui. quod renunciacioni dictarum decimarum numquam || contraueniam quoquo modo, Et nos scilicet, Manegoldus predictus, et bertrammus zabel miles super omnibus premissis firmiter obser||uandis, promittimus bona fide, Testes huius rei sunt, discreti viri, domini, Gherardus rector ecclesie in Noua ghamma, lu||dolfus scacke miles, Scacke serkem, Hardemake, Hermannus cruse, famuli et alii quamplures fide digni ad premissa vo||cati, Et in testimonium omnium premissorum Nos manegoldus et bertrammus predicti, sigilla nostra presentibus duximus apponenda || Et ego ghertrudis predicta, quia proprio sigillo carui, sigillo mariti mei predicti sum vsa, Datum louenborgh, anno || domini, Millesimo, CCC° Tricesimo octauo, In die beatorum Martirum felicis et adaucti.

Original im Lübecker Archiv (Bergedorfensia Nr. 8). Zwei Siegel, ein Siegelstreifen.

1338. Septbr. 9. **999.**

Waldemar, Herzog von Jütland, schenkt der vom Domherrn Rico gegründeten und jetzt vom Domherrn Ivar Bundessen innegehabten Pfründe im Dom zu Schleswig, das Patronatsrecht über die Kirche St. Mariä in Sodorp, *mit der Verpflichtung, sein Jahresgedächtnis und das seines Grofsvaters Waldemar, sowie seines Vaters Erich feierlich zu begehen.* — „Cum bona quaecunque.“

— praesentibus dilectis Consiliariis nostris Domino Marquardo Rugmor, Abel Waldemari, Iuaro de Reuentlow, Strimone de Rantzow, Sifrido de Sestede, Marquardo de Sestede, Marquardo Rorlanth, Marquardo de Wisch, Alberto de Wisch militibus, Swart Erico, Marquardo Wulf, Wulf Pogwisch armigeris, et aliis praesentibus fide dignis. — Datum Gottorpe anno M. CCC. XXX. octauo in crastino Natiuitatis Beatae Mariae Gloriosae Virginis.

Reg. Dan. 2161.

1338. Septbr. 12. **1000.**

Johann Unerschrocken, Vikar, Johann Kunze und Petrus Aven, Geistliche zu Hamburg, Knappe Wedekin von Hamme, Friedrich Bergedorf und Heinrich Vrige, Bürger in Hamburg, bezeugen, dafs Dietrich Junge und sein Schwiegersohn Johann Bockholt dem verstorbenen Vikar Gerhard von Köln ihren Besitz und ihre Einkünfte in Billwärder einst rechtsgültig verkauft und dieser sowie seine Söhne Dietrich und Hartwig dieselben in ungestörtem Besitz gehabt haben.

In nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem. M⁰. CCC⁰. XXXVIII⁰. Indictione VI. XII. die mensis septembris. hora uesperarum uel quasi. in campo situato iuxta ciuitatem hamburgensem. apud valuam dictam lubeker dor. pontificatus sanctissimi in cristi patris ac domini. domini benedicti pape. XII. anno. IIII. Constituti in mei notarii publici et testium subscriptorum presencia, discreti viri domini. Iohannes inperterriti. perpetuus ecclesie sancte marie hamburgensis vicarius. Iohannes dictus konce. petrus filius auen presbiteri hamburgenses. necnon honesti viri wedekinus de hamme famulus. fredericus bergherdorpe. et hinricus vrige ciues hamburgenses expresse et publice recognouerunt et firmiter asserebant. corum discreto uiro domino gherardo de colonia perpetuo uicario ecclesie sancti Iacobi hamburgensis eciam presente ipsis verissime et ex certa sciencia constare. quod thidericus iuuenis et gener eius Iohannes dictus bōholt quondam ciues hamburgenses. bona sua sita in billenwerdere circa aquam vrenulete. videlicet dimidium mansum agrorum hereditariorum et decimas maiores et minores septem mansorum pro iusto precio honesto viro gherardo de colonia quondam ciui hamburgensi et suis veris heredibus. rite et racionabiliter vendiderunt. et quod idem gherardus eadem bona usque ad mortem suam pacifice et quiete possedit. Necnon quod dominus gherardus presbiter supradictus. ac thidericus et hartwicus dicti de colonia filii eiusdem gherardi. post mortem eius predicta bona multis annis iure hereditario sine impedimento et contradictione quibuslibet similiter possederunt. Quibus recognicionibus factis. sepedictus dominus gherardus requisiuit me notarium infrascriptum. ut publicum super hiis conficerem instrumentum. et nos Iohannes imperterriti Iohannes konce. petrus filius auen presbiteri. ac wedekinus de hamme famulus. fredericus bergherdorpe. hinricus vrige ciues hamburgenses predicti. ad maiorem rei euidenciam. presens scriptum sigillis nostris fecimus communiri. volentes premissa protestari vti fuerit oportunum. Acta sunt hec anno. indictione. mense. die hora. loco et pontificatu predictis. presentibus discretis viris. dominis. Sifrido eylstede perpetuo uicario ecclesie sancte marie hamburgensis predicte. thiderico berestede presbitero hamburgensi. ac alberto lubeke camerario honorabilium virorum dominorum prepositi decani et capituli hamburgensis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Iacobus dictus de sancto spiritu clericus hamburgensis bremensis Dyocesis. publicus auctoritate imperiali notarius. recognicionibus ac aliis omnibus supradictis vna cum suprascriptis testibus presens interfui. eaque in hanc publicam formam redegi. meoque signo solito signaui requisitus in testimonium veritatis.

Lib. cop. Cap. fol. 154a im Hamb. Archiv.

1338. Septbr. 19. 1001.

Gerhard von Köln und Dietrich und Hartwig, seine Brüder, schenken ihre Zehnten im Billwärder der Hamburger Kirche.

In nomine domini amen. Anno a natiuitate eiusdem. M⁰. CCC⁰. XXXVIII⁰. Indictione sexta. pontificatus sanctissimi in cristo patris et domini nostri. domini benedicti diuina prouidencia pape duodecimi. anno quarto. XIX. die mensis septembris. hora quasi uesperarum. constituti in mei notarii publici infrascripti et testium subscriptorum presencia in ecclesia sancti Iohannis ewangeliste in lubeke. discreti uiri dominus gherardus de colonia perpetuus vicarius in ecclesia sancti Iacobi hamburgensi. necnon thidericus et hartwicus fratres ipsius matura delibera-

cione prehabita et pio zelo moti. sponte decimas suas maiores et minores septem mansorum sitorum in billenwerdere circa aquam vrenulete. cum omnibus suis iuribus et pertinenciis prout ad ipsos sunt ex successione paterna et iure hereditario deuolute, ecclesie hamburgensi libere donauerunt. quas nichilominus ad vsus ecclesie eiusdem prout infra scribitur. in manus honorabilis viri domini Iohannis decani eiusdem hamburgensis ecclesie. presentibus et ratificantibus ibidem domino Iohanne scolastico. et pluribus aliis canonicis ipsius hamburgensis ecclesie. protunc capitulum facientibus resignarunt. omne ius predicti fratres. quod in predictis decimis ipsis quomodolibet competebat. in ipsam hamburgensem ecclesiam totaliter transferentes. ita videlicet quod postquam prelibate decime collecte fuerint. in tres partes equaliter diuidentur. Quarum vna ad vicariam. quam nunc pretactus dominus gherardus in supradicta ecclesia beati Iacobi hamburgensi optinet. altera vero ad peragendam memoriam suorum parentum et ipsorum post mortem eorum in sepedicto hamburgensi ecclesia. Tercia vero pars ad dormitoriales scolares ex debito chorum dicte hamburgensis ecclesie frequentantes. perpetuis temporibus pertinebunt. Acta sunt hec. Anno. indictione. pontificatu. die mensi hora et loco quibus supra presentibus discretis uiris. dominis. wernero hasenmore in ecclesia lubicensi. necnon Iohanne greseken in supradicta ecclesia hamburgensi. et nicolao de rebbenitze. in ecclesia nostri nicolai hamburgensi perpetuis vicariis testibus. ad premissa uocatis specialiter et rogatis. Et ego Hinricus dictus vinke raceburgensis dyocesis clericus. auctoritate imperiali publicus notarius. donacioni resignacioni translacioni, ac omnibus et singulis prescriptis cum sic fierent, presens interfui, vna cum testibus prelibatis. eaque uidi et audiui ac propria manu conscripsi et in hanc publicam formam redegi. quam signo meo solito et consueto signaui requisitus in testimonium omnium premissorum et rogatus.

Lib. cop. Cap. fol. 153b im Hamb. Archiv.

1338. Octbr. 6. **1002.**

Adolf, Graf von Schauenburg, verpflichtet sich gegenüber den Herzögen Otto und Wilhelm von Braunschweig und Lüneburg, nur einen ihrer Mannen aus ihrem Lande und nach ihrem Rate zum Vogte von Lauenau (Lowenowe) *zu ernennen.*

— ghegeuen na godes bort dusent Iar drehundert Iar in deme achte vnde drittigesten Iare in deme achteden daghe sinte michelis.

Sudendorf, U. B. I. 324 nach dem Original im Staatsarchiv zu Hannover.

1338. Octbr. 14. **1003.**

Heinrich, Neffe des verstorbenen Hartwig von Bille, überläfst seinen Besitz an der Bille, namens Ellerholz, der Hamburger Domkirche.

In nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem. M°. CCC°. XXXVIII°. Indictione VII. XIIII. die mensis octobris. hora uesperarum uel quasi pontificatus sanctissimi in cristo patris et domini nostri. domini benedicti diuina prouidencia pape. XII. Anno quarto. in mei notarii publici et testium subscriptorum presencia constitutus hinricus patruelis quondam hartwici de bilnen. laycus bremensis dyocesis. resignauit dimisit et assignauit. bona sua sita prope bilnam que wlgariter dicuntur elreholt cum pratis adiacentibus et prout sita sunt in parrochia bilne. honorabili viro domino Iohanni decano ecclesie sancte marie uirginis in

hamborch dicte bremensis dyocesis. presenti et recipienti pro ecclesia supradicta ad vsus camerarii eiusdem ecclesie, Recognouit eciam idem Hinricus. quod ipse et patruus suus. eidem camerario in tribus marcis denariorum hamburgensium. pro censu pluribus annis non soluto fuerint obligati. et ne idem hinricus sentiret dampnum ex predictis. in resignacione, dimissione et assignacione. Albertus dicte ecclesie nunc camerarius promisit se soluturum duodecim marcas hamburgensis monete. in euentum quod dicta bona a quoquam non contingeret quomodolibet inbrigari. Et si quod absit dicta bona inbrigari et euinci contigerit. dictus camerarius nichilominus censum suum annuum. videlicet duodecim solidos in dictis bonis retinebit. et predicte tres marce sibi non solute. eidem integre persoluentur. Idem eciam hinricus promisit se resignaturum predicta bona coram nobilibus viris et honestis dominis Iohanne comite holtsacie et stormarie et Erico duce saxonie suo genero. quando et quociens suo nomine et suorum heredum super hoc fuerit requisitus. Acta sunt hec lubeke in cimiterio beati Egidii. anno. indictione. die mensi hora et pontificatu quibus supra. presentibus discretis viris dominis. Iohanne greseken perpetuo vicario dicte hamburgensis ecclesie. marquardo dicto de plone presbitero. lubicensis dyocesis. et alberto dicto tornator clerico hamburgensi bremensis dyocesis supradicte. testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego hermannus dictus beyghershaghen clericus zwerinensis dyocesis. publicus auctoritate imperiali notarius. huic resignacioni. dimissioni et assignacioni. omnibusque aliis et singulis suprascriptis. vna cum prenominatis testibus presens interfui. eaque ad requisiciones honorabilis viri domini decani et camerarii prefatorum propria manu conscripsi. et in hanc publicam formam redegi. meoque solito et consueto signo signaui in testimonium premissorum.

Lib. cop. Cap. fol. 154 b im Hamb. Archiv.

1338. Octbr. 16. **1004.**

Adolf, Graf, und Heilwig, Gräfin von Holstein, Stormarn und Schauenburg, schlichten den Streit zwischen dem Kloster Obernkirchen und Johann, einstens Richtere de Antendorpe *und dessen Erben um Hufe und Hof in* Antendorpe. — „Odiosa dissensio."

Anno Domini Millesimo. CCC⁰. tricesimo Octauo. ipsa die beati Ambrosii Episcopi et Confessoris.

Wippermann, Urkundenbuch von Obernkirchen 232.

1338. Octbr. 28. **1005.**

Burchard, Erzbischof von Bremen, gestattet den Gebrauch eines tragbaren Altars in der nicht geweihten Kapelle des h. Geisthauses in Kiel.

Borchardus dei gracia sancte Bremensis ecclesie Archiepiscopus. Discreto viro Iohanni‖ de Lybude Magistro seu Rectori Hospitalis in Kyl salutem in domino sem‖piternam, Ad instanciam dilectorum nobis Consulum in kyle tibi vt‖ per te alium seu alios in oratorio seu capella hospitalis tui, non‖ consecrata et in altaribus ibidem constructis non consecratis, altari‖ portabili consecrato super posito missas celebrare et diuinum offi‖cium exercere licite valeas tibi presentibus induximus. Concedimus‖ nichilominus cuilibet . . Episcopo Romane ecclesie d . . . consecrandi ora‖culum seu capellam predictam et altaria in eodem oraculo seu

ca‖pella ad presens constructa plenam licenciam et liberam facultatem.‖ Datum in Haghene anno domini M⁰. CCC⁰. XXX. VIII⁰. In festo beatorum Symonis et Iude apostolorum.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegelstreifen.

1338. Novbr. 8. 1006.

Detlev Ruthze *von* Tuttenthorp *verpfändet dem Kloster St. Johann auf dem Holm bei Schleswig für 40 Mark Lübsch seine Einkünfte aus* Tuttendorp.

[Omnibus presentes litteras inspecturis thelauus ruthze de tvtte]nthorp Salutem‖ [in domino sempiternam, Nouerint vniuersi quod ego tenore presencium reuere]ndis Dominabus‖ [videlicet sanctimonialibus monasterii sancti Iohannis in insula iuxta sleswi]ch me. ratione‖ [introitus filie mee. aleke. recognosco in. XLª. marchis. lvbycensibus o]bligatum pro quibus‖ [eis bona mea in tvttendorp videlicet reddituum. IIII. marcharum] Lubycensium impig‖[noro per presentes vt ipse moniales omnes redditus et prouentus bono]rum in quibus nunc resident‖ [thetlauus et tymmo in predicta villa tvttendorp, cum omnibus suis iur]ibus et pertinentiis an‖[nuatim pro suis vsibus libere percipiant donec dicta pecunia eis] fuerit integraliter‖ [persoluta. Datum et actum anno domini M CCC XXXVIII In die] sancti Wilhadi confessoris nostro‖ [sub sigillo].

*Fragment des Originals im Archiv des Klosters St. Johann vor Schleswig, ergänzt aus einer Kopie des vorigen Jahrhunderts. Rest eines Siegelstreifens. Zeitschrift Bd. VI. Repertorien S. 112. Nr. 16. Reg. Dan. *1723.*

1338. Novbr. 11. 1007.

Die Gebrüder Georg von Hitzacker verpfänden dem Hamburger Bürger Bernhard von Grund ihre Zehnten auf dem Werder Oppemore *für 40 Mark Hamb. Pf.*

Vniuersis ac singulis. presens scriptum visuris seu audituris, Nos Georgius et Georgius fratres. dic‖ti langhen de Hydsakere. famuli verdensis dyocesis. cupimus fore notum. lucide recognoscentes,‖ nos Discreto viro Bernardo de Grunt Ciui Hamburgensi teneri in quadraginta Marcis Hamburgensium‖ denariorum. nobis per ipsum in pecunia parata numeratis, Pro quibus quidem XL. marcis obliga-‖ uimus et nichilominus presentibus obligamus eidem et suis veris heredibus Decimas maiores et mi‖nores sedecim et dimidii frustorum in Insula dicta Oppemore. iuxta kerweghe. ad partem‖ orientalem contigue situatorum. cum iudiciis maiori et minori. libertate. ac omni vtilitate et‖ commoditate quibus nos ipsas possedimus. et ipsis hactenus vsi sumus, Has siquidem Decimas‖ cum ceteris sibi annexis redimere poterimus et debebimus pro quadraginta Marcis predicte pecunie. infra‖ decem annos a data presencium continue computandos, Si uero memoratas decimas infra dictum‖ tempus non redemerimus. extunc ipsas. cum iudiciis maiori et minori. libertate. ac omni vtilita‖te et commoditate quibus ipsas possedimus. de et cum consensu heredum. ac amicorum nostrorum con‖silio vendidimus. ac pure et simpliciter in hiis scriptis vendimus iusto vendicionis titulo pro‖ predictis quadraginta marcis. prefato Bernardo de Grunt Ciui hamborgensi et suis veris heredibus‖ iure hereditario et proprietario inperpetuum possidendas, Poterunt eciam prefatus Bernardus et sui‖ veri heredes prefatas Decimas extunc vendere. donare. obligare. seu quomodolibet alias trans‖ferre in quascumque personas. ecclesiasticas seu mun-

danas. in toto uel in parte. prout eorum placue‖rit voluntati, Ceterum si sepedictas Decimas in toto uel in parte. a quoquam. quouis modo.‖ ex parte nostri inbrigari contigerit. ipsas realiter et cum effectu tenebimur disbrigare, et nos. Bertol‖dus dictus Sculte Miles. Bertoldus dictus Sculte filius Bertoldi sculten Militis et ludolphus‖ de heyenbroke. famuli. pro hiis omnibus et singulis per Georgium et Georgium supradictos. et eorum‖ veros heredes inuiolabiliter obseruandis. facimus nos tenore presencium fideiussores ac eciam pro‖missores, Ceterum arbitrantes promittimus in hiis scriptis. quod ad requisicionem supradicti Bernardi‖ de Grunt seu heredum suorum, si Georgius et Georgius prenominati. aut eorum veri heredes. pre‖missa in toto vel in parte quod absit non seruauerint, ciuitatem hamburgensem intrare debebimus‖ si nobis ad eam patuerit ingressus. vel Oppidum Buxtehude, aut Ciuitatem luneborgensem‖ nunquam exituri, nisi de prenominati Bernardi de Grunt. aut heredum suorum beneplacito seu‖ licencia speciali, In quorum omnium et singulorum euidens testimonium. sigilla nostra vna cum‖ Sigillo Georgii et Georgii prefatorum quo ipsi ambo vti solent. presentibus sunt appensa,‖ Datum et actum hamborgh. anno domini M°. CCC°. XXX octauo. In die beati Martini‖ Episcopi et confessoris presentibus Discretis viris hinrico halstenbeke et ludolpho Euendorp‖ Ciuibus hamburgensibus testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Original im Hamb. Archiv. Fünf Siegel an Pergamentstreifen.

1338. Decbr. 24. 1008.

Burchard, Erzbischof von Bremen, regelt den Gottesdienst in der Stadt Kiel.

Borchardus dei gracia. Sancte bremensis Ecclesie archiepiscopus. Vniuersis presencia visuris Salutem in domino sempiternam. Exigit officii nostri debitum. vt dissensiones et scandala que iniuriosis actibus‖ aditum preparant rancores et odia suscitant ac illicitis moribus ausum prebent in quantum possumus inter nostros subditos congruis remediis amputemus. Sane ad nostrum peruenit‖ auditum Quod in parrochia ecclesie kil nostre bremensis dyocesis et infra eiusdem parrochie terminos in missarum et diuinorum officiorum celebracionibus et predicacionibus necnon vicariarum seu beneficiorum‖ fundacionibus et altarium erectionibus et pluribus aliis modis nonnulla fuerint. et eciam temere attemptantur contra sacros canones que in rectoris dicte ecclesie et parrochialium iurium preiudicium‖ vergere dinoscuntur. Nos igitur huiusmodi abusiones abolere desiderabiliter affectantes auctoritate sacrorum canonum et nostra Tenore presencium irreuocabiliter declaramus constituimus‖ et ordinamus quod nulle persone ecclesiastice vel seculares in dicta parrochia seu infra limites ipsius Missas seu diuinum officium celebrare seu proponere verbum dei. aut eciam vicarias vel‖ beneficia ecclesiastica fundare vel officiare. aut altaria erigere vel construere per se vel per alios valeant seu debeant vel quidquid aliud ad iura parrochialia pertinens facere vel attemp‖tare presumant sine Rectoris prefate Ecclesie ad quam cura et regimen eiusdem parrochie spectare dinoscitur beneplacito et consensu si Canonice vltionis penam et excommunicacionis‖ sentenciam voluerint euitare, hoc sane expresso quod in domo seu Capella sancti spiritus dicti opidi kil tres Misse tantum et non plures per ydoneas personas diebus singulis poterunt cele‖brari. Que quidem Misse antequam finiantur in parrochia. Matutine ne distrahatur a vera matrice Ecclesia populus sint finite. verbum vero dei non nisi certis diebus et horis cum nullum‖ pre-

iudicium ipsi parrochiali Ecclesie facere poterit proponatur. Preterea ex speciali gracia concedimus ut prepositus nouimonasterii quicumque pro tempore fuerit ad quam cura predicte parrochialis Ecclesie specta||re dinoscitur contradicentes et contrarium facientes cuiuscumque condicionis existant per censuram ecclesiasticam cohibere. et Canonica monicione premissa excommunicare ab officio suspendere. disso||luciones eciam clericorum prohibere et vt clericaliter decenter et honeste vivant. et dum intersunt diuinis clericali habitu induantur precipere. et rebelles per eandem censuram Ecclesiasticam cohercere|| liberam habeat facultatem. Absoluciones vero ab excommunicacionum et suspensionum sentenciis quas per predictum prepositum contra rebellantes premissis ferri contingerit nobis et suc||cessoribus nostris tantummodo reseruamus. In euidenciam igitur et testimonium premissorum Sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Vordis. Anno domini M^0. CCC^0. XXX^0.|| octauo. In vigilia Natiuitatis eiusdem.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Siegel an rot-gelber Schnur. Westfalen II. 137.

1338. 1009.

Burchard, Erzbischof von Bremen, bestätigt die Freiheiten des h. Geisthauses zu Kiel.

In Nomine Domini Amen. Universis hanc litteram visuris seu audituris Borchardus. Dei gratia sanctae Bremensis ecclesiae Archi-Episcopus salutem in Domino sempiternam. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane, ex parte nobis in Christo dilectorum consulum municipii in Kyl nostrae diocesis propositum extitit, coram nobis quod olim felicis recordacionis nobiles viri Domini Gerardus et Iohannes Comites Holsatiae pro animarum suarum salute quoddam Xenodochium seu hospitale in dicto municipio ad colligendum, fovendum, et recipiendum ac nutriendum in eo pauperes debiles et infirmos fundaverunt et de bonis competentibus dotaverunt. Quam quidem fundationem et dotationem venerabiles Patres bonae memoriae Gherardus Hildeboldus ac Gyselbertus quondam Bremensis ecclesiae Archi-Episcopi, praedecessores nostri ratas et gratas habentes eas, non solum auctoritate ordinaria confirmaverunt, verum etiam gratiis et privilegiis specialibus extulerunt. His videlicet, quod idem hospitale perpetuis temporibus Magistrum seu Rectorem Presbyterum habebit, nobis et nostris successoribus immediate subiectum, qui fratrum ac sororum et omnium in praefato hospitali degentium curam animarum geret, eisque ministrabit ecclesiastica sacramenta, ipsorum quum mortui fuerint corpora in cimiterio apud dictum hospitale oraculum seu Capella, in qua missae et alia ad divinum officium pertinentia, per dictum Magistrum seu Rectorem et sacerdotes alios Deo devotos omni tempore celebrentur. Ipse etiam Magister seu Rector quotiescunque voluerit, in eodem oraculo seu capella per se, vel alium seu alios viros idoneos predicet vel predicare faciat verbum Dei, exceptis tamen eis horis in quibus in Ecclesia Sancti Nicolai ibidem consueverat predicari. Oblationes vero quae intra missarum solennia ad altaria in dicto hospitali constructa vel construenda deferuntur Magister seu Rector praefati hospitalis Rectori Ecclesiae sancti Nicolai praedictae. qui pro tempore fuerit, tenebitur integre praesentare. Praeterea Magistro seu Rectore dicti hospitalis defuncto, Consules praedicti municipii et fratres ac

sorores dicti hospitalis virum idoneum presbyterum vel qui infra extunc proximum annum in presbyterum ordinari valeat, eligent, quem nobis et successoribus infra tempus a iure statutum praesentabunt, quem nos et etiam successores nostri instituere debebimus et ei curam committere animarum etc. etc. Datum in Hagene Anno Domini M. CCC. XXXVIII.

Westfalen, Mon. ined. IV. 3283 nach einem nicht mehr vorhandenen Transsumpt von 1349.

1338. **1010.**

Waldemar, Herzog von Jütland, befiehlt den Bürgern zu Schleswig Gehorsam gegen den dortigen Rat.

Waldemarus dei gracia dux Iucie. placitum Ciuium suorum in sleswiic visitantibus, salutem et graciam‖ omnibus et singulis apud vos residenciam facientibus qui Ciues appellantur firmiter sub optentu‖ gracie nostre Mandamus quatinus, Consulibus nostris apud vos, qui nunc sunt, vel pro tempore fuerint‖ obedientes sint et in omnibus beniuoli quibus per ipsos requisiti fuerint, si vero aliquis contumax vel rebellis in hoc inuenitur liberam damus eisdem consulibus auctoritatem illius bona que in ciuitate habuerit confiscandi, et in usus ciuitatis conuertendi, Datum anno domini. M°. CCC°. XXX°. octauo.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel an seidener Schnur. Die Jahreszahl von anno *ab steht auf Rasur von gleichzeitiger Hand eingetragen. Reg. Dan. 2166.*

1339. Jan. 6. **1011.**

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, verleiht den Hamburger Bürgern Johann und Winand von Stendal die ihnen einst zu Lehen übertragenen Gefälle aus dem Zoll, der Accise und der alten Mühle zu Hamburg zu freiem erblichem Eigentum.

In nomine Domini. Amen, Eiusdem gracia Gherardus Comes Holtzacie et stormarie, Vniuersis in perpetuum presencia visuris seu audituris In‖ omnium saluatore salutem, Tenore presencium recognoscimus, publice protestando, quod fideles nostri, Iohannes, et winandus fratres‖ de Stendal, Ciues Hamburgenses, quondam a nobis, Redditus Triginta marcarum. In Theloneo et vngeldo nostro Hamburgensi, de‖ prima pecunia inde proueniente, singulis annis percipiendos, necnon, Redditus, Sex chororum siliginis, et duorum Chororum Triti‖ci vel triticei brasii, ac redditus Septem marcarum, denariorum Hamburgensium, In veteri Molendino, dicte nostre Ciuitatis Hamburgensis‖ singulis annis tollendos, ut premittitur in pheodo tenuerunt, Sed quia dignitas et debitum nostre dominacionis exigit ut fideles nostros‖ respiciamus muneribus, gracie specialis, et illos potissime qui apud nos et progenitores nostros vberiorem graciam suis obsequiis‖ et beneficiis meruerunt. Noscat igitur felix etas presencium et prospera successio futurorum, Quod nos ex sufficienti deliberacione‖ et maturo consilio fidelium nostrorum consiliariorum prehabitis, et propter multimoda seruicia nobis et patri nostro felicis recordacionis, quondam Comiti‖ Holtzacie et Stormarie nobili, per predictos, Hinricum de Stendal, Ciuem nostrum et Iohannem ac winandum, fratres suos, bone memorie, sepius‖ exhibita, fideliter et impensa, Damus et in hiis scriptis dimittimus, eidem Hinrico de Stendal et fratrueli suo Iohanni ac eorum heredibus ve‖ris, natis et perpetuo nascituris, prefatos redditus, iure hereditatis et proprietatis per-

petuo libere possidendos. Transferentes, in dictos Hinri||cum et suum fratruelem et ipsorum heredes omne ius quod nobis et nostris heredibus ac successoribus tam in armorum seruiciis quam aliis|| quibuscumque quocumque nomine censeantur, que de bonis pheodalibus requiruntur, de consuetudine vel ex iure competere possunt, in bonis et|| redditibus supradictis, Arbitramur nichilominus et fideliter promittimus in hiis scriptis, pro nobis et nostris heredibus, ac inperpetuum successoribus|| quod prefati, Hinricus et suus fratruelis et eorum heredes, necnon vniuersi et singuli, siue fuerint ecclesiastice vel seculares persone, ad quoscumque|| per hereditariam successionem, vendicionem, obligacionem, donacionem, vel per quamlibet aliam disposicionem, prefati redditus fuerint deuoluti, ven||dendi, obligandi, donandi, seu dimittendi, eosdem redditus coniunctim vel diuisim, in perpetuum liberam, habeant facultatem|| nobis ac nostris heredibus et inperpetuum succesoribus minime requisitis, Volumus eciam omnibus et singulis, ad quos predicti Red||ditus. ut premittitur, deuoluti fuerint, presentes litteras suffragari, Huius facti testes sunt, Nobilis, dominus. Comes Adolfus, Comes Holtzacie et in|| Schowenborch patruelis noster, Detleuus de wensyn, Hartwicus de Mandesle. milites. Hinricus de wilzede, famulus, et plures|| alii fidedigni. In cuius rei testimonium, Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum, anno domini, Millesimo CCC°|| Tricesimo Nono. In Epyphania domini.

Original im Hamb. Archiv. Schildrandsiegel des Grafen an grün-roter Schnur.

1339. Jan. 6. 1012.

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, Erzmarschall des Römischen Reiches verkauft an den Kleriker Johann, Sohn des Krämers Gerhard, 10 Mark Einkünfte aus dem Dorfe Basedow, welche dieser der Vikarie zum heil. Kreuz in Lauenburg schenkt unter Zustimmung des Bischofs Volrad von Ratzeburg.

Nos Ericus dei gracia. Dux Saxonie. angarie et westfalie, Sacrique Romani imperii archimarscalcus presentibus lucide protestamur et omnibus presen||tia visuris seu audituris cupimus notum esse quod vendidimus iusto vendicionis tytulo iohanni filio gher[ardi] institoris clerico et suis heredibus|| reditus decem marcarum in villa basedowe. quas decem marcas denariorum lubicensium. Bernardus et iohannes. dicti. lubekerman coloni ibidem|| de tribus mansis annis singulis. aut successores eorundem mansorum cultores in quolibet festo beati michahelis. sibi aut suis suc||cessoribus aut eorum nunciis persoluent iudicio tamen et seruicio nobis inibi reseruato. sin autem dictam pecuniam in dicto termino|| non exposuerint extunc dictus iohannes et sui successores inpignoracionem habebunt in eisdem. et nos sepedictum iohannem et suos|| successores ad extorsionem dicte pecunie debebimus adiuuare Dictus vero iohannes misericordia motus diuina. de et cum|| consensu patris sui gher[ardi] institoris heredum suorum omnium. dictos decem[1]) marcarum redditus altari siue vicarie in honorem sancte crucis|| dotate in cappella sancti Magni in castro nostro louenborch et eiusdem viccarie viccario dotauit et assignauit in perpetuum mansuros. ymmo|| venerabilis in cristo patris et domini . . domini volradi Rascheborghensis episcopi habito ad hoc consensu et voluntate. Nos autem cultum diui||num inpedire nolentes sed magis ampliare cupientes predicte donacioni et assignacioni consenciebamus presentibus et consenti||mus volentes dictam donacionem et assignationem infuturum perpetuis temporibus in||violabilem.

et irreprehensibilem permanere|| iugiter et obseruari. Nos eciam Ericus dux Saxonie ivnior predicte vendicioni patris nostri ac iohannis donacioni libera con-|| sentimus voluntate. Et in testimonium premissorum sigilla. nostra presentibus sunt appensa. Datum Louenborch. anno domini|| Millesimo. Tricentesimo triccsimo nono in epyphania. eiusdem.

[1]) *Das* decem *ist auf Rasur mit schwarzer Tinte später eingeschrieben, verschiedene Buchstaben sind, um dies etwas minder deutlich hervortreten zu lassen, ebenfalls nachgemalt.*

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegel an Siegelstreifen. Sudendorf U. B. IX. 71.

1339. Jan. 10. **1013.**

Privileg Herzog Waldemars für die Schleswiger Kirche.

Privilegium Woldemari Ducis Iuciae Capitulo Ecclesiae Slesvicensis datum. eiusdem tenoris ac ultimum Woldemari Regis. Datum Scleswich anno domini M CCC XXX nono, dominica infra octauam Epiphaniae domini.

Regest in Bartholins Tom. C. S. 369 auf der Universitätsbibliothek zu Kopenhagen.

1339. Jan. 13. **1014.**

Johann Brokowe verpfändet die seinem Vater Wulff von Eggard Solder und seinen Brüdern verpfändete Gerichtsbarkeit über das Dorf Groſs-Flintbek weiter an das Kloster Neumünster.

Uniuersis presencia visuris quorum interest uel interesse poterit. Iohannes dictus brocowe, salutem in domino. Notum esse cupio tam pre||sentibus quam futuris, quod iurisdictionem siue iudicium maioris ville vlintbeke, ab Eghardo et suis fratribus dictis soldher, patri|| meo felicis memorie domino lupo militi pro Centum et Quadraginta marcis lubicensibus inpigneratum, et ad fratres meos et me iure|| hereditario deuolutum, Honerabilibus viris Dominis, preposito et Conuentui in Nouomonasterio Bremensis dyocesis pro eadem summa|| pecunie impignoraui. Ab eis non per me uel meos heredes, nec per predictum Eghardum uel suos heredes sed per eum, qui de iure|| poterit redimendum. Verum si aliquis cuiuscumque condicionis existat predictam impignoracionem impugnauerit uel predictos|| dominos racione ipsius impignoracionis molestare uel impetere cum iure voluerit, ego uel heredes mei talem impeticionem|| habebimus disbrigare. Preterea omnis dissencio seu discordia inter predictos dominos et me qualicumque de causa suborta to||taliter est sopita, Et nichilominus omnia debita, in quibus predictus pater meus, fratres mei et ego predictis dominis obli||gabamur integraliter sunt soluta. Preter XL marcas pro quibus emerunt molendinum cum vno manso eidem adiacente in|| hauekhorst, in quo nobis dederunt, pro eadem pecunia infra XX. annos quandocumque poterimus graciam redimendi. Et ut pre||dicta firmiter obseruentur, ego et patrueles mei infra scripti scilicet Hartwicus et Marquardus fratres dicti wulf Wulf et|| Nicolaus dicti poggewisch ore promisimus et fidem dedimus manualem. Quod appensionibus sigillorum nostrorum|| presentibus protestamur Datum et actum Anno domini. M⁰. CCC⁰. XXXIX. In Octaua Epyphanie eiusdem.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegel an Pergamentstreifen. Cop. Bordesh. fol. 51b. Westfalen II. 140.

1339. Jan. 13. **1015.**

Johann von Brokowe und Nikolaus Pogwisch verpflichten sich, zu ihrer Verpfändung der Gerichtsbarkeit in Groſs-Flintbek die Einwilligung ihrer Vettern Hartwig und Marquard Wulf und Wulff Pogwisch zu erwirken.

Nos Iohannes de brokowe et Nicolaus dictus poggewisch presentibus promittimus. Quod hoc‖ efficere debemus ut Patrueles nostri Hartwicus et Marquardus fratres dicti wulf, et wulff dictus pogge‖wisch eadem promittant quod nos promisimus, et sigillis suis approbent placita, inter me Iohannem et Honora‖biles viros, Dominos prepositum et Conuentum in Nouomonasterio de impignoracione iudicii ville maioris‖ vlintbeke, et aliis contentis in litteris super ea confectis, habita, quando fuerimus requisiti. In cuius testimonium‖ sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M°. CCC°. XXXIX. In octaua Epyphanie eiusdem.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Ein Siegel am Pergamentstreifen, ein Siegelstreifen. Cop. Bordesh. fol. 51 b. Westfalen II. 141.

1339. Jan. 26. **1016.**

Der Rat der Stadt Kiel schlieſst Frieden mit dem Grafen Johann von Holstein und Stormarn.

Vniuersis presencia visuris seu etiam audituris. Consules et communitas ciuitatis kiil. salutem in domino sempiternam‖ Constare volumus vniuersis presentibus et futuris. quod annuente illo qui est pax et omnium vera salus. Omnis discordia liuo‖ris et rancoris materia. inter inclitum dominum nostrum dominum Iohannem comitem holtsacie et Stormarie suosque vasallos fautores‖ et familiares parte ex vna. Nos consules et vniuersitatem nostram parte ex altera. habita et quomodolibet mota est‖ sopita et in veram pacis concordiam et stabilem sonam reformata. et in modum qui sequitur amicabiliter terminata‖ videlicet quod pecuniam et subsidium donatoris. ipsi domino nostro ad emptionem bonorum in oldeslo per nos datum. sibi be‖niuole bono animo et graciose dedimus et absque omni liuoris dolo optulimus. nunquam inposterum mali‖ciose excitandum. Pro quo ipse debet esse nobis dominus graciosus. fidelis defensor fauorabilis et promotor‖ deinceps sicut prius. et Nos debemus esse sui fideles ciues burgenses cum debita obedientia et subiectione. sibi et‖ suis heredibus fideliter adherendo. subsidia seruicia et iuuamina prestando. prout nostrum decet honorem et salutem. et‖ quem ad modum suis progenitoribus prius et sibi postmodum. fidelius dinoscimur fecisse et prestitisse. In cuius rei testimonium. sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum kiil anno domini. M°. CCC°. Tricesimo nono‖ in crastino conuersionis beati pauli. Presentibus nobili viro domino gerhardo comiti holtsacie Dominis et militibus‖ Iohanni de ghodendorpe, dosoni blok. hartwico de reuentloo. Emekino wonslet nicolao splith testibus premissorum.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegelfragment am Pergamentstreifen.

1339. Febr. 2. [1336. März 4. 1338. Aug. 2.] **1017.**

Waldemar, Herzog von Jütland, schlieſst Frieden mit dem Grafen Gerhard von Holstein und Stormarn.

Uniuersis et singulis Presencia visuris vel audituris Woldemarus dei gracia Dux Iucie in omnium saluatore salutem. Ad omnium et singulorum presen||cium et futurorum cupientes peruenire noticiam recognoscimus tenore presencium publice protestando Quod omnis dissencion[is] et controuersie materia inter|| nos ex vna et awnculum nostrum dominum Gerhardum. Comitem holthzacie parte ex altera ex quacumque causa huc vsque mota et quouis modo suborta to||taliter est sedata et composita in hunc modum In primis videlicet debet awnculus noster Comes predictus nobis dare Tria milia marcharum denariorum Lubicensium. et hanc|| pecuniam assignauimus Eghardo de aluerstorpe ad vsum nostrum. pro ipsius eghardi voluntate soluendam. Item si nos Terram Langlandie hostiliter inuadere vellemus|| ad hoc awunculus noster. Comes predictus cum per nos vocatus et requisitus fuerit et cum ante sibi per quatuor septimanas prenunciauerimus debet nos sequi et adiuuare sub propriis|| expensis suis dampno et profectu ad edificandum. duo propugnacula. ante castrum Traneker. quorum quilibet nostrum vnum per se edificabit. adeo firmum quod possit detineri|| quo facto idem awnculus noster recedat cum suis si voluerit et presentet nobis castrum quod edificauit per nos detinendum et custodiendum hoc tamen adiecto quod si inimici post|| dicti awnculi nostri aut suorum nos adiuuancium recessum iterato redirent ad destruendum huiusmodi propugnacula per nos edificata aut awnculus noster Comes pre||nominatus cum omnibus suis quos congregare poterit toto posse debet nobis in subsidium festinanter redire et reuerti. Et quamdiu awnculus noster et sui apud nos in dicta|| terra Langlandie permanserint et nos adiuuerint non debent terram spoliare aut incendio deuastare sed omne quod inde prouenerit et quolibet modo prouenire poterit|| equaliter secum debemus diuidere secundum numerum cuiuslibet nostri exercitus personarum Sed si castrum traneker cum awnculi nostri sepedicti consilio et auxilio deuinceremus|| et optineremus statim debet nobis cum terra Libere cedere sine contradictione aliquali Insuper debemus awnculo nostro predicto domino gherhardo comiti. et suis heredibus firmiter adherere|| et adiuuare eos contra heredes domini Cristoffori quondam regis dacie et contra dominum Laurencium Iøn sen quondam dapiferum et eius heredes eorumque coadiutores et generaliter|| contra omnes viuentes omnibus diebus vite nostre exceptis quibusdam amicis nostris singulari consagvinitate et affinitate nobis coniunctis videlicet Dominis Erico et|| Alberto ducibus saxonie domino Iohanne comite holtzacie eius fratrueli domicello Gerhardo Domino Adolpho comite de schowenborch et eius fratribus Domino Gerhardo|| et domicello Iohanne fratribus comitibus de hoya. Domino Iohanne de werle. Domino Hinrico comite zwerinensi et domicellis Nicholao et ottone comitibus in zwerin et in Thekeneborg|| et generaliter exceptis vasallis familiaribus et subditis nostris de iure per nos defendendis. Et quale seruicium awnculo nostro cum a nobis habere voluerit. facere debeamus simi||liter quod nobis vicissim pro huiusmodi iuuaminis seruicio ipsi per nos inpenso seu inpendendo facere debeat hoc stabit in arbitrio quatuor militum quorum|| nos duos et awnculus noster duos nominabimus et quicquid hii quatuor milites in hac parte pronunciauerint ratum seruabimus et omnimode faciemus. Et nullam sonam seu composicionem|| cum predictis. domini cristoffori quondam regis dacie heredibus. cum domino Laurencio iønssen quondam dapifero et eorum auxiliatoribus inire debemus nisi awnculum nostrum adhoc|| recipiamus et expresse includamus. Ceterum terra nostra debet awnculo nostro et omnibus suis illic negociari habentibus patere et esse aperta et ipse et omnes sui debent et possunt|| per nostrum dominium Libere

et licite transire quandocunque necesse habuerint in villis forensibus et Ciuitatibus et in singulis locis vbi agere habuerint moram facere et emere‖ necessaria sua prout videbitur expedire et municiones nostre per quas transeundum est non debent eis aliqualiter precludi Et si awnculus noster aut sui in transeundo‖ per nostrum domineum dampnum alicui nostrorum inferrent hoc stabit in arbitrio militum nostrorum domini Abel et domini iøn holkes ad quorum fidem ambo relinquimus‖ vt secundum eorum dicta iuramento eorum affirmanda si ab eis requiritur. huiusmodi dampnum illatum refundatur. et hiis militibus si eos aut alterum eorum morte preue‖niri contingeret alium vel alios qui eodem fungantur arbitrio substituemus. Insuper si aliquam impeticionem super aliquibus bonis in Northiucia aut pheonia siue‖ in insulis adiacentibus aut in qualibet alia terra awnculo nostro predicto per dominum Cristofferum quondam regem dacie inpignerata haberemus hanc penitus resignamus et‖ renunciamus omni iuri si quod nobis adhuc conpetere posset et nec ipsum awnculum nostrum dominum gherhardum nec eius patruelem dominum Iohannem comitem holtzacie debemus in pigneribus‖ eorum que in dacia habent aliqualiter inpedire intromittendo nos de bonis eis inpigneratis aut eorum vasallos si qui se eis opponerent aut alios eorum inimicos‖ contra eorum voluntatem defendendo et preplacitando. Per hanc igitur ordinacionem reformati sumus cum dicto awnculo nostro et omnis controuersia inter nos agitata est‖ abolita et debet esse ex corde remissa. et omni accioni si qua nobis aduersus ipsum awnculum nostros aut suos heredes racione prouisionis et tutele nostre quam gessit maxime‖ super conputacionem aut super alia quacunque causa dependenti aut emergenti ex eadem tutela. conpetere posset penitus renunciamus et dimittimus ipsum et heredes suos‖ ab omnibus hiis quitos. Liberos et solutos. et ammodo volumus ad promocionem suam heredum suorum et fratris sui domini Ghyselberto sedere et prosequi eos fauorabiliter et amice‖ Preterea omnes Litteras nostras quas dicto awnculo nostro dedimus postquam ad annos pubertatis peruenerimus. et tuicionem nostram receperimus nolumus per hanc ordinacionem‖ infringere aut in aliqua parte eis derogare. sed presentibus eas confirmamus et approbamus absque omni dolo. et falsa ymaginacione et vt eo magis firmum et stabilitum‖ inter nos permaneat. huiusmodi Litteras duximus innouare et de verbo ad verbum ordinatim secundum quod acta et data sunt presentibus inserere quarum talis est tenor‖ In nomine domini Amen vniuersis cristi fidelibus presentem paginam visuris seu audituris Woldemarus dei gracia Dux Iucie in omnium saluatore salutem Quia probabiliter verum‖ Est quod nihil cercius est quam mors nichil incercius hora mortis. Nos cupientes quantum naturalis permittit industria futuris malis et incommodis ob‖uiare et ea in quantum possumus precauere non immerito eciam ad memoriam reuocantes qualiter nobilis vir dominus Gerardus Comes holtsacie et stormarie awnculus noster‖ dilectus a puerilibus nostris annis et ab illo die quo dilecto patre nostro domino Erico quondam duce Iucie orbati fuerimus propter nos et occasione nostri grauibus periculis damp‖nis rerum et corporis atque debitis non modicis se inuoluit et adhuc hodierna die magnis debitis et castrorum suorum obligacionibus est detentus affectantes pro‖ huiusmodi seruiciis et fidelitatibus nobis per dictum awnculum nostrum exhibitis. et impensis ipsum et heredes suos respicere. Laudabiliter ac condigne ut tenemur ne ipse et heredes‖ sui in periculis remaneant inportunis volumus et in presentibus voluimus quod omnes et singuli vasalli nostri milites et [arm]igeri sub district[u] nostri ducatus et dominii habitan‖tes sepefato awnculo nostro. Comiti gherardo. homagium et fidelitatis iuramentum faciant.

condicione ista interposita quod si nos mori contingat absque herede Legitimo extunc dicti|| vasalli nostri. omnes et singuli fideliter et constanter sicut vasalli dominis suis adherere tenentur. adherebunt et faciant in hac parte sicut nobis facere tenerentur et ista facere omnibus et|| singulis vasallis nostris mandamus et iniungimus per presentes Ceterum aduocatis et officialibus nostris quibus nunc castra nostra commisimus expresse dedimus in mandatis et coram pluribus|| vasallis ipsis iussimus vt si nos absque herede Legitimo mori contingat castra nostra nulli presentent nisi awnculo nostro predicto aut suis heredibus et hoc idem volumus|| quod aduocati nostri et officiales faciant. quibus committimus castra nostra in futurum et quod hoc faciant per presentes damus eis firmiter in mandatis Preterea si aliqui de vasallis dicti|| awnculi nostri aut exfamulis ipsius aliqui in terra nostra et per nostros. quocunque eciam modo factum sit durantibus gwerris inter dictum awnculum nostrum et nostros vasallos proscripti sunt|| illi pacem firmam rehabebunt et eos paci restituimus per presentes Insuper si aliqui principes aut nobiles aut cuiuscunque dignitatis condicionis aut status existant|| dictum awnculum nostrum officiales suos. aut quoscunque alios nomine suo in castris suis terris in Northiucia et pheonia constitutis ipsi awnculo nostro inpigneratis inpedire|| infestare aut aliqualiter molestare vellent nos dicto awnculo nostro cum castris et vasallis nostris firmiter astare debemus. ipsique et suis auxiliatoribus pro omnibus viribus|| nostris fidele subsidium inpendemus Ceterum si dictus awnculus noster pro defensione sua aut pro aliis negociis suis familiam suam. suos vasallos vel quoscunque|| alios versus northiuciam aut pheoniam destinauerit illos nos et officiales nostri benigne promouere debemus nec aliqualiter permittemus quod ipsis in reditu vel|| exitu aliqua molestia per nostros aut iniuria inferatur In quorum omnium euidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum anno domini M° CCC. XXXIII°. in crastino beati petri apostoli ad vincula. Item tenor secunde Littere sic incipit. Omnibus presens scriptum cernentibus Woldemarus dei gracia dux Iucie salutem in domino sempiternam. Notum facimus vni||uersis tam presentibus quam futuris. et protestamur publice per presentes quod nobili viro domino gherardo. comiti holsacie et stormarie awnculo nostro karissimo suisque veris heredibus omnia|| et singula bona siue insulas que wlgariter. øø. dicuntur. sique ab illa parte Middeluar sund nobis conpetere potuerunt Libere dimisimus Langlandia tamen excepta. et talia|| bona nequaquam inpetere aut repetere debemus tam diu. quovsque tota terra pheonie a dicto awnculo nostro aut suis heredibus per nos fuerit Liberata In cuius rei testimonium sigillum|| nostrum presentibus est appensum Datum anno Domini M°. CCC°. XXX° III°. in crastino beati petri ad vincula. Tenor vero tercie Littere talis est Omnibus presens scriptum cernentibus Woldemarus|| dei gracia dux Iucie salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi tam presentes quam posteri quod olim cum in etate puerili essemus constituti et paterno destituti solacio diuersa nobis et nostro|| dominio imminebant pericula quibus resistere tunc temporis eramus omnimode impotentes nobilis tamen vir dominus gherhardus comes holtzacie et stormarie noster awnculus dilectissimus|| huiusmodi pressuris et periculis sollerter obuiare desiderans. tutoriam et prouisionem nostri dominii in se beniuole sponte suscipiens se diuersis et variis prout postea cum ad annos|| maturos peruenimus per experienciam optimum rerum magistrum didicimus. amore nostri subiecit Laboribus et expensis maxime circa repressionem domini cristoffori quondam regis|| dacie suorumque filiorum eisque adherencium qui nobis multipliciter aduersabantur et nostre destructioni

totis viribus innitebantur. Elapso autem aliquali temporum curriculo nostrorum militum‖ et vasallorum vsi consilio dictum nostrum dominium ab eodem domino gherardo nostro awnculo predicto duximus repetendum Qui ad requisicionem nostram in presencia militum et ministerialium nostrorum‖ prefatum nostrum dominium integrum Laudabiliter per nostri awnculi circumspectionem et prudenciam. conseruatum amicabiliter et gratanter nostris manibus assignauit Ne igitur futuris‖ temporibus occasione dicte prouisionis et tutorie nobis aut nostris heredibus. aliquod oriatur dubium. aut noue inpeticionis materia tribuatur. dictum dominum gherardum nostrum awnculum karissimum‖ eiusque heredes ab huiusmodi prouisione et tutoria. seu dependentibus et emergentibus ab eisdem. maxime circa terram Langlandie ad nos iure hereditario spectantem ad‖ quam dictus awnculus noster tamquam ad veram. hereditatem nostram corporaliter nos remisit Licet tamen dicta terra ad manus nostras non dum sit cum effectu reducta de nostro nostrorum‖que militum vasallorum et ministerialium maturo consilio super hec habito et consensu. cum graciarum accionibus dimisimus et tenore presencium. dimittimus quitum Liberum et solutum‖ In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum Gothdorpe Anno Domini M⁰. CCC⁰. XXX⁰. VI⁰. feria secunda post Dominicam qua cantatur Oculi mei semper‖ Hec igitur omnia et singula premissa iam de nouo que hactenus inter nos placitata et ordinata que simul in hanc Litteram redacta sunt. promisimus ante dicto awnculo‖ nostro. domino gherardo fide data manu prestita et suis heredibus promittimus per presentes nos firmiter seruaturos. Actum et datum Slesewich Anno Domini M⁰ CCC⁰. XXX⁰ IX⁰.‖ In die purificacionis beate virginis nostro sub sigillo presentibus in Testimonium, appenso Presentibus Dominis harthwico de Reuenthlo. Nicholao de Crummendik‖ marquardo de Lembeke. Siffrido et marquardo de sestede. Marquardo et marquardo dictis de Wish Dethleuo dicto struuen de Rantzowe militibus‖ Eghardo de aluerstorpe. Gothscalco withe Cudeman et aliis quam pluribus testibus fidedignis vtriusque nostrum vasallis.

Original im Geheimarchiv zu Kopenhagen. Siegel am Siegelstreifen. Reg. Dan 2168.

1339. Febr. 2. **1018.**

Hellembert, Bischof von Schleswig, überweist auf Wunsch des Herzogs Waldemar von Jütland einer Dompräbende zu Schleswig die Kirche zu Sörup.

Omnibus praesens scriptum cernentibus Hellenbertus dei gratia Episcopus Ecclesiae Schlesvicensis in domino salutem sempiternam. Cum quaecumque bona temporalia in ecclesiastica convertentur servitia, Sanctis in qvibus Sanctus Sanctorum colitur attributa, Christianae relligionis professoribus fide firma et spe indubitata certum est commutari in aeterna. Quod pie considerans inclytus Princeps Waldemarus eiusdem gratia Dux Iutiae et indignum reputans, qvod Praebendae Cathedralis Ecclesiae Schlesvicensis, in qva suorum est sepultura progenitorum, adeo tenues sunt et exiles, qvod ex ipsis secundum status sui exigentiam convenienter sustentari nequeant praebendati, Et ideo unam dictarum Praebendarum fundatam per dominum Riconem quondam Canonicum ibidem, qvam nunc tenet dominus Iwanus Bundessen Canonicus eiusdem Ecclesiae, meliorare cupiens et augere, nobis supplicavit, ut Ecclesiam beate Virginis Mariae in Sodorp, in qua sibi merum ius competit Patronatus, dictae Praebendae annecteremus. Nos ergo dicti Principis domini Woldemari pium propositum commendantes, et dictae prae-

bendae exilitatem et tenuitatem considerantes; ipsius iustis precibus inclinati, dictam Ecclesiam dictae Praebendae de consensu suo et Capituli nostri Schlesvicensis annectimus et adunamus, de dictis Praebenda et Ecclesia unum et individuum beneficium facientes. Successoribus nostris super cathedratico in omnibus salvo iure. Insuper propter benevolentiam qvam dictum dominum ducem ad Ecclesiam habere perpendimus, volumus et mandamus, ut qvicunque dictam Praebendam pro tempore habuerit, anniversarium ipsius domini ducis post mortem suam et anniversaria suorum progenitorum Ducis Waldemari qvondam avi sui, et Erici patris sui bonae memoriae, in Ecclesia Schlesvicensi praedicta faciat solempniter, sub modo et forma qvi seqvitur celebrari, ut per hoc sua et suorum progenitorum magnificetur sepultura. Videlicet qvod unumqvodqve anniversariorum praedictorum cum tribus missis, una in choro et duabus extra chorum celebretur; et in qvolibet anniversario VIII. sol. sterlingorum inter dominos Canonicos et VIII. sol. Lubecenses inter vicarios Chori distribuantur, qui personaliter fuerint in vigiliis et in missa. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo praedicti Capituli praesentibus est appensum. Datum Schleswick anno domini M CCC XXX nono. in ipsa die Purificationis Mariae.

Nach der Kopie im Bartholinschen Tomus C. S. 279 auf der Universitätsbibliothek zu Kopenhagen. Reg. Dan. 2169.

1339. Febr. 18. 1340. Juli 22. **1019.**

Testament des Priesters Nikolaus Padelügge.

In Nomine Domini amen. Ego Nycolaus Padelyche presbiter, in lecto ægritudinis positus, tamen adhuc tam mente quam corpore meis compos, facio et dispono meum testamentum sub forma infra scripta. Primo huiusmodi testamentum, quod nuper factum coram domino meo præposito Novomonasteriensi, nunc iterum stabilio et affirmo, in hiis scriptis firmiter ratificando. Item omnia et singula mea utensilia dicta Inghedöm, qnæcunque et qualiacunque habeo, lego Elyzabeth, meæ ancillæ totaliter percipienda et optinenda, cum meis argenteis ornamentis. Item Hennekino Bramsteden assigno IIII. marcas Lübecensium denariorum. Item ad usum pauperum dono IIII. marcas. Item assigno X. marcas ad meam sepulturam faciendam. Item domui sancti spiritus II. marcas. Item domino Hermanno dono II. marcas. Item Ecclesiæ B. Nycolai in Kyl I. marc. Item Sancto Georgio I. marc. Item congregationi dictæ Calanth assigno meum novum passionale, item meum calicem cum meis præparamentis et missali assigno ad meam vicariam. Item meum minorem calicem dono domui Sancti Spiritus. Item meas expositiones psalterii do Ecclesiæ in Segheberge. Item illud testamentum, quod aliquando fecimus in Ymbria *(Femern)* de unius lastæ ordei reditibus, quocunque et qualicunque etiam modo prædictum testamentum tunc feci et ordinavi, nunc revoco, reclamo, casso penitus et omnino, sed hos reditus unius lastæ ordei lego et legavi conventui et Ecclesiæ in novomonasterio pleno iure. Item Harhwick de Alverstorp tenetur mihi solvere in XVIII. marcas et dominus Winerus de Ymbria in V. marcas, quas XXIII. marcas lego filio Hinrico mei fratris. Volens istud ultimum testamentum fore perpetuo duraturum, quousque ipsum notorie revocabo. Testes huius facti sunt Hartw. Boyenhusen. Hartwicus Bramestorp, Iohannes Sastorpe consules et Hinr. Sastorpe. Actum anno domini M. CCC. XXXIX Feria quarta post invocavit, præsentibus domino Iacobo Plebano et Woldemaro Notario.

Nos Hartvicus de Boyenhusen, Iohannes de Sastorpe, Harthwicus de Bramstede, Hinricus de Sastorpe opidani in Kyl, et Woldemarus Presbiter, Notarius consulum opidi prædicti, Recognoscimus per præsentes, nos communiter et in solidum præsentes fuisse cum dominus Nycolaus de Padelyche presbiter piæ memoriæ rite et rationabiliter fecerat 'et ordinaverat suum testamentum eodem modo et eadem sub forma prout in cartula huic pressulanti annexa, de verbo ad verbum satis evidenter et expresse continetur. Et in huiusmodi Testamentarii facti maiorem evidentiam fecimus has duas litteras cum pressulis firmiter connecti et ligari, ipsasque nostrorum sigillorum appensione cautius communiri, sub Anno domini M. CCC..XL. in festo B. Mariæ Magdalenæ.

*Westfalen II. S. 139. Reg. Dan. *1727.*

1339. März 11. **1020.**

Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, verkauft dem Kloster Harvstehude das Dorf Eimsbüttel für 300 Mark Hamb. Pf.

In Nomine domini amen. Vniuersis ac singulis presentia visuris seu audituris. Nos adolphus dei gracia Comes holtsacie. Stormarie et in scowenborch tenore presentium recognoscimus lucide protestantes. quod per nos nostrosque heredes de expresso consensu discretorum fratrum nostrorum dominorum Erici. Ecclesie hyldensemensis electi ac hamburgensis Ecclesie Prepositi. Nec non Gherhardi hyldensemensis. ac Mindensis Ecclesiarum Canonici rationabiliter vendidimus religiosis dominabus. Abbatisse Priorisse et conuentui Monasterii sanctimonialium in valle virginum in herwerdeshude. Bremensis diocesis. uillam Eymersbutle. cum omni iure et proprietate. fructu et vtilitate. Videlicet cum Iudicio maiori et minori alto et basso manus et colli. Necnon cum agris siluis lignis rubetis pratis pascuis paludibus viis et inviis. aquis aquarumque decursibus prout progenitores nostri et Nos hactenus possedimus iure proprietario iuxta distinctionem inferius annotatam perpetuis temporibus pacifice possidendam. pro trecentis marcis denariorum hamburgensium nobis in numerata pecunia integraliter, et cum effectu persolutis. Terminorum distinctio procedit de ysenbeke ab aquilone usque ad stenvort. de stenvort usque ottersbeke. prout distinctionis signum ibi manifestat. et ultra de ottersbeke trans uiam que wlgo dicitur lemwech usque Crucevort. hoc intellecto quod agri situati extra predictam distinctionem ad ius et proprietatem dicte ville sicut prius pertinuerunt futuris temporibus pertinebunt. Et nos adolphus predictus per nos nostrosque heredes de consensu fratrum nostrorum prefatorum omnem proprietatem fructum et utilitatem et iudicium maius et minus cum agris siluis et distinctionibus et quibuslibet aliis adiacenciis superius annotatis et omne ius quod nobis et heredibus nostris in dicta villa Eymersbutle et ville adiacenciis competebat vel competere poterit infuturum in dictas. abbatissam. priorissam et conuentum Monasterii sanctimonialium in ualle virginum in herwerdeshude transtulimus et nichilominus irretractabiliter transferimus in hiis scriptis. Et si quod absit ullis vmquam temporibus in premissis uel premissorum quolibet contingeret prefatum monasterium a quoquam hominum quomodolibet inbrigari. Nos indilate ad disbrigationem requisiti volumus efficaciter obligari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum hamborch. Anno domini millesimo. Trecentesimo. Tricesimo. Nono. in profesto beati gregorii pape. Presentibus honorabilibus viris et discretis dominis willekino preposito monasterii supradicti. Hinrico

et hinrico dictis de wilzede famulis Iohanne de horborch. Thiderico vppenperde. Nycolao de monte ac bertrammo dicto parlebergh. Consulibus hamburgensibus. Testibus ad premissa vocatis.

Cop. Harvstehud. fol. 36b im Hamb. Archiv. Klefeker X. S. 124.

1339. März 14. **1021.**

Nikolaus von Wedel, genannt Politze, verkauft dem Hamburger Kapitel das Dorf Hoisdorf im Kirchspiel Siek für 840 Mark Lüb. Pf.

Vniuersis presentes litteras visuris seu eciam audituris. Ego Nicolaus de wedele. alio cognomine dictus politze cupio fore notum quod matura deliberacione prehabita. de consensu heredum meorum et Hinrici patruelis mei. necnon aliorum amicorum meorum et aliorum quorum interest vel interesse poterit accedente nichilominus ad hoc beneplacito magnifici uiri domini mei. domini Iohannis comitis holtsacie et stormarie vendidi honorabilibus viris. dominis . . preposito . . decano et capitulo ecclesie hamburgensis pro octingentis et quadraginta marcis denariorum lubicensium michi in numerata pecunia integraliter persolutis. totam villam dictam hogerstorpe sitam in parrochia wlensik sicut eam habui et possedi. cum omni iudicio maiori videlicet et minori et possessionis vacue eiusdem uille tradicione. pascuis. pratis. siluis rubetis et media parte stagni ville Luttekense. aquis aquarumque decursibus viis et inuiis. et aliis omnibus vtilitatibus et commoditatibus sicut eadem uilla in suis terminis est contenta. cum omni iure libertate et proprietate. iure hereditario perpetuo possidendam. Hoc nichilominus expresso quod strennuus miles luderus dictus de borstelde omne ius feudi quod ipse solus olim in prelibata uilla hogerstorpe a predicto domino comite tenuit, in manus eiusdem comitis ad perfectionem supradicti contractus. libere resignauit. et si quod absit predictos dominos emptores in predicta villa. seu ipsius terminis aut iuribus suis quomodolibet turbari seu molestari contigerit, ipsis warandiam prout de iure communi est, prestabo et huiusmodi penitus disbrigabo. ad que omnia plene seruanda. me presentibus litteris obligo firmiter et astringo. In quorum omnium et singulorum testimonium. sigillum meum vna cum sigillo predicti Hinrici patruelis mei presentibus litteris est appensum. Acta sunt hec plone in presencia supradicti domini mei comitis iohannis holtsacie et stormarie presentibus dominis militibus gotscalco dicto de ascheberghe. nicolao dicto de rantzowe. hinrico dicto de berchowe plebano in Nienkerken notario dicti domini mei. longo beyenulet aduocato predicti comitis. et gerlaco dicto de wotmolte armigeris et aliis fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Anno domini M°. CCC°. XXX°IX° sequenti dominica post diem gregorii pape.

Lib. cop. Cap. fol. 114a im Hamb. Archiv.

1339. März 14. **1022.**

Johann, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, dafs Nikolaus von Wedel, genannt Poletze, dem Hamburger Kapitel das Dorf Hoisdorf im Kirchspiel Siek für 840 Mark Lüb. Pf. verkauft hat.

In nomine domini amen. vniuersis presentes litteras inspecturis seu audituris. Nos Iohannes dei gracia comes holtsacie et stormarie cupimus fore notum.

quod Nicolaus de wedele alio cognomine dictus poletze. matura deliberacione prehabita. de consensu heredum suorum et patruelium necnon aliorum amicorum suorum et quorumcumque aliorum quorum interest uel interesse poterit. accedente nichilominus ad hoc nostro beneplacito et consensu. rite et racionabiliter vendidit. honorabilibus uiris dominis . . preposito . . decano et capitulo ecclesie hamburgensis. pro octingentis et quadraginta marcis denariorum lubicensium sibi in numerata pecunia integraliter persolutis. totam villam dictam hoyerstorpe sitam in parrochia wlensik sicut eam habuit et possedit. cum omni iudicio maiori videlicet et minori pascuis. pratis. siluis rubetis et media parte stagni ville luttekense. aquis aquarumque decursibus. piscacionibus. viis et inuiis et possessionis vacue eiusdem ville tradicione. necnon omnibus vtilitatibus et commoditatibus. sicut eadem villa in suis terminis est contenta. cum omni iure et libertate. iure hereditario perpetuo possidendam. Hoc nichilominus expresso quod strennuus miles dominus Luderus de borstele. fidelis noster omne ius pheudi. quod ipse duntaxat solus olim in prelibata uilla hoyerstorpe a nobis tenuit in manus nostros ad perfectionem supradicti contractus. libere resignauit. Quam quidem empcionem ad instanciam predicti Nicolai poletze. ac amicorum suorum predictorum firmiter ratificantes. eandem nichilominus ex certa sciencia approbamus. perpetuis temporibus ut premittitur permansuram. Insuper indempnitati prefatorum dominorum . . prepositi . . decani capituli et ecclesie hamburgensis cupientes modis omnibus prouidere. prelibatam villam ab omni exactione. seruicio ac onere volumus et mandamus omnino esse liberam et immunem. omnem libertatem proprietatem et emunitatem iuris nostri in sepedicta uilla in ipsam hamburgensem ecclesiam integraliter transferentes. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec plone in presencia nostra presentibus strennuis viris Godscalco dicto de ascheberghe. Nicolao de rantzowe. detleuo de bochwolde. Marquardo brocdorpe et predicto ludero de borstelde militibus. Hinrico dicto de berchowe plebano in Nienkerken notario nostro. longo beyenulete aduocato nostro. ac gherlaco dicto de wotmolte armigeris. consiliariis nostris et aliis fide dignis testibus ad premissa uocatis specialiter et rogatis. Anno domini. M⁰. CCC⁰. XXX nono. proxima die dominica post festum beati Gregorii pape.

Lib. cop. Cap. fol. 113b im Hamb. Archiv.

1339. März 21. 1023.

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, beurkundet, dafs Johann Junge seinem Oheim, dem Benediktinermönch Hermann von Ripe im St. Johanniskloster zu Alten-Uelzen, dem Abte Ludolf und dem Kloster daselbst, ihm aus dem herzoglichen Zoll zu Lauenburg verpfändete 60 Mark Lüb. Pf. und seine Forderungen an Marquard und Johann Hornemann überlassen hat.

Nos. Ericus. Dei gracia. Dux. Saxonie. Angarie et. westualie. presentibus publice pro‖testamur. quod constitutus in nostra presencia et testium infrascriptorum Discretus vir Iohannes‖ Iunghe. sui compos voluntarie et spontanee est confessus se resignasse et nichilominus re‖signauit domino Hermanno de ripe awnculo suo professo ordinis sancti benedicti Monasterii ‖ beati Iohannis baptiste in olden vlsen necnon dominis . . ludolfo abbati. frederico priori ‖ Totique conuentui Monasterii iam predicti redditus sexaginta marcarum lubicensium denariorum quos‖ sibi obligauimus iu Theloneo nostro louenborch pro sexcentis marcis denariorum

lubicensium secundem omnem‖ modum quo a nobis tenet obligatos eosdem redditus secundum nostrarum nichilominus continenciam littera‖rum Insuper as[sign]auit eisdem omnia debita quibus marquardus et Iohannes horneman obligantur‖ eidem. Pecu . . . . . uper viua voce et cum instancia postulauit, vt nos super premissis omnibus litteram‖ nostram sigil . . . . . traderemus in testimonium et memoriam premissorum Act . . . nt louenborch presentibus‖ . . . . . nostro . . m . . ripe sepedicto hermanno Thelonario nostro cappell . . . no. frederico de hitzac‖kere . . . . . marc . . . o et me ludero de ripe notario curie perpetuo vicario in ecclesia verdensi‖ qui ha[nc] litteram . . . cripsi ad mandatum domini mei predicti et ad instanci[am] Io. Iunghen sepius‖ nominati D[atum a]nno domini Millesimo. CCC°. XXXIX°. in die beati benedicti [a]bbatis.

Original im Staatsarchiv zu Hannover, beschädigt. Ein Pergamentsiegelstreifen.

1339. April 14. 1024.

Erich, Propst, und Johann, Dekan und Kapellan der Hamburger Kirche, bestätigen die Stiftung einer Vikarie in der St. Lorenzkirche zu Itzehoe seitens des Grafen Gerhard von Holstein und Stormarn und des Knappen Heinrich von Nybele.

Vniuersis ac singulis presentes litteras inspecturis. Nos Ericus prepositus. Iohannes decanus et‖ capellanus hamburgensis ecclesie notum esse volumus, publice protestantes, quod nobilis vir dominus noster Ghe‖rardus Comes holtzacie et stormarie et famosus famulus hinricus de Nybele ad laudem‖ dei et pro animarum suarum et progenitorum suorum remedio vicariam perpetuam in ecclesia ytzeho de‖ nostro expresso consensu ac Rectoris ecclesie in ytzeho predicte instaurauerunt, quam cum bonis omnino‖ liberis videlicet. decem Iugeribus in Billercroghe prope ytzeho, Duobus mansis in honvelde‖ vno manso in Inninghe efficaciter dotauerunt, Nos vero zelum pietatis predicti domini Ghe‖rardi Comitis et hinrici de Nybele famuli, qui dictam vicariam fundarunt merito collau‖dantes, ipsi domino Gherardo Comiti holtzacie duntaxat de gracia concessimus specialissima, quod‖ per se et suos heredes legitimos solummodo ius presentandi personam ydoneam ad dictam vicariam‖ perpetuis temporibus obtinebit, Persona vero que ad huiusmodi vicariam presentata fuerit institutionem‖ a . . preposito hamburgensis ecclesie qui pro tempore fuerit, petere et obtinere, synodos eiusdem . . preposito bis in anno‖ visitare, et ei in omnibus sicut ceteri plebani et vicarii prepositure hamburgensis cum debita reverencia obedire‖ debebit, Ceterum ibidem vicarius in dicta ecclesia ytzeho secundum beneplacitum . . rectoris ibidem legere‖ vel cantare missam, horam quam sibi deputauerit in legendo vel cantando obseruare, chorum cum‖ religione in omnibus horis secum frequentare, infirmos si necesse fuerit visitare, debebit. et in‖ absencia ipsius alia onera pro posse suo tenebitur fideliter supportare. In cuius rei testimonium sigilla‖ nostra presentibus litteris sunt appensa. Datum Crempe Anno domini. M°. CCC°. XXX°IX°. feria quarta post‖ dominicam qua cantatur. Misericordias domini.

Original im Archiv des Klosters Itzehoe; zwei Siegel an Siegelstreifen. Zeitschrift Bd. VIII. Repertorien S. 5 Nr. 21.

1339. April 16. 1025.

Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg, schenkt dem St. Nikolaihospital zu Hannover einen Hof, vier Hufen und zwei Hausstellen in Stedern,

die ihm Martin Luceken und Gottfried Blome, Bürger zu Hannover, abgetreten haben.

Datum anno Domini M°. CCC°. XXXIX°. feria sexta post Misericordia Domini.

Urkundenbuch der Stadt Hannover I. 211 nach dem Original im Stadtarchiv. s. 206.

1339. Mai 1. **1026.**

Albrecht, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, beurkundet, dafs er 45 Mark Rente aus dem Ingeld zu Lütjenburg an die Lübecker Bürger Johann Stormer und Hermann von Cismar für 450 Mark Lübschen Geldes verkauft hat.

Wi albrecht van der godes gnade hertoghe to sassen to engheren. unde to westfalen groten in gode alle de dessen bref sen unde horen. Wi bekennen openbare unde betůghen in desser iegenwarden scrift. dat wi mit vulborde unser erven. unde mit rade unser truwen manne. redeliken unde rechtliken vorkoft hebben iohann stormer unde hermanno von Cymiscer borgheren to lubeke. unde eren rechten erven use vif unde vertich mark ingheldes lubeker penninghe vor vifte half hundert mark lubeker můnte. de wi mit den ratmannen hebben in der stat to Luttekenborch. de us al betalet sin. unde in use nůt ghekart. Des inghelde scolen se bruken vri unde na make ieweliker hochtit to sunte mertines daghe. up to borende na eren wille. van den vorbenomeden ratmannen. och scolen de suluen ratmanne dessen bref bi sik beholden unde nicht van en to antwordende it en si mit vullenkomenen willen. der vorsprokenen borgheren unde eren eruen. Wante wi dat vorbenomede inghelt moghen weder kopen vor vifte half hundert mark lubeker penninghe to betalende binnen der stat to lubeke mit reden ghelde wanne wi to rade werde unde don moghen achte daghe na sunte mertenes daghe. Uppe dat desse dinghe io vast unde stede bliuen so hebbe wi unse ingheseghel to ener betůchnisse henget an dessen bref. unde worden se ieneghe wis ghehindert an desseme inghelde dat wille wi en untweren bi user eghenen kost unde arbeide. unde wi gherard unde iohan van der gnade godes greven to holsten unde to stormeren wente wi alle desse dinghe vůlbordet hebbet. unde se vaste unde stede holten so lobe wi den vorbemelden iohanne. hermanne unde eren rechten erven mit hertoghen albrechte oft se hinder hadden an desseme inghelde. dat wi dar to helpen scolen dat it untworen werde. To ener betuchnisse unde dachtnisse so hebbe wi use ingheseghele och ghehenghet to desseme breve. Desse bref is ghegheuen na godes bort an deme dusendesten. drehundert. unde in deme neghendertighesten iare in Sunte Wolborgye daghe.

Original im Stadtarchiv zu Lütjenburg. Ein Siegelstreifen. Zeitschrift Bd. VIII. Repertorien S. 102 Nr. 8.

1339. Mai 1. **1027.**

Adolf, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, beurkundet, dafs Gottfried, Sohn des Johann Richter dem Kloster Obernkirchen eine Hufe zu Antendorpe *verkauft hat.*

Nos Adolphus Dei gracia Comes Holtzacie Stormarie et in Scowenborch omnibus presentem litteram visuris et audituris notum esse volumus publice protestantes quod Godefridus filius quondam Iohannis dicti Richtere mansum vnum in Antendorpe situatum cum omni iure nostra voluntate et consensu accedente Preposito

et Conuentui in Ouerenkerken vendidit et coram presentibus nostris fidelibus in cimiterio ecclesie in Haddendorpe libere resignauit. Renuncians omni iuri quod in eodem manso ipse Godefridus et sui heredes habuit et habere poterat in futurum In cuius vendicionis protestationem nos rogati a Preposito et Godefrido predictis presens scriptum nostro sigillo fecimus communiri Datum anno Domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo nono ipso die beatorum Apostolorum Philippi et Iacobi.

Aus Capauns Kopie im Archiv zu Bückeburg. Wippermann, Urkundenbuch von Obernkirchen 237.

1339. Mai 1. **1028.**

Barnim, Herzog von Stettin und Pommern, der Wenden und von Kassubien, beurkundet den zwischen dem Kloster Reinfeld und Hermann von Heidebrok geschlossenen Vergleich über das Patronatsrecht an der Kirche in Letzin.

Nos dei gratia Barnim Stettinensium, Pomeranorum, Slauorum et Cassubie dux, Recognoscimus et tenore presentium protestamur Quod omnis controuersia hactenus habita Inter Abbatem de Reyneuelde ex vna, et hermannum de heydebroke vasallum nostrum ex altera, super Iure patronatus ecclesie In letzin, nobis mediantibus et warantibus Inter partes hincinde, est in hunc modum amicabiliter terminata, videlicet quod Idem hermannus, a viris peritis informatus, In presentia nostra, cum bona voluntate, renunciauit omni Iuri, si quod sibi, et suis heredibus In presentatione ad dictam ecclesiam competebat, Ita quod nec Ipse hermannus, nec heredes sui, in Iure patronatus dicte ecclesie debebunt vel poterunt sibi de cetero, aliquid vendicare, Sed Abbas de Reyneuelden, qui pro tempore fuerit, ad eandem ecclesiam quociescunque vacauerit, personam quam voluerit presentabit, sicut hec et alia in litteris dicti hermanni plenius continentur, In quorum testimonium Sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, Datum et actum in ciuitate nostra Alden treptow Anno domini M° CCC° XXXIX In festo beatorum philippi et Iacobi Apostolorum, Testes sunt dominus Bernhardus bere prepositus ecclesie Caminensis dominus Iohannes vicecow prepositus in verghen, dominus hinricus Abbas In Reyneuelde, dominus herbordus quondam Abbas et frater Iohannes de Molendino Monachus ibidem, et wedekinus slichte armiger et alii fidedigni.

Kopie des 16. Jahrhunderts von der Hand des Notars Lorenz Wolter im Geheimarchiv zu Kopenhagen.

1339. Juni 15. **1029.**

Die Knappen Marquard und Johannes Rumohr verkaufen ihrem Ohcim Konrad Wulf eine Hufe bei Blumenthal für 36 Mark Lüb. Pf.

Nos marquardus et iohannes filius eiusdem famuli Dicti rughemor Recognoscimus tenore presencium‖ coram singulis quorum interest aut interesse poterit, publice profitentes Quod vnanimi consensu‖ de nostra voluntate nostrorumque. verorum heredum vendidimus Conrado wlf nostro patruo iure he‖reditario vnum mansum meliorem de nostris mansis circa villam blomendal sitis eligendo. idemque mansus‖ duo talenta soluet annuatim. pro XXXVI. marcis lubicensium denariorum integre persolutis et expe‖dite. ad quam empcionem cum sit hereditaria ac perpetua ante-

dicti famuli marquardus et filius eiusdem‖ pro uera warandia supradicti mansi quicquid vtile et congruum aut expediens dicto conrado fuerit secundum‖ ius holzaticum puta zel vnde war penitus facere sub propriis expensis se obligant in hiis scriptis.‖ In cuius rei euidens testimonium presens scriptum cum nostrorum sigillorum appensione iussimus communiri‖ Actum et datum anno domini M° CCC° XXXIX. In die beati viti martiris.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Siegel an Pergamentstreifen. Cop. Bordesh. fol. 60 a. Westfalen II. 140.

[Nach 1339. Juni 20.] 1030.

Der Rat zu Hamburg an den von Rostock über vorgefallene Räubereien.

Honorabilibus et discretis viris suis predilectis amicis, Dominis Consulibus in Rostocke Consules Hamborgenses‖ integritatem seruicii et amoris Vestram honorandam prudenciam suppliciter exoramus, quatenus nos non ha‖beatis suspectos, sed hinricum exhibitorum presencium habeatis fauorabiliter excusatum eo quod de iudicio illorum‖ Seueken protraximus vsque modo, quia secundum ordinem nostri iuris dictus hinricus eos conuincere non potuit‖ Nam in ipsorum manibus nichil fuit de rapina repertum. sperabamus autem quod Dux saxonie et sui milites ipsos‖ voluissent et potuissent iudicio conuicisse. sed dominus noster Gherardus Comes Holtsacie nobilis partem suam inter‖posuit placitando quod ab actione dictus dominus dux et sui milites cessauerunt Et sic prefati Seveken cum ipsos‖ conuincere non possemus de nostris manibus mediantibus placitis euaserunt Ita videlicet quod nobis prestiterunt securita‖tem quam Orveyde wlgariter appellamus, cuius tenorem vobis per latorem presencium destinamus.

Original im Hamb. Archiv. Besiegelung fehlt. Nie abgeschickt.

1339. Juni 20. 1031.

Die Gebrüder Zeveken und Genossen schwören dem Hamburger und Rostocker Rat Urfehde.

Uniuersis presencia visuris et audituris, Nos heydenricus, Thetleuus et helricus fratres dicti zeueken, Thetleuus de‖ campen miles, marquardus et Iohannes de Campen, Thidericus beynvlet, Hinricus seueken, petrus plate, Ber‖toldus de seltzinghe, gherardus høken, Doso de hameresvlete, Thitbernus et rederus de Berbeke, Thit‖bernus Creyenvlet, Hartwicus vrendorp, Willekinus suderow, Hinricus breyde, et wolderus de Damme‖ armigeri, Cupimus esse notum et tenore presencium firmiter protestamur, quod nos heydenricus, Thetleuus, et helricus‖ fratres dicti zeueken iurauimus et insolidum fide data promisimus. et in hiis scriptis promittimus, Nos eciam Thetleuus‖ de Campen miles et ceteri superius nominati, iuncta manu promisimus et in hiis scriptis promittimus, Honestis viris‖ Consulibus et Ciuibus Hamburgensis et Rozstockcensis Ciuitatum vniuersis et singulis. et singulariter Hin‖rico zobben, firmam securitatem, quam orweyde vulgariter appellamus, pro nobis et nostris heredibus, consanguineis‖ et amicis, ac pro omnibus et singulis, causa nostri, quicquam facere seu dimittere volentibus, natis et perpetuo nascitu‖ris, infrangibiliter, perpetuis. temporidus. duraturam. super eo quod nos et nostri heredes, consanguinei et amici, nunquam‖ vendicabimus, directe vel indirecte, publice vel occulte, nec ad memoriam in malo reuocabimus, quod

dictus hin||ricus zobbe, Nos heydenricum et helmicum, zeueken predictos, in Ciuitate hamburgensi, arrestabat, et quod|| Consules hamburgenses, nos in sua custodia detinebant, Promittimus insuper in hiis scriptis, quod nos prefatos|| Consules et Ciues hamburgenses et Rozstockcenses, ac ipsum hinricum, vbicumque poterimus, debemus et volumus fide||liter, promouere, In cuius rei testimonium omnium nostrorum, sigilla, presentibus sunt appensa, Datum et actum ham||borch anno domini, Millesimo, CCC°, XXX°, Nono, sabbato ante festum Iohannis baptiste, proximo.

Original im Hamb. Archiv. Achtzehn Siegelstreifen.

1339. Juni 21. **1032.**

Heinrich von Bille verkauft für 28 Mark Lüb. Pf. seinen Besitz zu Ellerholz auf dem Billwärder der Hamburger Kirche.

In nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem. M°. CCC°. XXX°. IX°. indictione VII. XXI. die mensis Iunii hora prima uel quasi. pontificatus sanctissimi in cristo patris et domini nostri. domini benedicti diuina prouidencia pape. XII. anno quinto in mei notarii publici et testium infra scriptorum presencia. Constitutus hinricus de bilna laicus bremensis dyocesis recognouit. se rite sponte et racionabiliter. sine omni excepcione iuris uel facti. vendidisse pro viginti octo marcis lubicensium denariorum. sibi solutis in pecunia numerata. bona que dicuntur Elrholt cum suis attinenciis sita in parrochia bilne iuxta fluuium bilne bremensis dyocesis supradicte. de quibus quidem bonis camerarius ecclesie hamburgensis dicte bremensis dyocesis antiquitus solebat habere redditus duodecim solidorum. Item curiam suam in bilna sitam iuxta elrholt bona suprascripta. cum omni iure hereditario et proprietario ad eum pertinente. Et locum a predicta curia non longe situm. qui wlgariter odenslach nuncupatur. Que quidem bona omnia et singula supradicta. idem hinricus resignauit reuerendo uiro et honesto domino Iohanni decano hamburgensi tunc presenti. et nomine ecclesie hamburgensis. ad vsus dicti camerarii eadem acceptanti et recipienti. Acta sunt hec in cimiterio ecclesie beati Egidii in lubeke. Anno. indictione. die. mense. hora et pontificatu quibus supra. presentibus honorabilibus viris dominis Rychardo de hydzakere perpetuo uicario ecclesie lubicensis. Iohanne greseken. perpetuo uicario ecclesie hamburgensis sepedicte, Iohanne de odeslo rectore parrochialis ecclesie in bredenberghe bremensis. Ludolfo herwini de luneborch verdensis. ac Iohanne rotlant raceburgensis. dyocesum presbiteris testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego hermannus dictus beygershaghen clericus zwerinensis dyocesis. publicus auctoritate imperiali notarius. huic recognicioni bonorumque resignacioni. omnibusque aliis et singulis supradictis vna cum dictis testibus presens interfui eaque fideliter propria manu conscripsi. et in hanc publicam formam redegi. meoque signo solito et consueto requisitus signaui in testimonium veritatis.

Lib. cop. Cap. fol. 154 b im Hamb. Archiv.

1339. Juni 24. **1033.**

Waldemar, Herzog von Jütland, verpfändet dem Ritter Siegfried von Sested eine Anzahl Besitzungen.

Omnibus presens scriptum cernentibus Waldemarus Dei gracia dux Iucie salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, et presentibus literis protestamur, recognoscentes, nos teneri et esse efficaciter obligatos exhibitori presencium, domino Sifrido de Sesteth, strenuo militi, vasallo nostro praedilecto, et suis veris heredibus in duobus milibus puri argenti et sexcentis marchis denariorum Lubicensium persolvendis; quos denarios ipse docuit et ostendit per ipsum esse expositos et conversos in usibus nostris; pro quibus sibi et suis veris heredibus inpigneramus et pigneri obligamus bona nostra omnia in Gamelby sita, et terciam partem in villa Losae, necnon et dimidiam partem in molendino Snape, et eciam sextam partem de silva Geltingh in terminis et partibus appropinquantibus et tangentibus Bukhaven, etiam duo boel in Geltingh, Bukhaven cum molendino et insula Gaath, et totam villam Lebek; ita quod inhabitatores Bukhaven et villam Lebek liberam habeant facultatem succidendi ligna pro edificiis suis et cremalibus in silva Geltingh antedicta, cum agris iam cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, locis planis, montosis, inviis, et plane cum omni iure, commodo, utilitate et libertate, prout progenitores nostri ante nos liberius dinoscuntur habuisse, salvo nobis et heredibus nostris in beneficiis ecclesiasticis, cum vacuerint, iure patronatus. Tali condicione prehabita, quod nobis et heredibus nostris liceat predicta bona ab ipso et suis heredibus, quandocumque nobis placuerit, ante festum beati Martini redimere pro summa pecunie antedicta. Et si nos aut heredes nostros predicta bona ante festum beati Martini, ut premittitur redimere contingat, tunc fructus et redditus integros in ipsis bonis invenient sine omni diminucione. Si vero memorata bona per heredes nostros ante festum beati Martini prenotatum redempta non fuerint, ex tunc sibi et suis veris heredibus fructus et redditus de eisdem bonis libere cedant in sortem principalis debiti minime computandi. Tali eciam conditione interposita, quod heredes nostri pro edificiis in dictis bonis factis et fabricatis sibi et heredibus suis veris tempore redempcionis satisfacient ad taxacionem et arbitrium duorum discretorum virorum ex parte heredum nostrorum et duorum ex parte dicti domini Sifridi electorum. Promittimus eciam, cum heredes nostros predicta bona redimere contingat, quod sibi et suis veris heredibus in civitate Lubicensi, vel in alio tuto loco et securo infra partes Holtzacie, ubi ipsis placuerit, summam predictam persolvent et exponi faciant expedite. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentihus est appensum. Datum Sleswiik, anno Domini 1339, in festo beati Iohannis apostoli et evangeliste.

Archiv f. Staats- und Kirchengeschichte I. 1 S. 34 nach dem Original im Geheimarchiv, das mir nicht vorgelegen hat. S. H. U. S. II. 428.

1339. Juni 25. 1034.

Der Knappe Lambert Struz verkauft dem Vikar zu St. Nikolai in Hamburg, Friedrich Boye, für 20 Mark Hamb. Pf. eine Hufe in Jenfeld.

Vniuersis et singulis presens scriptum visuris et audituris. Ego Lambertus dictus strusz armiger cupio fore notum. quod de vnanimi et concordi consensu heredum|| ac amicorum meorum consilio vendidi. et resignaui, rite et racionabiliter iure hereditario et proprietario pro viginta marcis hamburgensium denariorum vnum man||sum soluentem annuatim dimidium chorum siliginis. Discreto viro domino frederico dicto boye perpetuo vicario in Ecclesia sancti nycolai Hamborgensi|| mihi in pecunia numerata totaliter persolutis. quam quidem Mansum nunc

colit Reynset in villa yelenuelde situatum. cum omnibus prouentibus suis. videlicet|| lignis, pascuis, pratis, et aquarum decursibus cum omni vtilitate et commoditate quibus predicta bona habui et possedi iuridictione et precaria duntaxat excepta|| libere et quiete perpetuo possidendum. ita videlicet vt redditus predicti mansi in quolibet festo beati martini episcopi et confessoris in ciuitate hamburgensi si||bi et successoribus suis expedite et sine difficultate qualibet persoluantur. Mediam partem fructuum et reddituum predictorum bonorum ad predictam vi||cariam in Ecclesia sancti Nycolay iam voluntarie distribuit. Reliquam vero partem dabit ad aliquam perpetuam vicariam in Ecclesia beati petri hamburgensi|| fundatam. Prefatus itaque dominus fredericus habet et habebit de fructibus et in prouentibus huiusmodi bonorum vendendi. obligandi. dimittendi. donandi.|| liberam quocumque modo disponendi facultatem. Ceterum si colonus predicti mansi qui pro tempore fuerit predictos redditus non soluerit. Extunc prefatus dominus|| fredericus et sui successores pandandi huram suam liberam potestatem habebunt et colonos instituendi et destituendi. prout eis videbitur expedire Pre||terea si predictum mansum ex parte mei vel meorum contigerit, quod absit, deuastari, Nychilominus ad solucionem dictorum fructuum et reddituum de bonis propriis|| faciendam me firmiter in hiis scriptis astringo. Et nos lambertus strusz. Marquardus dictus Rauen. marquardus filius henrici strusz armigeri|| et henninghus filius henningi Strusz patrueles predicti lamberti strus armigeri de omnibus premissis per sepedictum lambertum strusz invi||olabiliter obseruandis et pro debita warandia facimus premissorum nos fideiussores tenore presencium ac promissores. In cuius rei Testimonium|| sigillum meum vna cum sigillis patruelium meorum iam dictorum presentibus est appensum. Datum et actum hamborch anno domini. M.|| CCC°. Tricesimo nono. In crastino festo beati Iohannis Baptiste presentibus discretis viris dominis Iohanne dicto Mons. perpetuo vicario|| in Ecclesia sancte marie hamburgensi et bertoldo Iohannis scriptoris de westfalia. ac helmico dicto groue. presentibus Testibus ad|| premissa specialiter euocatis.

Original im Hamb. Archiv. Vier Siegel der Struſs an Pergamentstreifen.

1339. Juni 30. **1035.**

Papst Benedikt (XII) *befiehlt dem Bischof Hellembert von Schleswig, auf die Klage des dortigen Propsten, Erzdiakon und Kapitels, mit der Verschleuderung der bischöflichen Güter einzuhalten, auch die dem Giselbert, erwählten Bischof von Halberstadt, Bruder des das Bistum gewaltsam beschatzenden Grafen Gerhard von Holstein* (Halsatia) *gegebene Anwartschaft auf die Nachfolge, sowie die demselben gemachten Verpfändungen aufzuheben und die Freiheit seiner Kirche nach den Satzungen des Konzils von Lyon wiederherzustellen.* — „Ex insinuatione.“

Datum Auinione II. Kal. Iulii pontificatus nostri anno quinto.

Reg. Dan. *1732.

1339. Juli 22. **1036.**

Der Knappe Adam von Hamme beurkundet, daſs sein Bruder Wedekin drei Hufen in Hamme an den Hamburger Ratsherrn Johann von Harburg verkauft hat.

Omnibus presens scriptum cernentibus Adam de Hamme famulus salutem in domino. Quod wedekinus de|| Hamme frater meus dilectus vendidit domino

Iohanni de Horborch consuli Hamburgensi tres mansos de bonis nostris‖ in Hamme cum suis attinenciis hoc recognosco esse de meo et meorum heredum uoluntate et consensu per‖ presentes volens ratum modis omnibus id tenere atque gratum In cuius testimonium sigillum meum presentibus‖ est appensum Datum paddeborch anno domini M. CCC° XXX nono die beate Marie Magdalene apostole.

Original im Hamb. Archiv. Siegel defekt am Pergamentstreifen. Hübbe, Hammerbroker Recht S. 180.

1339. Juli 29. **1037.**

Bruno, Pfarrer in Steinbek, vergleicht sich mit dem Hamburger Kapitel wegen der 34 streitigen Acker Landes auf dem Billwärder.

Vniuersis presentes litteras inspecturis seu audituris. Ego bruno rector ecclesie in stenbeke cupio fore notum. quod cum inter honorabiles uiros dominos meos .. prepositum .. decanum et capitulum ecclesie hamburgensis ex vna et me ex altera parte. super iudicio. iure et proprietate. Triginta quatuor iugerum agrorum hereditariorum sitorum in insula billenwerdere secus bilnam inter ecclesiam bilne et transitum schibbeke vhere dictum. circa locum qui willersbrak wlgariter nuncupatur. Quorum agrorum uiginti et vnum iugera ad iohannem grabowe et tredecim ad conradum parui theodorici filium quondam pertinebant. fuisset materia dissensionis suborta, ipsis dominis meis asserentibus. idem iudicium per fredericum leonem quondam canonicum hamburgensem ad structuram dicte ecclesie hamburgensis fore donatum ac legatum. me autem econtra dicente. huiusmodi iudicium. ab hinrico dicto hamborch quondam ciui hamburgensi me pro iusto precio comparasse. Tandem ego cum predictis dominis meis litigare rennuens. deliberacione cum amicis meis prehabita diligenti. omne ius si quod michi in prefato iudicio competit, vel competere poterit in futurum. Ad structuram predicte ecclesie hamburgensis pro me et heredibus meis libere ac sponte tribuo resigno et dimitto pro anime mee remedio et salute. In cuius rei euidens testimonium presentes litteras appensione mei sigilli et subscriptione infrascripti notarii feci communiri. Actum et datum lubeke. Anno domini. M°. CCC° XXXIX°. IIII. kalendas augusti presentibus discretis uiris dominis. ludolfo wlfhagen. Conrado dannenberghe Nicolao vos. Iohanne greseken perpetuis vicariis ecclesie hamburgensis predicte. ac Rodolfo schottorpe ciui lubicensi cum pluribus aliis fide dignis. Et ego Hinricus dictus vinke raceburgensis dyocesis clericus imperiali auctoritate notarius publicus donacioni resignacioni ac dimissioni ac aliis omnibus prescriptis interfui vna cum testibus suprascriptis. eaque de mandato honorabilium uirorum dominorum Iohannis decani et capituli ecclesie hamburgensis ac predicti domini brunonis rectoris ecclesie in stenbeke propria manu scripsi. meoque signo solito roboraui.

Lib. cop. Cap. fol. 150b im Hamb. Archiv.

1339. Juli 30. **1038.**

Erich, Propst, Johann, Dekan, und das Kapitel zu Hamburg entscheiden einen Streit zwischen dem Subdiakon Johann von Lüneburg und Albert Lübek, dem Domkämmerer, über einen Hauszins aus Hamburg und einen Zehnten aus Billwärder.

Vniuersis presentes litteras inspecturis seu audituris. Nos Ericus dei gracia prepositus, Iohannes decanus et capitulum ecclesie hamburgensis cupimus fore notum. quod cum nuper inter Iohannem de luneborch subdyaconum chori et albertum lubeke camerarium nostrum. dubitacionis et controuersie causa fuisset exorta super iure percipiendi censum annuum de quibusdam domis in hamborgh et decimam duorum mansorum sitorum in billenwerdere ex eo quod Nicolaus quondam camerarius noster. antecessor dicti alberti tam camerariam quam vicariam dicti Iohannis simul dum uixit tenebat. Tandem cum non possemus pro tunc certificari quis eorum pocius ius haberet in premissis, eisdem partibus consencientibus. sic extitit amicabiliter ordinatum. quod predicti. camerarius et vicarius. censum infra scriptarum domorum. et decimam dictorum duorum mansorum in billenwerdere, equaliter percipient et diuident inter se. donec legitime ostendatur, et per nos declaretur, quis eorum pociori iure gaudere debeat in premissis. Saluis tamen eidem camerario redditibus quos alibi singulariter tollere et habere consueuit, De huiusmodi quidem domibus dictus census dari consueuit. videlicet de noua domo. octo solidos. De domo in qua habitat hinricus ponte. decem solidi. de curia domini hinrici albi nostri concanonici octo solidi. de domo domine alheydis distorp sex solidi. de domo domini willekini prepositi in reynebeke. quinque solidi et IIII. denarii. de domo domini ludolfi wlfhagen. XXXII. denarii. de domo lapidea domini Nicolai volcekini. octo solidi, et de domo domini alberti wrak. quatuor solidi persoluuntur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad causas presentibus est appensum. Actum et datum lubeke. Anno domini. M°. CCC°. XXXIX°. feria sexta post festum beati Iacobi.

Lib. cop. Cap. fol. 74b im Hamb. Archiv.

1339. Aug. 9. **1039.**

Der Rat zu Mölln verkauft an Frau Walburg, Wittwe des Lübecker Bürgers Gottfried Schrenkel, und ihren Sohn Tiedemann 10 Mark Rente auf Lebenszeit.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit consules et commune ciuitatis molne salutem in domino et rei subscripte agnoscere veritatem presencium testimonio recognoscimus et constare volumus vniuersis Nos concorditer et vnanimi consensu vendidisse rite et rationabiliter discrete domine walburgi relicte godfridi schrenkel ciuis lubicensis et Thydemanno eius filio redditus X marcarum denariorum eiusdem monete nobis integraliter persolutis et conuersis in vsus necessarios nostre ciuitatis Quos quidem Redditus de paratioribus et melioribus bonis nostre ciuitatis toto tempore quo vixerint omni occasione malignandi procul mota Intra ciuitatem lubicensem nostris laboribus et expensis Ipsis dimidios in festo pasche et dimidios in festo beati mychaelis tenemur annis singulis expedite ministrare. Si uero aliquod dampnum quod absit inde sustinuerint illud ipsis refundere tenebimur integraliter et ex toto Quorum vno defuncto post eius obitum de ipsis Redditibus nichil penitus vacat nobis sed ymmo superstiti debemus eos integraliter assignare toto tempore vite sue. Sed eis ambobus defunctis sic isti redditus vacant nobis ut ex tunc racione premissorum nulli prorsus in aliquo teneamur sed apud nos libere remanebunt. Ad hec premissa nos concorditer et vnanimiter testes sumus Quare in euidens testimonium sigillum ciuitatis nostre presentibus duximus muniendum Datum anno domini M° CCC° XXX° nono in vigilia beati laurencii martyris.

Aus dem 2. Möllner Stadtbuch, fol. 640, jetzt im Staatsarchiv zu Schleswig.

1339. Aug. 10. **1040.**

Der Knappe Lambert Strus verkauft dem Hamburger Kapitel acht Scheffel Weizen, Rente aus Hinschenfelde, für 30 Mark Hamb. Pf. zur Ausstattung einer Memorie für den verstorbenen Heinrich Latecop, Pfarrer in Krempe.

Vniuersis presentes litteras inspecturis seu audituris. Ego lambertus strus famulus cupio notum esse quod de consen‖su omnium heredum et amicorum meorum vendidi, et dimisi, rite et racionabiliter, honorabilibus viris dominis . . Preposito . . Decano‖ et Capitulo Ecclesie Hamburgensis ad vsus Memorie domini Hinrici latecop quondam Plebani in Crempa. Octo modios siliginis‖ redditus perpetuos in villa Hinreceuelde sitos, pro Triginta Marcis denariorum Hamburgensium. mihi in numerata pecunia integra‖liter persolutis. dictos quidem redditus prefati domini de hiis Mansis videlicet de manso quem nunc colit Henricus westfal. IIII$^{or.}$‖ modios siliginis. Item de Manso quem colit stolteheyne. IIII$^{or.}$ modios siliginis, annis singulis inperpetuum, in quolibet festo sancti‖ Martini expedite percipient et habebunt. hoc adiecto quod si prefati redditus predicto termino in Ciuitate Hamborch non fue‖rint persoluti extunc prenominati domini poterunt sufficiencia pignora recipere pro redditibus predictis. vel Colonos dictos Man‖sos colentes in Ciuitate Hamborch arestare. Et Nos Marquardus dictus Rauen, et Marquardus filius Hinrici‖ strus et Iohannes filius Henningi dicti strus, fratrueles dicti lamberti, vna cum ipso et pro ipso promittimus fide data‖ in hiis scriptis quod dictus lambertus et sui heredes nunquam impedient uel molestabunt dictos dominos in bonis pre‖libatis. quicquam faciendo, unde dicti Mansi possint aliquatenus deuastari uel eciam peiorari. Quod si factum fuerit, Nos‖ et prefatus lambertus super hoc respondere et satisfacere uolumus et debemus. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillis‖ nostris vna cum sigillo predicti lamberti fecimus roborari. Datum Hamborch. Anno domini. Millesimo. CCC°. Tricesimo Nono‖ In die beati laurencii martiris. Presentibus discretis viris dominis ludolpho wůlphaghen. Iohanne dicto Mons perpetuis vi‖cariis in ecclesia Hamburgensi predicta, Gotfreydo de Nesse, et frederico dicto Boye presbiteris, Testibus ad premissa specialiter rogatis.

Original im Hamb. Archiv. Die Siegel der beiden Marquard Strus gut, ein anderes fragmentarisch erhalten. Ein Siegelstreifen.

1339. Aug. 25. **1041.**

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, beurkundet, dafs zwischen ihm und dem Ritter Heino Scharfenberg im Jahre 1337 von Pfingsten (Juni 8) bis Weihnachten offene Fehde gewesen ist.

Omnibus presencia visuris et quorum interest seu interesse poterit Gherardus dei gracia‖ Comes Holtzacie et Stormarie. salutem in domino. cum noticia rei geste. Pro testimonio‖ veritatis protestamur et recognoscimus in hiis scriptis, quod sub anno domini M°. CCC°. XXX°‖ septimo in festo Pentecostes vsque ad festum Natiuitatis domini continue subsequens inter nos‖ ex vna, et strennuum militem heynonem scharpenberch, et suos coadiutores parte ex altera.‖ fuit gwerra publica et notoria. incendiis et rapinis continue motis et factis hinc‖ et inde In cuius rei testimonium secretum nostrum presentibus est appensum. Datum itzeho in opido‖ nostro. Anno domini. M°. CCC°. XXX° nono. In crastino beati Bartholomei apostoli.

Original im Hamb. Archiv. In der Plica ein Siegeleinschnitt.

1339. Aug. 27. **1042.**

Die Burgmannen zu Brubike *huldigen der Herzogin Mathilde von Braunschweig und Lüneburg.*

Wii von Bru . . . . Goscalch von Brubike, Iohan dickeler Rittere, Elias von aslen, Gyzo von brubike, Albert dickeler, ende volpracht von Ram‖wartzen knapen Rathmanne der Edelen herren . . Greuen henriches von waldecke, ende Iuncheren Ottens synes sones oppe deme hus zcu roden‖ doen kont allen den dey dyssen brief seen of hoeren lesen, Datz wii dem Edelen herren. Greven Adolfe von scowenborgh. herren hermanne. pro‖veste von vylsen, heinriche knychghen, ende Bertolde von Reden Rytteren hebben, ghe huldet ende ghe lovet, ende ghesvoren alze Burghmanne zcu‖ rechte hulde ende sueren, zco hant ende zco Nûtze Ioncfrowen Mechilde[1]) dochter des hochgeboren forsten . . hertighen Otten von Brunswich, ende von Lvneborgh, Ende wollen vnser vorghenanten Iuncfrowen von lvneborgh de hûldunghe dey wii ghe lovet ende ghe svoren hebben‖ stede vnde veste halden von deme daghe wan vnser vornante Iunchere Otto von Waldecke by er ghe splapen heuet ende by er of steyt, also‖ wonet ist in dem lande, alle dey wile datz sey levet ane allerleige arghelist, ende dey wile datz vnse Iunchere Otte by er nicht ghesplapen‖ heuet so wolle wii deme vorghesprokenen Greuen von scowenborgh. ende deme proveste ende den ritteren vornanten den wii ghe louet‖ ende ghe suoren hebbet zcu vnser Iuncfrowen hant von Luneborgh, ende ouch vnser iuncfrowen vornanten mit vnsen lofnisse ende Eden‖ vnbehaft sin ane allerleyghe vare, In eyn orkvnde disser vorgescribenen rede so hebbe dissen brief besigelt myt vnsern inghesigelen, vnde‖ Ich albert dickeler vorscriuene wante ich neyn Inghesigel hebbe so bekenne ich aller disser rede vnde vnder Inghesigele hern Iohans vnses broders‖ ritters vornanten Ende wy Iohan dickeler ritter bekennen datz vnse bruder vnder vnserme inghesigele heuet ghelouet alse hir vor‖scriuen ist, Dir brief is gheghiuen ende scriuen In deme iare dor men zcalte nach godes ghebort dusent drihundert, In deme nygen‖ ende dritzentigesten Iare des vrigdaghes nach sente Bartholomeus taghe des helighen apostols.

[1]) *l.:* Mechtilde.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Fünf Siegel an Pergamentstreifen, eins verloren. Sudendorf, U. B. I. 330.

1339. Aug. 29. **1043.**

Heinrich, Graf von Waldeck, seine Brüder Eberhard und Ludwig, seine Söhne Otto, Dietrich und Heinrich beurkunden den Herzögen Otto und Wilhelm von Braunschweig und Lüneburg und ihrem Schwager, dem Grafen Adolf von Schauenburg, daſs sie der Tochter des Herzogs Otto, Braut des Grafen Adolf von Waldeck, das Schloſs Brobeke *als Leibzucht zugeschrieben haben.*

Wi Greve Heinrich von waldecke her Ebirhart vnde lvdewich brodere otte diderich vnd hinrich svne des siluen greuen von waldecke‖ dot kund allen den di dusen bref sehent vnd horent lesen, daz wir den hoggheboren vorsten vnde herren her Otten vnde her‖ wilhelme brodere hertoghen von brunswich vnde van lvneborg vnde deme Edilen manne Greuen adolve von Schouwenborg vnseme‖ Svagere tho der suluen herthoghen hant, hebbet in gûden trûwen ghi lobit vnde ghi lobit in duseme breve, daz wir bin den nesten‖ weir wekenen, na deme daghe,

dat de vorghenante otte vnse svn greven Heinrikes von waldecke ghi slapen hevet bi mecht‖hilde dochter des vornomeden hertogen otten, ledig maken süllen vnde ent werren, daz hus thô brobicke, mit aller der gülde‖ vnde mit allen deme rechte vnde nůtz, also dat selue hvs, der seluen vorsprochenen mechthilde bi wist vnde ghi ghiven‖ ist, tho einer rechten lifftucht vnde in alder wise also di breve sprechet de dar vp sint ghi gheben, wer ouch daz wir‖ des nicht en deden, so sülle wir ane allerleygin vortzogh, der seluen mechthilde, dat slot tho landouwe mit aller nůt bi‖wisen vnde bi maken tho einer rechten liftůcht vnde entwerren also vorscriuen ist In ein vrkunde vnde bekentnisse aller‖ dur vorscriuenen rede so hebbe wi dusen bref bisighilet mit vnseren Inghizighilen, der ghi gheben vnd ghi scriben ist in deme‖ Iare do men tzalte nach godis ghi bůrt dritenhundert vnd Nygenvndrich Iar als men eme daz hoybit abe slagh.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Fünf Siegel, ein Pergamentstreifen. Sudendorf, U. B. I. 331 s. 332.

1339. Septbr. 20. 1044.

Gisela, Witwe des Ritters Georg von Hitzacker, ihre beiden Söhne Georg und ihr Schwager Gerhard Schulte bitten den Hamburger Dekan, die Kirche zu Glindesmoor an Johann von Wene verleihen zu wollen.

Discreto viro. et Honesto domino. domino Iohanni Decano Hamborgensis‖ ecclesie. Domina Ghisele relicta georgii militis. georgius et georgius filii‖ eius. necnon gheuehardus dictus schulte suagerus eius. Salutem in eo qui omnium‖ est vera salus. Vestram discrecionem petimus studio diligenti. quatenus domino iohanni‖ de wene sacerdoti bremensis dyocesis amico nobis speciali Ecclesiam‖ in glyndesmore diuini amoris ob respectum. nostri seruiminis‖ et intuitum conferre non dedignemini. Si rector eiusdem‖ ecclesie videlicet Dominus thydericus dictus lator eam proposuerit‖ resignare pro certo scientes si feceritis Hoc circa vestri‖ Honestatem modis omnibus cupimus promereri. valete in cristo.‖ Datum in glindesmor. Anno domini. M°. CCC°. XXXIX. In vigilia mathei.

Original im Hamb. Archiv. Siegel der Gebrüder von Hitzacker an Pergamentstreifen.

1339. Septbr. 29. 1045.

Erich, Herzog von Lauenburg, überweist der Vikarie zum heil. Kreuz in Lauenburg an Stelle der ihr verpfändeten 12 Mark Rente aus der Artlenburger Fähre zwei Hufen in Kirchwärder.

Nos Ericus dei gracia dux saxonie angarie et westualie presentibus lucide protestamur et omnibus presencia visuris‖ seu audituris cupimus notum esse quod in recompensam reddituum duodecim marcarum assignatarum annuatim‖ in passagio nostro Erteneborch vicario vicarie altaris sancte crvcis in castro louenborch per nos obligatarum assing‖namus eiusdem vicarie vicario duos mansos in terra nostra kercwerdere quos pro nunc colunt. filii heynonis‖ ludeke ludolues son radeke scrodere. werneke bôde claweke hadelere filii stormes, de quibus mansis‖ singulis annis in festo beati martini VIII. marcas et in festo pasche IIII. marcas predictus vicarius recipiet‖ expedite, si autem aliquid sup . . . t nobis nichilominus reseruando, sin autem defectum aliquem habuerit illum in bonis aliis‖ supplebimus requisiti . . . capta aggeris congerie aut aliis emergentibus casibus terra

fuerit desolata|| ita quod dicti duo man . . . . . ent in solucione pecunie memorate extunc in bonis aliis competentibus dictas|| duodecim marcas . . . . . debebimus assignare Insuper quandocumque passagium nostrum erteneborch nos redimere|| contigerit extunc d . . . . . dictum passagium tamquam in locum magis aptum et certum transferentur. Cum vero|| villas nostras pa . . . . . aclowe nunc obligatas disbrigauimus dicti redditus de dictis villis annuatim|| per dicte vicarie . . . . . tollentur prout tales redditus dicte vicarie in prima sui taxacione fuerint assignate|| In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Nos eciam elizabeth ducissa et ericus eius filius dux saxonie|| in consensum et testimonium premissorum sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum louenborch anno domini M°|| CCC°. XXXIX in die beati michaelis archangeli.

Original im Staatsarchiv zu Hannover, beschädigt. Drei Pergamentsiegelstreifen. Sudendorf, U. B. IX. 184.

1339. Octbr. 10. 1046.

Rudolf, Herzog zu Sachsen, Engern und Westfalen, Graf zu Brene und Marschall des Römischen Reichs, verschreibt der Braut seines Sohnes Otto, Elsbeth von Braunschweig und Lüneburg, Schloſs und Stadt Hitzacker und 400 Mark löthigen Silbers.

Wir Rudolf von Gotes gnaden. Hertzoge zu Sachsen zu Angern zu westphaln Greue zu Bren|| vnd obirster marscalk des heilichen Romischen Riches bekenne vnd bezůge offenlichen in disem briefe. Daz wir gelobet haben vnd geloben In disem offen briefe, daz vnser svn Hertoge Otte|| sal nemen zu wibe. des hochgeborn furstem hertzogen Wilhelms tochter Iuncvrowen Elspet von|| Brunswik vnd lunenborch. vnd sullen ir zu lipgedinge geben. hitzakker hues vnd stat. vnd|| vier hundert Marc geldes lotiches silbers. an korne. an gelde. vnd an pfenningen. wi is in|| deme lande gewonlich ist, vnd das gelobent mit vns vnser herre Ertzbischof Otte von mei||deborch. vnser sun greue albrecht vnd greue woldemar von anhalt. vnd vnse zwene sune. Hertzoge|| Rudolf vnd hertzoge Otte von sachsen gantz vnd stede zu halden, vnd des zu Eyme orkundt hab|| wir disen Brief lazen vorsegeln mit vnsen Ingesigeln. Der is geben zu Ewfvelt nach gotes gebort|| Tusent Iar drye hundirt Iar In deme Nven vnd drisichtem Iare an deme neste suntage nach sente dyonisius tage.

Original im Staatsarchiv zu Hannover. Vier Siegel und zwei Pergamentstreifen. Sudendorf, U. B. I. 334.

1339. Octbr. 25. 1047.

Ritter Iacobus Grubby, Iacobus Niclæsson, Cristiernus Knutsson, Nicholaus Myndæliin, Nicholaus Hiört, Iwarus Grubby, Iohannes Stauerskugh *beurkunden, daſs Frau* Gertrudis, *Witwe des Ritters* Iohannes Bondysson, *und ihr Sohn* Tugho *auf dem Thing der* Haderslöff Herreth *dem* Nicolaus Hyllæsson *einen Hof zu* Heesagger *für 20 Mark Silber verpfändet haben.*

*Reg. Dan. *1735.*

1339. Novbr. 14. 1048.

Adolf, Graf von Scomborch, *überläſst an Cord von* Biscopinge *und seine Mutter Adelheid den Zehnten aus einem Meierhof:* to der Odem.

— na Godes bort, dusent vnde drehundert Iar. In deme neghen en dritteghesten Iare des Sondaghes sunte mertenes daghe.

v. Hodenberg, Lüneb. U. B. VII. (Kloster St. Michael) Nr. 421, nach dem Original im Staatsarchiv zu Hannover.

1339. Decbr. 6. **1049.**

Gerhard, Graf von Holstein und Stormarn, Sophie, Gräfin von Holstein, Graf Heinrich und Junker Claus bestätigen die Freiheiten der Stadt Rendsburg.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Gherardus dei gracia . . Comes Holtzacie et Stormarie Sophia eadem gracia comitissa Holtzacie. Hinricus.‖ eadem gracia comes ibidem . . Nicolaus domicellus frater ipsius in omnium salvatore salutem et rei geste agnoscere veritatem . . Racio swadet equitas iubet. ut‖ illos qui nostre tuicioni sunt subiecti et quorum frequentius participamus auxiliis . . speciali promocione ac benigno favore. diligencius et attencius prosequamur. Igiturque‖ dilecti consules nostri. totaque universitas civium oppidi in Reinoldesborgh. nobis pro viribus ipsorum multimodis obsequio seu subsidiis fideliter et constanter sepissime astiterunt et pro voluntate nostra in omnibus benivoli sunt reperti . . Ex hiis moti cupientes ipsos ut tenemur respicere remuneracione et premiis eque dignis . . Ipsos consules. totamque universitatem civium oppidi predicti. cum omnibus eorum bonis mobilibus et immobilibus ubicumque locorum sitis. sub nostra pace et protectione suscipimus specialiter defendendos . . et ante omnia volumus ut dicti consules et cives nostri gaudeant omnibus privilegiis. libertatibus et graciis. bonis. prediis ipsis a progenitoribus nostris liberaliter indultis et precipue proprietate. et immunitate et omni libertate. bonorum. locorum. que in terminis infrascriptis continentur. gaudere et uti debent perpetuis temporibus pacifice. et quiete. Primo a ponte molendinorum directe ascendendo ad locum qui dicitur Oudorpervort. excepta area quam Copper habet iuxta molendinum . . Deinde de predicto loco. descendendo usque ad stagnum Satesse. Deinceps de Satesse usque in Sates ov. de Satesov usque in Eidoram. de Eydora usque ad ultimum truncum qui dicitur Pal positum iuxta vallem domini Benedicti . . Quidquid enim infra terminos predictos continetur. cum omnibus attinenciis ipsorum. lignis. rubetis. agris cultis et incultis. pascuis et cum omni commodo. utilitate et fructu. ad dictos consules et cives nostros recognoscimus legaliter pertinere. . Volumus eciam ut dicti consules et cives nostri. infra dictum oppidum. et infra distinctionem terminorum predictorum. legibus. iuribus et iudiciis quibuscumque prout civitas Lubycensis eis utitur, possint et debeant uti meliori et liberiori modo quo iudicia legum civitatis Lubycensis exercentur. Et propter hoc quibuscumque advocatis nostris aut officialibus eorundem qui ex nunc sunt aut qui pro tempore fuerint districte in presentibus iniungimus et mandamus sub pena gracie nostre. quatenus dictos consules aut cives nostros eciam quoscumque in iure et iudiciis predictis aliqualiter non audeant inpedire aut ea infringere quoquo modo. in oppido predicto aut extra infra terminos predictos prout indignacionem nostram voluerint evitare. Preterea si aliquis de civibus nostris predictis aut aliquis alius extra dictum oppidum morans aut quicumque alius extraneus. vel advena in oppido predicto aut eciam extra infra terminos suprascriptos aliquem excessum commiserit talis per advocatum nostrum aut quemcumque alium nostro nomine nequaquam captivari aut detineri vel ad

castrum nostrum duci debet nisi prius talis excessus per dictos consules secundum iura civitatis Lubycensis fuerit sentencialiter iudicatus. Ceterum volumus ut nullus advocatus noster aut quicumque alius nostro nomine aliquem de civibus nostris predictis occasiones malignandi querendo contra eum in oppido predicto aut eciam extra ubicumque eciam locorum fuerit captivare debeat aut aliqualiter inpedire. Insuper nullus advocatus qui esse debeat advocatus oppidi statuetur nisi talis in oppido habeat hereditatem et unus fuerit de numero civium predictorum. Annuimus eciam quod si ingruente necessitate famis dicti consules nostri propter commune bonum generalem facerent prohibicionem quod de dicto oppido nulla cibaria annona aut alia victualia. deducerentur ultra talem prohibicionem advocatus noster qui pro tempore fuerit nequaquam habebit potestatem licenciandi aliquos aliqua educendi. Si vero dicti consules aliqua licenciaverint talia advocatus noster nullatenus arrestabit. Super hec omnia plenum iudicium. supremum medium. et infimum. manus et colli. Nichilominus quascumque obvenciones de dicto iudicio provenientes tocius ville Osterrennevelde et totam decimam de dicta villa provenientem. Proprietatem eciam et utilitatem locorum infrascriptorum. videlicet ab Eydora ascendendo usque ad Yevenam. a Yevena ascendendo usque ad Ikbeke. de Ikbeke sursum ad Miricam. de Mirica ad locum qui dicitur Barenmûr et hunc dimidium. de Barenmûr in Eklint. de Eklint in den Dwerbeke et hunc directe per longum in Reynerdeslake. de Reynerdeslake in de Lunowe. de Lunowe descendendo in Eydoram. Quicquid enim infra terminos predictos continetur ad dictos consules et cives nostros recognoscimus legaliter pertinere. In quorum omnium evidens testimonium sygilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum. anno domini. M⁰. CCC⁰. Trecesimo nono. In die beati Nycolai Episcopi et Confessoris.

*Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Zwei Seidenschnüre. Corpus Const. regio-Holsatic. III. 807—810. Berblinger, Gerhard der Große, S. 39 Nr. 4. Reg. Dan. *1737. Hans. U. B. II. 647. s. III. S. 443.*

1339. Decbr. 14. 1050.

Der Knappe Otto Stake verkauft dem Kloster Cismar das halbe Dorf Lendest *für 650 Mark Lübsch.*

In nomine domini amen. Coram vniuersis cristi fidelibus presencia visuris seu audituris, et coram honestis viris infrascriptis. Ego Otto dictus stake armiger, Recognosco pro me et meis veris heredibus quod de consensu om‖nium qui debuerunt et commode potuerunt interesse vendidi et tenore presencium vendo, Religiosis viris et dominis, Domino . . Abbati et conuentui in Cysmer, ordinis sancti Benedicti lubicensis dyocesis dimidiam villam me‖am lendest sitam in parrochia Grobenitze lubicensis dyocesis perpetuo possidendam, Cum agris cultis et incultis ad ipsam dimidiam villam spectantibus, Cum lignis, pratis, pascuis, paludibus, viis et inuiis‖ cum omnibus edificiis excepto granario meo. et exceptis solutis lignis in curia mea iacentibus, cum omnibus prouentibus vtilitatibus pertinenciis, cum omnibus terminis suis, Cum omni Iudicio maiori et minori cum quibus‖ eandem dimidiam villam hactenus in quieta possessione habui, et mea fuit et sicut hactenus eadem bona tenui in pheodo a domino meo, Domino . . abbate supradicto, quod inquam pheodum ad manus dicti domini . . abbatis‖ resignaui et presentibus resigno, vacuam possessionem eiusdem dimidie ville Domino . .

abbati et conuentui supradictis tradidi et trado pro precio sexcentarum Marcarum, et quadraginta Marcarum denariorum lubicensis Monete, quas recognosco‖ me a prefatis Domino . . abbate et conuentu integraliter recepisse. Renuncians in hiis scriptis simpliciter et de plano, omni exceptioni doli et mali, ac omnium illorum per que in futurum huiusmodi contractus in toto uel in parte de‖ Iure uel de facto possit quomodolibet inpediri. Insuper et Ego Otto stake arbitror me in hiis scriptis et sigilli mei appensione supradictis Dominis . . abbati et conventui dicta bona sicut de Iure teneor et debeo a‖ festo beati Martini episcopi et confessoris iam preterito warandare ac eadem bona ab omnibus volentibus ea iuste inpetere sicut de Iure teneor defendere. et disbrigare me promitto. et ut omnia suprascripta firma sint et in‖uiolabiliter obseruentur honestos viros infrascriptos pono pro me fideiussores. et Nos Iohannes stake frater dicti Ottonis, Hasso parsowe Milites, volradus solder, Detleuus de swinecule, Hinricus Clutzehouet filius‖ Hinrici de lendest, Nicolaus de spina armigeri, Necnon Marquardus filius dicti ottonis, quia careo sigillo, rogati a dicto Ottone, et filio suo Marquardo iam pretacto, et amicabiliter inducti. ac de Iussu eorum vna cum ‖ eis promittimus nos in hiis scriptis insolidum et manu coniuncta velle omnia supradicta seruare sicut de Iure debemus et tenemur, cum a dictis, Domino . . abbate et conuentu fuerimus requisiti, quod sigillorum nostrorum appen‖sionibus protestamur. Et quod hec omnia supranotata legitime et racionabiliter acta sint. Nos Emeke de zantberghe, otto woszeke, Marquardus de zantberghe milites, Hinricus dictus dameshouet armiger‖ Boytin aduocatus domini nostri Comitis Iohannis in oldenborg pro testimonio sigilla nostra vna cum sigillis supradictorum fideiussorum presentibus duximus apponenda. Acta sunt hec et data in hoghensune. anno‖ Domini. M°. CCC°. XXX° Nono. feria tercia post festum beate lucie virginis.

Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Über den Siegeleinschnitten die Namen: Otto. Iohannes stake. Hasso parsow. volradus solder. detleuus suinecul. clutzehouet. Nicolaus de spina. Emeko zantberch. otto wussek. marquardus zantberch. dameshouet. boytin. *Siegel 2, 4, 6 erhalten.*

1339. Decbr. 27. 1051.

